Processus causæ seu eius disputatio & deductio, quandoquidem vna vice absolui & expediri non potest, certis quibusdam terminis distinguitur.

Termini igitur sunt interualla, quibus causæ deductio & disputatio distinguitur. Br. *in tract. de ord. iudic.* tempora adppellat, rectius iudicij Actus dixeris.

Termini sunt primæ vel secundæ Instantiæ.

Termini primæ instantiæ in vniuersum 17. in ordinatione constituti sunt: Vndecim nimirum in causa principali, tres in exceptionibus dilatoriis, & totidem in peremptoriis.

Sed antequam de processu causæ eiusq; terminis agamus, de Citatione, quę vulgo Processus fundamentum dicitur, & processibus impetrandis, aliquid præfandum est.

## TITVL. XII.

### *De Citatione, & Processibus in Camera Imp. impetrandis & decernendis, & de citationis forma.*

Citationes, Mandata & cæteri processus in Camera Imp. extraiudicialiter in Senatu, nimirum supplicando impetrantur: nisi quis causa pendente, pro citatione ad reassumendam litem, aut aliis processibus supplicare velit, quo casu non Senatui, aut extraiudicialiter supplicationes exhibentur, verum id si fiat per decretum ad tribunal remittitur.

Sed neque Citationes neque vlli alii processus ante ex Camera exeunt, quam si ad postulationem principalis, aut eius mandatarii, aut aduocati, aut procuratoris Cameræ iurati, de rato atque mandato cauentis, per Iudicem & Assessores fuerint decreti, & per Notarium iudicii Imp. ad acta redacti, seu, vt in foro loquuntur, registrati. *Ord. p. 3. tit. 12. §. 1.*

Si principalis ipse, aut eius nomine mandatarius aliquis, qui Cameræ aduocatus aut procurator non est, pro citatione, aliisque processibus supplicare velit, aduocatus & procurator Cameræ iuratus libello supplici nomen suũ subscribat, necesse est. *Ordin. tit. eod. §. 1. verſic.* doch wo.

E si vero Iudex non nisi parte supplicante, & officium eius implorante, Citationem aut alios processus debeat decernere, attamen Iudex Cameræ in causis fractæ pacis & purgationum, ex proprio motu, & ex officio publicæ pacis violatorem citare, & aduersus eum iudicialiter procedere potest. Quanquam hodie Camera nunquam, nisi ad instantiam procuratoris fisci Imperialis, huiusmodi Processus decernat. *Ord. p. 3. tit. 9. §. 1. & titul. 10. §. 5. Gail. 2. de pace publ. obs. 7. nu. 2.*

Supplicationibus pro citatione omnium citandorum nomina & cognomina inserenda, aut in Cancellaria nominanda sunt. *Mynſ. 5. obſ. 10. Gail. 1. obſ. 49.*

Si autem in supplicationibus statim nominari non possunt citandi, tum in Cancellaria ad extrahendos Processus in specie nominandi sunt.

In supplicationibus tamen, quæ vniuersitatis aut Collegiorum nomine exhibentur, non necesse est singulorum nomina exprimere, *Gail ibid.*

Citationes etiam, vt reliqui processus, in Camera Imp. non nisi fundata iurisdictione obtinentur.

Ad fundandam vero iurisdictionem Cameræ facti circumstantiæ, & qualitates, Cameræ Imperiali iurisdictionem tribuentes narrandæ sunt. Narrata enim supplicationum iurisdictionem Cameræ etiam in dubio fundant. *Mynſi. 6. obſer. 2. Gail. 1. obſerv. 11. & de pignor. 15. num. 9.*

Ita contra pacem publicam violatus, in libello supplici narrabit qualitates illas, iurisdictionem Cameræ tribuentes, *de quibus Gail. de pac. publ. lib. 2. obſ. 10. nu. 2.*

Si ad obtinendos processus in causis pignorationum supplicans narrabit, pignoratum & captum esse suum subditum. Item se esse in possessione eius loci vel iuris, cuius ratione pignoratio facta est, & alia requisita, *de quibus Gail. suo loco.*

In supplicationibus pro processibus ex Const. de pignorat. supplicans, expresse & in specie narrabit de iure, quod pignorans in loco, vbi pignoratio facta est, per pignorationem sibi acquirere conetur. *Conſt. Imp. Anno 86. §.* wir wöllen auch.

Iudex igitur illis narratis supplicationum, nisi notorie falsa esse constiterit, fidem adhibere, citationem atque processus decernere, ac tantisper acquiescere debet, donec citatus illa vera esse excipiendo negauerit & probauerit. *Gail. 1. obſ. 31.*

In decernendis processibus Iudex Cam: qualitates obseruabit, ita vt super similibus factis & narratis, similes & æquales processus decernat. *Conſt. Imp. Anno 70. §.* als dann auch.

Si vero in decernendis processib. equalitatem non obseruari partib. videtur Commissarii Imperatoris, & Visitatores à supplicantibus requisiti, causam cognoscere, & ex Assessoribus,

quam

quamobrem processus petitos denegauerint, rationes audire,& si petitionem fundatam esse cognouerint, processus petitos decernere,sin minus,denegare,& supplicantem repellere debent.*Const.eod.*§ da auch).

Quod si Iudex animaduerterit, Citationem & processus per vitium aliquod in narratione, aut petitione, seu conclusione libelli commissum, decerni non posse, & illud supplicanti emendatu facile sit,secundum antiquum Cameræ stylum hoc modo suum decretum interponet: *Vti petitum, vel sic, processus secundum narrata aut petita denegati sunt* : Auff fürbrachte Narrata, oder/wie gebeten abgeschlagen.*Const. imper. Anno* 70.§.Vnd auß sonderen.

Etsi vero narrata supplicationum iurisdictionem Cameræ fundent, attamen causæ quædam sunt, in quibus Iudex narratis supplicationum non acquiescit, nec sufficit ad obtinendos processus, qualitates iurisdictionem Cameræ tribuentes narrare, sed insuper summaria quædam iud eis cognitio, & facti aliqua probatio requiritur, antequam processus decernantur: Veluti ad impetrandos processus ex L. Diffamari, *Gail. 1. obs.* 111. *nu.*8. Ita in causis iustitiæ à Commissariis vel Iudicibus Ordinat. denegatæ vel protractæ, docendum prius per Instrumentum publicum, &c. *Mynsi. 2. obs.* 74. *& 5. obs.6. Gail.1. obs.* 31. *num.* 7. Item in causis relaxationis ad effectum agendi, decernuntur processus demum, cum Iudex loci, in quo supplicans captus fuit, de facti qualitate informatus fuerit,*Gail.1.obs.*22.*n.*4.*&* 31.*nu.*2.

Sic ad impetranda mandata de nō offendendo, vna cum supplicatione exhibendum documentum iusti futuræ offensionis metus. *Gail. lib.1.obs.*4.*n.*1.*& de pace pub.*1.*c.*3.

Ita ad obtinendos processus super constit. fractæ pacis, præter qualitates facti, Cameræ iurisdictionem fundantes, quibusdam supplicantibus singularia quædam obseruanda, & in libello narranda sunt. Nam Clericus mediate Imp. subiectus ex Constit. fractæ pacis in Camera agere volens, vt processus & Citationem obtineat, non solum narrabit in libello, vim sibi publicam armatam, & ex dolo malo illa tam esse, verum etiam expressis verbis protestabitur, se non ad pœnam Banni, nec publicam vindictam, sed tantum ciuiliter ad restitutionem bonorum, vi ablatorum, & damni inde dati compensationem acturum: *Gail.1. lib. de pace publ.*8.*nu.*12.*& seqq.*

Sic contra vniuersitatem ex Constitut. fractæ pacis acturus, in supplicatione narrabit, vniuersitatem ex proposito, & communicato consilio, ciuibus nimirum aut vniuersitatis cœtu per campanæ aut tubæ signum conuocatis, pacis publicæ fœdus violasse. *Gail.2. de pace pub.*9.*nu.*2.

Item supplicans pro impetrandis processib. in causa purgationis ratione fractæ pacis, Iudici Cameræ causas suspicionis,quamobrem quis suspectus, & istius criminis Reus videatur,exponit: Et Iudex,priusquam processus decernat, an articuli releuantes sint, nec ne, considerat. *Ord.p.2.tit.*10.*in princip.*

Citatio in Camera vnica & generalis, id est, ad totam causam, & ad omnes & singulos eiusdem causæ actus decernitur, ita vt etiamsi definitiua sententia pronuncianda sit, Citatione tamen noua ad audiendam sententiam opus non sit. *Mynsing.* 4. *obs.*33. *Gail.* 2. *obseruat.*51. *num.*10.

Excipiuntur causæ purgationis fractæ pacis ratione,Item causæ,ex L. Diffamari.In his enim Citatio non sufficit vnica, sed bina requiritur. *Mynsing. ibid. & 2. obser.* 81. *Gail.* 1. *obseru.*51. *num.*10.

Item si quis in processu causæ læsus restitutionem petat, vltra citationem generalem in puncto restitutionis de nouo citationem ad videndum se restitui in Camer. Imp. impetrabit. *Gail.1.obs.*143.*nu.*1.

Item si pars aliqua vita defuncta sit, heredes ad reassumendum de nouo citantur, quemadmodum & principalis citandus est, si procurator alicuius partis diem obierit, & nemo, vt in foro loquuntur, apud Acta sit.

Ad Formam literarum citationis quod attinet, primum non solum illis nomen Imperatoris, quemadmodum & mandatis & cæteris processibus inscribitur; verum etiam Imperat. Maiest. sigillo obsignatur. *Ord. par.* 3. *tit.* 12.§.2.

In citationibus nomina & cognomina citandorum exprimenda sunt, *Mynsing.cent.*5.*obseru.* 50.*Gail.*1.*obseruat.*49. In citandis tamen Ciuitatibus,vel collegiis & vniuersitatibus, singulorum nomina exprimere necesse non est,sed sufficit, Consulem,Senat.& plebem in genere proponere, *Mynsi.& Gail.ibid.*

In citationibus Causa, quamobrem citetur, significanda est, *Ordin.ti.*12.§.2.*Mynsing.*5.*obs.*85. *Gail.*1.*obs.*51. Et in causa purgationis ratione fractæ pacis,articuli suspicionis citationi inserendi sunt,&præterea saluus conductus citato denunciandus,& permittendus est. *Ord.p.*2.*tit.*10.*in pr. Mynsi.* 2.*obs.*81.*Gail.*1.*obs.*51.*nu.*1.

In citationibus terminus congruus,seu tempus comparendi congruum citatis præfigendū est,*Ord.p.* 3. *tit.* 12.§.3.*Gail.*1.*obs.*53.

Tempus illud termini præfigendi in Camera arbitrarium est, pro loci propinquitate aut longinquitate.*Ord.ibid.*

Dies,in quo terminus citationis assignatur, in Camera in terminum computatur, *Mynsing.* 5.*obser.*11.

Denique in Camera Imp. interdum etiam

Cita-

Citationes per edictum decernuntur, si nimirum quis vel per se, vel per alios quoquo modo faciat, ne citatio ad se peruenire possit: aut locus, vbi quis citandus est, non fuerit tutus aut citandus vagabundus sit: (Ita Jungfrawen Sybillen Sachsen contra Encken & Röden vagabundum, in causa matrimoniali Citationem per edictum 14. Maii, Anno 94. obtentam memini) aut incertum sit, quis sit contradicturus: aut multi sint, quorum interest: aut citandi non omnes & singuli nominari possint: aut non constet, quate citandi sint. *Gail. 1. obs. 57.* Sic etiam in causa diffamationis Citatio per Edictum decernitur. *Gail. ibid.*

Pro obtinendis Citationibus per Edictum, supplicans in libello tria loca domicilio citandi vicina, diserte exprimere debet, vbi Executio citationis facienda, & edictum citatorium affigendum, aut saltem allegare, quod hoc in Cancellaria facturus sit.

## TITVL. XIII.

### *De primo Termino Instantiæ primæ, & quid tum Actori, tum Reo in primo termino agendum.*

Primus terminus primæ instantiæ à Iudice in citatione constituitur, vnde etiam terminus citationis appellatur. Actor igitur, seu is qui citationem, & processus impetrauit, illo die, qui in citatione terminus comparendi designatus est, se coram iudice sistat, & primum citationem aut mandatum, aut alios processus in copiis, aut si plures citati sint, in originali reproducat. *Ordinat. part. 3. titul. 12. in princip.*

Secundo Nuncii relationem de insinuatione seu executione citationis, aliorumue processuum, in Citatione manu propria Nuncii consignatam, aut si executio per tabellionem facta sit, seorsim instrumento authentico testatam facere debet. *Mynsi. obs. 79. cent. 1. & 6. obs. 111. Gail. 1. obs. 54.*

Tertio actionem libello summarie, vel articulis comprehensam edet. *Ord. tit. 12. §. zum andern. Const. Imp. Anno 70. §. wie wol auch.*

Si quis libellum articulatum exhibere velit, operam dabit, vt quo ad eius fieri possit, omnes articulos simul exhibeat, & postea additi onales additionalium, aut additionales supra additionales non producat. Tantum enim additionales in Camera admittuntur. *Ord. p. 3. tit. 14. §. es sollen auch.*

Et positiones seu articuli numeris accurate sunt distinguendi, vt ordine & commode ad singulos Reus respondere possit. *Ord. p. 3. tit. 14. §. 1.*

Præterea in articulis factum, non ius deducendum est, nisi aliquis ius deducere velit, quod ex facto oritur. Id enim cuiuis liberum est, ita tamen, ne superflue ius alleget. *Ord. tit. 10. p. 3. §. 1.*

Olim licebat Actori in primo termino libellum summarium exhibere, & post litem contestatam in termino secundo dilationem articulandi petere, & dilatione impetrata in tertio demum termino actionem suam articulatim proponere. *Ord. p. 3. tit. 13. §. 2. & 14. in prin.*

Sed hodie, etsi cuiuis Actori liberum sit, actionem suam in primo termino summarie vel articulatim edere: tamen si quis post litem contestatam, narrata suæ actionis etiam in articulos redigere, & articulatim proponere in animo habeat, statim in primo termino libellus articulatus exhibendus est, aut articuli postea nō admittuntur. *Const. Imp. Anno 70. §. wiewol auch Gail. 1. obs. 39.*

Consueuerunt procuratores Cameræ hactenus interdum in primo termino primæ instantiæ, seu simplicis querelæ actionem aut libellum non edere, sed terminum libellandi, vt loquuntur, petere: Verum hodie sub pœna absolutionis à Citatione, statim in primo termino libellus exhibendus est, *decret. Cam. gen. 23. Aug. Anno 85.*

In causis mandatorum sine clausula in primo termino libello opus non est, sed pœnæ declaratio viua voce petitur. *Mem. vis. Anno 79. §. Item die. Cisn. fol. 426.*

In Causis arrestorum in termino citationis interdum instrumentum Cautionis & requisitionis à procuratoribus exhiberi solet, quanquā & postea in processu exhiberi possit.

Quatto alterius nomine agens, mandatum constitutionis seu Actorium, vt in foro loquuntur, aut si vniuersitatis, communionis, collegii, societatis, vel capituli nomine quis agat Syndicatum exhibet. *Ord. p. 3. tit. 12. in prin.*

Et Actores à tutoribus constituti, vna cum Actorio tutorium, vt loquūntur, aut curatorium, aut si testamento dati sint, testamenti exemplum recognitum, aut aliud documentum legitimum exhibent: Si tutores, aut curatores in Camera constituti fuerint, tutorio aut curatorio opus non est. *Gail. lib 2. obs. 107.* Solent tamen procuratores diem tantum, quo is in Camera tutor ordinatus & confirmatus sit, in iudicio indicare.

Maritus in Camera nomine vxoris litē prosecuturus, absque speciali mandato, dummodo de rato caueat, admittitur. Et si de bonis dotalibus aut paraphernalib. lis sit, etiam sine cautione de rato admittitur: secus si de bonis receptitiis litigetur. *Gail. 1. obs. 133. nu. 1. 6. 7.*

Mandata constitutionis generalia, primum in originali in iudicio exhibentur, & postea, si in aliis causis iterum illis opus sit, exhibentur eorum exempla cum signatura. *Ordinat. tit. 11. §.* vnd so ein.

Si alio-

Si alieno nomine agens mandatum procuratorium, sed non sufficiens habuerit, de mandato cum ratihabitione eorum, quæ gessit, intra certum tempus exhibendo, cauebis. *Ord. d. loco* §. **Im Fall aber.**

Et si postea instrumentum illud acceperit, non propterea dilatio ad proximam petenda est, nec recessus aliquis singularis habendus, sed cum aliis rebus iudicialibus instrumentum illud in iudicio exhiberi potest. *d. loco.* §. **vnnd sollen.**

Si vero procurator de rato & mandato caueat, & intra tempus constitutum mandatum cum ratificatione in iudicio non exhibeat, pro arbitrio Iudicis & Assessorum mulctabitur, & propterea in expensas retardatæ litis aut moræ condemnabitur. *Const. Imp. Anno 66.* §. **Als auch fürkompt.** Et hæc actori in primo termino agenda.

Reus vero vel citatus similiter in primo termino comparebit, & rerum, quæ ab actore in iudicio exhibitæ sunt, copiam seu exemplum, & terminum petit. *Ord. tit. 2.* §. **wirdt dann.**

Et quemadmodum actoris, ita rei nomine agens, personam suam in iudicio legitimare debet. *Ordinat. tit. 17.* §. **vnnd soll.** Non enim sufficit, si actor aut reus in termino compareat, & tum de sua diligentia protestatur, sed simul ab vtroque id, quod decet, agendum est. *Ord. tit. 2.* §. **es sollen auch.**

Si tamen actori aut reo de termino constituto satis aut certo non constet, sed nuncius aut tabellio, qui processus exequitur, ante terminum non reuertatur, nudæ protestationi in primo termino locus relinquitur, tum ad cauillationes aduersarij euitandas, tum ad circumductionem termini præcauendum. *Ordi. tit. 12.* §. **vnd wo.**

Et si plures in citatione nominati fuerint, & procurator aliquis omnium nomine agere voluerit, vnum aliquem, nimirum illum, qui in citatione primum nominatur, pro omnibus nominabit & indicabit, hac tamen clausula adiecta: *Et cæteri in citatione nominati. d. loco.* §. **vnd wo.** Ex illa intitulationis forma ad finem vsque litis, & dum nominatus in lite fuerit, retinenda & obseruanda est. *d. loco.* Et procurator aliquis tertij alicuius nomine interueniens, intitulationem illam non mutabit. *dicto loco.* §. **So auch.**

Postremo de primo termino nota, quod quando ratione termini primi submissum est, vnicuique procuratori petitum ab aduersario tempus denegatum, etiamsi aut breui aut longo tempore, aut omnino ante lapsum temporis non interlocutum sit, statim à tempore petitionis, aut habiti recessus currat, & intra illud agere debeat, sub comminatione præiudiciali. *decret. Cam. gen. 23. Aug. Anno 85.*

## TITVL. XIV.

### *De terminis exceptionum declinatoriarum, aut dilatoriarum.*

Et si termini declinatoriarum aut dilatoriarum in Constit. Imp. cum terminis causæ principalis interdum coniungantur & confundantura; tamen commodius ab illis separantur & distinguuntur: quemadmodum etiam in Ord. Augustana distincti, & tres termini, qui Exceptionibus declinatoriis aut dilatoriis inseruiunt, constituti reperiuntur. De singulis, & quid in vnoquoque agendum sit, videamus.

### *De primo termino in Exceptionibus declinatoriis aut dilatoriis.*

In primo termino Exceptionum declinatoriarum, reus quotquot habet exceptiones declinatorias & dilatorias, seu litis ingressum impedientes, in vno scripto cumulatas, & articulis seu punctis distinctas, *vt in p. 3. tit. 40.* §. 1. proponet, litem contestabitur in euentum, nimirum quoad iudex exceptiones oppositas sit repudiaturus. Et hic exceptionum dilatoriarum terminus primus est, *p. 3. tit. 24.* sed in Constit. Imp. Anno 70. §. **demnach.** & illa quæ proximo superiori anno Wormatiæ promulgata est, §. **setzen demnach**, terminus secundus appellatur.

Quod si reus vnam, aut plures, aut omnes exceptiones dilatorias in hoc termino omiserit, postea non audietur, *Const. Imp. Anno 86.* §. **in Appellation sachen.** Et nisi litem euentualiter contestatus fuerit, lis pro contestata in contumaciam acceptatur. *d. loco.*

### *Forma Litis contestandæ.*

In quibusdam causis litis contestatione opus non est, vt in causis pignorationum, *Gail. 21.* Item litigiosę & momentaneę possessionis, *Gail. 1. obseru. 6.* Item in causis L. diffamari, *ibid. 12.* in causis omnibus simplicis querelæ. Item protractæ seu denegatæ iustitiæ, exceptiones dilatoriæ admittuntur. *Mynsing. 5. obs. 90.* Sed in causis fractæ pacis exceptiones fori declinatoriæ non admittuntur. *Mynsing. ibid. Gail. 1. de pace pub. 11. nu. 1.* Nulla siquidem ratione violatores pacis publicæ ex iurisdictione Imperatoris, aut Cameræ Imperialis, eximi possunt, vt est Const. de pace pub. §. **von Auffhebung aller Freyheiten**, & Ord. *p. 2. tit. 9.* §. 2.

Excipiuntur primo subditi Ducis Brabantiæ, His enim in causis violationis pacis publicæ exceptio fori declinatoria in Cam. Imp. cõpetit, vt inter Imp. & Principes Imp. in Comitiis Aug. conuentum est Anno 45. *Gail. 1. de pace pub. 11.*

Excipiuntur clerici mediatè Imperio subiecti, qui in Camera accusati, similiter forum declinare possunt, *Gail. 10. num. 7.*

Quemadmodum igitur Exceptiones declinatoriæ in causis fractæ pacis regulariter locum non habent: ita exceptiones peremptoriæ oppositæ litis ingressum seu quæstionem non impediunt. *Mynſ. 2.obſ.27. Gail.1.obſ.11.*

Exceptio tamen transactionis, in causis fractæ pacis opposita, si altiorem indaginem non requirat, sed in continenti probari possit, locum merito habebit. *Gail.d.loco.*

Item exceptio litis pend. in causis fractæ pacis admittitur. *Gail.ibid.num.24.*

In causis pignorationum non admittuntur exceptiones, causam principalem concernentes, sed exceptio nullitatis, si nimirum pignorans in termino mandati compareat, & dicat, se, vel pignoratum, non esse immediate Imperio subiectum.

Item exceptio maleficii. *Gail.1.obſ.5.*

Et exceptio Subiect. in causis pignor. opposita, paritionem non impedit, nec hodie in Camera admittitur, licet olim admissa fuerit. *Mynſ. 5.obſ.90.& 2.obſ.19.Gail.de pig.15.*

Sic in causis fiscalibus exceptiones non admittuntur. *Mynſ.5.obſ.90,*

In causis mandatorum sine clausula nullæ exceptiones admittuntur nisi sub & obreptionis. Item maleficii, Banni, priuationis & similibus. *Conſtitut. Imper. Anno 86.* §. daß auch zu zeiten.

Deniq; quæcunque causa principalis ab incidenti separari non potest, non obstantibus quibuscunque exceptionibus in causa principali procedendum est. *Mynſ.5.obſ.90.*

Antehac reus in primo termino dilatoriarum cogebatur etiam defensionales aut peremptoriales edere, *per Conſt.Imper.Anno 70.* §. demnach. Sed proximo superiori anno per deputatos Wormatię Imperij Principes & Status Cōstitutio illa abrogata est, & sancitum, vt reus defensionales suos non edat, antequam punctus exceptionis declinatoriæ, vt litis ingressum impedientis, per sententiam determinatus; & libellus ad litis contestationem admissus fuerit. *Conſt.Imp.Anno 86.*§. ſetzen demnach.

Primum enim videbatur iniquum, Reum tam exiguo temporis spacio ad edendum defensionales suos coarctari, cum Actori satis téporis suppeditauerit ad deliberandum de genere & forma actionis, aduersus Reum instituendæ. Imo etiam reo interdum impossibile fore videbatur, præsertim vero in factis & iuribus antiquis, statim in primo termino exceptionum defensionales suos edere.

Præterea, quamuis reus habuisset exceptiones declinatorias, in facto & iure fundatas, nihilominus tamen per illam constitutionem cogebatur causam principalem, & antequam de iurisdictione fundata constaret, per defensionales suos in iudicium deducere. Qua ratione fiebat, vt iurisdictione Cameræ non fundata, Reus maioribus sumptibus grauaretur, & interdum Actor per falsa narrata processibus impetratis, de iurisdictione & titulo, quo reus rem possideret, ante fundatam iudicij iurisdictionem edoceretur: quin imo reus sua arma aduersario prodere & subministrare cogeretur. His inquam de causis Constitutio illa, de defensionalibus statim in primo termino edendis abrogata est.

Et hæc de primo termino Exceptionum.

## TITVL. XV.

### *De secundo termino in Exceptionalibus de declinatoriis aut dilatoriis.*

In secundo termino Exceptionum Actor ad articulos exceptionales distinctè respondebit; Et si illas exceptiones negare non possit, sed replicando impugnare velit, replicas summariè aut articulatim producet. *Ord.p.3. tit.25.* Si vero Actor exceptionales articulos Rei negauerit, & illi releuantes fuerint, Reus ad probandum admittitur. Et in exceptionibus illis non secus procedendum fuerit, atque in ipsa causa principali probanda. *Ord.p.3.t.26.in princ.*

Et hic secundus terminus exceptionum est, qui in Constitut. Imp. An. 86. promulgatus est, §. hernacher. Sequitur de tertio.

## TITVL. XVI.

### *De tertio termino in Exceptionalibus declinatoriis aut dilatoriis.*

Si Actor articulos Rei exceptionales in secundo termino non negauerit, sed cōtra replicas attulerit, in tertio termino exceptionum Reus ad replicas illas respōdebit. Et si replicatorij illi à Reo negati & releuantes fuerint, replicanti probatio incumbet. Et in replicatoriis probandis similiter non secus, atque in causa principali probanda procedendum fuerit. *Ord. P.3.t.26.§.1.* Aut si in secūdo termino summariè ab actore replicatum fuisset, reus in hoc tertio termino duplicas exhibebit, & actor super illis duplicis statim punctum exceptionum aut cōcludet, aut terminū concludendi petet. *Ord.eod.*

Itaq; in iudicio Cam. Imp. Triplicæ in puncto exceptionum dilatoriarum aut declinatoriarum non admittuntur, sed viua voce, vt dixi aut concludendum, aut terminus ad concludendum petendus.

Et hactenus de trib. terminis exceptionum in quib. tantum quæ ad exceptiones expediendas valent, agenda & disputanda sunt. *d.t.26.§.3.*

In materia igitur exceptionum causa principalis non est disputanda, & disputatio exceptionum concludenda non est, antequam vtriusq; partis procuratores sufficientibus mandatis ad causam legitimati fuerint. *d.tit.26.§.4.*

Et hæc de tribus terminis in exceptionibus declinatoriis & dilatoriis.

TIT.

## TITVL. XVII.

### *De secundo termino causæ principalis, in prima Instantia, & quid in illo agendum.*

In secundo termino causæ principalis, Reus primum litem purè conteſtatur, *Ordin.p.3. tit. 13.in princ.Conſt.Imp. Anno* 70.§. **demnach**. *& Anno* 86.§. **ſetzen demnach**. Quod intellige, ſi reus omnino exceptiones declinatorias aut dilatorias non oppoſuerit. Nam ſi exceptiones iſtiuſmodi opponat, litem ſimul in euentum conteſtari cogitur. *Ciſn.fol.*428.§. **demnach**.

*Forma Litem conteſtandi.*

Forma autem litis conteſtandæ hæc eſt: *In Cauſa Caij actoris aduerſus Titium reum conuentum, nego narrata, prout narrantur, & peto me abſolui, cum refuſione expenſarum & damnorum. Ord.p. 3.titul.*13.§.3.

Et his verbis lis cõteſtata intelligitur, & pro conteſtata habetur, etiamſi litis conteſtationis expreſsè mentio non fiat. *Ord.ibid.* Secus tamen, ſi quis forum declinando illa verborũ formula vtatur & neget narrata libelli prout narrantur. Nam litis conteſtatio per ea verba eo caſu non inducitur. *Mynſ.obſ.*49.

Contra verò procurator Actoris dicet: *In dicta cauſa repeto libellum meum articulatum loco poſitionalium, & peto ſecundum narrata*: Aut ſi libellus ſummarius exhibitus fuerit, ſi dicat: *In dicta cauſa repeto libellum.d.tit.*13.§.3.

Forma tamen hæc litis conteſtandæ in Camera adeo exactè non obſeruatur. Procuratores enim Cameræ non ſolum viua voce, verum etiam in ſcripto, narrata libelli diffitendo, aut negando litem, quotidie cõteſtantur. Et quamuis actor non repetat narrata ſui libelli, nec iuxta petita pronunciari petat, ſed ſimpliciter ad probationem aut cauſæ concluſionem procedat, nihilominus tamen litis conteſtatio interueniſſe intelligitur. *Gail.1.obſ.*75 *n.*5.

II. Reus in hoc termino exceptiones contra libellum aut articulos, ſeu poſitionales, ſi quos habet, in ſcripto opponit. *Conſt. Imp. Anno* 70. §. **demnach**. *Mem. viſ. Anno* 79. §. **auß daß**. *Ciſn. fol.* 429. *Ord.p.3. tit.* 15. §. 1. Non tamen temerè, ſed ex legitimis & neceſſariis cauſis, aduerſus articulos excipiendum eſt: Neque per generalia, ſed in ſcriptis, & cum diſtincta ſpecificatione, & numeratione cauſarum, quamobrem articuli non ſint admittendi. *Ord.p.3 tit.*15.§.1.

III. Reus in ſecundo termino ad libellum, ſi is articulatus fuerit exhibitus, reſpondebit. *Ord. p.3 tit.*13.*in princ.Conſt.Imp. Anno* 70. §. **demnach**. *& Anno* 86.§. **hernach aber**.

Ad reſponſiones quod attinet, in ſcriptis exhibendæ, & ad ſingulos articulos in ſpecie reſpondendum. *Ord.tit.*15.§.5. Ad illos tamen articulos, qui iuris ſunt, nõ eſt reſpondendum. *Ord. ibid.* Secus vero, ſi articuli ius non ſcriptum ſeu conſuetudinem contineant. *Gail.*1.*obſ.*2.*nu.*7.*&* 82.*num.*14.

Et per verbum, CREDO VERVM vel NON, reſpondendum eſt *Ord.ibid.* Si tamen in articulo ſeu poſitione mentio fiat inſtrumenti, aut documenti, & reſpondens dicit: *Reſpondeo & dico prout in inſtrumento continetur*, vel *prout inſtrumentum continet*, ſufficiens eſt reſponſio & in Camera acceptatur. *Mynſ.*1.*obſ.* 86. *Gail.*1. *obſ.* 82. *num.*13.24.

Et cum clauſula, SALVO *iure impertinentium*, reſpondendum eſt. *d.Ord. ibid.* Quæ autem huius clauſulæ vis & effectus ſit, vide *Mynſing.*2. *obſ.*56.*&* 90. Gail.1.*obſ.*81.*n.*12.

Sine omni præſertim vero hac appendice, PROVT *articulatum, ſeu poſitum*, **Wie geſetzt ꝛc.** reſpõdeat. *Ord tit.*15.§. **Zum andern**. *Gail.*1.*obſer.* 82.*num* 7.

Si articulus plura capita, ſeu plures partes contineat, & pars vna partim credatur, partim non credatur, altera ſcilicet, in reſponſionibus articulus diſtinguendus eſt, & qua in parte credatur, in qua non diſtinctè ſignificandum eſt. *Ord.ibid Gail.ibid.nu.*16.17. Vnde poſitio ſeu articulus partim verus, partim falſus, interdum totus, interdum ſecundum partem negari poteſt. *Mynſ.*2.*obſ.*55. *Gail.d.obſ.*82.*nu.*8.

Reſponſiones illę, nimirum, Poſitionem eſſe multiplicem, generalem, negatiuam, obſcuram, dubiam, impoſſibilẽ, captioſam, criminalem, etſi de cõmuni Iure ſufficientes ſint, attamẽ in Camera non admittuntur, *Gail.d.obſ.*82.*nu.*4.

In puncto reſponſionum non temerè à procuratoribus ſubmittendum. *d tit.* §.5.

Deniq; in puncto reſponſionum articuli in contumaciam pro confeſſis acceptantur, ſi nimirum reus aliquando comparuerit, & litem conteſtatus ſit, & poſtea ad articulos reus, reſpondere nolit. *d tit* §.6. *Gail.*1.*obſ* 8.

Fallit tamen hoc in cauſis fractæ pacis: In illis enim Camera articulos in contumaciam pro confeſſis non acceptat. *Mynſ.*3 *obſer* 52. *Gail.*1. *de pace pub.*15. Secus tamẽ obſeruatur in cauſa purgationis, Item defenſionalibus Rei in cauſis fractę pacis: Illi enim in contumaciam pro confeſſis acceptantur. *Ord.p.2.tit.*10. *Mynſ.*3.*obſ.*52. *Gail. de pace publ* 1.*c.*15.*n.*6. Item articulus, in quo tempus omittitur in contumaciam non acceptatur. *Mynſ.*1 *obſ.*9.

IV. Reus in ſecundo termino defenſionales ſuos, & peremtoriales, aut eliſiuos articulos diſtinctos, & numeris quotatos, vt in fõro loquũtur, producit. *Conſt.Imp.An* 86 §. **ſetzen demnach**.

Olim in quarto termino Reus defenſionales aut peremptoriales producebat, vt videre eſt in Ordin. titul. 15. Et reus operam dabit, vt articulos defenſionales aut peremptoriales, quotquot habuerit, omnes & ſimul in hoc termino numeris diſtinctos exhibeat. *Ord.p.3. titul.* 27.§.1. *Mynſ.*5.*obſ.*89.

In causis litigiosæ & momentaneę possessionis ad articulos responsiones in Camera non exiguntur. *Gail.1.obs.6.* Si tamen postea de nouo aliquid acciderit,audiendus est. *Ord.ibid.*vbi hic terminus ratione defensionalium primus terminus in peremptoriis appellatur, & à terminis causæ principalis separatur.

Sed quemadmodum termini exceptionum declinatoriarum, aut dilatoriarum, commodius à terminis causæ principalis distinguuntur: Ita termini defensionalium & peremptorialium rectius in terminis causæ principalis coniunguntur.

V. Iuramentum Calumniæ,si ab alterutra aut vtraque parte petitum fuerit, præstabitur. *Ord. p.3.tit.13.§.1.*

In causis litigiosæ & momentaneæ possessionis, iuramentum calumniæ in Camera non postulatur.*Gail.1.obs.6.*

Et hactenus fuit secundus terminus causæ principalis.

## TITVL. XVIII.

### *De tertio termino causæ principalis: Et quomodo, & quid in eo agatur.*

In tertio termino Actor primum additionales,si velit, producere potest. Olim etiam positionales in hoc termino producebantur. sed hodie in primo termino illi producendi sunt, aut postea non admittuntur. *Const. Imp.* Olim Actor articulos additionales,item positionales producebat.

Additionales quod attinet,illis hodie adhuc locus est in termino tertio & sequentibus. Sed positionales in primo termino in libello deducendi sunt, aut postea illis locus non relinquitur,*vt est Const.Imp. Anno* 70.§.wiewol auch.

II. Actor in tertio termino contra exceptiones, si quas Reus insecundo termino contra libellum,aut positionales libelli attulisset, replicabit, Vltra replicas autem in puncto Exceptionum contra libellum, aut libelli positionales, non proceditur, sed post replicationem concludendum est.*p.3.tit.15.§.2.*vnd so also.

III. Actor in hoc termino contra responsiones Rei ad articulos libelli,si illæ sufficientes & legitimæ non fuerint, excipiet, & ad quos articulos satis responsum non sit,distinctè significabit.quemadmodum in puncto exceptionum. *Ord.p.3.t.15.§.4.Mem.visit.Ann.* 75.§.In der Ordnung.*Cisn fol.*434.

IV. Actor in hoc termino ad defensionales aut peremptoriales rei respondet: Et quod de responsionibus Rei ad articulos libelli constitutum est; idem de responsionibus Actoris ad defensionales & peremptoriales articulos Rei intelligendum.

Quod si igitur defensionales vel peremptoriales ab Actore negati & releuantes fuerint, reus ad probandum admittitur: Et in probandis defensionalibus, non secus atque in causa principali probanda,procedendum est. *Ord p.3. tit.39.in princ.*

Si Actor defensionales vel peremptoriales articulos Rei negare non potest, summariè vel articulatim in hoc termino replicat, & præterea quicquid contra peremptoriales seu defensionales Rei opponere habet, in hoc termino in scriptis opponit,*Ord.p.3. tit.*28.vbi hic terminus ratione defensionalium aut peremptorialium secundus appellatur.

Et hactenus de tertio termino.

## TITVL. XIX.

### *De quarto Termino: Quid & quomodo in eo agendum.*

In quarto termino Reus primum contra responsiones Actoris, & defensionales seu peremptoriales, si forsan illæ non sufficientes nec legitimæ fuerint, similiter excipiet, & ad quos non satis responsum sit, indicabit: Et quemadmodum in puncto responsionum ad defensionales aut peremptoriales Rei,vltra exceptiones non proceditur.*p.3.tit.15.§.4.*

II. Si actor in tertio termino defensionales aut peremptoriales rei non negauerit, sed articulos replicatorios,quos in foro interdum Elisiuos Elisiuorum appellant, contra obtulerit, Reus in hoc termino ad replicatorios illos replicabit, *tit.* 29. & si reus replicatorios illos respondendo negauerit,actor ad probandum admittitur, & in probatione replicatoriorum nõ secus atque in causa principali probanda proceditur.*Ord.p.3.tit.29.§.2.*

Quod si vero reus articulos replicatorios nõ negauerit, sed duplicas contra attulerit, actori triplicas,& conclusionem cõtra offerre licebit: Et triplicis ab actore allatis, in puncto defensionalium seu peremptorialium concludendũ, nec vltra triplicas procedendum est, *p.3. tit.29. §. vlt.* vbi ratione defensionalium, aut peremptorialium,hic tertius terminus dicitur.

### *De Iuramento Articulorum.*

In quarto termino etiam iuramentum articulorum præstandum,*d.tit.15.in princ.* Sed vsus hodie obtinuit, vt si ab vna parte iuramentum illud petatur,altera dilationem, seu tempus deliberandi petat,& postea in termino constituto illud præstet.

Deniq; si partes litigantes se ad probandum offerant, hoc in termino, & aliâs quouis tempore, cum nimirum libellus aut defensionales producuntur, imo etiam antequã punctus responsionum expeditus fuerit, vtriq; parti liberum est, statim Commissarios nominare, & dilationem probandi petere, aut tempus deliberandi vsq; ad proximum terminum sumere.

TIT.

## TITVL. XX.

### *De quinto termino quomodo & quid in illo agendum.*

Si reus ad articulos Actoris in primo termino responderit, & actor statim in illo termino Commissarios nominauerit, nec dilationē probandi petierit, corā deputatis in Audientiis ordinariis nominare & petere potest. *Ord. tit. 26.*

In puncto Commissarij aut Cōmissiones & dilationes probandi petuntur, quanquā etiam statim in initio causæ, ad accelerandum causæ processum Commissarij nominari aut peti debeant. **Reichs Abschiedt** *Anno 70.*

In Commissionibus petendis Procuratores, super quibus rebus, in quo puncto, & super quibus articulis, defensional. b. aut peremptorialibus, aut aliis, Commissiones petunt, significabunt. *Mem. vis. Anno. 62. §. die procuratores. Cisn. fol. 437.*

Et partibus ad petendum admissis, & Commissariis constitutis, nullum amplius scriptum seu productum, vt appellant, ante in iudicio proponere licebit, quam probatio iudicialiter exhibita fuerit, aut Iudex & Assessores ex legitimis & grauibus causis decreuerint & præmiserint. *Ord de lo. & tit. 15. §. 7.*

Si vero Actor se ad probandum non obtulerit, aut Iudex & Assessores ex processu & rebus in iudicio oppositis, probatione opus non esse animaduerterint; Actor in quinto termino cōtra illa, quæ à Reo allata sunt, aget, & præterea quicquid in causa agere habet, id in scripto proponet, & statim concludet. *Ord. tit. eod. §. vlt.*

Et hæc de quinto termino, in quo quinque adhuc consideranda veniunt:

1. De Officio Iudicis in puncto Commissionis.
2. Quinam Commissariorum munere fungi possent.
3. De Commissariorum officio.
4. De Commissionum forma.
5. De Dilationibus probandi.

I. Officivm Iudicis est in puncto Commissariorum, vt si in illo submissum fuerit, statim interloquatur, & in extraordinariis etiam consiliis submissionem illam expediat. Periculum enim propter fragilitatem vitæ hominum seu testium in mora est. *Ord. tit. eod. § 2. Mem. vis. An. 64 §. es wirdt. Cisn. fol. 438.*

Vt exceptionibus contra Commissarios nominatos, non releuantibus oppositis, non facile ex officio alios procul absentes constituat. *Mem. vis. Anno. 62 §. wann von. Cisn. fol. 437.*

Vt pro arbitrio iudicij tempus seu dilationem probandi concedat.

II. Procvratores Camerę, præsertim vero illi, qui multis causis occupantur, Itē Protonotarii, Notarii, Lectores, & similes Iudicij Imp. Cam. personæ Commissariorum munere fungi non debent, nisi ex singulari Iudicis & Assessorum consensu, illis casibus, quibus causæ iudiciales suspenduntur, aut res suspicione caret, delegentur. *Ord. tit. eod. §. 4. Cisn. fol. 441.*

Procuratores igitur, qui recenter ad iudicium accesserunt, & quibus nullæ tum causæ, aut paucæ commissæ sunt, Commissarij delegari possunt. *Memor. eod.*

Commissarij delegati seu constituti idonei, & rerum iudicialium periti, &c. *tit. eod. §. 3.*

III. Commissariorvm officium est tam in commissionibus ordinariis, quam extraordinariis, id est, illis, quę ad perpetuam rei memoriam instituuntur; Vt tempus cōgruum aduersario, contra quem examē instituendum est, constituant: Vt nomina testiū aduersario transmittant: Vt summa cum diligentia & fide super Articulis & interrogatoriis, quatenus illi admitti possunt, apud testes agant, & testium dicta & deposita consignent, & antequam attestationes publicentur, neq; quicquā aperiant. *Mem. vis. Anno 79. §. wann auch. Cisn. fol. 439.*

In Commissionibus enim ad perpetuam rei memoriam illud singulariter constitutum est, vt Commissarius vtriusque Notarij protocolla in præsentia illorum obsignet, & vna cum rotulo obsignato ad Cameram transmittat. *d. Mem. visit. Anno. 79. Cisn. fol. 440.*

IV. De Forma literarum Commissionis duo potissimum constituta sunt: Primum est, vt in commissionib. Commissariis mādetur, vt parti aduersæ tempus congruum constituant, & nomina testium transmittant: vt testes nominatos super Articulis & interrogatoriis, quatenus admittendi sunt, qua decet diligentia examinent, & præterea non secus atque Notariis imperetur.

Alterum est, vt si partes litigantes causam suam probare cogantur, & originalia peregre transportare grauentur, veluti si libri censuales seu feudales, aut alia documēta ex Archiuo aliquo publico producēda & inspicienda sunt, aut sigilla, aut scripturæ non recognitæ per testes probandæ, & id genus aliæ circumstantiæ fuerint, &c. Parti petenti Commissiones in meliori seu optima forma decernuntur. *Mem. vis. Anno 56. §. auff daß. Cisn. fol. 437. Const. Imp. An. 87. §. vnd dieweil. Cisn. fol. 438.*

V. Ad Dilationes probatorias quod attinet, in Iudicio Imp. pro causarum & personarum qualitate conceduntur, & tempus dilationū in Camera arbitrarium est. *Ord. p. 3. tit. 15. Gail. 1. obs 91. num. 13.*

Sed in Camera neque primæ, secundæ, aut tertiæ dilationis prorogatio conceditur. *Gail. 1. obseruat. 91.* Et secunda & tertia dilatio nemini procuratorum absque causæ cognitione, & diligentiæ adhibitæ documento, concedenda est. *Ord. ibid. Mem. visit. Anno 72. §. welcher massen. Cisn. fol. 442.*

Nunquam igitur in Camera secunda vel tertia dilatio ex tempore conceditur, sed semper Iudex cognoscit, an impedimentum aliquod fuerit legitimũ nec ne. *Gail.d.loco.* Impedimentum igitur per literas Commissarij, aut alia ratione probari potest. *Gail.d.obs.91.*

In quarta dilatione Ius commune obseruatur, & sine mandato speciali adiurandum, quod nimirum malitiosè & dolosè non petatur, non conceditur. *Ord.ibid.Mynsi.1.obser.70. Gail. d. loco, quem vide.*

Procuratores non patientur primam, secundam, vel tertiam dilationem inutiliter labi, sed in tempore Commissiones ex Cancellaria rediment, ne sine causa quartam dilationem petere cogãtur. Et secus qui fecerint mulctabuntur. *Mem. vis.An.75. §. Zu dem. Cisn.fol. 441. Mem. vis.An.59.§. Dieweil. Cisn.fol.eod.*

Si secunda dilatio petatur, Iudex & Assessores in Cancellaria petita & redempta sit. *Mem. vis.An.64.§. wir setzen. Cisn.fol.442.*

In causis litigiosæ aut momentaneæ possessionis certũ tempus pro qualitate personarum & causæ pro omni dilatione assignatur. *Gail.1. obs.6.nu.3.* Secus in aliis causis & casibus, in quib. vna dilatio pro omni locum non habet, nec in Iudicio Imp. concedenda est. *Mem. vis. Anno 76. §. Man kompt Cisn fol.442.*

Si quis, postquam dilatio prima lapsa fuerit, tempus ad producendum Rotulum obtinuisset, & postea secundam aut tertiam dilationem petierit, locus petitioni nõ relinquitur, sed pro Iudicis arbitrio mulctabitur. Per calumniam enim litem protelare voluisse existimatur. *Mem. vis.An.77.§. welcher massen. Cisn.fol.442.*

Deniq; secunda aut tertia dilatio probandi, antequam prima aut secunda labatur, petenda, sed postquam lapsa fuerit, documentum diligentiæ exhibendum. *decret. Came.gen. Anno 77. Cisn fol.442.*

## TITVL. XXI.

### *De sexto Termino Causa principalis, quomodo, & quid in illo agendum.*

Tempore dilationum probatoriarum finito, Actor in sexto termino publicationem Attestationum petet, & simul reliqua sua iura & instrumenta afferet. Reus repetet copias & terminum ad producendum exceptiones si quas habet, aut si in scriptis nihil contra agere voluerit, statim in hoc aut sequenti termino per generalia contradicet. *Ord.p.3.tit.17 in princ.*

Si vero onus probandi Actori impositum, aut probatione opus non fuerit, Reus contra illa, quæ ab actore exhibita sunt, conclusiones producet, super quibus vtraq; pars concludet, *vt in Ord.p.3.tit.17.*

Sed hodie in Camera hic ordo & processus in producendis & publicandis attestationibus obseruatur. Primum Rotulus examinis, in quo attestationes, & interdum transmutationes documentorũ & aliarum literatũ continentur, & interdum etiam relatio de inspectione oculari, obsignatur, & recognitio petitur sigillorum.

Etsi etiam aduersa pars intentionem suam per testes & documenta literaria similiter probare velit, sed propter Commissarii moram, aut aliud impedimentum, ab aduersa parte Rotulus statim & simul in iudicio produci non queat, hoc casu peti solet, vt Rotulus productus in Cãcellaria obsignatus asseruetur, donec Rotulus ab altera parte similiter producatur.

Rotulo itaque tandem ab altera parte etiam producto, vtraque pars in ordine Nouarum publicationem & copiam, & habitis copiis terminum ad producendum & excipiendum respectiuè petit.

Termino igitur ad probandum & excipiendum vtrinque constituto, attestationes & aliæ probationes in Cancellaria describuntur, & vtrique parti copia seu exemplum probationum ex Cancellaria communicatur.

Pro copiis autem impetrandis Procuratores in Cancellaria per schedulam sollicitabunt, & in schedula illa diem, quo Cãcellariæ insinuatæ sint, consignabunt, vt si postea moræ aut retardati processus accusentur, moram purgare & excusare queant. *Mem. vis. Anno 76. §. ob auch. Cisn.fol.445.*

Interea vero, dum ex Cancellaria copiæ seu Exempla probationum in Cancellaria fiunt. terminus præiudicialiter non labitur. *Mem. vis. Anno 75.§. Itm fall. Cisfol.445*

Copiis tandem ex Cancellaria acceptis, vtriusque partis procuratores in ordine Nouarum indicent, copiam sibi Rotuli ex Cancellaria communicatam esse, & terminum ad probandum & excipiendum ante petitum, à die huius Recessus, vel vt Ordin. habet, *tit.18.* à die acceptæ copiæ inchoari petunt.

Hic inquam processus & ordo in producendis & publicandis attestationibus hodie in Camer obseruatur.

In causis litigiosæ & momentaneæ possessionis attestationes in Camera productæ, partibus non publicantur, nec communicantur.

Et hactenus fuit sextus terminus.

## TITVL. XXII.

### *De septimo termino: Et quid in illo agendum.*

Attestationibus & documentis iudicialiter exhibitis & publicatis, in septimo termino Exceptiones cõtra producũtur. *Ord p.3.tit.18.in pri.* Sed hodie procuratores vnà cum exceptionibus, contra attestationes & documenta, etiam scriptum seu summam quandam probationis,

ex at-

ex atteſtationib. & documentis deductam, exhibere ſolent. De quo tamen nihil in Ord. ſed vſus ita obtinuit.

## TITVL. XXIII.

### *De octauo Termino.*

In hoc termino contra exceptiones aduerſus atteſtationes oppoſitas replicandum, & præterea omnia producenda, *Ord. p. 3. tit. 19.* Et præterea contra ſcriptum aut ſummam, ſi exhibitta fuerit, excipitur.

## TITVL. XXIV.

### *De nono Termino.*

In nono termino aduerſus replicas duplicãdum, & præterea omnia producenda: Et præterea contra ſcriptum ſeu ſummam probationis, ſi exhibita fuerit, replicatur. Et ſic in puncto atteſtationum diſputando, ad duplicaſque proceditur.

Item ſi quis intentionem ſuam ſine teſtibus, intellige per inſtrumenta aut documenta literaria, aut deductionem aliquam iuris probare velit, eundem planè terminum obſeruare in documentis illis, ſeu iuris deductione diſputanda, ad duplicas vſque partes litigantes procedere poſſunt. *Ord. p. 3. ti. 20.*

## TITVL. XXV.

### *De decimo Termino.*

In decimo termino Actori in ſcriptis concludendum eſt, & in concluſione nihil noui afferendum. Et ſi quis omnino noui aliquid afferre velit, illi iuramentum præſtandum fuerit, quod antea illud ignorauerit, & iam primum reſciuerit *Ord p. 3. tit. 21.*

## TITVL. XXVI.

### *De vndecimo termino.*

In termino vndecimo ſimiliter Reo concludendum eſt in ſcriptis, & in concluſione nihil noui afferre debet, quanquam etiam viua voce ſtatim ſuper concluſione actoris etiam per generalia concludere poſſit. De modo igitur & tempore viua voce concludendi, quid conſtitutum ſit, audiamus.

## DE CONCLVSIONIBVS.

## TITVL. XXVII.

### *Quomodo & quando viua voce concludendum.*

Concluſiones aut in ſcriptis, aut viua voce, ſeu verbaliter fiunt. Reus igitur in ſcriptis, aut viua voce concludit.

Si reus viua voce concluſerit, actor in eadem audientia ſimul viua voce concludit. *Ord. p. 3. tit. 23. in prin.* Sed ſi reus in ſcriptis concluſerit, actor ſtatim in eadem Audientia concludet aut terminum concludendi petet.

Olim in termino Ord. ſeu Audientia ſexta concludebat: ſed terminus ordinat. vt ſupra dictum, hodie non obſeruatur.

Si reus viua voce in termino non concluſerit, ſimul atq; actor viua voce concluſerit, reus ſimiliter concludet, vlteriorem quoq; concludendi dilationem, quam ad proximam aut ſecundam, non petet. *Ord. tit. eod. §. 1.*

Olim quæcunq; pars ad concludendum dilationem vſq; ad proximam petiuerat, præciſè in præfixis concludere cogebatur. *Ord. tit. eod. §. 2.* Sed hodie ad aduerſę partis cõcluſionem definitiuè factam, etſi nihil amplius in ſcriptis admittendum fuerit, ad proximam in nouis concludendum eſt. *Mem. decr. Cam. An. 85. 7. Iulii.*

Et ſi in audientia proxima non concluſum fuerit, cauſa pro concluſa acceptatur, & acta lectori ad complendum traduntur. *Mem. viſit. An. 75. §. Dieweil aber.*

Si procuratori per ſententiam iniunctum fuerit, vt viua voce concludat, ſtatim in eadem audientia ſententiæ parebit, & ſecus ſi fecerit, cauſa proconcluſa acceptatur. *Ord eod. tit. §. 4.*

Et iſtiuſmodi concluſiones per procuratores viua voce, ſeu, vt in Camera loquuntur, verbaliter fieri, nec concluſiones in ſcriptis loco verbalium exhiberi aut acceptari debent. *Ordi. tit. eod. §. 5.*

Præterea verbales concluſiones, non multis ſed paucis verbis, nec cum repetitione priorũ, aut rerum nouarum deductione, ſed hac verborum formula fiunt: In Cavsa N. *contra* N. *dico aduerſus ea, quæ ab aduerſa parte acta ſunt, generalia, & repeto priora, in cauſa ſubmittens. Ordin. ibid.*

Si ante aut poſt concluſionem verbalem noui aliquid inciderit, & illud iam primum, & de nouo incidiſſe, mediante iuramento affirmatũ fuerit, illud in ſcriptis produci, & ſi forſan concluſum ſit, concluſionis reſciſſio peti poteſt; Eoq; caſu Iudex & Aſſeſſores, id quod iuris eſt, decernere debent. *Ord. eod. tit. §. 6.*

Et vna quęq; pars, ſi ex aduerſo nihil noui allatum fuerit, ſtatim viua voce ab vna concluditur, & altera pars ſimiliter concludat ſine vlteriore dilatione, niſi noui aliquid inciderit, & illud mediante iuramento de nouo incidiſſe aſſeratur. *Ord. eod. tit. §. 7.*

Et alioqui Iudex nunquam permittet, vt vna pars ab altera ſubita concluſione obruatur, aut circumueniatur. *Ord. eod. tit. § 8.*

Si pars vna aliquid ſingulare in concluſione proponere velit, illud in ſcriptis proponet, aduerſam partem contra agere patietur, nec facile aut temere, antequam cauſæ merita diſcutiantur & agitentur, viua voce cõcludendum. *Mem. viſ. An. 78. §. da dann Ciſn. fol. 454. & 481.*

Præterea procurator cum procuratore ſuo aduerſo diffinitiuè non concludet, niſi vterque ad cauſam legitimatus fuerit.

In conclusionibus verbalib. discrimen causarum Ordinariarum & extraordinariarum non obseruatur. *decret. Cam. gen. An. 73 Cisn. fol. 451.*

Si procuratores in causa concluserint, & post conclusionem Recessus habuerint, conclusiones ante factas silentio non præteribunt, sed expressis verbis reiterabunt. *Ord. ibid. §. vt.*

Et hæc de conclusionibus verbalibus constitura, & non solum de conclusionibus in causa principali, verum etiam in pũcto dilatoriarum & peremptorialium intelligenda sunt. *Mem vis. An. 78. §. ebener massen. Cisn. fol. 449.* Nam in Camera nulla sententia publicatur, & ne Interlocutoria quidem, nisi legitimè ante sit conclusum. *Gail. 1. obs. 107. n. 2.*

Hactenus igitur expositi sunt termini primę instantiæ, seu causarum simplicis querelæ. Sequuntur nunc termini secundæ instantiæ. Sed antequam secundæ instantiæ terminos aggrediamur, de processu reconuentionis in Camera aliquid inferendum est.

## TITVL. XXVIII.

### *De Processu in causa Reconuentionis.*

Reconuentio aut ante, aut post iltem contestatam instituitur, & vel statim post litem contestatam, vel interuallo post.

Si ante litem contestatam, aut statim post litem contestatam instituitur, parib. processibus & alternis vicibus & terminis in causa conuentionis & reconuentionis procedendum est.

Etsi Mynsing. *d. obser. 98. cent. 3.* ex veteribus annotationibus existimet, Reum à Citatione absoluendum cum expensis, tamen vt ab intentata accusatione Rei absoluantur, obseruatum est per multos annos, vt infinitis præiudiciis ostendi potest, & Gail. apertè tradit *d. cap. 13. num. 12. & 13. argumen. l. 1. §. ait prætor. ff. de vi & vi armat.* Et ita obseruatum sit in hoc 4. Senatu in dd. 3. præiudiciis, & in hac causa **der Herrn von Beuren** contra **Walrachen von Walldeck** 7. Octob. Anno 62. **das Graß belangendt.** Item alia 7. Octob. Anno 69. **Belaw wider Stralsundt.** Quanquam vero nonnunquam adiecta fuit clausula reseruatoria, plerumque tamen omissa, vt ostendi in voto **Anhaldt** contra **Stolberg** / Et ita obseruatum in causa **Redeier** contra **Meckelburg** / Et in causa **Knorren** / contra **Westerhagen** / 20. Nouemb. Anno 66. Et alia præiudicia referuntur à Gail. *d. c. 12. numero 15. & 16.* non puto hic locum esse clausulæ reseruatoriæ, licet adiunxerit & adcumulârit, etiam alias pœnas ex iure communi in petitione summaria. Nam hæ accedunt in principali petitione ex constitutione super banno. Itaque illa
11 † qualitate, qua actor principaliter nititur, deficiente, nec huius, quæ inde pendet, ratio habetur. *Mynsing. obs. 86.* Cum eius culpæ cognitio ad alium pertineat iudicẽ, atq; hic nulla pene qualitas supereesset, qua factũ contra dictã constitutionem cõmissum dici possit; secus est, si aliqua qualitas eiusmodi interueniat. Nam tunc, habita circumstantiarum ratione, iudex ex arbitrio & prudentia sua, vel banni pœnam in arbitrariam commutare, vel aliam pœnã iuris communis irrogare potest. Atq; huius rei multa extant præiudicia, **Als Wetssenburg** cõtra **Pfaltz.**

Ad expensas quod attinet, licet mihi placuerit mea sententia, quam dixi, cum de hac constitutione in pleno Senatu ageretur, cõpensandas esse, proprerea quia litigatores imperitia aduocatorum adducti, seducti potius, super hac
12 constitutione processus petant, tamẽ † in antiquis annotationibus à Mynsing. *d. obs. 27. cent. 2. & d. obs. 98. cent. 3. Gail. d. cap. 13. num. 12. & 13.* absolutio fieri debet cum expensis propter defectum iurisdictionis, & qualitatem in hac constitutione necessariam non probatam, secundum regulam communem *l. properandum. §. sin aut. C iudic. Hipp. de Marsil. ad Rub. C. de probat. num.* 454. Inueni tamen in nonnullis causis expensas compensatas Præiudicia recitaui in causa **Anhaldt** contra **Stollberg.** In hac vero hypothesi videtur iusta causa esse compensandi expensas, sed & stylus, obseruationes & ius commune sequendum, saluo, &c.

Alter processus est in puncto mandati de restituendo, in quo petit *num* 4. & 9. Reos declarari in pœnam mandato insertam, scilicet decem marcas auri. Porrò ad petitionem principalem quod attinet, illa locum plane habere non potest, quia mandatum hoc extractum est cum clausula iustificatoria, cuius pœna comparentibus Reis euanescit, & quoad partem resoluitur in vim simplicis citationis. Atqui in hoc casu nostro Rei comparuerunt, & facti sui defensionem propposuerunt, in articul. defens. Vnde constat, hoc mandatum resolutum in simplicem citationem, nec eam contumaciam rei commiserunt, vt postea eis mandatum fuisset à iudice. Atque ita ad iudicem quoque quod attinet, hoc mandatum absurdum est: verum quia adiecta est clausula salutaris in meliore forma, etiam potest, & debet iudex in remedium actoribus tribuere, quod eis quam maxime vtile est: statuamus igitur, eos ad restitutionem damnorum, vt debeant, egisse, ac tum prima quæstio est, *An Abbatissa & Conuentus ea de clausula hoc remedium competierit.* Ac quidem Clericos mediatè imperio subiectos, ciuiliter † ob fractam pacem ad re- 13
stitutionem bonorum ablatorum, & compensationem damnorum acceptorum in causam agere posse, tradit Gail. *cap. 8. num. 13.* quod & quotidie obseruari huius iudicij vsu solet. Ego tamen existimo, dictam Abbatissam & Conuentum, Reos nostros non recte conuenisse ratione resarciendorum damnorũ acceptorum. Nam regula illa tum demum † locum habet, 14
cum ecclesiasticæ personæ solemniter protestantur, se non ad pœnam banni, verum ciuiliter tantum ad bonorum ablatorũ & damnorum restitutionem & compensationem agere velle. *Franc. c. prælati de homicid. in 6. num. 6. & 16. Anch. n. 6. & ibid.* ac consultũ † est, vt super hac 15
solenni protestatione Ecclesiastici instrumentum publicum confici curent, *secundum ea, quæ not. Gail. d. c. 8. num. 14.* Tantum vero abest, vt dicta Abbatissa & conuentus protestatæ sint, se criminaliter non accusaturos, sed disertis verbis suam accusationem ad vindictam publicam & pœnam Banni intentarunt. N. vero licuit, vt principaliter super banno, sic & incidenter, super restitutione damnorum experiri, an huic mandato locus sit? Multum interest, principaliter mandata de relaxando vel restituendo,

& similia, an per consequentiam sint decreta,
16 priori † casu etiam sine citatione olim, hodie vero cum citatione ad videndum sine clausula etiam decerni possunt. Exemplum habemus in causa der Grauen von Manßfeldt contra Marggraff Albrecht zu Brandenburg / & consortes, von wegen deß entfürten jungen Grauen von Manßfeldt. Sic nuper auff den Religionsfriedē/
17 quæ † constitutio æquiparatur constitutioni pacis publicæ, decreta fuerunt mandata sine clausula, & sub pœna banni, veluti in causa Ortenburg contra Bayern / 1.2.3. mandati, auff den Religionfrieden / Item Teutschenmeister contra Anhalt zu Lattorff auff den Religionfrieden / Sic sub pœna banni euentualiter fuerunt decreta sine clausula mandata, in puncto relaxationis in causa Nürmberg: etliche gefangene belangendt & consortes, contra Albrechten zu Brandenburg / Anno 59. Et Elisabeth Nepsen eodem die contra eundem. Item in causa Episcoporum & Nürmberg contra Marggrauen Albertum: Hoc autem tum demum procedit, cum factum esse cōmissum in constitutiones pacis publicæ aperte & plane constat. Nam cum vel relaxandi sunt captiui, vel restituenda ablata, vel reuocanda interdicta, non satis consulitur implorantibus citatione ex hac constitutione, sed mandatis o-
18 pus est. Porro principalis pœna d. constit. est † pœna banni, atq; tum sub ea pœna mandata recte concipiuntur sine clausula. Atq; hanc sententiam meam pluribus deduxi, quando tria illa mandata decreta fuerunt Ortenberg contra Bayern / Ac in his recte procedi potest, & citatio ad videndum per consequentiam iis adiungitur, vt & hodie ex constitutione, anno 70. est adiungenda. Sic quoq; mandata cum clausula aliquando citationi principali super constitutione solent adiici, quorum non eadem est ratio, nec idem genus. Nam, aut narrata eorundem, & facta sunt constitutioni pacis publicæ conformia, atq; ita iurisdictionis causa etiam in iis per se fundata, de quibus Gail. *c. 6. n. 6. lib. 1.* Et cum in eorum quoque processu recte procedi & iudicari potest, quęcunque sit citationis conditio: sic & similia mandata cum clausula adiungi possunt citationi Auff den Landfrieden. Quādo rei immediate imperio sint subiecti, & in iis quoque non habito respectu citationis procedi, & causa decidi potest. Nam & hæc mandata absque
19 † citatione per se decerni possunt.
20 Iuxta communis iuris regulam, quod † actor rei forum sequatur. Item Gail. *dict. c. 6. n. 75.* In aliis vero casibus quando particulariter citatio Auff den Landfrieden / & per consequentiam mandata impetrantur, ego puto, cum principalis accusatio in puncto citationis non consistit, nec accessoriæ locum esse, *l. cum principalis. ff. de reg. iur. cap. accessorium. Eod. Panorm. c. si quis contr. de for. comp.* Nam in his iurisdictio nostra nisi intuitu principalis non est fundata. Vnde propter defectū qualitatis nobis iurisdictionem tribuentis, videtur absoluendus reus perinde, vt in puncto citationis. Ita absolutio in vtroque puncto facta est in causa Velauw contra Stralsundt / Memmingen contra Fürstenheusser Anno 42. Hendel wider Anhalt / Simon Cappa wider Wolff Schlegel / Anno 70. Straßburg / wider Heisenstein Anno 58. Rederer wider Meckelburg. 11. Iunii. Anno 72. Weißberg contra Braunschweig.

Nec obstat diuersos processus institui in vtroq; puncto, quia referuntur hi distincti processus ad diuersos fines. Principalis ad pœnam banni, accessorius ad pœnam pecuniariam.

Atque hæc ipsa pœna pecuniaria argumento est, illum processum principaliter super pace publica non esse institutum. Nam ex ea agendum fuisset super pœnas in ea comprehensas, vel ad bannum, vel ad pœnam 2000. marcarum auri, vel coniunctim ad vtrunque. Nam cumulari posse dubium non est. Porro cum in huiusmodi mandatis accessoriis. *Mynsf. centur. 5. obs. 78. quam ad verbum descripsit ex antiquis annotatio.* litis fit contestatio, videtur Iurisdictio nostra quasi prorogari, atque idcirco etiam pronunciandum esse super iis, cæteroquin iniuste videtur, vel lis contestari, vel post litis contestationem procedi, cum defectus † iurisdictionis 21
in continenti videri & approbari possit, id est, qualitas necessaria ex hac constitutione, quæ nostram iurisdictionem fundat. Ac quidem magni momenti est hæc ratio, cum regulariter exceptiones † peremptoriæ impediant litis in- 22
gressum. Verum vt ex Mynsing. *d. centur. 2. obser. 27. & obseruat. 87. centu. 4.* Et Gail. *obser. 11. libro 1. numer. 8. & seqqu.* constat in communis fractæ pacis exceptione peremptorias non impedire litis ingressum siue litis contestationem. 1. Quia ad merita causæ principalis pertinent, ac regulariter exceptiones † peremptoriæ, quæ perti 23
nent ad principale negotium, non impediunt litis contestationem. *Ordinat. camp. 3. titul. 27. §. 1. l. peremptorias, C. sent. rescind. non posse.* Ideo nulla qualitas facti ante litis contestationem in huiusmodi casibus admittitur. *Gail. dict. obser. nu. 9.* Deinde ratio habetur tum temporis, tum etiam sumptuum & expensarum, ne duplici dispendio & sumptibus partes grauentur. *Mynsf. d. obser. 27. Cent. 2.* Ad nostrum vero factum quod attinet, aperte quoque mandati actores voluerunt fundare Iurisdictionem nostram ex qualitate fractæ pacis, vt ex 1. & 2. Artic. probatorio in puncto mandati videre licet, ac illa qualitate non probata, Reus est absoluendus. Tantum vero abest, vt damnum datum qualificari possit, ad constitutionem fractæ pacis, vt vix etiam locus sit spolio. Nam ad vinum quod attinet, & panem, & iusculum, videntur ex permissu cauponis, vt aliquot testes deponunt, hæc accidisse. Deinde quod ad mel attinet, non est proba-

tum, id per d. Schützē absumptum vel effusum, nec vltra vnam mensuram defuit, Deniq; quoad hæc ipsa damna, & actorum Abtrag / potuissent ordinaria actione ex iure communi actores expediri, quanquam, vt verum fatear, plures putem impensas & sumptus actores susceturos fuisse, quā quantū hoc damnū æstimaretur.

24 Nec obstat† adiunctas quoq; esse alias pœnas iuris communis. Quia vt exposui in causa **weißberg** contra **Braunschweig** / principali causa nō subsistente, & deficiente qualitate constitutionis, nulla aliarum pœnarum communium ratio habetur, sed reus ab instituta actione in puncto mandati absolui debet. Pronunciandum igitur puto in vtroq; puncto, vt in d. causa **Rödter** contra **Meckelburg** / & **Weißberg** contra **Braunschweig** / absoluēdo reos **von angestelter Klage deß Landfridens.** Multa n. talia extant præiudicia de expensis, idem statuo, quod ante in puncto citationis: clausulam reseruatoriam volo amittere ne litigatores nouis litibus onerentur, & cum alioqui ipso iure, etiamsi non exprimatur hæc clausula, saluæ sint ordinariæ actiones. Saluo Dominorum iudicio.

*Votum D. N. Correferentis.*

Quoad procuratoria, & nullitates cum D. Refer. actum ex constitutione pacis publicæ coniunctim, tam ad pœnam constitutionis, quam ad reparationem damnorum & interesse, vt ex vtraq; summaria petitione & probatoriis articulis

25 videre est. Hocq; seorsim † & coniunctim fieri posse ipsa constitutio de An. 21. & 42. & or. Camer. *p. 2. tit. 9. §. 1.* **wir wöllen auch:** *dicta*, tradit Mynſ. *obſ. 29. cent. 2. & obſ. 34. cent. 4. & obſ. 98. cēt.*

26 3. *Gail. obſ. 6. & 6. lib. 1. de pace pub.* Licet† seorsim ad damnum vel spolium agens ex dicta constitutione, non minus qualitates fractæ pacis probare debet, ac si ad pœnam constitutionis ageret, alioqui censeretur simplex spolium, quod

27 coram† competenti & ordinario tractandū est. *iuxta ord. p. 2. t. 28. per tot.* Rectius vero in puncto citationis ad videndum quis dixerit, esse accusationem quam actionem, quia popularis est, & ex illa constitutione omnes admittuntur

28 *dict. leg 1. de iniur. Myn. d. ob. 34. cent. 4.* Quo† ad requisita 1. Vis publica & maior, quam cui resisti possit. 2. Vis armata coadunatis hominib. 3. Dolus verus ex proposito. *Gail. lib. 1. obſ. 7. n. 4. & 23.*

*An probata hæc requisita?*

Concludo non esse probata, nec quidem factum ipsum prout narratur, tale esse, vt per id

29 publica pax frangi possit, ideoq; non probata† qualitate pacis publ. Reos absoluendos ab instituta accusatione cum expensis. Et licet Myn. *obſ. 29. cent. 2. & obſ. 98. centu. 3. vtrobiq; in fine*, hoc casu reos à citatione cum refusione expensarum absoluerit, tamen ab instituta accusatione, *Gail. lib. 1. c. 13.* Quod ad punctum mandati attiner ad hunc allegatur *obſ. 6. lib. 1. de pac. publ.* Plane in hoc puncto, actores informiter, non reparationem damnorum, sed reos in pœnas mādato insertas declarari, & eius medietatem sibi adiudicari petierunt, prout patet in petitione summaria. Apparet vero hoc mandatum cum clausula iustificatoria decretum esse, vt in causis fractæ pacis fieri solet, cuius clausulæ effectus est, vt† comparitione partis, tale mandatum in 30
vim simplicis citationis resoluatur. *Bart. l. 1. C. de execut. rei iud. Gail. lib. 1 obſ. 5. n. 19.* Itaq; vel ex hoc solo capite posset quis dicere, reos in hoc puncto esse absoluendos.

Neq; n. in articulis probatoriis de restituendo articulatim & distinctim ponitur, prout debebat, quæ & qualia damna illata sunt. Cæterum ex clausula salutari, quia id ipsum in articulis probatoriis in puncto citationis aliquatenus articulatum est art. sc. 13. **Daß er dem Wirt sein Weinfaß angestochen / den Wein / Brodt / vnnd andere verschleifft / verzehrt /** videndum, an rei ad reparationem damnorum actoribus teneantur vbi prius inquirendum est, an quod damna actoribus à reis illata sint, probatum sit? Et dico quod non. Quinimo N. cui articulata damna illata sunt, vtrobiq; rotunde deponit, **daß er jnen hat auffthun lassen / daß der hasse mit Honig zu brochen worden /** & quis hoc fecerit, probatum non est, **habe jhnen Wein vnd Brodt angeboten.** Huic suffragantur ancillæ & aliorum depositiones, quod in hoc puncto vellem absoluere reos. Actore n. non probante reus absoluitur. In hoc puncto vellem expensas compensare magis ex æquitate, quam ex rigore iuris, cum videam aliqua damna esse illata. Quoad formam committo **dem Rechten.** Saluo &c.

*Votum D. N.*

Concludo in vtroq; puncto cum DD. Ref. Quoad expensas malim cum Domino Corref. si fieri posset, compensare ex æquitate.

*Votum D. N.*

Actore† non probante, in expensis idem cō- 31
demnari debet, igitur nostros actores in eis cōdemno, cum DD. RR. in reliquis punctis sentio, &c.

*Votum D. N.*

Quanquam ab initio offendebatur, quod Domini dicerent, causam huc non spectare propter qualitates non probatas, quare ab actione reos absoluēdos, quippe cum ita videatur præclusa actio iniuriarum, *iuxta l. in fundum ff. de re iud.* Cum tamen ex diuersis præiudiciis à d. Ref. enumeratis, & ita stylum Cam. reperiam. Deinde non simpliciter absolutio, sed cum additamento ab instituta actione, fit super fracta pace. Est n. relatum à Ref. Et paria sunt, aliquid† 32
per se expeditum esse, aut per alium, *l. in summa ff. de re iudic.* non esse video, quare dominorum votis non acquiescam. Quantum ad expensas, quandoquidem iurisdictionem non fundatam pronunciauero, vereor tamen, vt actores condemnationem expensarum possint euadere.

*Votum*

*Votum D.N.*

Quoad punctum Citationis vel causam principalem puto rem esse extra dubium, atq; ideo cum DD.Ref. Quod ad punctum mandati attinet, in hac hypothesi similiter cum dominis RR. concludo. Actores stricto iure condemnandi veniunt. Sed si Domini volunt compensare, non refragabor, quia putarem hosce processus decernendos non fuisse.

*Votum D.N.*

Concludo in vtroque puncto Reos absoluendos ab instituta accusatione. Quoad Expensas libenter compensarem. Sed video id fieri non posse.

*Votum D.N.*

Concludo per omnia cum DD. RR. postea quam omnes vnanimi consensu constituerint, Reos absoluendos, nec sumus in vera hypothesi fractæ pacis. Et in puncto restituendi ablata, cum nihil ablatum cõstet, sed quicquid insumptum, ex liberalitate Runckels, qui capi debuerat, consumptum fuisse, alias non potuissemus à communi stylo ac vsu in puncto mandati recessisse, in quo ita conclusum, licet non simus in fracta pace fundati: nihilominus si actor habeat intentionem, in puncto mandati fundatam, pro illo pronunciandum foret. Saluo, c&

*Sententia.*

**In angemaster Landtfriedtbrüchiger Aptstin / Priorin vnd Conuent zu N. Auch Weylande Herr Christoffs / H. Ludwig vnd Christoffs Graffen zu N. Klägerin eins / wider die Amptleute gemeiner Herrschafft zu N. beklagte anders theils / Citationis auff den Landtfrieden. Et mandati restituendo, ist allem vorbringen nach zu Recht erkandt / daß gedachte Beklagte von angestelter Klagen zu absoluiren vnd zu erledigen seyn / Als wir sie auch hiemit darvon absoluiren vnnd erledigen / ermelter Kläger in die Gerichtskosten derwegen auffgeloffen / jhnen den Beklagten / nach rechtlicher Ermessigung zu enterichten / vnd zu bezahlen fällig ertheilende.**

## VOTVM II.

*In Causa* **Blawenstein** */ Contra* **Leuin Camps** */ Fractæ pacis publicæ.*

SVMMARIA.

1 *In maleficio etiam ministerium & adiutorium spectatur.*
2 *Voluntas & propositum distinguunt maleficia.*
3 *Iudex in pœnalibus mitiorem viam sequi debet, maxime in criminalibus, quando de vita agitur.*
4 *Innocentiæ fauor tantus est, vt eius nomine admittantur domestici, & minime legales testes.*
5 *Nocentem in pœnis melius est absoluere, quam innocentem condemnare.*
6 *Quilibet censetur non immemor salutis suæ.*
7 *Negatiua simplex mera, non satis arctata loco & tempore, non est probabilis, & reddit attestantes suspectos de falsitate.*
8 *Testes non debent deponere nisi super his, quæ percipiuntur per sensum corporis.*

In Nomine Domini, Amen.

ACtum ex constitutione publicæ fractæ pacis ad vindictam. Tota causa in facto consistit. Quo ad L. C. concludo, tam ex propria ipsius cõfessione, quam omnium testium dictis, actionem intentatam clarissime probatam esse. Quo ad **Stoberndorff**, similiter concludo, quia vna cum d. L. præparatus venit, & quæ propositum facinioris perpetrandi habuit, neque eum excusat, quod de equo non descenderit, quia sufficit † quod ministerium & adiutorium præbuerit, *arg. l. in fundi de furt. §. interd. Inst. de obl. quæ exq. deli.* Quia † voluntas & propositum distinguunt maleficia. Concludo itaq;, omnes in pœnam publicæ pacis violatæ condemnandos. 1 2

Maior dubitatio est de **Balthasar Rostock**, an criminis & homicidii perpetrati conscius fuerit? Actoris testes deponunt, vno veluti ore omnes, ipsum interfuisse homicidio, atq; etiam eius autorem fuisse. Reorum vero testes ex diametro contrarium deponunt, scilicet non interfuisse. Ita 1. testis nobilis ipsum tota ea die in suis actibus zu **Deuen** fuisse.

Sic 10. 11. 12. deponunt de visu: reliqui omnes de auditu. Si igitur numerum testium attendamus, vincit Reus **Rostock** / quia pluribus testibus suam innocentiam probat, si rationem dicti, vincitur à testibus actoris, sed quia non magis pro delicto, quam innocentia præsumendum, & iudex † in pœnalibus mitiorem viam sequi debet, maxime in criminalibus, quando de vita agitur. *Dec. l. factum § pœnalibus de regu. iur. l. respiciendum ff. de pœn.* Ideo in hac contrarietate testium, non volo nominatum Reum absoluere, aut in dubio innocentem condemnare. Sed vt D. Ref. iuramentum purgationis deferre, idque fauore † innocentiæ, qui tantus est, vt eius nomine admittantur testes domestici, & minime legales, *l. absentem, ff. de pœn. P. Grilland. in titu. de relax. Carcer. c. de absol. innocentis, versiculo 2. quæro & c. Decius l. etsi nihil. num. 3 ff. de regulis iuris.* Vbi multa de fauore innocentiæ. Et in pœnis † melius est nocentem absoluere, quam innocentem condemnare, *l. absentem. de pœn. Dec. l. fauorabiliores, nu. 6. de reg iur. Hipp. de Marsl. vnius. §. cognit. n. 46 & seq. de quæst.* 3 4 5

Nec mouet me periurii metus, quia pro eo non est præsumendum, cum † quilibet censeatur non immemor salutis suæ. Illud tamen negare nõ possum, fortissime obstare negatiuam, de qua in præsenti agitur, non esse satis coarctatam loco & tempore, quo casu simplex † negatiua non 6 7

ua non probabilis *l. actor. C. de probat. l. 2. ff. eod.* Et vtrobique elegans gloss. & DD. Hinc Dec. *cons.* 649. *num.* 15. consuluit testibus, vt tanquam ab igne caueant, ne attestentur meram negatiuam quia reddunt se suspectos de falsitate. Et est ratio, quia testes non debent † deponere, nisi super his, quæ percipiuntur per sensum corporis, *l. testium C. de test. Lanfran. c. quorsum nume.* 14. *c. cum seq. de probat. Alex. cons.* 136. *vol.* 1. Quibus hic in dubio oppono fauorem innocentiæ. Et quod tota probationis materia committatur arbitrio Iudicis, qui testibus etiam plene probantibus, potest, si vult, non adhibere fidem, *l.* 3. *C. de test.* Item quod iudex ad vnam speciem non alligetur, *vt latius deducit Dec. cons.* 511. *num.* 1. *Paris. cons.* 107. *nu.* 48. *vol.* 1. Multum igitur refert fauorabilem habere iudicem. Quare concludo, vt supra N. iuramentum purgationis deferendum. Saluo, &c. 8

## VOTVM III.

### *In Causa Herrn W. Graffen zu W. Contra N. Dievon Beueren / Fractæ pacis publicæ, Auff den Landtfrieden.*

SVMMARIA.

1 *Actionis ex constitutione fractæ pacis requisita quæ sint in puncto citationis & mandati.*
2 *Pignoratio non potest, nec debet fieri in loco alieno sed suo.*
3 *Actum illicitum quoties quis explicat, eo ipso censetur esse in dolo manifesto.*
4 *Violentia ex proposito in alieno territorio commissa, cum sit de genere prohibitorum, & contra ius naturæ, dolum manifestum coarguit.*
5 *Causa quælibet iniusta, fatua & temeraria excusat à dolo.*
6 *Voluntas & propositum distinguunt maleficia.*
7 *Ignorantia pignorati eodem iure vtentis contra pignorantes, existimantis sibi hoc licere iure defensionis, à dolo excusat, & per consequens à pœna capitali liberat.*
8 *Homicida non omnis de iure ciuili dignus est morte, sed solum is, qui dolo facit, & qui animum committendi habet, licet culpa non careat. Nec dicitur omnis incidisse in constitutionem fractæ pacis, si non adsit dolus, propositum & armata manus.*
9 *Homicida fortuitus & præter opinionem non incidit in pœnam l. Corneliæ, sed in pœnam extraordinariam arbitrio iudicis, & n.* 11.
10 *Dolus quoties in delictis requiritur, ipso desicente non committitur delictum.*
11 *Actio ex constitutione fractæ pacis vt competat, quæ requirantur.*
12 *Arma omnia ea dicuntur, quibus nocetur.*
13 *Constitutio fractæ pacis nullam excusationem admittit, nisi desensionem coactam.*
14 *Factum sine illa qualitate probare non sufficit.*
15 *Confessio qualificata, vt, feci, sed ad mei defensionem, est magis negatiua, quam affirmatiua confessio.*
16 *Confessio qualificata, confitenti non præiudicat, sed perinde habetur, ac si negatum esset.*
17 *Occidens aliquem in dubio præsumitur fecisse ad sui defensionem.*

In Nomine Domini. Amen.

DVÆ sunt actiones propositæ. I. Accusatio est ex constitutione fractæ pacis. II. In puncto mandati de restituendo ad pœnam mandati soluendam. Quæ sint requisita vtriusq; actionis. Concludo cum Dn. Ref. tria sc. esse in puncto citationis † vis maior, armata manus, dolus ex proposito. 1

Duo autem in puncto mandati, mandatum & paritio. Quod ad punctum citationis attinet, concludo, factum, de quo principaliter in 7. 8. & 9. art. agitur tam confessione reorum, quam depositionibus testium, quo ad ablata pecora, probatum. Quare consentaneum esse videtur, Reos incidisse in pœnas fractæ pacis. Videndum igitur de elisione.

Omnis autem reorum defensio consistit in pignorationis quodam iure, quod scilicet non animo frangendi pacem publicam, sed abigendi pecora in modum pignorationis, cum armatis hominibus ad pagum H. primo diluculo venerunt. Quæ quidem allegatio & defensio potissimum duabus de causis irreleuans esse videtur: tum quia defens. articuli, in quibus prætensa illa pignotatio articulatim deducitur, per sententiam reiecti sunt: tum etiam, quia † pignoratio non potest, nec debet fieri in loco alieno sed suo. 2 Et fateor esse prorsus alienum, & in quo nihil iuris prætenditur. In casu nostro Buerenses sciuerunt pagum H. immediate cum omni iure ad actorem sine controuersia pertinere, ex quo etiam dolus eorum satis arguitur. Nam quoties quis explicat actum † per se illicitum, eo ipso censetur esse in dolo manifesto, de quo *l. dolum. C. de dol.* Nunc in præsenti casu, talis violentia ex proposito, † in alieno territorio commissa, cum sit de genere prohibitorum & contra ius naturæ, dolum manifestum coarguit. *Alex. cons.* 103. *n.* 15. *vol.* 1. *Fel. c. in præsentia n.* 13. *de probat.* 3 4

Itaque stricta iuris ratione, Rei in pœnam fractæ pacis declarandi essent, secundum sententiam D. Referentis. At quoniam quælibet iniusta causa † fatua & temeraria excusat à dolo *l.* 1 *& ibi gl de Abig. l plagii.* 13. *& ibi gloss. C ad l. Flau. de plag. Ias. l. iuste possidet. numer.* 31. *de acquir. poss.* Et homicidium non ex proposito commissum sed præter opinionem, non excusandum, sed pœnam fractæ pacis in pecuniariam (quod licet, vt in constitutione fractæ pacis fit) commu- 5

tandam

6 tandam cum D.Ref.censeo: voluntas † enim & propositum distinguunt delicta *l qui iniuriæ causa ff.de furt.* Neque enim existimo, hoc factum adeo esse contra ius naturæ, vt diuris theorica, quod quælibet causa excuser à dolo,
7 &c. hic locum habere non posset. Nam si † ignoratus eodem iure contra pignorantes reos veteretur, existimans sibi hoc licere iure defensionis, talis ignorantia iuris etiam à dolo excusaret, & per consequens à pœna capitali libera ret, *Bald cons 9.num.3 volum* 1. Nec mouet me, homicidium perpetratum, quia de iure ciuili
8 non omnis homicida † dignus est morte, sed solum is qui dolo facit, & qui animum committendi habet, licet culpa non careat. *leg.1.§ Diuus ad l.Cornel.de sicar.* Sic etiam non omnis homicida dicitur incidisse in pœnam constitutionis fractæ pacis, si non adsit dolus, propositum, & armata manus. Potest quis pacem publicam frangere absque homicidio contra vero homicidium committere etiam potest quis, vt tamen non frangat pacem publicam. Exempla in Camera quotidiana sunt *fac. opt text l.3 in fine ff.de vi & vi arm. Qui armati venerunt*, inquit textus, *etsi non armis vsi sunt.* Cum igitur hic constet ex depositionibus testium, Reos non accessisse ad pagum H. animo committendi homicidium,
9 sed tantum abigendi pecora, quare non † ex l.Cornelia puniendi sunt, sed alia pœna extraordinaria arbitrio Iudicis. *Bald.l.data opera, numero septimo, & octauo, C qui accusar.poss gloss &*
10 *DD l perspiciend. § delin.ff.de pœn.* Nam † quoties in delictis dolus requiritur, ipso deficiente nõ committitur delictũ. *l inter omnes* 47.§ *recte. & l.falsus* 44.§ *qui alienum ff de furt.* Ergo si in ho-
11 micidio non interuenit † dolus, licet præter opinionem homicidium sequatur, cessat pœna ordinaria l. Corneliæ & deuenitur ad extraordinariam arbitrio iudicantis, *Bald dict.leg data opera d l.1.§ diuus.ad l Corn de sicar.* Concludo in puncto citationis, Reos pœnam pecuniariam condemnandos In puncto mandati concludo, similiter cum DD. Refo. paritionem iniungendo cum refusione expensarum.

### *Sententia definitiua publicata 28. Iunii.*

In sachen W. & Consorten, wider Buern fractæ pacis, ist allem vorbringen nach zu Recht erkannt daß auß bewegenden Vrsachen die gedachte Beklagten, in die gemeine Peen deß Kayserlichen Landfriedens nemlich der Acht nit, sondern vmb jr angezogener vnnd geübter verhandlung willen dem Kay. Fisco, vnnd ermelten Klägern in ein Geldt Peen, die auff 40. Marck lötigs Golds hiermit gemessigt, zu erklären vnd zu verdammen seyn. Als wir sie darzu auch hiermit erklären, vnd verdammen, vnd erkennen, daß sie den halben theil ermeltem Fisco, vnd den andern halben theil berührtem Graffen halb vñ halb den Dorffleuten zu J. darzu die Gerichtskosten derwegen auffgelauffen, auff rechtliche Messigung zu entrichten vnd zubezahlen schuldig seyn. Ferner zwischen ermelten Partheyen in puncto mandati, ist gleichfals allem fürbringen nach zu Recht erkannt, daß gedachte Beklagten in die Peen außgangens vnd wider eingebrachtes Mandats noch zur zeit nicht zu erklären sondern demselben in zeit sechs Wochen, dem Nechsten so jm von Amps wegen hiemit angesetzt, bey Peen darinn bestimpt, mit würcklicher zustellung deß abgenommenen vnd einen ändern Viehs, oder des billichen Werths darfür, sampt derowegen erlittenen schadens vnnd interesse nachmals zu gehorsamen vnd zu geleben, darzu jhren gegentheil die Gerichtskosten derohalben auffgelauffen, nach rechtlicher messigung zu entrichten vnnd zu bezahlen schuldig seyn sollen.

### *Ex voto Domini Referentis in causa N. contra B.*

Vt actio ex constitutione fractæ pacis competat, tria requiruntur. 1. Quod sit facta impetu maiore, cui vix resisti possit. 2 Quod vis cum armatis facta sit, vt in textu constitutionis, ibi gewehrter Handt *fac l.3 l.si quis aliquem, ad l Iul.de vi publ.* Arma † autem omnia ea dicuntur, 12
quibus nocetur, *l.3 de vi & vi armata.* 3. Quod vis dolo fiat, vt habet constitutio ibi freffentlich *Ias. in l.in actionibus, de in lit.iur. Angel. in l.si quisquam domo de furt.*

Quod ad actionem Mandati requiruntur duo, Mandatum scilicet & paritio, *Bartol. & Alexand.in l.1. § fin. si quis ius dicenti non obtempera.* Constitutio nostra † nullam excussionem, 13
nisi defensionem coactam admittit. Ibi, Auß einerley Vrsachen, wie die Klagen haben mögen, sed vnumquemq; ad viam iuris remittit. Atque hæc defensio debet euidentissime constare: proponens factum qualificatum, debet non solum factum, sed etiam qualitatem facti probare, quia † non sufficit factum sine illa qualitate 14
probare, *l.prætor ait §. dotere. l.Fulcinius. § cum autem, vbi gloss.ff ex quibus causis in possess.datur. S.hurff. consilio 12 Centur. 2. Dec. consilio 261. volumin.1. Alexand cons.82 volu.3 Castr. in l. 2. Cod ad l.Iul.de vi publ.* Item qualificata † confessio: vi feci, *sed ad* 15
*mei defensionem*: est confessio magis negatiua, quam affirmatiua, *Bald in l nec codicillos, vbi Salic.* Nec † confitenti præiudicat, sed perinde habe- 16
tur ac si negatum esset, *Barto.in l.cum de indebito. de prob. Iason.in leg. C de furt.* vbi dicit, quod ad euitandam pœnam homicidii non sufficit quod vnus probaret, quod fecit ad sui defensionem. Idem tenet *Iaso.in l.vt vim*, vbi declarat, an Reus debeat articulare & probare necessariam defensionem. Et concludit, quod † in dubio 17
præsumatur fecisse ad sui defensionem, *Andr. Gail.obs.106.lib 2.*

VO-

# VOTVM IV.

*In causa N. contra N. Fractæ pacis.*

## SVMMARIA.

1 *Actus vel factum qualificatum quando producitur, non sufficit probare factum super illa qualitate.*
2 *Fundans se in libello super qualitate, si eam non probat, succumbit.*
3 *Nemo vi armata, & propria auctoritate ius suum prosequi debet.*
4 *Defensio non dicitur, quæ modum excedit.*
5 *Fractio seu ruptio pacis requirit expressum & verum dolum, vti verba volunt.*
6 *Dolus nunquam præsumitur.*
7 *Defensio solum permissa est cum moderamine inculpatæ tutelæ.*
8 *Excessus dolo factus mitius puniri debet.*
9 *In actu successiue continuato semper debet attendi initium & non finis quando scilicet initium est licitum pro excusandis delictis.*
10 *Excessus in dubio præsumitur culpa, & non dolo processisse.*
11 *In dubio præsumptio delicti exclusiua sumi debet.*
12 *Pœna fractæ pacis locum vt habeat, duo requiruntur, violentia cum armis & dolus.*
13 *Sine dolo nullum delictum committitur.*
14 *Vocabulum* Landtfriedbuch *dolum importat.*
15 *Dolus probandus est.*
16 *Pœna fractæ pacis est capitalis.*
17 *Dolus per verbum* freffentlich *probatur.*
18 *Cessante qualitate cessat actio.*
19 *Liberum hominem includens, committit in l. 1. C. de vi publ.*
20 *Actum per se illicitum quando quis explicat, tunc præsumitur esse in dolo manifesto.*
21 *Iudex homicidam non condemnare potest.*
22 *Iudex mitigat interdum pœnam in doloso, quando fuit minor dolus.*
23 *Idem obtinet in falsario.*
24 *Actio ciuilis & criminalis cumulari non possunt.*
25 *ad iurisdictionem fundandam non inspicitur quantum debeatur, sed quid petatur.*
26 *Dolus in habentibus claram personam non præsumitur.*
27 *Dolore iusto affectus mitiore pœna puniendus.*
28 *Violentia per se dolum continet.*
29 *Delictum omne præsumitur dolo factum.*
30 *Violatione probata dicitur dolus probatus.*
31 *Domus sua cuique tutissimum refugium & receptaculum.*
32 *De domo extrahi in suo territorio nemo debet.*
33 *Doli probatio qualis requiratur.*

In Nomine Domini. Amen.

QVæstionis esse, an petita restitutio sit reis concedenda. Sed est prius videndum, an in causa principali possit pronunciari? D. R. Putat posse diffinitiue causam referri. I. De actione II. An probata. III. An elisa. IV. De sententia. I. Actum ex constitutione Landtfrieden/ cum quo concordat *l. 1. ad l. Iul. de vi publ.* Et non narratur simplex violentia, sed qualificata. II. Quoad secundum, specificantur tria facta. I. Frumenti. II. Ouium ablatio. III. Quod violenter extraxit actorem suis ædibus.

De frumenti & ouium ablatione constat, ex confessione rei, & testium dictis. At armata manu factum esse, ne ex testium quidem dictis constat. Expediti iuris est, quod quando deducitur actus vel † factum qualificatum, quod non 1
sufficit probare factum sine illa qualitate, *l. prætor ait. §. 2. ff. vi bon. rap. l. Fulcinius. §. cum hoc iuncta gloss. in verb. oportet ff. ex quib. causis in possessionem eatur. & ibi Bar.* sicque omissa qualitate facti videatur quo ad hæc domino, non sufficienter probatum, & reum venire absoluendum, quia se fundans in libello † super qualitate, si 2
eam non probat, succumbit, *c. cum sit. ca. conquestus, de foro comp Ibi Ioann. Andr. Innocent. & Cyn. de prob. l. 2. eodem. Panorm. d. c. conquestus, vers. 2. colligitur. Sal. l. 2. ad fin. vers. ex prædictis. C. ad l. Iul de vi publ.* At his non obstantibus quia tertium factum per 10. 11. 13. 14. 16. in prima dilatione, & vnicum in secunda dilatione examinatos testes penes 6. & 7. in puncto citationis articulos, sufficienter est probatũ, proderit vnius facti probata qualificatio, sicque concludit actionem probatam. III. Quoad tertium, *An elisa per defensionales*, non ratione facti, sed iuste id factum excipitur, allegaturque primo loco, quoad frumentum & oues, fundum esse rei, & consuetudinem esse, quod liceat pignorare, Cameram esse suspensam. Hæc vtrum releuent, & à pœna fractæ pacis excusent, videndum. Præsumendum videri hunc locum litigiosum ad reũ spectare. Ex quibus liquet, quicquid per reum factum, iure factum, & per consequens actionem actorum elisam. Sed his non obstantib. contrarium videri verius, cum maior pars deponat, locum litigiosum pertinere ad Wertheimer/ & ꝙ non aliter vtantur quam pater illorum, & ante illum Lerchheimer/ & quia constat, quod Gridellenses locum illum à Wertheimer precario impetrarint. Et posito, quod sit locus rei, tamen non debuit vi † armata & propria auctoritate 3
ius suum prosequi. *l. exstat. 13. ff. quod met. caus. l. negantes. C. de act. & obl. l. si quis in tantã. C. vnde vi. c. eum qui. de prob. lib. 6.* Non obstat allegatum ius, cum id ex temporis computatione fallat. Non monetur, quod defensionis causa factum dicitur, cum † defensio non dicatur, quæ modum 4
excedat. An autem ob factum illud reus sit condemnandus in pœnas fractæ pacis? Prima facie videtur quod sic. At cum † fractio seu ru- 5
ptio pacis requirat expressum & verum dolum, vti verba volunt. Vti *leg. 1. §. 2. ff. de dolo.* Iura definiunt dolum: Dolus † autem nunquam 6
præsumatur. *Abb. c. auditus. de præscr. Bal. l. 1. in fi. ff. locat.*

locat. Videndum an dolus requisitus sit probatus? I. Præmittit, sibi non constare ex actis, vtrum locus ille ligitiosus, ad Reum vel Actorem pertineat, ob variationem testium, cum sint, qui dicant, Es liege auff Q. Q. territorio, alii auff F. F. Bodem/ omnesq; testes communiter dicunt, hunc locum fuisse litigiosum. II. Constat Actores etiam ante Reum, suosq; subditos molestasse, id quod non negant, sed negligentia factum asserunt. Accedit scriptum Actorum de reo, Ob es Fuchs oder Haaß & quod velit ea mensura metiri, qua illi metitum. In quo actores modum, respectu illustris personæ, excessisse videntur. Quibus omnibus non immeritò videtur commotus reus ad illatam vim. Et
7 licet † defensio sit solum permissa cum moderamine inculpatæ tutelæ. *l. 7. C. vnde vi*, si tamen fiat eũ excessu moderaminis inculpatæ tutelæ, nedum culpa, sed etiam dolo, tamen quis posset solum puniri de illo excessu, & consequenter minori pœna, quam si non esset data occasio delinquendi. *text. l. si adulterium cum incesto. 38. §. Imperato. versicul. nam & Diuus, ff. de adult. Bald. l. vt vim. in 3. col. versi. nunc restat. de iust. &*
8 *iur.* Quod talis † excessus dolo factus mitius puniri debeat, Alexand. *consil. 75. versi. circa aliud, quo quæritur in 3. volum.* In actu enim successiue
9 continuato, semper debet attendi † initium & non finis, quando scilicet initium est licitum
10 pro excusandis delictis. Et † excessus in dubio præsumitur culpa & non dolo processisse. *Sal. l. Grachus. versi. in dubio Cod. de adult. Iason. dicta l. vt vim.* Idque confirmatur per DD. Bart. *l. qui ait §. qui ait. ff. d. tit. l. qui cum maior, circa pri. versic. sed si minor. ff. de bonis libert. Ang. & Salyc. in l. Grachus, Bart. l. si quis non dicam rapere. C. de Episc. & Cler.*

Concludit itaque ex allegatis, hunc rei excessum non mereri pœnam fractæ pacis, cum illa omnia ad protectionem & tuitionem suæ possessionis fecisse præsumatur. Credendum est enim eum, qui partis dominus est, iure suo
11 potius vti, & in dubio † semp debere sumi præsumptionem delicti exclusiuam, *l. marito. ff. pro socio.* Sed quia modũ inculpatę tutelæ excessit, & violentiam commisit: sicque putat arbitraria pœna iudicis extra ordinẽ eum puniendum, ne delicta maneant impunita. Nam in delictis inclinare debet iudex ad mitiorem pœnam. De summa pœnę submittit se iudicio dominorum, & compensat expensas.

Quoad punctum Mandati, an paritum sit, videndum. Et quoad relaxationem captiui, non est dubium, quin sit paritum, & apparet ex sententia 22. Iunij Anno &c. 51. lata, vbi iudicialiter est acceptata. Quoad frumenti & ouium ablationem, nulla est facta restitutio, & allegatur resolutum esse mandatum in vim simplicis citationis. Ibi videndum de probationibus, & constat euidenter ex depositione fere omnium testium, locum, vbi oues pignoratæ ad actores & eorum antecessores semper pertinuisse, & in Episcopatu Q. Q. situm esse. Ita quod non sit dubium, quin teneatur reus ad restitutionem illius agri, vnd Anger/ & ablatarum ouium.

Quoad agrum, vbi frumentum est ablatum, dubitat, cum plene non constet, illum ad actores pertinere, vel vnquam pertinuisse. Sed quia ex dictis testium constat, illos in possessione illius loci iam esse, huncque triennium ante pignorationem aliis locasse, in tali dubio, & quia reus ad defensionales admitti non potest, concludit etiam in hoc puncto in pœnas mandati noch zur Zeit nicht zuerklären/ sed restitutionis paritionem sub pœna Mandati iniungere, compensatis expensis.

### *Votum D. Correferentis.*

Institutam accusationem ex *l. 1. C. de condict. ex lege. vbi Bart. nu. 11.* Et potest dici actum criminaliter, *ex l. Iulia, de vi publ.*

Vt pœna † fractæ pacis locum habeat, duo 12
requiruntur. 1. Violentia cum armis. *§. item l. Iuli. de vi public. Institut. de pub. iud.* Item in constitut. Item/ mit gewehrter Handt vnd gewaltiger That. 2. Dolus. *l. 2. §. doli mali. ff. vi bon. rapt.* Nullum † dictum committitur sine dolo. 13
Ipsum vocabulum † Landtfried Bruch dolum 14
importat, ideo † probandus dolus. *Bart. l. 1. §.* 15
*non autem ff. si quis testamento lib. esse iuss. &c.* Pœna
† autem fractæ pacis est capitalis. Requiri do- 16
lum sentit Angel. *l. 1. C. de vi publ. Ias. l. 1. §. quod propter. ff. Ne quis eum qui in ius, &c.* Quod probatur etiam per verbum † freffentlich. 17

Talis autem vis cum armis in prioribus duobus factis probata non est, ideo quoad ista facta absoluendus erit, quia † qualitate cessante, ces- 18
sat actio. *l. Iulianus. §. & si quis. ad exhib. Bart. l. quid ergo, §. pœnam grauior. ff. de his qui not. infa. Alexand. l. Diuus, de re iud. Canon. in capit. licet causam, de prob.* Quod qualitas plene ꝓbanda: quia testes deponunt, locũ litigiosum, putat excusare illam causam à dolo præsumpto, nisi contrarium constet, *text. l. 1. in fin. ff. de abig. text. & gloss. in l. plagii*, C. *de plagiar.* Concludit quoad duo illa facta, Reum à pœna fractæ pacis ordinaria excusari.

Quoad tertium factum, licet sufficienter probatum exsistat, per 11. 13. & 14. testes ad 7. art. idem videtur dicendum. Hic coadunatio talis probata non est, & reus habuit solitum comitatum. Item requiritur coadunationem ad hoc factam, vt daret damnum. Et quia commotus fuit per missiuam actoris, Fuchs oder Haaß/ ideo veniret absoluendus; Nec potest in pœnam pecuniariam condemnari propter innatam qualitatem facti. His non obstantibus contrarium verius putat.

Non obstat de coadunatione; Id enim ve-

rum, si quis aliũ verberet vel pulset. Sed si quis
19 liberum hominem † includat, cõmittit *in l.1. C. de vi public.* Et sufficit hic fuisse multitudinem hominum armatorum. Et patet ex missiua, quod animo nocendi ad ædes rei iuerit, *Alex. in apostilla ad Bart. in l. 1. ff. si quis testamento lib. esse iuss. fuer.* Vbi dicitur, excusat causa à dolo præsumpto. Non verò, cum verba nullam habeant iniuriam, quæ in missiua scripta sunt.

20 Quando quis explicat † actum per se illicitum, tunc præsumitur esse in dolo manifesto, de quo *l. dolum. C. de dolo.* à quo causa iniusta non excusat. *Alex. cons. 303. num. 13. vol. 1.* Accedit, quod constitutio fractæ pacis nullam causam omnino admittat, **auß keinerley Vrsachen willen.**

Non obstat quartum. Nam habuit iudicem ordinarium, commissarium & Cameram.

Concludit, reum pœnas fractæ pacis commisisse, & in pœnas banni Imperialis & iuris incidisse. Verum licet *l. seruos. C. ad l. Iul. de vi public.* graui infamia mulctandum dicat, qui molliorem pœnam, quam Imperator constituit, in patriam protulerit: quia tamen timendum, ne si fractæ pacis reus declaretur, I. in R. noui motus oriantur, vult mitiorem & aliam pœnam alterare propter iustum dolorem. *Abba. ca. olim. de rescript.*

21 Et sicut iudex potest † non condemnare homicidam, &c. *iuxta Roman. l. cum mulier. solut. matrimon. nu. 66.* Ita videtur fieri posse nostro casu. *Bald. l. & si seuerior. Cod. de infamib. nu. 10.*

22 Quod iudex † mitiget interdum pœnam in doloso, quando fuit minor dolus. Et mitigat
23 † pœnam falsario. *l. quid ergo. §. pœna ff. de his qui not. inf. & d. Ordin. tit. 1.14.* **im Landtfrieden.** Adhuc tamẽ propter excessum putat puniendum. *Bald. d. l. etsi seuerior. nu. 11. 12. & 19. Bald. & Angel. l. denuntiasse. de adulter. in prin.* Concludit pœnam banni in 26. Marcarum auri, salua taxa dominorum alterandam, & Reum in eandem, condemnandum cum expensis.

Non obstat *l. seruos*: quia illa intelligitur, nisi causa cognita, & ex iniusta causa.

Quoad punctum mandati, an in iurisdictione fundati simus? Et videtur quod non, cum
24 † ciuilis & criminalis cumulari non possint, & nos non aliter, nisi propter causam fractæ pacis iudices esse possimus. *Innocent. cap. statuimus. de offic. deleg. in pri. text. capit. 1. de offici. deleg. in 6. Bald. in sua Margar. in verb. qualitas.* Sed contrarium deciditur, *per l. interdum. §. qui furem. de furt. & quæ ibi Barto. Idem leg. secunda, §. 1. vi bon. rapt. DD. in l. si quis ad se fundum, ad l. Iul. de vi publ.*

Non obstat, quia quantum ad iurisdictio-
25 nem fundandam, † non inspicitur quantum debeatur, sed quid petatur. *l. cum quædam. §. fin. vbi Ange. Castre. Iaso. de iurisdict. omn. Iud. Innocen. in d. cap. statuimus.* Nos habemus enim iurisdictionem in secunda instantia, vel illud dictum procedere in qualitate extrinseca, prout est notorium, vel non: secus quando in qualitate ista consistit decisio totius causæ.

In casu nostro toto causa super qualitate fractæ pacis consistit. Ergo, &c. Quia alias nunquam possumus absoluere in causis mandatorum, sed semper pronuntiamus nos competentes. Sin autem principaliter peteretur restitutio, tunc forsan cõtrarium diceret, quia tunc qualitas fundans iurisdictionem est extrinseca, respectu causæ principalis, & sine ea decidi potest. Vtrum enim ablata restituenda refert, an sit vis publica vel priuata, sed solum an sit iusta vel iniusta, ideo forte super incompetentia pronuntiandum esset. Quantum ad merita causæ, constat, oues & frumentum ablatum, nec vllum ius in illo loco, vbi ablatio facta probatum. Imo testes ad decimum quartum articulum elisiuum claris verbis deponunt, actorem & patrem eius, Item Lerchheimer, fuisse in possessione illorum locorum, vbi frumentum ablatum. Similiter ratione iuris pascendi, illius loci, vbi oues abactæ, probant. Et ideo restitutio fundi & rerum ablatarum Reo iniungenda; Pronuntiat Reum in pœnas Mandati nondum declarandum, sed quod illi adhuc parere teneatur, restituendo fundum, & ablata, & expensas.

## VOTVM III.

Non potest omnino Principem in dolo excusare, sed propter **Weitläufftigkeit** vitandam concludit cum D. correferente.

## VOTVM IV.

Actum ex constitutione fractę pacis. Quoad priora duo facta esse probata, actum ab intentione iudicandum. *l. 1. C. de sitar.* & in meliorem accipi partem. *c. estote, de reg. iur.* Si excusat à dolo, Ergo multo magis à pœna capitali *Schurff. lib. 1. cons. 12. Bald. l. 1. in ff. Cod. locati.*

Quod in habentibus † claram personam non 26
præsumitur dolus, concludit. † iusto dolore af- 27
fectum pœna mitiori puniendum. *iuxta l. plagij. C. ad L. Flau. de plagiar. propter excessum & modum.*

Quoad punctum mandati, sicut Ref. condemnat in expensas.

Quoad restitutionem, **lästers bey voriger Conclusion bleiben.** In puncto citationis concludit, violentiam † per se dolum continere. 28
*iuxta l. doli. ff. vi bon. rapt. §. Ita tamen. versic. Sed ne dum. Inst. eod. l. si non quantus. C. de iniur.* Et in talibus ait Alex. *cons. 36. volum. 2.* præsupponi verum dolum. *Idem cons. 103. Ang. l. si quis ex domo, ff. de furt.* Tamen putat dolum mitigari propter allegatum dolorem. Bar. *l. vt vim. de iust. & iur.* vult moderari pœnã & se cõformare dominis. Vult. in 26. Marcas condemnare, vt Coref. cum expens.

In pun-

In puncto mandati vult iniungere vlteriorem paritionem, & condemnare in expensas.

## VOTVM V.

Si subditus esset actor rei, tunc putaret, potuisse ob literas scriptas puniri. *Iaso. l. vt vim nu.* 11. Factum importare dolum, & meram vindictam, & pœnam commissam esse fractæ pacis. Et pŏderat, quod non præmeditate fecerit, sed alias in venatione fuerit. Et subito calore iracundiæ factum, ad quod nil enorme factum secutum. Nec Archiepiscopus conqueritur ratione sui subditi actoris, ideo elegit pœnã mitiorem. Concludit cum Corref. condemnat in 26. Marcas auri. condemnat vbiq; in expensas. In puncto Mandati concludit cum Dominis, denegat restitutionem petitam.

## VOTVM VI.

In puncto citationis non potest excusare Reum à dolo, quia literæ Actoris nõ fuerint iniuriosæ, vt de iuris vigore possit in pœnam fractæ pacis condemnari, sed attenta qualitate personarum concludit cum referente. Similiter in puncto Mandati condemnati in expensas.

Ego quoad primum concludo actum conditione ex *l. 1. Cod. de condict. ex lege.* Et sic intentionem actorum de iure communi ex tit. *de vi publ.* nec non de iure ordinationis fundatam esse. Quoad secundum apparere ipsum factum sufficienter esse probatum, tam ex dictis testiũ, quam propria confessione rei, nec dubium est,
29 quin sit delictum. Omne † autẽ delictum præsumitur dolo factum, *l. 1. de Siccar. c. 1. ibi Bald. de præsumpt.* Hic puto dolum esse probatum, si non expresse, saltem præsumptiue, euidentia &
30 qualitate facti, quia probata † violentia dicitur probatus dolus. *l. 2. §. doli. vi bon. rapt.* Auget delictum, quod factum est in territorio actorum, vnde præsumitur animo vindicandi & nocendi
31 factum, cum sua cuique domus † tutissimum refugium, & receptaculum. *l. plerique. de in ius*
32 *voc.* Igitur in suo territorio cædi † aut de domo extrahi non debuit, *l. is qui in dom. alteram, ff. de*
33 *iniur. & ibi not.* Qualis autem requiratur † doli probatio, late Alex. *cons.* 303. *lib.* 1. *Cor. consil.* 33. *par.* 4. *Bar. & DD. in d. l. dolum.* Ad hanc materiam vide Soc. *gloss.* 108. *col.* 6. *versic. insup.* An possit iudex alterare pœnam, vide Ias. *in l. iniuste possidet, in fi de acq. pos. DD. in l. etsi seuerior. C. ex quibus causis inf. irrog. Paris. de Syndic. in verbo pœna §. licet. & §. an si statutum, & §. quia multa.*

### *Tenor sententiæ.*

**In Sachen N. vnd N. Gebrüder/ Kläger eines wider Herrn NN. &c. RR. beklagten anders theils/** Fractę pacis, **Ist allem vorbringen nach zu Recht erkandt/ daß auß bewegenden Vrsachen gedachter Beklagter/ in die gemeine Peen deß Kayserlichen Landtfriedens/ nemlich der Acht nicht/ sondern vmb seiner angezogenen vnd geübter Verhandlung willen/ dem Kayserlichen Fisco vnd berührten Klägern in eine Gelt Peen/ die auff 25. Marck löttigs Golds hiemit gemessigt/ zuerklären vnd zu verdammen sey/ Darein wir auch jetztgedachtem Beklagten hiemit erklären/ verdammen/ vnd erkennen/ daß er den halbẽ Theil solcher Peen ermeldtem Fisco, vnnd den andern halben Theil/ darzu die Gerichtskosten derwegen auffgelauffen/ nach Rechtlicher Ermessigung gedachten Klägern zuentrichten/ vnd zubezahlen schuldig sey.**

**Ferner zwischen ermeldten Partheyen in puncto Mandati, Ist gleichfals allem Fürbringen nach zu Recht erkant/ daß gedachter NN. in die Peen außgegangenen vnnd wider vorbrachten Kayserlichen Mandats noch zur zeit nicht zuerklären/ Sonder demselbigen in sechs Wochen/ den nechsten/ so jhme von Ampts wegen hiemit angesetzt/ bey Peen darein bestimpt/ mit wirecklicher Zustellung deß angezogenen Orts Landts/ auch abgenommenen Früchten vnd Viehe/ oder deß billichen Werths darfür/ nachmals zugehorsamen vnd zugeleben. Darzu seinen Gegentheil die Kosten/ derhalben an diesem Kayserlichen Cammergericht auffgelauffen/ nach Rechtlicher ermässigung zuentrichten/ vnd zubezahlen schuldig sey.**

### *Sequens est sententia præambula prioris.*

**In Sachen Herrn NN. &c. Ist L. NN. sein Begeren der vierdten Dilation vnd Restitution halben hiemit abschlagen/ sonder läst man es bey hievor den 20. Nouemb. vñ 11. Decemb. verschienen N. Jars/ vnd den 11. Maij. N. Jars ergangenen Vrtheilen bleiben/ vnnd ist ferner von Ampts wegen der Bescheidt/ dz gemelter L. NN. in Zeit zweyer Monaten/ den nechsten so jme hiemit angesetzt/ auff** probationes & conclusiones in puncto citationis & Mandati **den 12. Octob. ernentes N. Jars Eynkomen/ was sich gebürt/ handeln soll/** sub comminatione conclusionis causę, **Vnd deñ in puncto expensarum sind dieselben auff 8. Gülden 15. Creutzer/ Reinisch darvon den Aduocaten 2. Gülden** Procuratori **2. Güldẽ/ 15. Creutzer für die Labores hiemit taxirt.**

## VOTVM V.

### *In causa spolij vini auecti & vinearum occupatarum. N. von N. contra N.*

SVMMARIA.

1 *Exceptio spolii ante omnia definienda est.*
2 *Exceptio spolii ante litis contestationem proponenda.*
3 *In Spolii causa quid probandum.*
4 *Spoliatio præsupponit possessionem.*
5 *Possessione alius deiici non potest, quam qui possidet.*

6 *Vis etiam committitur in occupanda possessione alterius.*
7 *Spolium committitur quando quis impeditur vti iure suo.*
8 *Impeditus exigere gabellam dicitur spoliari.*
9 *Exactio collectarum probat iurisdictionis possessionem.*
10 *Interdictum vnde vi competit spoliato iure colligendi pedagium.*
11 *Iuste possidet, qui prætore auctore possidet.*
12 *Iudex procedens absque causæ cognitione spoliare dicitur: & aduersus eum potest agi possessorio recuperandæ. nu. 14.*
13 *Pro Iudice quandoque non præsumitur, quod iuste processerit.*
15 *Spoliatus à iudice non potest petere restitutionem.*
16 *Pœna non euitatur prætextu sententiæ iniquæ. Ingrediens possessionem virtute sententiæ, parte non audita, sine causæ cognitione, priuatur iure suo.*
17 *Exceptio spolii an habeat locum in re mobili ablata.*
18 *Interdicta possessoria pro re mobili non competunt, nisi per consequentiam.*
19 *Fructus fundi pars sunt, & eadem actione, qua fundus ipse repetuntur.*
20 *Præiudicium admissæ exceptionis ante libellum.*
21 *Et spolium quando per viam actionis, & quando per viam exceptionis intentatum dicatur.*
22 *Fructuum quando æstimatio tantum, quando verò restitutio recte petatur.*

## In Nomine Domini Amen.

ACTORI agendi ex transactione ad reliquam summam in bello specificatam, abscitur Exceptio spolii; petiturq; eundem non audiri, nisi facta prius, rerum per vim ablatarum restitutione. De causa igitur principali nihil dicendum, sed nostra submissio in eo versatur. *Vtrum Reus propter allegatam exceptionem spolii non teneatur respondere ad articulatum libellum?*

1 Et quidem † probata Exceptione spolii clari iuris est, Reum non teneri respondere, nisi sit prius restitutus. *c. cum dilectus. c. fin. & ibi glo. de ord. cog. Specul. tit. de petit. & poss. §. 1. num. 14. Panor. c. accedens. 2. vt lite non cont. Ripa. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 63. acquis. poss. Maran. p. 4. dist. 6. n. 33. & 35.* Talis † autem exceptio cũ sit dilatoria, ante litis contestationem proponi debet. *d. c. fin. gl. in c. frequens. verbo permittitur. de Rest. spol. lib. 6. Panorm. d. c. cum dilectus. nu. 2.* id quod hic quoque factum est.

Videndum ergo. 1. An probata. 2. An per defensionales Elisa. 3. Quid pronunciandum.

3 Circa probationem † duo extrema spoliatus probare debet, ad obtinendum restitutionem, possessionem & deiectionem. *c. cũ olim. de causa. poss. & proprietat. c. cum ad sedem, vbi gl. verb. diutius. de Rest. spol. c. Consultationibus, & ibi gl. verbo, possessionem. de off. deleg. Dec. cons. 671. in pr. vol. 5. & cons. 125. nu. 1. vol. 1. Boer. decis. 238. p. 2.*

Quoad primum requisitum, constat ex omnium testium depositionibus ad 2. art. except. Reum fuisse in possessione articulatarum vinearum, & quidem annis 40. vti deponunt, 1. 2. 3. testes ad 7. & 8. art. Vnde concludo, possessionem probatam.

Probata possessione videndum de spoliatione. Nam † impossibile est, probare spoliationem, nisi possessio probetur: quia † nec alius deiici potest, quã qui possidet, *text. in leg. 1. §. si quis. versic. interdictum. ff. de vi & vi arm. Dec. consil. 125. vol. 1. in pr.* Paucis concludo, spoliationem quoque probatam esse, tàm ex dictis testium, nimirum 1. 2. 4. ad 11. art. except. qui illum verum dicunt, quàm etiam propria actoris confessione ad eundem art. vbi fatetur, quod vinum **hinweg führen lassen vnd mit genommen.** Fatetur ergo spolium & vim commissam. Vis enim non solum fit, cum † corporibus vulnera infliguntur, sed etiam, si quis sua sponte alterius possessionem occupet. *l. extat. ff. quod. met. causa*, & spolium † committitur, quando quis impeditur vti iure suo. *c. querelam. de Elect. Bal. l. si quis conductionis. num. 2. C. locat. Soc. cons. 187. nu. 15. vol. 2.* vbi dicit, si quis impediat † exigere gabellam, quod dicatur spoliari quasi possessione: Exactio † enim collectarum probat quasi possessionem iurisdictionis. *c. licet causam. de probat. Spec. tit. de Rest. Spol. §. nunc dicemus.* vbi secundo singulariter notauit: si † quis certis reditibus, vel seruitiis, vel iuribus, puta colligendi pedagium vel iure patronatus spoliatur, competere interd. vnde, vi vel vtilem constitutionem, *l. si quis in tantam. C. vnde vi.*

### Sequitur de Elisione.

### *An Elisa?*

Non excusat spolium, actorem scilicet autoritate iudicis in vineas immissum, & sic iure vindemiare potuisse, cum † iuste dicatur possidere, qui actore prætore possidet. *l. iuste possidere. ff. de acquir. poss. l. qui autore. ff. de reg. iur.* Nam ex dictis testium nusquã de legitima immissione constat. Quod enim ad mandatum iudicis vindemiam fecit, nihil habet momenti, quia tale mandatum parte aduersa non citata nihil valet. Imo spoliare dicitur Iudex, quando † sine causæ cognitione nullo iuris ordine seruato procedit, & hoc modo spoliatus ante omnia restituendus est *c. conquerente & ibi. DD. de rest. spol.* & ibi Panorm. *num. 3.* dicit, quod licet præsumatur pro iudice, quando † procedit iudicialiter, quod iuste processerit: Secus tamen est, si processerit extraiudicialiter de facto, vt in casu nostro. Et ibid. *numero 6.* dicit mente tenendum, quod contra iudicem iniuste spo-

14 ste spoliantem † posse agi possessorio recuperandæ, sicut contra priuatum. Nam, quod di-
15 citur *in c. præsentiam. 1. qu. 1.* Spoliatum † à iudice non posse petere restitutionem, quia pro eius processu præsumitur, illud procedit, si iudicialiter processit: secus si extraiudicialiter. Et sic quoque limitat *dict. iuste possidet.* Panor. vt supra. Et prædicta regula locum habet etiam in spoliato à Iudice, *Ripa. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 58. cum seq. de acq. poss. Boer. de-*
16 *cis 138. num. 4. p. 2.* Hoc amplia, quod † ingrediens possessionem virtute sententiæ, parte non audita, sine causæ cognitione priuatur iure suo. *l. meminerint. C. vnde vi. l. fin. C. si per vim vel alio modo. Ripa. d. §. nihil commune. num. 59. cum seqq.* Sed dubitatio hic vertitur, an simus in tali casu, vbi dicta regula, *Spoliatus ante omnia*, locum habere debeat, eo quod repetatur restitutio rei mo-
17 bilis, nempe vini ablati? Sed † nullum interdictum possessorium comparatum est p re mobili. *l. 1. in §. illud de vi & vi arm. glo. & Bart. l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poss.* Circa mobilia non cadit spoliatio, sed competit actio furti, vi bonorum raptorum, aut actio ad exhibendum. *d. §. illud.* vel alia remedia possessoria dantur, quę recensentur per Bart. & Alex. *in d. l. rem quæ nobis. Mar. p. 4. distinct. 7. nu. 22. cum seq. Anchor. cons. 228. num. 3.* quorum vtilissima est condictio ex *cap. redintegranda. 3. q. 1.* Inepte ergo super vino & sic super re mobili spoliatis adducta esse videtur, & per consequens regulam *spoliatus* &c. locum non posse habere, *per iura allegata*, Puto tamen contrarium hoc casu defendi posse. 1. Quia exceptiones spolii sunt in Camera admissa.
18 2. Quamuis † principaliter non competat interdictum pro re mobili, tamen in consequentiam etiam pro rebus mobilibus datur. *dict. leg. 1. §. illud de vi & vi arm. Alexan. dict. leg. rem, quæ nobis. nu. 8. text. c. grauis est. de restit. spol.* Nam ex interdicto recuperandæ non solum venit restitutio rei inuasæ, sed etiam plenaria restitutio rerum mobilium inde ablatarū, resartio damnorum plenaria restitutio fructuum, non solum perceptorum, sed etiam, qui percipi ab antiquo possessore potuissent. *d. c. grauis. & ibi Panor.*
19 *num. 12. 3.* Quia vuæ fuerunt † adhuc pendentes, & sic pars fundi. *l. fructus pendentes. ff. de rei vind.* Vnde etiam vna eademque vindicatione vindicantur. *l. Iulianus. §. si fructibus de acti. empti.* Concludo itaq; ex prędictis pronunciandum,
20 daß † der Kläger mit seiner Klage ante restitutionem nicht zu hören.

Ad restitutionem vero vini condemnatio fieri non potest, cum specialiter Spolium hîc per modum exceptionis deductum sit. Exce-
21 ptio vero actionis est exclusio: vnde † restitutionem non operatur, sed illa venit per viam actionis, quando super spolio principaliter actio intentatur. Et traditur ista differentia, an spolium, scilicet, deducatur per viam actionis. an verò per viam exceptionis, *in c. cum dilectus & c fin. cum gloss. de ord. cog. Specul. §. 1. nu. 4. in fi. cum seq. de petit. & poss. Mar. p. 4. dist. 6. nu. 2.* Non † est 22 ergo necesse disputare hîc circa æstimationem fructuum, cuius temporis æstimatio inspicienda, cum materia traditur. *l. hominem. ff. Mand. & l. vinum, ff. si cert. pet.* Illud tamen obiter addo, quod circa restitutionem fructuum, & eorum æstimationem talis distinctio recepta sit. Aut certum est, fructus extare, ac debent ipsi fructus peti, & non æstimatio, quia æstimatio debetur in subsidium. *l. fin. C. de fideicom. liber.* Aut certum est, non extare, & petitur æstimatio. Aut dubitatur, an fructus sint perempti, an extent. Hac ratione incertitudinis potest procedere libellus alternatiue, vt notatur, *in c. constitutus sum. de in int. restitutione. l. 1. §. quia autem, in quorum legat. Panor. ff. d. c. grauis. n. 2. de Rest. spol.* Expensas tamen compens.

Concludo. Omnes contra referentem mecum consenserunt.

## VOTVM. VI.

### *In Causa N. Contra N. In puncto pertinentiarum: & incidenter spolii.*

#### Svmmaria.

1 *Verbum pertinere non solum ad petitorium, verum etiam ad possessorium referri potest.*
2 *Verbum pertinere intelligi potest tribus modis: iure dominij, iure possessionis: & quia res mihi debita est.*
3 *Iudicium possessorium recuperandæ separatum est à petitorio, nihilque cum eo commune habet.*
4 *Aliud est res, aliud possessio.*
5 *Probationes factæ sint actione in iudicium deducta, non valent, & sententia de super ferri non potest.*
6 *Iudex de qua re cognouit, de ea pronuntiare debet.*
7 *Iudex non potest recipere probationes in petitorio, & secundum eas iudicare.*
8 *Possessorio pendente indicis potestas in suspenso est, quoad petitorium, & omnia illud concernentia, eiusque accessoria.*
9 *Iudex, qui de proprietate tantum datus est, non potest cognoscere de possessorio.*
10 *Verba illa* ein Zugehör *secundum materiam subiectam & qualitatem iudicii accipienda sunt.*
11 *Spoliatus ante omnia restituendus est.*
12 *In iudicio possessorio sufficiunt semiplenæ probationes, veluti per famam, vel vnicum testem.*
13 *Interdictum recuperandæ priuilegiatum est odio spoliantis.*
14 *Possessione castri vel territorij alicuius apprehensa, censentur apprehensæ omnes villæ ad ca-*

*strum pertinentes, omnes fundi circumiacentes, & quicquid omnino in toto isto territorio, vel extra, ad castrum pertinet.*

15 *Pertinentiæ quæ dicantur, quomodo constituantur, quomodo probentur.*

16 *In possessorio iudicio non est necesse aliud probare, quam factum possessorium, & ratio. ibid.*

17 *Testis debet deponere per verba facti, non per verba iuris.*

18 *In iudicio recuperandæ duo potissimum sunt probanda, possessio & spolium.*

19 *Testis, qui in vno vacillat & reprobatur, in omnibus est suspectus.*

20 *Dominus subditus inuitos cogere non potest, alibi & extra territorium, aut fines præscriptos, operas & ministeria præstare.*

21 *Promissum in vno loco non tenetur quis soluere in alio.*

22 *Titio quod debetur, non debet solui Seio.*

23 *Fundorum nomina & domus, destinatione patris fam. non natura constituuntur.*

24 *Census cui soluitur, argui potest, quod in signum subiectionis solutus sit.*

25 *Allegatio sola non sufficit, nisi probetur quoque allegatum.*

## In Nomine Domini Amen.

IN hoc puncto pertinentiarum duo potissimum consideranda existimo. Primum, an in presenti casu sufficiat pertinentias tantum possessorio probare. Alterum, quænam sint per actorem vigore interlocutoriarum ex pagis liquidatis pertinentiæ cast. N. probatæ.

Quod ad primum expressi iuris est, verbum 1 illud pertinere non † solum ad petitorium, verum etiam possessorium referri posse. *l. verbum illud ff. de verb. sign. c. cum ad sedem. de rest. spol. glo. in l. si quis intentione ff. de iudic. Fel. c. inter dilectos, n. 2. de fide instrument. Idem ad rubr. de resc.* quibus locis tradunt. DD. verbum illud Pertinere esse latissimum, & possessorium & petitorium comprehendere. *Alexand. cons. 90. nu. 2. vol. 5. quem refert & sequitur Iason. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. num. 184.* tenens, quod verbum illud pertinere, possit etiam in nudo possessorio, ratione possessionis causam tantum verificari. *per text. c. querelam. de Elect. & d. l. verbum illud. Castr. l. si quis intentione. num. 6. ff. de iudic.* vbi 2 dicit, verbum Pertinere intelligi † posse tribus modis. Iure dominii: Iure possessionis: & quia res mihi debita est. *fac. not. Bald. cons. 4. 26. num. 4. vol. 1.* Cum itaque hic versamur in iudicio pos- 3 sessorio recuperandæ, qnod † separatum à petitorio, nihilque cum eo commune habet. A- 4 liud enim † est res, aliud possessio. *l. si duo. §. fin. vti possid. l. qui restituere. l. officium. de Rei vend. d. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. pos. Alex. cons. 107. in pr. vol. 2.* Consequitur satis esse, actorem pertinentias possessoriæ tantum probare, hoc est, Castrum N. fuisse tantū in diutina possessione pagorum, de quorum restitutione cōtrouertitur. An vero, pprie eò pertineant, quoniam hoc ad petitorium spectari iudicium, in nostrā cognitionem modo venire non debet. Nam tametsi proprie probare vellet, aut etiam probasset, iudex tantum desuper cognoscere & pronunciare non posset, eò quod super dominio lis contestata non est, & sic actio nulla in iudicium deducta, sine † qua probationes factæ 5 non valent, & sententia desuper ferri nō potest. *Bald. l. post sententiam. nu. 4. C. sent. & interloc. om. iud. Idem l. ordinarii. num. 11. C. de rei vend. & l. possessio. nu. 1. C. de probat.* Quia iudex, de qua re † co- 6 gnouit, de ea quoq; pronunciare debet. *l. de qua re ff. de iud.* Sed in petitorio nihil cognouit. Ergo etiam desuper pronunciare non potest. *Rota dec. 16. nu. 2. de rest. spol. in nouis*, vbi dicitur, quod iudex † non potest recipere probationes in pe- 7 titorio, & secundum eas iudicare, quia pendente † possessorio potestas eius in suspēso est, quo 8 ad petitorium, & omnia illud concernentia, eiusq; accessoria *c. pastoralis. de causa poss. & propriet. fac. l. si de proprietate. C. si à non comp. iud.* vbi iudex, qui de † proprietate tantum datus est, 9 nō potest cognoscere de possessorio. Et ibi Bal. *nu. 20.* dicit, quod ille, qui cognouit de possessorio, de petitorio nō cognoscit, si per hoc alterius iurisdictioni & cognitioni præiudicetur. Idque sine cōtrouersia obtinet, in interdicto recuperandæ, *vt gl. & Salic. d. l. si de propries. nu. 2.* sed hic præiudicaretur alterius iurisdictioni, quia causa petitorii immediate huc non pertinet.

Non obstat interlocutoria An 34. 23. Martij hîc lata, qua actori probatio iniungitur/ daß die specificirte Güter ein zugehör der Schlösser N. seyn. Quia verba illa † ein Zugehör/ secundum 10 materiam subiectam & qualitatem iudicii accipienda sunt, vt sic in hoc iudicio possessorio intelligi tantum debeant, *Rota quasi in term. decis. 9. de causa poss. & propriet. in nouis.* Adeoq; interpretationem ex ipso iudicato accipere, quod est mere possessorium, *per iura præd.* Idq; vel omnium maxime in causa executionis obtinere debet, in qua tantum nudum exequendi ministerium habemus. *l. executorem. C. de execut. rei iud.* Non enim satis est ad hoc, vt de possessorio cognoscatur, sententiam esse latam, nisi etiam plene executa sit, quia spoliatus † ante omnia 11 restituendus. Et hoc expresse tenuit Paris. *cons. 106. num. 26. vol. 1. Bart. l. si quis ad se. num. 2. C. ad l. Iul. de vi publ. Bart. l. 2. Cod. de sent. qua sine cert. quant.* vbi dicit, quod vigore primæ institutæ actionis, debet fieri adiudicatio in bonis post sententiam definitiuam liquidatis. Et Alexan. *cons. 107. num. 2. vol. 2.* dicit, quod licet in libello facta sit mentio proprietatis, tamen non ampliat vires libelli in possessorio.

Ex quibus omnibus concludo, sufficere hic tantū pertinentias possessorie probare, nec aliter

ter ad obtinendam restitutionem in hoc possessorio iudicio, in quo tantum versamur, probari posse.

Videndum nunc de secundo capite, de probatione pertinentiarum, in quo necessario duo
12 præmitto. I. Quod in † iudicio possessorio sufficiant semiplenæ probationes, veluti per famam, vel vnicum testem *Bart. in l. 1. nu. 10. C. quor. bonor. & l. 2. §. fin. C. vbi in rem actio. Dec. cons. 56. part. 1 & cons. 663. num. 2. part. 5.* Et hoc præcipue obtinet in interdicto recuperandæ, quod
13 est priuilegiatum † odio spoliantis, *d. l. si quis ad se, vbi Bart. in princ. C. ad l. Iul. de vi publ. c. pastoralis. de caus. possess. & propr.*

14 II. Præmitto, quod apprehensa possessione Castri † vel territorii alicuius, censeãtur apprehensæ omnes villæ ad Castrum pertinentes, omnes fundi circumiacentes, & quicquid omnino in toto isto territorio. vel extra ad Castrum pertinet, *vt D. Ref. in 17. præmiss. ex Zas. ad l. 3. num.*
15 *20. de acq. poss.* Quæ † dicantur pertinẽtiæ, quomodo constituantur, quomodo probentur, vide Bald. *cons. 420. per tot. par. 1. & 468. p. 3.*

His præmissis, breuitatis gratia concludo, sufficienter ex depositionibus testium in hoc iudicio possessorio probatum esse, Castrum N. fuisse in diutina, & quieta possessione pagorum N. N. &c. eosque ad dictum Castrum possessorie pertinuisse & pertinere.

D. W. nonnihil dubito propter incertam sexti testis ad 12. articulum depositionem, dum in genere dicit, quod nescit. Et sic remanet vnicus tantum testis, nimirum hic, de illo pago in specie deponens. Puto tamen eius dictum saluari posse ex testificatione vltimi test. 15. retuli ad eundem articulum de pomiscuo vsu testificantis, & quod in hoc iudicio etiam semiplenæ probationes contra spoliantem valeant, *per iura supra alleg.* D. H. nihil certi inuenio ex dictis testium, ideo quoque nihil adiudicare volo. De S. & S. pagis nulla est inter dominos controuersia, & sunt tam rei propria confessione, quam testibus sufficienter probati.

Non mouet me, quod testes plerique de vsu tantum deponunt, scilicet se scire socerum vsum fuisse d. pagis ad Castrum N. an vero eo
16 pertineant ignorare, quia in possessorio † iudicio non esse necesse aliud probare, quam factum possessorium. De facto enim, non de iure disputatur. *l. 2. §. 1. ff. si seruitus vend. Bald. d. l. or-*
17 *dinarij. num. 7. C. de rei vend.* Præterea † testis debet per verba facti deponere, non per verba iuris. *Dec. consil. 524. num. 3. volum. 4. faeit text. l. stipulatio ista habere licere. §. hæc quoque stipulatio. vbi gloss. & Bartol. num. 2. de verbor. oblig. Paris. consil. 107. num. 18. vol. 1. Socin. consil. 253. vol. 2.* Nam in
18 hoc † iudicio recuperaudæ duo sunt potissimũ probanda, Possessio & spolium, *c. cum olim, de causa possess. & propr. c. cum ad sedem. vbi gloss. verb. diutius. de restit. spol. Dec. consil. 671. in princip. vol 3.* quæ in facto consistunt. Sufficit ergo testes de facto deponere. Quibus accedat, quod in actis probatum non reperiam, dictos pagos iure proprietatis ad Castrum N. non pertinere, Excluso enim penultimo teste, qui est vnicus & singularis, & cui soli in fauorem spoliantis contra spoliatum fidem habere non possum: nullus testium hoc deponit. Nam vltimus de promiscuo vsu dicit, & sic in eo quoque singularis est. Imo fides e iam vtriusque ob id etiam vacillat, quod contra expressam confessionem Rei in appendice ad art. liquidatorios deponant, pagum N. pertinere ad Castrum N. Nam † testis, qui in vno vacillat, & reprobatur, in o- 19
mnibus suspectus est. *c. fraternitatis de hæret. Soc. consil. 54. nu. 20. vol. 4.* Vt interim taceam alterũ homicidam esse, licet principi reconciliatus. Et hic diligenter ponderandum & obseruandum puto, situm pagorum N. & N. nimirum illos quinque milliaribus, & N. vno distare à Castro N. vti deponunt, penult. test. ad 1. & vlt. test. ad 13. interrogat.

Ex quo non vulgaris deducitur præsumptio, d. pagos etiam pertinuisse proprie ad Castrum N. Nam non est verisimile, rusticos aliò seruire voluisse, quam quò destinati erant.

Quia nemo præsumitur iactare libertatem suam. Et dominus in uitos † cogere non potuis- 20
set alibi, & extra territorium, aut fines præscriptos, operas & ministeria præstare. *text. eleg. l. si cui ff. seruit. & argum. l. quædam mulier ff. famil. ercis.* Promissum † enim in vno loco non tene- 21
tur quis soluere in alio, *l. 1. de eo quod certo loco. l. vsuras. vbi glo. C. de solut.* & quod † debetur Titio, 22
non debet solui Seio. *l. qui heredem. §. qui nullo. de solut. Boer. decis. 212. num. 19. par. 1.*

Nunc in præsenti ex actis constat, quod incolæ & rustici pagorum N. & N. haben gehn N. Holtz zu Herrn Dienst führen müssen/ quæ verba meo iudicio important necessitatem subiectionis, & indicant, pagos illos etiam iure proprio, & iure dominii, ad Castrum N. pertinere, & proprie pertinentias esse. Quare hic non puto curiose disputandum de expressa destinatione patrisfam. quia sufficit Socerum vsum fuisse dictis pagis.

Nostra † enim destinatione fundorum no- 23
mina & domus, non natura constituuntur, *l. quod inter. §. si quis leg. l. 1. quæ sit. §. si quis. eod. l. Papinianus, de fundo instrument.* Quibus legibus expresse probatur, quod pertinentiæ destinatione & voluntate patrisfamilias constituantur. Illud enim euidenter ex actis constat, Socerum habuisse domicilium suum principale in Castro N. & ibidem per totos 40. annos habitasse, pagisque vsum semper fuisse. Vnde non obscure colligitur subiiciendi voluntas, quod Castro illos pagos sua voluntate destinarit.

Quæ quidem voluntas ex tot actibus possessoriis confirmatur. Deponunt enim vno veluti

ore, daß sie Socero actoris gehn N. Bawholtz führen müssen; Rogati de tempore respondent, Socer habe die Güter dahin gebraucht/so lang jhnen gedenckt. Hæ depositiones optimè subiectiones d. pagorum concludunt. Nam noti iuris est, prestatione & solutione census quasi possessionem subiectionis probari, maxime si hoc ex coniecturis, & qualitate personæ, cui
24 soluitur † census, argui possit, quod scilicet in signum subiectionis solutus sit, *c. fin. & ibi Panorm. num. 4. de causa poss. & proprietat. Fel. c. Bertholdus. num. 25. de re iud.* vbi plene docet, quando per solutionem census inducatur subiectio. *Panorm. consil. 102. num. 2. Alex. consil. 43. num. 3. volum. 1. Bald. l. plures Apoch. C. de fid. instrum.* vbi dicit, censum non soluere, esse speciem libertatis. Atque hic concurrunt magnificentia castri, quod sine ampla dote consistere nequit, prestatio ministeriorum & operum fabrilium, de quibus Bart. *in l. si non sortem. §. libertus. num. 21. de condict. indeb.* Item nobilitas personæ, & sic per solutionem census optime subiectio probata est.

Non obstat contradictio aduersarii, d. pagos non ad N. sed ad Castrum N. pertinere, quia
25 hoc nusquam probatum est, sola † autem allegatio non sufficit, nisi probetur quoque allegatum. *l. 1. in prin. & ibi gl. in verb. dicatur. ff. si quadrup. paup. fecisse dicat. d. l. si prius. ff. de noui oper. nūc. Paris. consil. 107. num. 29. vol. 1.* Disputationem dicti Castri N. an autoritate superioris, vel per tyrannidem demolitum sit, sciens prætermitto, tum quod alii satis prolixè prosecuti sint, tum quod magis ad petitorium quam possessorium spectat. Concludo itaque satis probatum, Socerum dictos pagos possessoriè destinasse ad Castrum N. eoque mortuo per apprehensionem Castri facto hominis, pagorum etiam possessionem apprehensam fuisse, *per ea, quæ supra in tertio præmisso dixi.* Et ideo actori, qui Castri possessionem apprehendit, dictos pagos tanquam pertinentias d. Castri N. possessorie restituendos iudico. Saluo, &c.

## VOTVM VII.

### *In causa N. contra N. rerum spoliatarum, qualis requiratur specificatio & æstimatio.*

SVMMARIA.

1 *Res ereptæ sigillatim designandæ & specificandæ sunt, vt fiat sententia.*
2 *Iuramentum rei per vim ereptæ æstimatorium non datur contra heredem vim committentis, nisi cum ipso testatore lis contestata fuerit.*
3 *Specificationem rerum per vim ereptarum an fieri oporteat, vt sententia fiat.*
4 *Familiares scire præsumuntur vires atque emolumenta Domini sui.*
5 *Argumenta probabilia sufficiunt in probationibus probabilibus & difficilibus.*
6 *Actori dubitandi de colore, valore vel pondere succurritur, si iuret, se nescire colorem vel pondus.*
7 *Amissio instrumenti per iuramentum probatur.*
8 *Iuramento Principis facile statur.*
9 *Personæ dignæ absque iuramento credi debet.*
10 *Violentia probata, probatur æstimatio rerum ablatarum iuramento.*
11 *Iuramento damnum passi aduersus heredem spoliatoris vel alium tertium, an & quando stetur.*
12 *Iuramentum ad probandum valorem rerum ereptarum non datur contra heredem violenti spoliatoris.*
*Contrarium num. 13.*
14 *Iuramentum suppletiuum quando deferatur.*
15 *Probandi facultate, facto dolosi aduersarij actori ablata, tunc super hoc creditur actoris iuramento.*
16 *Probatio fit solo iuramento.*
17 *Sufficit vt quis faciat id quod facere potest.*
18 *Probationes imperfectæ admittuntur de iure in rebus, quæ sunt difficilis probationis, vel de sua natura, aut longinquitate temporis.*
19 *Interesse an curret in rebus mobilibus.*

In nomine Domini, Amen.

QVia certa non potest fieri sententia, nisi res per vim ereptæ † sigillatim designen- 1
tur, & specificentur, *vt late per Beller. in c. fin. q. 7. num. 19. extra quod met. caus.* Quia etiam in nostro casu rerum per vim ereptarum æstimatio iuramento affirmãda, *l. si quando. C. vnde vi.* probari † non potuit; cum illud iuramentum con- 2
tra heredem vim committentis non detur, nisi cum ipso testatore lis contestata fuisset, *Dd. in d. locis.* Ideo Domini assessores in pronunciatione huius causæ, quæ facta 16. Octob. Anno 29. imposuerunt Domino actori specificationem rerum tempore Treugæ ablatarum, & probationem æstimationis earundem.

Videndum ergo, an actor huic interlocutoriæ satisfecerit, & sic duo consideranda.

I. *An sufficienter bona ablata specificarit.*

II. *An legitime æstimationem earundem probauerit.*

Quoad specificationem, reperio, quod sequentia in specie designentur, primum 6. plaustra, quæ pertinuerunt ad actorem. 2. Quod singula plaustra 4. equos habuerunt, & sic erepti sint, 24. equi. 3. Designat aliquas cistas in genere, non autem certum numerum exprimit: Deinde allegat sibi erepta. 16. Silbern Röhren auff die Hauben/ sunt receptacula argentea, quæ galeis equitum imponi solent, quodlibet valere 10. Gülden/4. vestes, arma & supellectilia ad expeditionem militarem pertinẽtia, quæ æstimat 1500. Gülden.

Nunc

Nunc † porro inquirendum, an hæc specificatio sit sufficiens? Videtur, quod non, quia, vt docet Beller. *de loco*, vim seu damnum passos, necessariũ esse in causæ cognitione taxatione præcedente, præscribere iudici singulas res, quas dicunt amissas, ac singulas etiam æstimationes earundem: tum quia ex hoc pendet negotii qualitas, ex qua iudex in taxatione habet arbitrari, tum quia hic videtur cessare ratio difficultatis probandi. Licet enim res & æstimationes huiusmodi singulares vix possibile sit describere: tamen verisimile est, quod spoliatus singulariter possit: cum inanibus non sinatur immorari obiectis, vt vires sibimet rerum suarum faciat incognitas, quia familiaris † rei scire vires, vel merita, atque emolumenta debuerat, *l. quisque. in fin. C. de rescind. vend.*

Fateor quidem prædicta regulariter vera esse, & per Dominum actorem in aliquot positionibus siue articulis esse obseruata, puta in equis, & **in den Silbern Röhren** / dum res ipsas & earundem æstimationẽ expressit, in reliquis autem positionibus id non fecit. Consentiunt quidã, quod damnũ passus arctetur ad specificationem rerum per vim ablatarum. Si tamen damnũ passus alleget probabilem aliquam causam, propter quam possit rationabiliter dicere sibi impossibile esse hoc facere, & hanc suam allegationem ex aliquibus coniecturis probabilibus, vel per proprium iuramentum verisimilem reddat, tunc remittitur ei specificatio, & ipsius iuramento statur, atque ita Beller. concludit, *in dict. c. fin. num* 20. *versic. sed pone. Verba Belleri sunt hæc.*

Sed pone mercator multis rebus & negotiis implicatur, nec scit, nec scire potest distincte numerum seu qualitatem aut quantitatem singularum rerum, debetne tunc propter difficultatem probationis cadere à iustitia sua? Certe hoc durum esset, iniquum & valde impium.

Quid ergo dicendum. Si mercator potest allegare aliquam probabilem causam, qua rationabiliter dicere potest, sibi impossibile esse, quod æstimationem probet, vel singulas res specificet, & dictam suam allegationem ex aliquibus cõiecturis probabilibus, vel saltem per proprium iuramentum verisimilẽ reddat, tunc est audiendus, *vt de except. c. statuimus, c. cir. de elect.* Non tamen ita stricte agerem, etiamsi omnia & omnium qualitatatem, quantitatem & æstimationem singularem declarasset: sed cum tota ista materia sit arbitraria, taxarem ad aliquam summam & sic mediam viam eligerem, cum malitia sit puniẽda, & probationibus subueniendum. Nam alias propter difficultatem & impossibilitatem probationis, etiam vbi † nõ est commissa violentia, sufficient probabilia, *arg. c. 2. de cler. ægrot. cum similibus.*

Ad propositum ergo reuertendo, cum in nostro casu Dominus actor nonnullas res specificauerit in aliis specificandi difficultatem alleget, eamque vel ex hoc verisimilem reddat, quod dicit annotationem rerum cistis impositarum, vna cum cistis periisse. **Denn die Verzeichnuß sey in ein Truhen eyngelegt worden** / & sic facto ac dolo spoliatoris verlohren. Facit ad prædicta, quod not. Specul. *in tit. de libell. concept. §. iuxta. versic. quid si in premissis. & Soc. in cap. singularibus. num. 29. versic. 12. extr. de libell. oblat.* vbi dicitur, quod † si actor dubitet de colore, valore vel pondere, succurritur ei si iuret, se nescire colorem vel pondus, *l. in actione, §. 1. ff. de furt. l. 1. §. si quis argentum ff. depositi. Innoc. in c. certificat, de sepult.* facit idem, quod eadem ratione instrumenti † amissio per iuramentum probari possit, *vt docet Spec. in tit. de instrum. edit. §. postquam. versic. aliud quoque. & Guid. Pap. quæst. 224. vbi multa.* Ne ergo propter hanc specificandi impossibilitatem, maxime ex facto aduersarii prouenientem, spoliatus perdat totam iustitiam suam. & ex summo iure, summa enascatur iniuria, putarem Domino actori iuramentum deferri posse, an huiusmodi sua allegatio syncera, an possit iureiurando asserere vlteriorem rerum specificationem, vel certificationem sibi impossibilem esse, maxime cum actor sit princeps, cuius † iuramento facile standum, quod vel in primis considerandum, *arg. l. non omnes. §. à barbaris ff. de re milit. Roman. in l. damnum, ff. de damn. inf.* Vnde etiam quod dicitur in casu d. l. *si quando q.*, credendum † esse personæ dignæ abque iuramento, puta episcopo, & similibus, *vt per Innoc. in c. nuper. de sent. ex com. per gloss. 1. in glo. 11. q. 1.* Et hæc de specificatione.

Secundo principaliter videndum, *an rerum deperditarum æstimatio legitime probari possit?* Et primo videtur quod non. Nam Doctores tradunt, quod licet probata violentia, † damnum passus æstimationem rerum ablatarum iuramento probare possit, *d. l. si quando, & d. cap. fin. cum similib.* Attamen si contra heredem spoliatoris, vel aliquem tertium agatur, hæc iuramenti delatio non habet locum, nec statur † iuramento damnum passi sed aliæ legitimæ probationes requiruntur, *Doctor. in dicta l. si quando, & ibi Iason. post alios, numero 54. Bald. in dict. l. in alio de in litem iurand. Canonist. in d. cap. final.* Quod ideo fit, quia hæc probatio per iuramentum, in odium violenti spoliatoris cõtra omnes iuris regulas admittitur, quod odium in hereditate ipsius cesset, nisi forte lis contestata fuisset cum spoliatore defuncto, quia tunc contra hereditatem etiam iurari potest, *iuxta not. in l. 1. C. ex dolo defuncti.* Cum ergo in nostro casu lis non fuerit cõtestata, contra ipsum spoliatorem, nempe Ducem F. F. sed contra ipsius heredes, sequitur hanc priuilegiatam probationem æstimationis, per iuramentum non habere

habere locum, & per consequens, quod redeat ad regulas iuris communis, quod plene & legitime sit probanda æstimatio, & valor rerum ereptarum, puta per testes vel alia legitima probandi adminicula. Sane quid probauerit actor in nostro casu, ex ipsius articulis probatoriis constat.

Primo constat, in genere probatam esse violentiam & ablationē plaustrorum, & ereptionem seu distributionem rerum iisdem impositarum, maxime per responsiones ad tertium articulum positionalem actoris. Item per lit. not. 38. 39. & 60. & per defens. 16. 18. 19. 21. 22. 26. vbi expresse ponunt, reique bona verbeutet worden.

In specie vero quæ res ablatæ sint, aut quæ sit æstimatio rerum ablatarum; nihil plene probatur, ne semiplene quidem, vt merito videantur absoluendi rei ex communis iuris doctrina: *Actore non probante reus absoluitur.* Et sane parum abfuit, quin in hanc partem inclinarem, nisi sequentes in diuersam partem me traherent.

Præmitto ergo, quod tradunt Brun. & Doctores communiter, *in d. l. si quando*, vbi docent,
12 quod etsi contra † heredem violenti spoliatoris, non deferatur iuramentum ad probandum valorem rerum ereptarum, cum in eo cesset odium: attamen satis sit, si possit imperfectas probationes adferre, quæ alias non admitterentur, puta, per socios, per familiares, item per familiam. Addit Bartol. sufficere hoc casu probationes, per coniecturas & præsumptiones, & hoc omne iudicātis arbitrio relinquen-
13 dum esse. Tales † probationes si adfuerint, poterit actori iurandi conditio deferri, *d. l. si quando.* Sed & alias quādo semiplene probarum est. Iure deferri potest, puta ex *l. in bonæ fidei. C. de rebus credit. & iureiur. l. admonendi ff. de iureiuran.* Et
14 quamuis † regulatiter iuramentum suppletiuum non deferatur, cum semiplena probatio vere aut necessario concludat, an sufficiat eam præsumptiue cōcludere pulchre per Rayn. *c.* 91. *n.* 10. vbi allegat glo. *in l.* 3. §. 1. *in fin. de minor. & l. non est verisimile ff. quod met. caus.* Respond. in nostro casu quod sic, quia vbi probata est defuncti spoliatoris violentia etiam contra heredem, cessat prædicta doctrina, possumusque probationem non necessario, sed probabiliter & secundum communiter accidentia concludentem recipere, & deinde iuramentum in supplementum deferre, *ita Brun. in d. l. in actio. l. si quis ex argentariis ff. de edendo. in l. quoties, per illum text. C. de Naut. lib.* 11. *Spec. de furt. in fin.* 25. *& tit. de pign. act. in fin.* docet amissionem rerum probari per coniecturas.

Secundo præmitto theoricam, quam Doctores in materia damnorum & interesse tradunt. Quod licet non sit probatum damnum siue interesse respectu quantitatis, sed solum probatum sit, quod interfit, quod damnum illatum sit, non autem quantum interfit, aut quantum damnum sit datum tum iudex propterea non debet sententiam incertam dicere, vel ferre condemnando cum interesse, nec etiam debet absoluere Reum conuētum, sed potius ex officio se informare qualitercunque potest, vel aliquibus committere, vel alios testes examinare, aut ex verisimilibus coniecturis, animi sui motum ad certum quid dirigere, ne vlli parti iniuria fiat, secundum quod not. *in l. quod ex quinta. ff. de leg.* 2. *l. semper. §. in hoc interdicto, ff. quod vi aut clam. Brun. & Bl. in l. traditio. C. de act. empt. Panorm. in c. causam. de testib. Soc. in c. dilecti. in glos. de foro compet.* vbi dicunt, quod iudex facit male absoluendo reum, ex eo quod non sit probata quantitas interesse.

Idem seruatur in fructibus, prouētibus redditibus & damnis si probentur, licet decerta quantitate non constet, nec probari possit: quia ob id iudex reum non debet absoluere, sed aliunde certi quid statuere, vt certam ferre possit sententiam, vt pulchre per Soc. *in d. c. singularibus. num.* 23. *circa fin.*

Ad propositum: cum nobis constet ex confessione reorum, actoris per deprædationem plaustrorum cistas & bona esse direpta, & distributa in milites, in specie tamen hæc bona non possint designari, & eorum valor speciatim probari, tum propter ipsos spoliatores, qui annotationem rerum cistis impositarum cum tebus ipsis abstulerant, cum propter longinquitatem temporis & mortem eorum, qui tum præsentes fuerunt, debemus vtique ex illis coniecturis colligere, quid, quantum arbitremur, & verisimiliter valuisse istas ereptas res. Nam generalem æstimitionem rerum ablatarum, quas specificare non potuit, fecit actor, nempe quod valuerint 1500. Gülden / reliquas res in specie deduxit. Taxarē ergo res in specie deductas, puta die Harnisch / Kleyder / Silber / Zinn / vnnd andere Geschirr / so viel verisimiliter ein solcher Herr mit jhm in das Feldt pfleget zunemmen / secundum numerum plaustrorum, siue curruum, Dann es muß dannoch auff vier Wägen ein zinnlich Gut geführt worden seyn.

Hoc facto ad huius æstimationis vlteriorem probationem deferrem Domino actori, propter difficultatem probationis, & longinquitatem temporis iuramentum, *iuxta supra dictam doctrinam Bart. & aliorum Dd. in d. l. in bonæ fidei,* & demum in tantum cōdemnarem reum. in quantum fuisset iuratum, expensas vtrique in litem factas compensando. Sane Domini in prima relatione cupiebant potius habere specificationem rerum amissarum, quam plenam probationem æstimationis, præsertim quando per factū dolosi aduersarii ablata est actori † fa- 15
cultas probandi rerum existentium, tunc super

hoc

hoc creditur eius iuramento, nec per factum ipsius dolosi aduersarii actor sine culpa priuatur sua iustitia, *l. semper. §. in hoc interdicto. & ibi Dd. ff. Quod vi aut clam.* Ad prędicta facit, quod &
16 alias † probatio fit solo iuramento, *l. 2. C. de alim.*
17 *pupill. præst. l. offi. vbi pupill. educ. deb.* Sufficit † enim quod quis facit id, quod facere potest, *l. curent.*
18 *de testa. l. quemad. C. de haeret.* Sic & alias † imperfectæ probationes admittũtur de iure in rebus, quę sunt difficilis probationis, vel de sui natura, aut longinquitate temporis, *vt late per Iaſ. consil. 5. num. 2. lib. 1. vbi allegat iura.* Et dicuntur manifestæ probationes, licet in coniecturis sint, *vt dicit etiam Brun. in l. si quis ex argent. §. an heredi. num. 3. de edendo.*

Quoad interesse nihil censeo adiudicandum actori, vt priori etiam voto meo dixi, cum res per vim ablatæ non fuerint fructuosæ, in quibus aliquod lucrum cessans considerari possit.
19 Cæterum † an interesse currat in rebus mobilibus, vide *l. restituere, & Dd. ff. de rei vindic.*

Ex prædictis igitur concludo, res vi ereptas taxandas esse, vt sequitur. 1. Quatuor plaustra, quodlibet pro 25. florenis, facit 100. florenos. 2. Sedecim equos, quemlibet pro 20. florenis, facit 320. florenos. 3. Sedecim Stibern Röhren quodlibet pro 10. florenis, facit 160. florenos, vtensil a pro 800. floren. facit tota summa 1380. quam adiudicarem læso Comiti, præcedente tamen iuramento ipsius comitis.

Definitione pronunciatum fuit, vt sequitur 16. Augusti.

IN Sachen Herrn zu N. contra illustrem quendam N. ist allem Fürbringen vnd nach erstattetem Eyd zu Recht erkant, daß gedachtem Herrn N. vnd deroselben Verwandten vnd Zugehörigen nit gebührt habe, dem Herrn Kläger die vier Wägen sampt den 16 Pferden, auch seine Haab vnd güter, so er darauff gehabt, in wehrendem Stillstand gen N. eynzutreiben, zu nemmen vnd zugebrauchen, vnd dz derhalben gemelter Herr N. dem Herrn Kläger darfür 1400. Gülden Rheinisch zuentrichten vnd zubezahlen schüldig Compensatis expensis.

## AD SVPPLICATIONEM

### *Pro citatione* auff den Landtfrieden deß Abbats zu E.

contra

### Die Statt M. & Consortes.

### *An Clerici possint agere ex constitutione fractæ pacis.*

SVMMARIA.

1 *Factum ab vniuersitate quid, & vnde cognoscatur.*
2 *Factum ab vniuersitate vel communitate, vt dicatur ad hoc requiritur, quod sit factum de communi consilio vniuersitatis.*
3 *Clericus non potest agere ad penam sanguinis.*
4 *Neque etiam de crimine capitali accusare.*
5 *Vel ad vindictam publicam agere.*
6 *Bannum Imperii non solum irrogat pœnam pecuniariam 200. Marcarum auri puri, sed etiam sanguinis, vitæ & fortunarum omnium.*
7 *Mandatum de restituendo clericus potest petere, dummodo factum qualificet super constitutione fractæ pacis, verbisque conceptis protestetur.*
8 *Clericus de protestatione constitutionis fractæ pacis publicæ, publicam scripturam conficere debet.*
9 *Relatum inest in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
10 *Pacis studio processus non decernendi.*
11 *Interpretari eius est, cuius est condere.*

PRIMA supplicatio fuit ideo auff die fürbrachte Narrata abgeschlagen / quod Abbas non narraret vim † publice commissam à ciuitatibus in ciuitate specificatis, conuocato concilio, & pulsata campana, iuxta *l. nulli. l., sicut §. 1. vbi gloss. ff. quod cuiusque vniuers. nomine l. semper. §. 2. ff. quod vi aut clam verb. communicato consilio.* Ad hoc enim vt dicatur factum ab vniuersitate, † vel communitate, requiritur, quod sit factum, de communi consilio vniuersitatis. *Dec. consil. 667. vol. 5. in prin. in l. aut facta. ff. de pœn. vbi communiter Dd.* Vbi ponit hanc quæstionem: Omnes homines de vniuersitate veniunt ad occidendum quendam, vtrum dicatur vniuersitas incidisse? Respondeo, quod non, si non sit factum ab vniuersitate conuocato consilio, alias nõ debet facere vniuersitas, sed singuli. Hoc amplius dicit, quod si leuato vexillo, & pulsata campana iuerunt ad hoc faciendum, quod non dicatur vniuersitas, si deliberatio non præcessit.

Interiectis aliquot diebus rursus supplicatum pro citatione auff den Landtfrieden / & inscriptũ supplicationi maiusculis literis, Communicato consilio, quod non carebat suspicione. Consultatum iterum fuit, vtrum processus decernendi nec ne? Ego vt Referens dixi in pleno consilio, quod etsi factum esset sufficienter qualificatum super constitutione fractæ pacis: tamen ex causis sequentibus vellem priori decreto inhærere. Etiã præsupponebam in facto Abbatem supplicare, non vt statum Imperii, sed vt priuatum, quod inde colligebam, quia non tantum suo, sed Conuentus nomine supplicaret. Illo præsuppositio dixi iuris esse, clericum † non posse agitare pœnam sanguinis, *c. clericus. c. sententiam, ne cleric. vel monach. secul. se immisc.* neque etiam de crimine capitali † accusare, *c. prælatis, de homicid. in sexto.*

vel

5 vel ad †vindictam publicam agere, tametsi pœna sanguinis non esset imponenda, *Panorm. in c. cum D. Marco. de accusat. alleg. ad hoc c. sacerdotes. 2. quæst. 7.* Sed in confesso est, & extra omnem dubitationem Bannum Imperii, non solum
6 †irrogare pœnam pecuniariam 2000. Marci auri puri, sed etiam sanguinis, vitæ & fortunarum omnium, quia res, personæ, & vita omnibus & singulis promiscuè, impunè publicantur & exponuntur. Ideo eius accusationem clericis esse prohibitam, & per consequens citationem denegandam.

7 Quod ad mandatum † de restituendo vnà cum citatione petitum attinebat, dixi illud clericum quidem posse petere, dummodo factum qualificat super constitutione fractę pacis, verbisque conceptis protestetur, quod non ad vindictam sanguinis & pœnam violatæ pacis publicæ, sed tantum ad restitutionem bonorum agat ablatorum, *in d. c. prælatis. de homicid. in*
8 *6.* vbi glossa dicit, cosultum esse, si clericus † de hac protestatione confici curet publicam scripturam, *c. si diligenti. de Simon. Anch. in d. c. prælatis.* vbi dicit, quod omissa hac protestatione incurrat irregularitatem.

Quare cũ in hoc nostro casu huiusmodi protestatio supplicationi inserta nõ esset, imo nulla fieret eius mentio, & Abbas tanquam priuatus suo & conuentus nomine supplicaret, putabam processus esse denegandos.

Mouebat me etiam præiudicium Camerę in causa Der C. zu Cöln contra Gülch, Anno, &c. 40. quibus processus ex prædicta ratione erant denegati. Cæterum posito nullum, quo ad personam & narrata in supplicatione defectum fuisse: adhuc dubitarem, verum processus sint decernendi, idque propter transactionem Patauinam, quæ casum nostrum longo temporis interuallo sequuta est; quam obseruare nos oportet, neque obstat, quod dicta pacificatio statuum Cameræ debito modo insinuata non est, cum sufficiat, insinuationis loco expressam mentionem eius factam Dd. in Recessu Aug. Ann. 55. §. Dieweil. Relatum enim in Referẽte
9 †causa omnibus suis qualitatibus inest *l. esse toto ff. de hered. instit. l. si ita scripsere ff. de cond. & demõ. Dec. cons.* 434. *Old. cons.* 532. Et ideo ne tota Germania istis processibus inquietetur, pacis stu-
10 dio processus non †decernẽdos, sed interpretationem §. Dieweil. ab Imp. petendam, cum e-
11 ius sit †interpretari, cuius est condere.

Alii vero Domini omnes concluserunt, factum sufficienter esse qualificatum, super fracta pace & processus decernendos esse: quod supplicans Abbas zu E. status Imperii esset. quibus super constitutione fractę pacis supplicare non sit prohibitum, sed permissum tantum, propter pacem publicam differendos esse processus, nihilque esse decernendum, sed consulendum esse Imper. quid nobis in hoc casu dubio statuendum sit, ne nos demus occasionem nouis tumultibus. Hæc sententia obtinuit, in quam ego quoque libenter descendi.

Actum in pleno consilio me referente, &c.

# DVBIA RESOLVTA DE CONSTITVTIONE FRActæ pacis publicæ ad præcedentes supplicationes earumq; vota pertinentia.

## DECISIO.

Eorundem Dubiorum in pleno consilio & per maiora vota à D. Refer. collecta.

## I. DVBIVM.

***An per duos vel tres fracta pax committatur, vel an coadunatio hominum requiratur?***

### SVMMARIA.

1 *Pluribus in processu quodam requisitis, duo vel tres plurali numero comprehenduntur.*
2 *Duo vel tres coadunationem efficiunt.*
3 *Collegium rectum dicitur, in quo tres solum personæ reperiuntur.*
4 *Tres familiæ quoque nomine continentur: quod de congregatione intelligitur.*
5 *Turba plures quam tres homines continet.*
6 *Constitutio in genere disponens, plures & paciores comprehendit.*
7 *Vbi vis publica & armata narratur, ibi DD. coadunationem faciunt.*
8 *Distinctio constitutionis pacis publicæ quæ.*
9 *Rustici an in hanc constitutionem peccare possint.*
10 *Processus hic quando decernantur.*
11 *Processus quando denegandi.*
12 *Pater filium receptando, & econtra an excusentur.*
13 *Denegandi & prohibendi causa iusta quando subest.*
14 *Pacis publicæ violentia quando in effectum producitur.*

AD primum caput respondetur, in decernendo, ex stylo coadunationem requiri, in qua coadunatione duo vel tres continentur. *Gail. lib. 1. c. 3.* Nam quia in ea †plures requi- 1
runtur, duo vero vel tres plurali numero comprehẽduntur. Sequitur necesario duo vel tres 2
†coadunationes efficere, vti & collegium re- 2
cte dici potest, in quo tantum †tres inueniun- 3
tur, & familiæ quoque †appellatione tres con- 4
tinentur, quod & de turba videtur dicendum, *l. Neratius. ff. de verborum signific. l. 1. C. de tutor.*

illustr.

*illust. person. l. prætor. de vi bon. rap.* quod & de congregatione dicitur. *c. 1. de elect.* Etsi turba plures
207 *Qui non prohibet, cum posit, non caret scrupulo societatis occultæ.*
208 *Nemo vt aliena debita soluat, cogi potest.*
209 *Verbum* Weinschenck, *quid significat.*

QVOAD processum, nullum præcipuum defectum reperio, prout tum quidem moris & styli fuisse arbitror. Nec in mandatis procuratoriis, nisi quod ratione Syndicatus ex parte reorum dubitari potest, quia requisita adesse non videntur, scilicet conuocatio ad locum publicum: Item maioris partis populi, aut saltem duarum partium, & consensus cõmunitatis, & alia, de quibus *Speculat. tit de Syndico, à princip. Vant. de nullitatib. ex defectu mandati. per l. nulli, ff. quod cuiusq; vniuersit. nomine, vbi Dd.* Quod & authoritas superioris, & expressio nominum singulatiter requiratur, etiam vbi maior pars constituit. *Bart. in l. 1. de albo scrib.* Adde Chass. *rubric. 13. §. 6. verb. poeta, in fin. Corne. cons. 148. col. 2. lib. 2. Henning. de probation. consil. 5. num. 9.* vbi tamen, quod † consules 1
pro ciuitate agere possunt, si hoc habeat consuetudo, aliàs tamen procuratores † constituere non possint, vt quicquam faciant nomine vniuersitatis, præsertim in causis grauioribus. *Mynsi. 3. obs. 18.* vbi dicit, salem nomen collectiuum requiri, Bürgermeister / Rahr / vnd alle Bürger gemeinlich / vt & hic ab initio constituerunt Rei, Mynsing. *1. obser. 76.* Et expresè dicit, non sufficere, quod consul & senatus constituant secundum loci cuiusque consuetudinem. Et ita obseruatum in causa B. S. contra Anhalt fractæ pacis. Et B. S. contra die oberländische Stätte.

Verum econtra videtur, quod defendi possint mandata † ex parte Reorum nomine con- 3
sulum & senatus producta. Primò, quia constat ex consuetudine generali, omne ius ciuitatis † in illos à populo translatum esse: vnde 4
dicunt Dd. Quod tales ciuitatum † magistra- 5
tus repræsentent ciuitatem. *Laudens. de officialib. ex gloss. in l. 1. C. de contractibus iudicum, verb. pronuncias, in fin.* Ita in contrahendo, & obliganda ciuitate ex consuetudine esse dicit *Zas. in l. ciuitas, ff. si cert. petat. nu. 11. Bald in l. principales, in fi. C. de iur. cal. Schenck in vsidario concl. 106. facit Castren in l. si præses, n. 2. C. de transact.* Quòd Syndici constituti † vel à populo, vel à concilio opportuno dicuntur habere administrationem cum libra, vt & tutor. † cum quo æqui- 6 7
parantur, *Alex. cons. 22. num. 9. lib. 1.* Atq; idem Castr. *in d. l. nulli, nu. 9.* Et ad hoc propositum applicat addition. *in c. fin. ad Panorm. de proru a.* Et ita contra gl. expresse tenet Ioan. de Platea *in l. procuratoris, C. de decurio. & gl. in l. ita demum, in princip. ad Trebell.* Quia sufficere dicit ordinem decurionum vel maiorem partem eorum ad constitutionem Syndici. Cum enim talis senatus contrahat, nil impedit, quin & mandare possit sine decreto aliorum, quorum vice ipse fungitur, argumento eorum, quæ notat Bal. *in l. 1. n. 5. C. de seru. reip. manumitt.* Et ita quod fit ab his, qui habent authoritatem à concilio, perinde est ac si fieret ab ipso concilio, quod eandem potestatem habet, quam totus populus, per supra dicta. Et per Angel. *in d. l. nulli. col. 2. in princip.* Nec etiam scribenda esse nomina singulorum, quando magnum concilium constituit, perinde vt nec in populo constituente requiritur. Tenet Bart. *in d. l. 1. de alb. scrib. num. 5.* Præsertim verò hæc locum habent, si sigillum vniuersitatis † talis sit 8
appositum, vt in notabili dicit Vant. *dicto loco, numer. 150. Et addit. ad Speculat. dicto titulo de Syndico. Rota decisione nona & trigesima sexta in antiquis, de procurat. Masuer. in pract. de procur. num. 2.*

Et

Et quamuis plerique loquantur in capitulo & vniuersitate simpliciter, puto tamen idem in senatu, cum & id sit nomen collectiuum. Ratio dictorum, quia præsumitur scientia & consensus eius, cuius est sigillum (vt & hic est communitas) accessisse. *Schurff. consil. 17. num. 13. cent. 1.* Quæ omnia confirmari magis arbitror ex stylo & vsu huius iudicii: tali enim forma; **Wir Bürgermeister vnd Raht/ ꝛc.** omnia ferè mandata conscripta esse inuenio, infinitis in causis, magnis & paruis, & vix alias, pauciſſimis exceptis, reperiri puto. Atque ex supra dictis patet & respõsio ad contraria, quia illa intelliguntur, vbi magistratus non est, vel administratores nullam habent iurisdictionem, aut administrationem non liberam. Idem & Mynſ. loquitur in causis capitalibus (loco allegato) scilicet fractæ pacis, vbi alia ratio. Item & quia non possent sine dolo vniuersi de populo contradicere, qui scientes causam tam diu per suum magistratum agitatam ratificauerunt continenter & in perpetuum. Item & quia senatus in replicis peremptorialibus causam allegat, vt eo liberius in causa testes deponere possint. Et sic puto mandata esse sufficientia.

D. Correfer. Quoad E. mandata dubitari potest, quia in mandatis variant. In quibusdam enim vniuersitatis expresse mentionem faciunt, **Wir Rahtmeister/ ꝛc. vnnd gantze Gemeind/ ꝛc.** Et in aliis omittunt. *Bart. in l. 1. n. 3. C. de iure reipub. lib. 11.* Putat mandata sufficientia, vel si domini putent non sufficere, tunc noua citatione contra **die Gemeind/** opus esset.

D. Refer. addit: Quod in contractibus alia forma vsi, quia id partibus requirentibus, hic contenti sunt actores, & nihil cõtradicunt. Item nec in literarum subscriptionibus aliud exprimitur, quam senatus nomen, cum tamen & ibi causæ ad ciuitatis administrationem & interdum grauissimæ contineantur. Nec refert quod quædam mandata habeant etiam mentionem communitatis, quod procul dubio factum, aut per aduocatum, aut per archigrammateum, prout quisque sufficiens putabat, aut formam habebat: Item etsi aliud mandatum iniungamus, in dubium reuocabuntur alia quam plurima mandata, quæ quotidie à similibus ciuitatibus proferuntur, & ante hac producta sunt. Nec refert, quod non exprimatur communitas, quia agunt & constituunt nomine **der Statt**/ quæ comprehendit omnia: Ac etiamsi senatores exprimant nomen **der Gemeind/** tamen non magis constabit de consensu, quam nunc.

D. B. concludit cum Dd. referent.

D. D. deliberat.

D. F. cum fuerit supplicatum, tam contra communitatem, quam contra senatum, sententia quoque conta ipsam lata, citationes & exequutiones non curo, cum comparuerit per Syndicum. Accedit quod quædam citatio fuit publicè affixa, & in vltima citatione senatus recepit executionem in se. Cum igitur hic agatur de priuilegiis & iuribus vniuersorum, vellem D. S. vlteriorum legitimationem iniungere sub comminatione, **Daß als dann auff deß Gegentheils ferener Anruffen ergehen soll/ was recht ist.**

D. F. concludit, **Daß dieser Gewalt als vngnugsam nicht anzunemmen/** sub comminatione: **Wo er solchem also nit nachkommen wirdt/ daß als dann auff gethanen Beschluß ergehen sol/ wz recht ist.** Ergo similiter concluſi vlteriorem legitimationem ininngendam.

D. P. Quædam est vniuersitas, quæ magistratus non habet † certos, sed quos ad placi- 9
tũ deponere potest, & hic requirit consensum populi: quædam verò est, quę habet perpetuos magistratus, & tunc, quod illi faciunt, tota vniuersitas fecisse dicitur. *Bal. de pace constantiæ, §. damna, nu. 1.* secus in capitulis: Mouet etiam, quod sigillum vniuersitatis est appensum. quo casu non requiruntur nomina singulorum: concludit mandata sufficientia.

D. B. concludit cum DD. referentibus, & mouetur iuramento per vniuersitatem senatui præstito, cuius intuitu omnis potestas est translata in senatũ, nec mouent me argumenta DD. qui loquuntur in simplici administratore.

D. R. Magnum hic esse periculum, quare securius agendum putat, mandata E. nõ esse sufficientia. *Marc. decis. 782. nn. 4. part. 1.* Mouetur præterea, quod alia mandata fuerint exhibita, in quibus non tantum **deß Rahts** / sed & **der Gemeind** mẽtio facta est. 3. Vt eo facilior sit sententiæ executio, & omnis cauillationis occasio euitetur. 4. Quia hic agitur de omnibus priuilegiis ac iuribus, quæ singulos cõcernunt ciues. Non obstat, quod pauca mãdata in camera exhibeantur, in quib. **der Gemeind Meldung beschicht**/ quia respondetur non esse tam arduas causas vt hic Consultius putaret iniungere S. vt aliud mandatum nomine **der Räht vnnd Gemeind** exhibeat, cum ratificatione prius actorũ.

D. A. Quoad legitimationem vellet S. iniungere, vt se legitimaret nomine **der Handwercker** in 9. & 10. conuentione, in reliquis cũ Dd. refe.

D. S. putat verborũ tantum disceptationem esse, rerum vero nullam ex eo: nam quæstio est, quando ciuitas constituere possit Syndicum, concludit vt supra,

D. I. putat vlterius mandatum iniungendũ, quia procurator †nõ potest dari nisi à vero do- 10
mino, *l. 1. ff. de procu.* Administratores veri domini non sunt. Ergo, &c. 2, Quemadmodũ tutor tanquã administrator † non potest facere pro- 11
curatorem ante litis contestationem in causa pupillari, sed necesse est, quod constituat actorem, † vbi requiritur decretum iudicis, 12

alias

alàs vitiatur constitutio, *l. neq; tutores, vbi Bart. & Dd. C. de procur. Marant part. 4. distin. 16. nu. 34. Decius in c. intelleximus, nu. 11. ext. de iudicijs.* Ita nec consules & senatus tanquam administratores rerum ad ciuitatem pertinentium, procuratorem ante litis contestationem in causa vniuersitatis facere possunt, quia non sunt veri domini, *gl. in d. l. neq; tutores.* Et ijs omnes administratores ad aliorum dati vtilitatem æquiparantur, *Marant. in repet. l. si actor, n. 9. ff. de procur. Facit. addit. ad Bar. l. 1. ff. quod cuiusq; vniuers.* Vt i-
13 gitur pupillus † cum autoritate tutoris posset ante litis contestationem constituere procuratorem, *Marant. d. par. 4. n. 34. in fi.* Sic & vniuersitas cum senatu & suis administratorib. procuratores ante litis contestationē facere possunt,
14 cum vniuersitas † pupillis æquiparetur, *l. nihil ff. ad municip. l. remp. C. de iure reip. l. resp. C. ex quib. causis maior Bar. in l. 1. §. si. in prin. ff. quod cuiusq; vniuers.* Tertia ratio; Cum in omnib. ferè contractibus in actis adductis, constat consules contraxisse, vt **Bürgermeister Rahr/ Rähte/ vnd gantze Gemeind.** Cum tamē vt domini, qui ad negotia extraiudicialia ratione officii contrahere potuissent, *gl. in d. l. neq; tutores, & in l. ciu les ff. si cert. pet.*
15 Ergo multo magis nomē † vniuersitatis in mandatis, tanquam iudicialibus actibus, maximè in hac nostra causa tā ardua exprimendū est. Cum
16 plus sit † constituere procuratorem, quā actorē
17 quæ cōstitutio † non potest fieri nisi à vero domino: in extraiudicialibus à vero & sine mandato. *gl. in d. l. neq; tutores, in verb. neq;.* Argumen-
18 tum est. Quod coniuncta persona possit † contrahere & agere præstita cautione, sed non procuratorem constituere. 4. Quod quædā actiones concernunt iura quorundam artificum, super quibus consules & administratores ciuitatis constituere non possunt, nisi administratores rerum ad totam ciuitatem pertinentium sint constituti, *l. 1. §. quibus. ff. quod cuiusque vniuers.* Concludit cum dominis D. S. sufficiens mandatum iniungendum, etiam nomine vniuersitatis, cum ratificatione prius actorum.

D. W. Puto contra senatum, tanquam repræsentantem omnes & singulos, recte pronūciari posse, quia scientibus & tacitè saltem ratificantibus **der Zunfften** mandatum quoq; ipsorum tanquam singulorum videtur tacitè introductum, *per l. si. ff. pro empt ore.* Quem textum ad hoc inducunt Dd. vt qui non potest contra statuere procuratorem, si agat scientē aduersario, induci ex non contradictione mandatum. Et valere actum. Et per tradita Soc. *in addit. ad regulam 212. fallen. v't.* Et Grauet. *de antiquit. temp. part. 1. vers. quarto limitatur, n. 57.* Maximè si semel legitimè constituissent. Atque ita citra doli & malitiæ suspitionem sententiæ contradicere nequibunt, idq; ex eo confirmatur, quod quando singulorum nomina debent in specie exprimi, tamen is defectus sigillo vniuersitatis suppleatur. *Rota decis. 131. in antiq. Gabriel. de fid. instrum. concl. 2. limit. 3.* Nec me mouet, quod in 9. & 10. conuentione petitur in specie pronunciari contra artifices, quia nec senatus omittitur, sed æquè principaliter petitur condemnari, vt taceam, in plerisque ciuitatibus nullum in senatum admitti, qui non sit **zünfftig / wie zu Cölln.** Et sic senatus non repræsentat tantum vniuersitatem, sed & ipsi senatores de corpore tribuum sunt, adeoque verisimile est, aut omnes, tribunos, aut maiorem partem in senatu esse, & nostris constitutionibus comprehendi. Nam non modò ipsorum, vt magistratus, sed etiam vt singulorum interesse peculiare vertitur; & sic ex duplici capite tenentur, tam nomine senatus, quam nomine **der Zunfft/** quorum vtriusque quota pars sunt. Securitatem ergo maiorem parat esse, si saluentur mandata, & pronuncietur quod iuris est, quam si occasio præbeatur, & ipsis tribunis, & communitati, siniſtri quid suspicandi & moliendi, aut nobis periculum, si non constituant: quia ita illos citatos esse non puto, vt contra illos **Ruffen** decerni possit.

*De Actione.*

Videtur actum possessorio interdicto, quasi vti possidetis, quod competit † pro incorporalibus, & in specie pro iurisdictione turbata, vt satis constat ex Spec. §. *nunc dicamus. nu. 2. & 4. Ferrar. pro turbat. poss. n. 3.* Idq; colligi videtur ex cōclusione libelli, in qua Actores dicunt, **Daß Reis nicht gebür ohn jr vorwissen Exaction für zunemmen / vnd also jhren Oberherrn an seiner Oberkeit vnnd Gerechtigkeit vnnd derselben Besitz anzugreiffen vnnd Eintrag zu thun.** Et licet possessionem iuris controuersi, scilicet imponendi tales exactiones, non allegent Actores, sed negent potius Reis hoc competere, implicitè tantum, quia omnem iurisdictionem, atque adeo proprietatem ciuitatis sibi ascribunt, eiusque possessionem vniuersalem, ius etiam prohibendi, quæ illam possessionem impediunt, complectuntur, prout etiam in 4. art. & seq. de possessione huius vniuersalis dominii ponunt assertiuè & negatiuè ratione Reorum. Atque ita in specie ad discernendum, vtrum possessorio agatur, inspiciendum esse, an quis petat se tantum manuteneri, vel quod idem est, non molestari non se dominum declarari. Docet Rebuff. *de mater. possess. art. 7. glo. num 4. tom. 3. Menoch. retinend. in pr. numer. 11.* Similiter & hoc casu, vbi quis iura mea aut vectigalia mihi competentia sibi vsurpare vult, vti possidetis interdictum dari, ostendit idem Rebuff. *dict. loc. articul. 1. gloss 2. numero 2. & 28.* Nam hæc turbatio est. *Menoch. 3. retinend. numer. 497.* Atque hoc remedium melius & vtilius esse dicunt in casu simili, vbi quis possessionem & proprietatem iuris patronatus sibi arrogat. *Innocent. in c. examinata, colum. 2. vers. sed*

19

cum

*cum iste, de iudic. Florian. in l. 1. n. 2. ff. si seruit. vindi.* Et forte ratione, quia quod quiuis sibi adiudicari petit, in petitorio non obtinet, nisi omninò & fortiter probet. *Butr. in c. conquerente, de offic. ordinat. collat. 5. vers. practica. & Hostien. ibid. col. 2.* Dominii autem probatio difficilima, *l. is qui, ff. de rei vendic.* Secundo loco negatoriam actionem vel vt magis puto vtilem vel quasi negatoriam institutam, dici potest satis probabiliter: datur enim directe contra eum tantum, qui quærit seruitutem, vel impedit debitam fundo meo. Sed in foro istis iuribus incorporalibus & iurisdictionibus competere confessoriam & negatoriam, ad instar aliarum seruitutum, notant Dd. *in §. æquè, de act. Iaſ. nu. 35. & Ferrar. form. action. confessoriæ. verb. plenam & omnimodam, num. 7.* Et in specie contra exigentem vectigal Bar. *in l. publicanus, §. omnis n. 2. de public.* Vtilem verò, vel quasi competere ostendit inprimis Bald. *in rub. de vsufr. nu. 1. in fin.* Idem *in l. 1. col. 5. vers. quæritur vtrum, de iurisd.* tenet vel vtilem, vel officium iudicis competere, quod asserit quoq; de officio iudicis Purpurat. *in d. l. 1. de iurisd. n. 132. & Coraſ. de seruit. in rub. n. 9.* Sed & de vtili & quasi attestantur plures vt ex communi asserit Iaſ. *in l. si prius, ff. de nou. op. nunc. num. 3. Spec. de causa poſſ. & propriet. n. 16. & de reſtit. ſpol. n. 7. & §. nunc dicamus, nu. 2.* Quod autem ex talibus verbis negatoria competat, si petatur decerni, quod nullū ius super prætensis iuribus aduersario competat, eidemq; silentium imponi, vel cassari contra factum, & restitui ablata, vt hic tradit Innoc. *in d. c. conquerente, de offic. ordin. colu. 1. & 2. ibid. Butr. col. 4. Ioan. And. col. 1.* Etiamsi implicitè tantum ius non esse aduersario contendetur. Tertiò dici quoque potest, vtrunque ex dictis remediis propsitum esse. Certi enim iuris, quod illa concurrere & cumulari queant, per Speculat. *de reſtit. ſpoliat. §, verum, num. 1. Ferrar. de turbat. poſſeſſ. verb. ad caſſandum, num. 5.* Alberic. Ita obtentum per omnes Dd. in studio Werzellensi *in leg. ſicuti, §. Arriſto. num. 1. ff. ſi ſeruit. vindic.* Et in huiusmodi incorporalibus & specie facti respondet Ripa *in reſponſ. 175. num. 2.* De vtroque autem satis ex verbis colligitur, quibus actores con-
20 clu dunt, quod senatui non † competierit ius imponendi has actiones: Et ratio generalis iurisdictionis vt supra dictum. Et ita se in possessione etiam turbare reis non licuerit. Ideoque desistendum, & restituenda accepta. Atque ex his verbis cumulationem percipi ostendit Contard. *quæſt. 13. numer. 42.* & Menoch. *in prælud. recuper. num. 12.* Quando narrata respiciunt possess. & petitur vt hic 19. art. *Socin. conſil. 263. lib. 2. in prin. Weſenb. conſ. 7. & 21. vol. 1.* Verum quodcunque ex his remediis siue separatim, siue coniunctim actoribus tribuamus, non adeò multum referre arbitror, hoc præsertim casu, vbi eadē probatio requiri videtur, quia & possessorium iurisdictionis † mixtum, debet habere causam proprietatis, cum non soleat defendi sine titulo, vel quod sit loco eius, aut aliis adminiculis dominium probantibus, per Bald. *in leg. vnic. numer. 6. C. ſi de moment. poſſeſſ. quem. refert Contard. §. 8. limit. 2. num. 21.* Sicut & hic ex fama & confessione Reorum, & aliis causis cum exercitio omnis iurisdictionis Actores asserunt, sibi hoc ius prohibendi exactiones competere. Ad effugiendas tamen disputatioues, & in futurum etiam cauillationes, concludo vel quasi negatoriam, vel vtrumq; remedium cumulatum. Harum actionum requisita aliàs satis nota sic, directè instituantur. De vtilibus verò non est adeo certa Dd. traditio, sed quia ad instar directarum dantur, ex similitudine quoque requisita sunt colligenda: Et quod ad quasi vti possidetis, seu in factum actionem subrogatam, satis expeditum, probandam esse quasi possessionem iurisdictionis vel iuris prætensi & turbationem. Et vt mihi quidem videtur, idem ferè in quasi negatoria videtur dicendum. Nullum enim est subiectum vt in directa negatoria actione, prædii scilicet vel rei, pro qua præsumatur libertas, sed hoc ipsum est in controuersia. An vniuersalis & omnimoda iurisdictio & superioritas sit penes actores. Nec refert, quod asseritur, sibi etiam ciuitates dominium acquisiuisse, ideoque pro libertate præsumendum, atque dominium accidenter tantum probandum videatur. Quia idipsum simul etiam, quod ad vniuersale dominium pertinet, controuertitur. Deinde nec de dominio † ad iurisdictionem hoc casu 22
argumentatio est, quia separata esse possunt. Id ergo hic imprimis requiritur, vt probetur iurisdictio vel ius vniuersale, aut ius prohibendi exactiones in specie, quo facto sequitur intentionem probatam; & Reis non licere actum iurisdictionis aut superioritatis facere, vel aliud quodcunque præiudiciale iuribus domini.

### *An Probata?*

Ad probationem non solum, quod iurisdictionem habeant omnimodam ac vniuersalem, sed etiam superioritatem, atque adeò plenum & absolutum dominium ciuitatis, i a quod sint Erb oder Oberherrn. Adducunt actores imprimis famam & communem hominum opinionem, item instrumenta & confessiones, quibus de iure quidem dominium probari satis liquidum est, in antiquis præsertim. *Tiraquell. de præscrip. §. 1. gloſſ. 4. vers. 15.* vbi ex Ang. *in l. at qui, §. cum me abſente ff. de neg. geſt.* Probare dicit famam solam dominiū ex diuturno tempore. Et vt Ang. dicit etiā vbi initium ignoratur, nisi per famam. Idem etiam de fama & communi opinione multis autoritatibus deducit Chassan. *rubric. 1. vers. & la. præuve. n. 15.* Allegans esse communem opinionem Dd. ex Socin. *in*

*conſil.*

*consil.*187. *col.* 3. *vers. confirmatur hoc, vol.* 2. *Et Alex. cons.* 1. *vol.* 4. *in fin.* qui tenet, quod sufficiat ad hoc, si testes dicant communem famam & opinionem fuisse à centum annis; plura Gabriel. *lib.* 5. *opinio. de præscript. concluf.* 1. *num.* 74. Et maximè hoc locum habet in vniuersalibus per Fanciſc. Aretin. *consil.* 15. *colum.* 3. De quo & Felin. *in c. veniens, de testibus, nu.* 16. *vers. similiter & hæc ad plenam probationem sufficere. Barbat. conſ.* 37. *colum* 6. *lib.* 3. Communem dicit Cassiodor. *decis.* 2. *de probation.* pluribus disputando in vtramque partem, eoque magis, vbi plura alia concurrunt adminicula, per Menoch. *de arbitrar. casu* 42. *centur.* 1. *Dd. in l. cum res, l. indicia. Vbi plura Bald. num.* 2. *C. de rei vendica.* Et idem *in l. conuenticula, num.* 6. *C. de Episcop. & Cleric.* qui dicunt, quod in factis multum antiquis opinio generalis habeatur pro veritate. Et licet Ecclesia non habeat instrumenta, de suis ciuitatibus, tamen hæc sufficere ad plenam probationem. Rationem tradit idem *in auth. quæ actiones, num.* 4. *C. de S. S. Eccles.* Quia aliàs impossibile esset probare in antiquis, *per c. longinquitate* 12. *q.* 2. omnes ex Innoc. *c. veniens, de verbor. signific. Canonist. in c.* 1. *de appellat. Dec. post alios num.* 18. *Berous plura nu.* 40. *&* 49. Et idem *in c. veniens, de testibus, num.* 11. Copiosè Iason *in l. admonendi, nu.* 201. *ad fin. in repetit. & consil.* 166. *nu.* 2. *lib.* 24. *Hypol. de probation. nu.* 273. *&* 336. *Ripa in l. rem, nu.* 57. *de acquir. possess. Zoarez allegat.* 6. *num.* 10. per famam præscripta quasi probari dominia, quod maximæ virtutis est in vniuersalibus. Item ex perceptione fructuum & redituum, etsi vocentur Domini in antiquis Instrumentis, quia per illa probatur communis opinio, quo omnia hic magis locum habent, vti plura concurrunt, quæ non solum adminicula, sed etiam plenam probationem faciunt, vt supra, prout est confessio propria Reorum. *Roman. consil.* 71. *numer.* 10. Confessiouem esse veram probationem, maximè verò quando est iterata, vt hic per plura. *Afflict. decis.* 164. Et alios, quos allegat Contard. *oppositt.* 1. *numer.* 7. qui dicit. Etiam ex simplici confessione saltem, transferri onus probandi in contrarium. Ex Bart. *in l. cum falsa, num.* 7. *C. de iur. & fact. ignorant.* Ita de recognitione, quod probet dominium plura Guid. Pap. *quæst.* 272. *num.* 3. Atque hoc casu etiam enunciatiua verba probare latè Tiraquell. *in loco, quo sup. Grauett. de antiquita. tempor. in princ. num.* 7. Idem iudicium & probatio dominii est, atque subiectionis, quod Rei insignia Actorum, ac patronorum vbique in Curia & aliis locis depicta habent. per notat. Chassan. *in catalog. de gloria mundi, part.* 1. *concluf.* 55. *& part.* 5. *versic.* 101. vbi dicit, quod ponens signum principis in bonis suis, videtur illa eidem incorporare, nisi, quod Rebuff. *in l.* 2. *C. de frument. Alexand. libr.* 11. *num.* 1. dicit fieri hodie, quod nomina illorum, qui faciunt ædificare Ecclesias, ædificia aut palatia, &c. inscribantur iisdem. Tamen & Capic. *decision.* 27. *num.* 40. Et Cepoll. *de pariet. commun. num* 16. dicit quod res probetur † illius esse communis, cuius 25
sunt insignia. *Natta consil.* 636. *numer.* 92. Cui astipulatur: Quod eadem insignia Domini in sigillo ciuitatis gerant, cum inscriptione, E. fidelis, filia sedis Moguntiæ, &c. Ex notoria enim consuetudine, qua reliquæ ciuitates subditæ, iisdem vti solere dicuntur. Argumentum est quoque contra ipsos, sicut & quod filiam se appellant: Ex quo non sequitur leuis potestas, quia illis filiabus imperatur à parentibus, ipsæ obedire tenentur: Nec videtur, quod ad Ecclesiasticam filiationem referri possit, cum in causis secularibus ita se scripserint.

Præterea & quod dominium probetur, per supradicta, nec non priuilegiorum concessiorum, ædificationem domicilii aut aulæ constitutionem, retentionem, arbitramenti seu laudi inter partes interpositionem: & notorium, quod incurrit in aures & oculos omnium ciuium. Tenet & deducit vltra alios nouissimè Wesenbec. *consil.* 21. *nu.* 68. *part.* 1. Denique hoc ipsum ostenditur quoq; ex eo, quod constat, Actores iurisdictionem habere in ciuitate Reorum, tam in ciuilibus, quam in criminalibus per vulgare dictum, *Ille qui te iudicat, dominus tuus est.* Afflict. *rubric.* 91. *lib.* 1. *nu.* 4. *in conſ. regni Siciliæ.* Et hæc quidem quoad probationem dominii, atque etiam ad proprietatis probationem referri possunt. Quod verò ad omnimodam iurisdictionem & superioritatem, nec non & regalia, quæ Actores non minus in ciuitate sibi asserunt, attinet, probantur illa de iure. Similier verò per supradicta, maximè verò per iurisdictionis ac iudiciorum, tam in ciuilibus, quam in criminalibus exercitium, scilicet cognitionem, executionem, furcarum erectionem, liberationem à fidelitate, item præstatione onerum, per iuramentum fidelitatis, quibus immediatè significatur iurisdictionis dominium & possessio, vt late Menoch *remed.* 3. *retinend. num.* 579. *& seqq. Socin. d. consil.* 187. *col.* 2. *vol.* 2. vbi pleraque referuntur, sicut & per census & gabellarum præstationem, & multa similia collecta per Natt. *in d. conſ.* 636. *n.* 37. *cum seqq. & Iaſ. conſ.* 166. *vol.* 4. *Bald. in l. data opera C. qui accuſ. non poſſ. num.* 28. Ita regalia quoque & superioritas ad præeminentia seu Fürstliche Recht / per vectigalium perceptionem, ius cudendi monetam, ius eligendi & confirmandi magistratum, & alia similia, de quibus Dd. *in loco ord. tit. quæ sint regal. Chassan. in catalog. part.* 5. *consil.* 24. Item vt dictum per confirmationem priuilegiorum, magistratuum & contractuum, quæ sunt manifestum signum superioritatis, vt dicit Bl. *in l. fin. num.* 2. *C. de l. Felin. in c.* 1. *nu.* 24. *de constitut.*

Item

Item per ius appellationis recipiendi. *Franciſc. Marc. deciſ.636. in fin. Et numero 24. part.1.* Etiamſi de vno ſuperiore ad alium appelletur. idem Natta *conſ.363.n.73. & 81.* Vt & in ſecundis appellationibus, *Iaſon conſ.161.n.1.lib.2.* In eo, quod habet alrum dominium Papon. *in conſuetu. Burgoniæ verb. refert. Adde Rebuff. tom. 3. in præfat. de appellation. 78.* Et quod dicatur inter reſeruata quoque Principis. *Natt. conſilio 580.* Atque his actibus vel iuribus non ſolum communia, ſed etiam potiora de regalibus probari dicit, *Zaſ. ti. qui feud dare poſſ. num.43.* Quibus etiam alia, quæ ſunt de conſuetudine annumerari poſſunt, licet non ſint in corpore iuris notata. Vt dicit Ægidius Boſſius, *eodem tit. quæ ſint regalia. numero 41. Socin. conſilio 7. à princip. libro 3.* loquitur in Gabellis. *Cuiat. libro 5. de feudis. titul. de iur. fiſci.* Vti eſt forte **das Eynreyten**/ quod habet hic multa ſolennia, vti abolitiones Reorum, conceſſiones feudorum, Iuramenti præſtationem, &c. Et de tali intrata Principis meminit Boer. *deciſio. 217. numero 21.* Et de cuſtodia clauium, *numero 77.* Et ſimilia: Et ad hæc omnia faciunt dicta Zaſij *conſil. 16. libro 2. Hieron. de Monte. de finibus regund. cap. 52. Panormit. conſ. 6. num. 2. part. 2.* Et præſertim Natta *conſ.636.*

Quod rei negant, vectigalia hic annume-
24 rari † Regalibus, non videtur obſtare, cum ius commune & vſus aſſiſtant actoribus. Et quia non ſolum de minimis ſoluitur, quæ emuntur, ſed & quæ vehuntur & apportantur: & inter regalia numerantur *dd. locis* vectigal, pedagium, Gabellæ: Præſertim à Forenſibus quod ſumitur, vnde concludendum vt ſupra de iure communi fundatam intentionem ex iure.

His ita de iure præſuppoſitis, in facto quoque intentionem actorum non minus probari, & ſupradictis applicari poſſe patet: Famam enim de dominio Actorum affirmant plærique eorum teſtes, vt & communem hominum opinionem ad 1. & 2. articul. **von männiglichen vor einen Erbherren** ꝛc. Et 6.7.8. qui eſt 80. annorum, qui etiam dicit, **daß** Archiepiſcopus **Oberherr ſey.** Sic 9.16. & 62. Scabinus, qui et-
25 iam putat, **Wer Erbherr** / † **ſey auch Oberherr.** Et plures etiam teſtes Reorum dicunt: **Sie wiſſen nicht anders** / **dann daß er Erbherr** / addunt tamen, **Zu ſeinem theil**, vt ad interrogatoria primi peremptorialis. 5.8.15.17.30. qui dicit notorium. Et ad interroga. repetitum. Quod habet, **Daß ein Erb vnd Oberherr ſey.** Item 48. 54.56.

26 Neque hic ſollicite inquirendum, quomodo fama per † teſtes probetur, cum ſatis ſit, ſi dicant communem eſſe opinionem, vt ſupra allegatis locis, maxime cum & ſtatus præſens correſpondeat, aliaque ſint adminicula / præ-
27 ſertim confeſſiones, † quæ probantur inſtrumentis, antiquis literis, & reſponſionibus Reorum iudicialibus, veluti antiquiſſimo inſtrumento de Anno, &c. 1213. inter alia hic producto 20. Septembris Anno, &c. 29. num. 3. Vbi reſcribunt Epiſcopo & Capitulo E. quod præceptum ac ordinationem Archiepiſcopi, circa Monetam videndam Monetarij obſeruare debeant, quia expediat Eccleſiæ Matri, ac etiam ciuitati, quam de B. Martini & veſtra gratia poſſidemus: Vnde apparet confiteri illos ciuitatem Archiepiſcopi eſſe, quia alias ex gratia ipſius non poſſent poſſidere: Ibidem & fatentur, quod teneantur præceptis eiuſdem obedire, vt & in præcedenti documento. Vbi dicunt, ad commodum ciuium veſtrorum, quibus fatentur ciues eſſe Archiepiſcopi, & quod de licentia eiuſdem ordinari velint, quod panis & carnium curam habeant. Item documento litera X. Tranſactionem inter Treuirenſem & Erfurdienſes, vbi Archiepiſcopum vocant, **vnſern Herren** / quod eſt de Anno, &c. Milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſexto. Item in Tranſumpto. 1. Aprilis Anno, &c. trigeſimo, producto, vbi multa iura quę fatentur ſe debere **Ihrem Herren dem Biſchoff zu M.** ꝛc. Idque documentum antiquiſſimum eſſe, apparet ſatis er genere dicendi & ſtylo, ac multis aliis circumſtantiis. Item & Materia, de qua ibi, quia apparet factum ante venditionem Monetæ Anno, &c. Milleſimo quadringeſimo ſexageſimo octauo. Et non multo poſt datas literas de Anno ſupra dicto Milleſimo ducenteſimo ſexageſimo tertio. Ibi, **Diß iſt von Haußgenoſſen** / in quorum ordinatione conueniant. Siue ergo Gerlacus, ſiue Gerhardus Epiſcopus fuerit, qui ita conuenit cum E patet antiquiſſimum eſſe, quia alter obiit Anno, &c. 1304. Alter 40. Annos poſt ſucceſſit. Ex Bruſcio enim patet, quod Gerhardus primus obiit, Anno Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo nono. E Gerhardus ſecundus bellum geſſit contra Adolphum Naſſouium, & 16. annis præfuit, obiit Anno Milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo primo. Is vendidit Monetam anno Milleſimo trecenteſimo quinquageſimoquarto, à principio regiminis, licet Anno Milleſimo trecenteſimo quadrageſimo nono, priuilegium illis dederit, vt nihil etiam referat, quod ſit ſine die & conſule, quia non agitur de tempore ſeu prælatione, ſed ſufficit, quod conſtet, rem eſſe, & in multis cum aliis documentis conueniat.

Facit enim tale inſtrumentum † antiquum 8
adminiculum ad plenam probationem. *Socin. in d. conſil. 187. col. 2. in fin.* Et quidem ab antiquo ita fuiſſe / argumento eorum, quæ notat Barto. & alij *in l. cum tabernam, in §. Idem quæſiit. num. 3. de pignor. Bald. in l. ſi qua C. de diuerſ. reſcript. num. 6.* præſertim cum ſit ex Archiuo publico deſum-

Ptum, vt in specie dicit Anton. de Butr. *cap. 1. de probat. col. 7. vers. poteſt etiam.* Secutus Bart. *in authent. ad hæc. Cod. de fid. inſtrumentorum in fin.* Vbi additio, quod valeat etiam extra territorium
29 in his † terminis, vt plura Felin. *in c. ad audientiam, nu. 12. de præſcr.* quæ omnia hic minus dubij habent, cum ſigillum ciuitatis ſit impreſſum, idque recognitum, & quia antiquitas multum ſupplet: plura Weſenbec. *conſil. 12. nu. 3. libro 1.* Vnde & reſponſio eſt ad obiecta contra reliqua duo documenta, quia pariter ſigillata & reco-
30 gnita: Et licet exempla † non ſolenniter facta,
31 multo minus exemplum † exempli probat, vt obiicitur, vulgata *l. ſancimus. C. de diuerſ. reſcri. & l. in bonæ fidei C. de reb. credit. vbi Bald. num. 6.* Quod nunquam fidem faciat tale inſtrumentũ: Item Corne. *conſ. 24. col. 4. vers. ſed licet lib. 2.* dicit communiter teneri contra Bar. Dec. *in l. ſi quis nu. 30 C. de edendo.* In antiquis tamen ſecus eſſe, concurrentibus potiſſimum adminiculis, vt ſigillo, ſcientia aduerſarii, longo vſu, & ſimilibus, de quibus copioſe Crauett. *de antiquit. §. vidimus. num. 12. cum ſeqq.* Et late de vtroque tam de Archiui quam antiquitatis adminiculo. *Tiraquell. de præſcript. §. 1. gloſſ. 4. numero 37. & Molin. de materia feudal. §. 5. num. 26. & 33. cum ſeqq.* qui & concludunt plurimum, in eo locum eſſe arbitrio iudicis. *Alciatus in l. Procurator num. 30. C. de edend. Hieron. de Monte. de finibus regund. cap. 63.* Atq; ita paſſim non ſolum in literis, & inſtrumentis quã plurimum, iiſque vetuſtiſſimis, tam ab Actoribus, quam etiam ipſiſmet Reis iudicialiter productis, domini vocantur actores: Rei vero ſubditi & fideles. Et ciuitas dictorum actorum jre Statt ſimpliciter & abſolute, vt & in Rotulo Reorum litera Gerlaci Archiepiſcopi de Anno, &c. *1355.* Idem in tranſactionibus cum Alberto & Bertholdo, & infinitis aliis locis: Et quia Rei hoc confitentur in reſpõſione ad primum articulum primæ conuentionis, vbi credunt, daß er ein Erbherr/ & alibi ſæpius, præſertim in literarum ſubſcriptionibus, vbi ſe ſimpliciter fatentur ſubditos. Et quamuis iam lite hac mota in dd. exceptionibus & reſponſionibus Rei vbique id limitare atque interpretari, intelligendumque eſſe velint, de dominio pro Archiepiſcopi iure & parte tantum, quatenus ex tranſactionibus vñ altem herkommen illi competit, tamen neceſſe eſt, vt illud ipſum in ſpe-
32 cie probent, quia Dominij † ſignificatio generalis eſt, & generaliter probata, ſicut & ſubiectionis: Regula ergo iuris imprimis pro Acto-
33 ribus, quod generaliter dicta † generaliter in-
34 telligend: Item quod verba † in potiori ſignificatione accipienda. Et in ſpecie in dubio ver-
35 bum † *dominium* ſemper intelligendum pleno iure Weſenbec. *conſil. 2. numero 76. lib. 1. Tiraquell. de retract. conuent. gloſſ. 1. §. 2. numero 8.* Vbi oſten-
36 dit etiam ſimiliter ſignificare verbum † *Meum*, vt hic ſæpiſſime & perpetuò vocatur. *Mea* vel, *noſtra ciuitas.* Et ibid. *numero 77.* & præſertim antiquis ex Bart. *in l. certum. §. ſed etſi. ff. de confeſſ. num. 1. l. meorum. ff. de verbor. ſignificat.* Quo caſu etiam enunciatiue prolata † probant & diſponunt. 37 Et hanc propriam eſſe ſignificationem † pronominum, *Meum, tuum, ſuum, &c.* licet 38 aliquando ad protectionem, vel alia tantum iura ſingularia habentes referuntur, docet Lucas de Penna *in l. omnes, numero 23. Cod. de decurion. lib. decimo.* Idem & denotare † genitiuum, 39 vnſer Statt/ quo ſemper & vbique vſi ſunt Actores in dd. tranſactionibus. Et literæ Reorum lit. O. *numero 23.* & multis locis Barto. *in rubric. numero ſecundo, ff. ſolut. matrim.* Et proprie quidem, quod denotet dominium, vt ibid. Iaſon *numero quinto, verſicul. proprie. Panorm. in cap. quia, numero quarto, de iudic.* Et in terminis horum verborum Socin. *conſ. 74. col. 4. vers. quod & ſecundo, libro primo.* Et magis in ſpecie vbi à Principe vel Imperatore proferuntur, *Menoch. reſponſ. 4. num. 51.* quod deſignent ſuperioritatem & dominium, præſertim ſi iterata, & ab ipſis ſubiectis approbata, confirmatur, quia ipſimet Rei vocant Archiepiſcopum, jhren rechten natürlichen Herren / vti artifices ſcribunt in Miſſiuis ad Albertum de Anno 16. &c. 25. Octobris Anno 49. productis, quæ licet impugnentur, tamen de hoc non diſputandum, quique conueniunt cum ſuperioribus aliis documentis antiquis & recentioribus, vbi illa verba † Richter/ Erbherr. Emphaſim habent, 40 verum & directum dominium ſignificantia, vt tradit Cantiuncula *conſilio vigeſimotertio, numero trigeſimoprimo.* Vt & † verbum Erbt/ quod 41 ſignificat dominum perpetuum, conſtans ex ſucceſſione per ſe, non electione, aut voluntate alterius.

Item confirmatur dominij † probatio ex multiiuga cenſuũ præſtatione & ſolutione non ſolum per Senatum, ſed & ciues in receptione, nec non de multis variiſque rebus & bonis quæ poſſidentur in ciuitate, vt de foro ſatis, &c. Et in multis aliis locis, à domibus propriis item publicis ac priuatis: Et etiamſi ex diſſimili cauſa huiuſmodi cenſus plerumq; ſolui ſoleant, nimirum ratione proprietatis, protectionis, ſubiectionis, libertatis acceptæ, ideoq; & ſimpliciter ſolutis cenſibus, nõ concludatur ad certam probationem, ideoq; Felin. æquiuocam ſolutionẽ dici aſſerit, *in c. cum Bertholdus. n. 26. de re iudic. c. ad audientiam. de præſcript. n. 21.* Et propterea ex circumſtantiis de cauſa colligendum dicat Panorm. *c. fin. nu. 4. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat. & conſ. 102. nu. 2. part. 1. cap. 2. de cenſibus. in fi. Socin. in d. conſil. 74. col. 5. in princip.* Etiam ſignum confœderationis tantum ſignificare poſſe, vt plura de hoc Dec. *in c. recipimus. de priuil. in prin. & Boer. in conſuetud. Bit. tit. de feud. §. 17. Cald. conſ. 5. de priuil.*

Tamen

Tamen ex vocabulo adiuncto in quibusdam rebus scilicet, **Freyzinß/** vel **Freypfennig/**
43 † non videtur colligi posse signum libertatis naturalis seu propriæ, vt Actores innuunt, nec testes affirmare audent, sed potius contrarium, quod non audeant hoc dicere, nec audiuerint, ideo solui. Et 62. dicit. Non ideo liberam ciuitatem. Vnde magis colligendum, in signum subiectionis & Dominij solui census, & **Freypfennig/** seu receptæ libertatis, vt in simili Abbas *in cap. constitutus. num. 1. in fin. de religios. domib. Et Hostiens. ibid. in fin. Facit quod Afflict. tradit. decis. 80. num. 7.*

Quando modicum soluitur pro magno
44 † præsumptionem esse id fieri ad inditium directi dominij, argumento etiam quod talia bo-
45 na **die Freygüter/** † alienari non possunt, nisi concedente simul archiepiscopo, pro qua concessione certum quoque soluitur, quasi Laudemij vice, vt in d. antiquo transumpto **von Freygütern.** Item quod in Nundinis venalitiarij & Mercatores; qui emunt, vt postea minutim vendant, ibi vendentes coguntur soluere, **Bodenzinß** seu **Standtgelt/** vt vocant, siue extranei sint siue non, vt patet ex rationibus Officiatorum in lib. Lit. G. 5. Nouemb. Anno, &c. 40. producto.

Quibus probationibus non officit, quod Rei dicunt esse priuatas scripturas, quia exactis constat, ex Archiuo ad compulsum commissarii & fide data, quod inde desumpta sint, per Officiales exhibita, iuxta requisita iuris, quę notantur *in d. cap. ad audientiam. & Felin. nu. vndecimo, de præscription. Et Grauett. de antiquitat. §. quarto limitatur. in princip. & numero sexagesimosecundo.*

Quibus etiam accedit hic, quod manus plærąq; rite recognitæ ab eis, qui viderunt & nouerunt scribentes quod ex coniecturis quo-
46 que præsumitur, quia alij census, † vt collectæ, mulctæ, &c. soluantur ratione iurisdictionis potius, quam proprietatis, argumentum posset esse pro dict. dominij præsumptione à solitis. Quod tales Episcopi in ciuitatibus, præsertim Germaniæ habitantes illas ferè sibi, vt proprias acquisiuerint, aut subiugarint, idque non raro liberalitate & deuotione Impp. atque aliorum, prout & hic innuunt Actores, dum asse-
47 runt, id patrimonium † esse S. Martini, se vero dispensatores eius, vt Dietherus Archiepiscopus | in literis ad Senatum, productis per Reos vna cum interrogatoriis, ad articulos cõuentionales de Anno, &c. 80.

Et idem fateri videntur Rei dicentes se subditos S. Martini. Et in simili patrimonium S. Petri dici, quæ sunt de dominio Ecclesiæ Romanæ. *Abb. in cap. si diligenti. de præscription.* Licet interdum aliis mediis per fas & nefas. *Alciat. in l. munus. num. 4. de V. S. Ferrar. in form. libelli. pro actione reali Brunus cons. 109.*

Ex quibus omnibus coaceruatis non obscure colligitur, dominium & proprietatem ciuitatis ad Episcopum pertinere, coniunctis aliis argumentis, quibus sparsim etiam vtuntur Actores in actis, de consuetudine & similitudine circa subiectionem & dominium aliarum ciuitatum ad ipsos spectantium, vt non obstet, quod supr. dictum, Dominum etiam † appel- 48
lari eum, qui iurisdictionem tantum, vel ius particulare habet, per supr. allegata. Et Chassan. *in rub. 1. § quarto, des droites & Iustices.* Quibus ex Panorm. *in d. capit. pro illorum, de præbend. numero secundo*, respondetur, illa locum habere, quando proferuntur in materia, vbi non potest competere verum dominium, vt tunc solam iurisdictionem comprehendat. Item dici potest, id tum verum esse, quando aliæ coniecturæ non sunt, quæ tamen hic cum multis signis & dominiis concurrunt, Item quando de iure particulari vnius tantum constat, & alium de reliquo dominum esse.

Ideo non obstat quoque quod Rei similiter ex supra dictis & nouis documentis allegant, in illis quoque suam ciuitatem, **jhre Stat/ vnsere Bürger/** &c. Cum enim de dominio superioris vel alterius constat, illa verba † intelli- 49
guntur, quoad curam & solicitudinem, vel commissam administrationem, secundum qualitatem personæ loquentis, sicut colonus dicit meum campum, &c. vt Bar. notat *in l. Quintus Mutius. l. 2. §. argento. ff. de auro, & argent. legat. numero 8.*

Præsertim cum appareat Reos hic ea fere tantum habere, quæ ad administrationem & connexa pertinent. Minus impedit, quod obiicitur titulum nullum huius Dominij allegare actores, quia probatio temporis † immemorialis loco tituli est, non solum ad acquisitionem dominij vtilis, sed etiam directi, vt per plura Gabriel *conclus. 1. libro quinto, numero 44. & seqq. & numero sexagesimo tertio, de præscription.* facit ratio Calderini. *cons. 1. de libel. oblatio. Menoch. respons. 2. num. 88.*

Et ita secundo loco de iurisdictione actorum in facto & genere satis probatum reperitur, nam de spirituali iurisdictione in confesso est, non enim per Reos negatur. Item ostendit hoc etiam 11. artic. Alberti, quod in ea inquietari non debeat. Pariter & de superioritate ac iurisdictione seculari tam in ciuilibus quam in criminalibus in genere: Ex principio dictæ trãsactionis, ibi **Item die vnsern von E.** In specie vero probatur ex responsionibus Reorum & testibus Actorum, ad 5. & 6. artic. hic, de dominio scilicet actorum, & vsu iurisdictionis, in constituendis atque exercendis iudiciis, ciuilibus & criminalibus, meri & mixti imperij, nec non & executione quia Rei non negant Actoribus hæc iura competere, sed contendunt, simultaneum sibi ius esse, **daß sie mit Gerichts/**

Herrn vnd Executores, &c. Ita de aliis iuribus (non quidem specificatis in articulis libelli) tam iudicialibus, quam extraiudicialibus, sed superioribus connexis, vt mulctis, gabellis, & reditibus, ex singulis fere rebus, quæ geruntur aut administrantur in ciuitate, præsertim iudicialibus, prout & in genere de regalibus, & iure superioritatis, quod etiam ex his infertur, vt dicunt Actores **in der ersten Probationschrifft**: constat & colligitur passim ex allegatis transactionibus Alberti, Bertholdi, & documento illo antiquo Gerhardi siue Gerlaci, veluti in Alberti transactione ius esse spectans ad Actores, quod Rei teneantur ipsis Actoribus **denn Hoff** cum pertinentiis & officialibus protegere ac defendere.

Nec videtur rationi consentaneum, quod Rei inde ius superioritatis sibi adscribere volunt, quia id nec contra inferiorem dici posset,
51 cum protectio † non tribuat superioritatem, nedum contra dominum, & huius rei argu-
52 mentum est, quod inferior etiam † dicitur protegere, vt dicit Decius *in d. capit. recipimus. de priuileg. numero 16. Et gloss. in rubr. titul. de domesticis Cod. libro 12.* Ideo non est superioritas Reorum, præsertim cum videatur fieri in ministerium absentis Archiepiscopi. Item articulo 7. exprimitur (scilicet in dicta transactione) flumina esse **deß Stiffts Obrigkeit** / quorum vsus vel cursus nec ad vtilitatem ciuitatis impediri potest sine consensu Actorum, item octauo articulo, quod ædes publicas & proprias habeant actores, extra quas artifices & Mercatores merces suas vendere non audent, pro quibus & census soluunt, sicut & Cereuisiæ venditores, Item quod præcipui artifices confirmationem, ac iurisdictionis concessionem, **Stab vnnd Heyligen** vocant, ad regendam societatem recipere coguntur, soluto similiter censu, quod nisi à superiore fieri potest. *Innocent. in capit. dilecta. in princip. de excessibus prælator.* Vt hic patet: Item & concessio gratiosa, vt ad Senatum appellari possit, vnde & ex præfatione decimiquarti articuli deprehenditur, antea ad Episcopum M. appellatum fuisse, hic iterum reditus 5. solidorũ, quod & indicium videtur, ad Reos non spectare iure superioritatis, quia pœna
53 † temere appellantium ad superiorem peruenire solet, etiamsi inter partes post, vel pendente appellatione componatur, *Rebuff. tom. 3. articulo nono, gloss. vnic. in princip.* Vel si soluitur, non tantum à temere, sed omnibus appellantibus, iterum indicium est ius Actoribus in eo esse, vel eius authoritate fieri: alias enim non constat, quare soluendum sit ei qui nihil iuris habet.

Nec obstat, quod Rei putant signum id esse suæ iurisdictionis ac superioritatis, **Als der Oberschöpffen**/ vt 14. artic. Idque argumento forte sumpto ex traditis D d. *rubric. de appellation.* vbi Panormit. *numero secundo.* Quia non possit esse consuetudo appellandi ad minorem, quem & eo ipso maiorem effici. Idem tenet. *cap. fin. de dilation. numero 5. Idem Ripa cons. 181. num. 6 Rebuff. de appellation. in princ.*

Respondetur enim, etsi id in consuetudine locum habeat, tamen non esse eandem rationem in pacto aut concessione, ex causa expressa facta, vt in simili allegat Natt. *dict. consilio 636. num. 129.*

Quod actus agentium † non sint vltra in- 54
tentionem eorum extendendi. Item & ratio illa, quare dicta consuetudo non valeat, aut saltem dicto modo, huc facit, quam ostendit Decius *d. rubric. de appellat. num. 4. Et Berous nu. 20. & 25.* ne scilicet superiori præiudicetur, quæ ratio hic cessat, vbi voluntate eius hoc fit: Et alias de consuetudine ad pactum † argumentatio ne- 55
gatiue regulariter non procedit, & quia absurdum, quod minor in maiore habeat superioritatem, vt Dec. *d. loco.* Et Rauenna. *de consuetudine. sect. 2. numero secundo. Purpuratus in l. imperium, numero 89.* Ideo potius intelligendum, quod authoritate & concessione superioris, maiores sint suo respectu ad eodem delegati iudices, in hoc actu tantum, vt ibid. Berous: Argumento est etiam, quod nec executio illis libera, vt alias iudici appellationis cõpetit, conceditur, **Sondern so viel dem Raht zu thun gebürt**/ vt ibi. Et ita quod in omni executione census quoque seu Gabellæ & reditus pro Archiepiscopo recipiantur, & iam per Senatum tanquam per Ministrum potius, quam dominum, vt articul. 16. eiusdem **Vertrags**. Item quod ad 13. conuentionem 13. artic. dicit 5. Testis non esse appellationem, sed prouocationem: Item quod Archiepiscopus habet mulctas ab iis, qui vulnerant alios, nec non arma & gladios, vt articul. 22. & 24.

Item quod carceres concessit Reis articul. 28. d. **Vertrags** Alberti, probatur eius rei dominium apud ipsos actores fuisse originaliter: Item quod loca habet immunitatis seu briuilegiata **Freyheiten** scilicet, & carceres **in seinem Hoff**/ &c. Et quia articulo 29. Alberti, &c. Et Bertholdi artic. decimonono, iteratum, quod locum carceris habeant Rei ab Archiepiscopo, patet, non obstare, quod id iam sibi iure proprio, & tanquam iurisdictionis seu imperij proprij signum asscribunt, Licet enim alias ordinarie carcer † sit meri seu mixti imperij, si ille 56
habet, qui causam quoque carceris examinat, vt notant omnes *in l. imperium. ff. de iurisd. Iason post alios nu. 24. Curt. Iun. num. 88. Purpurat. nu. 225.* Tamen secus est, quando quis habet iure alieno, vt alteri remittat carceratos. *Bartol. in dict. l. imperium, num. 8. Alex. n. 21. & seq. Capua. singular. 2.* Vbi dicit, Carcerem habere † non esse im- 57
perij.

perij, sed in carcere tenere. & de eo cognoscere, animaduertendo, vel exinde dimittendo, &c. *Afflict. rubr. 64. num. 4. In constitut. Siciliæ. Riminald. in leg. magistratus. numero quarto, ff. de Iurisdict. Natt. d. cons. 636. nu. 21.* Prout hic quoque Reos ad remittendum & sistendum capturam habere constat. Et cum geminatam hanc assertionem Actorum. (Quod scilicet concessus sit illis locus carceris) Rei non contradicendo acceptarint, videtur d. cõcessio satis etiam probata, cum & præsumptio concurrat, Quod hoc ius carceris prius penes eos fuerit, qui imperium & Iurisdictionem habuerunt. Item probatur in facto, quod concesserint Actores immunitatem vectigalis, vt Alberti artic. 30. 31. & 32. Et in transumpto antiquo Gerlaci. Tit. **von der Bürger Schlachtschatz.** Item vers. **Eines jeglichen Bürgers Gsind** &c. Item ex Bertholdi transactione, in facto probatur de Iurisdictione & superioritate Actorum, quod Senatus & ciues iurant his verbis: **Daß wir vnserm Herrn zu M. dieser Statt Erbherrn** &c. Idque in introitu Archiepiscopi, &c. Quod per se est indicium Imperij & iurisdictionis, *Schurff. consi. 35. numero 13. versic. potissimum, centur. 3.* Id iuramentum etsi non habet formam communem fidelitatis & obedientiæ, tamen non minus continere videtur, quia standum est in hoc consuetudini. Et cum constet quod triplex sit iuramentum, illud fidelitatis, hoc referendum est ad id, quod præstatur ratione iurisdictionis & bonorum, quod dicunt etiam assecurationis, per notata feudistarum *in tit. Qualiter vasal. præst. iuram. fidel. Natt. d. cons. 636. n. 64.*

Cum certum sit dominos id præstare ad conseruationem Iurium, quæ ibi maxime habent, tam ratione superioritatis, quam iurisdictionis ac redituum, non potest illa conseruatio fieri sine fidelitate, cura & diligentia, idque non solum defendendo & conseruando dd. iura, sed etiam obediendo, cum ex natura Rei domino ad obediendum teneantur, etiam sine iuramento, prout & fideles subditi vocantur perpetuo ab Archiepiscopis, ac de consuetudine Principes † etiam nominant subditos 58
suos fideles. *Isern. in gloss. final. lib. 3. constitut. regni, &c.* Et ita ipsimet Rei se subscribunt, vt fideles.

Nec enim subditus, etiam non iurans fidelitatem, minus ad eam tenetur, quam vasallus qui non iurat, vel cui per pactum illud iuramentum fidelitatis remissum est. *Maran. de feud qualit. titul. de feudo sine fidelitat. numero septimo, Dd. in capit. 1. per quos fiat inuestitur. §. vltim.* Cum ergo & ratione personarum, & rerum circumstantia, fidelitas à Reis debeatur, prout & in transactione Alberti *in princip.* ibi, **vns mit Ayden vnnd Treuwen / Wie von Alters gewohnet.** Et præterea Archiepiscopi omnia fere iura in Reos habeant, tanquam subditos, seu iurisdictioni subiectos, parum abesse videtur, dum iurant illa iura conseruare, quin idem sit, ac si omnia, quæ personam, honorem, dignitatem atque vtilitatem Domini respiciant, tueri ac seruare promitterent, vt ita verba atque sententia iuxta materiam subiectam accipiantur, & effectus magis quam verba inspiciantur Zas. *consil. decimoquinto, numero quinquagesimoquarto. lib. 1.*

De qua fidelitate seu homagio (vnde verbum **Huldung**, prout hic quoque in transactione inscribitur deriuatum videtur.) Et ad propositum multa per Ioannem Ferrar. Montan. *in vsib. feudor. libro sexto, cap. 1.* Wesenbec *consilio trigesimotertio, numero vigesimoseptimo, libro 1.* Quod etiam exempli ratione subditus teneatur ad iuramentum fidelitatis, idem & de subditis ratione iurisdictionis. *Brun. consilio trigesimoquinto, incip. in causa mota.* Ex quibus sequitur nihil releuare, quod Rei se plane non præstare, nec teneri ad iuramentum fidelitatis, idem & de subditis ratione iurisdictionis: ideoque liberiores, aut minus subiectos, neque Archiepiscopum in hoc superioritatem aut iurisdictionem habere putant.

Item ex tertio articulo D. Bertholdi **vertrags** probatur, quod habuerunt olim Archiepiscopi **das Marckmeisterampt**/prout congruit articulis in d. antiquo transumpto Gerlaci, siue ergo id ex præscriptione, siue ex concessione habeant Rei, faciunt tamen ad probationem ab antiquo pro Actoribus. Item de Molendinis probatum, vt & de fluminibus publicis, artic. 6. Bertholdi.

Item de mensura **das Kolmaß** 14. articul. eiusdem Bert. Item de censu ex foro carbonario ibid. Et multa alia iura Actorum colligi possunt in specie ex libellis conuentionum infr. ex d. instrumento antiquo, item ex **außschlagen** Episcopi D. cum interrogatoriis Reorum productis, quæ non negantur à Reis, & pleraque alia, præsertim iurisdictioni connexa, nec adeo dubia colligi possunt passim.

Vnde etiam tertio loco principali de superioritate & præeminentiæ dominio seu dignitate **der Oberherligkeit vnnd Fürstlichen Obrigkeit**/ satis probari videtur, quamuis etiam illa dignitas non sit in forma, legibus & iuris vsu etiam definita, aut certis limitibus circumscripta, prout nec ex dictis testium varie de hoc deponentibus describi potest, firma tamen quædam signa esse videntur, ex quibus deprehendatur, ex actibus scilicet, & exercitiis dominij, quæ sub iurisdictione aut mero imperio, vel etiam inferioribus regalib. vulgarium Dominorum non comprehenduntur, &c.

Ita ius pedagii † seu vectigalis non esse sim- 59
pliciter meri imperij, sed de regalibus & supre-

mis quidem ac reseruatis, vt tenet Iacob. de S. Georg. *vers. cum mero & mixto. numero* 18. Et nisi ex consuetudine ex autpriuilegio possideri non posse Brun. *consil.*103. *à princip.* Sicut & ius Monetæ. *Mynsinger. 4. obseruat. 24. & per supra alleg.* Vbi etiam de vtroque dictum, quod Actoribus competant. Et hoc quidem ius Monetæ ab antiquo, iam sub pacto de retrouendendo, reditus simul inde percipientes. Item formam deß Eysens im Hoff reseruantes: Idem dicendum de iure introitus seu ingressus, quia & ille in vsu non est, nisi apud Principes summos, vbi iterum 100. Marcas seu libras Argenti à Reis recipit, de quibus in Archiepiscopi Anschlag/ in princ. quibus etiam non contradicitur: Item de confirmatione priuilegiorum, quam Rei ipsimet fatentur se ab Archiepiscopo petiisse in ipsorum Anschläge: Et quamuis ibi ad reciprocam promissionem teneri Archiepiscopos prætendant, tamen id nihil adimit superiorati aut dignitati eorum, quia ita vsitatum: Et insigni exemplo ostendit Montan. *de finibus vb supra ex AEneaSyluio in Austriacis, &c.* vt iure communi dominus teneatur subditis inuicem sua iura & libertates seruare, plura Henning. *de iure ciuitatis conf.3.num.7.*

Præterea & quod Reis Archiepiscopi opem, auxilium, atque consilium præstiterint, id tanquam à domino & superiore, requirentibus illis, cuius nomine & sæpe submissas gratias egerunt, vt ex actis liquidum est, & in secundo libello infra diceretur, ac vicissim omnem operam polliciti vt fideles subditi, præsertim in Missiuis secundo Iunij Anno, &c.36. productis, litera L.M. de Anno, &c.98. Et licet L. ratione monitorij obtenti de Anno, &c.15. vbi auxilium petierunt, sicut & ab antiquo contra Hussitas de Anno, 1430. vt missiua zu H. Statt producta. Et hæc quidem notoria indicia superioritatis in Archiepiscopos. Quibus accedit, quod principis nomen atque authoritas, qua semper erga illos vsi sunt Archiepiscopi, inanis esse non debet, sed coniuncta cum re, vt Bald. ait *tr. de schismate in pr. num.*10.

Alia sunt controuersa quidem, sed & non leuiter ex parte Actorum probata, quale est illud imprimis, quod per Archiepiscopum confirmari debeat magistratus Reorum, seu Senatus nouiter electus, idque ex eo euincitur, quia Vitztumb, vel Schultetus Archiepiscopi specialiter vocandus est, vt in faciem illius præstent iuramentum electi, cuius quidem vocationis aut præsentiæ nulla alia causa vel ratio esse videtur, quam vt authoritas loco dominij intercedat, Ideo pro expressa habenda, prout & primas tenent in Sessione dicti Officiales, præsertim cum iuri communi sit maxime conformis hæc interpretatio, quo iure electio inferiorum
60 † non habet effectum, sine confirmatione superiorum. *gloss. in l. priuatorum, Cod. de iurisdict. Bart. in l. ex eo. C. de militar. testam. in princip. Ioann. de Platea. in l. obseruare. columna 3. Cod. de decurion. libro decimo, Idem Chassan. rubric. 13. §. 6. Verb. Poetæ §. primo, de defensoribus. Alexander in l. more. numero nono, de iurisdiction. Panormit. consilio 6. numero secundo, §. 2.* Item Henning. *d. consilio 2. num. 2. de iure ciuit. Natt. d. conf. 636. Boer. de Custod. clau. num. 51.*

Nec refert, quod post electionem dicti Officiales Principis in domũ vocentur, quo minus authoritate ipsius electio facta videatur, quia Chass. *rubr. 4. versic. si enim & c num. 16. &* §. 7. dicit, quando ex forma statuti non potest creari decurio vel Scabinus sine authoritate potestatis, seu Ballino illa authoritas potest sequi, & habetur pro confirmatione, cum ad vniuersitatem spectet, creare, ad superiorem confirmare, &c. Quod dicit ita seruari singulis annis in Scabinis Heduensibus: Nec nouum, quod actus vnus alterius effectum repræsentet, vt in terminis electionis Oldrad. *consil 146. nu. 5. tit. de election.* Vbi iusta collatio, quæ fit à Decano, habetur pro quasi cõfirmatione ex d. ratione: Nõ impedit, si quis dicat, id intelligendum, quando expresse constat de interpositione authoritatis, quia Princeps consensum tacite præstare potest. *Tiraq. de ll. connub. verb. expresse numero* 38. Et talis consensus confirmatorius seu authoritatiuus facile in vniuersali domino præsumitur Philipp. Iacob. Port. *conf.167. num.*32. Vnde & in simili Ioan. Bossiam, *in consuetudin. Aluerin. cap.1. art.7. vers. & ex prædictis.* Dicit, ciues Priuatenses non debere mirari, si in eorum congregationibus vnus ex Canonicis adsit, tanquam personam domini spiritualis vel temporalis, vel omnimodam Iurisdictionem habẽtis repræsentans, cuius authoritate omnia fieri debeant Conuenit cum hic prædictis testis 62. ad 5. & 9. Interrog. 4. artic. Qui putat hoc iuramentum in præsentia Officialis, esse cofirmationem Senatus. Item & Reorum testis 1. ad 6. interrogat. 5. perempt. Quod non audeant administrationem incipere sine illo iuramento. Secundum verò indicium Regalis superioritatis, hoc est, quod auxiliares copias, Volck vnd Reiß / siue angarias præstare tenẽtur, quod est forte quod Dd. dicunt. Exercitum & Caluacatam facere. *Brun. conf.*110. Vbi q̃ sit regale, quando saltem, quis ad militiam inuestitus: per cõsequentiam: id enim ius in facto probatur per Missiuã Reorum, ad Adolphũ Archiepiscopũ de An. &c, 75. lit. A. quibus significant se laborare Archiepiscopo, Die begerte Anzahl Volcks zu Roß vnd Fuß / mit dem Heerwagen nach Coblentz zuschicken / Item per Missiuam lit. B. sequentem, ibi, hetten verhoffet / dz damit jrer verschonet worden / &c. Vnde apparet inhibitos mississe, licet dicant, daß es nun zumal schicken / quasi ea vice tãtum,

tamen

tamen videtur, quod appellare debuissent, ab impositio grauamine, si præiudicatum sibi esse noluissent, iuxta notab. doctrinam in simili. *Angel. in l. 1. §. si quis tutor. ff. quand. appell. Felin. in c. cum acceßissent. num. 28. & 30. de constitu. Iason. in l final. in fin. ff. de constitut. & idem cons. 25. vol. 3.* Et quod miserint dictos milites, patet ex lit. C. E. D. de Anno, &c. 75. 3. Septemb. Anno, &c. 29. producta. Item lit. E. de Anno, &c. 89. vbi Episcopus Bertholdus concedit Reis, vt 2000. soluant loco auxilii militaris, quia vtilius sit illis, quam milites mittere. Nec precarium, quod allegant, præsumitur, sed contrarium potius ex circumstantiis, quia dominus & superior, cui talia solent præstari à subditis, per notat. *in l. qui iure famil. ff. de acquir. poss Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 160.* Item quod miserint dictam pecuniam, patet ex tribus missiuis, ad eundem *nu.* 14. de Anno, &c. 90. Item quod petiti sint ab illis mille floreni, & promissi saltem 600. flore. ad expeditionem Turcicam, vna cum aliis auxilii nomine soluendis, ex literis ad eundem de Anno, &c. 87. ibi in ordine sequenti, vbi conqueruntur saltem de inæqualitate. Item ad eundem de Anno 1501. lit. N. 12. Iunii, Anno, &c. 36. producti, vbi offerunt, **als die gehorsamen deß angesetzten Pfenningß/vnd jhres Volcks halber sich zu verhaltē.** Quibus correspondet, quod ponitur in libro rationum J. M. de Anno, &c. 87. vbi dicit salarium datum nūcio **gegen Nürnberg/ mit 2000. flor. die** Senatus **hat geben zu Anschlag/wider den Könīg von Vngern.** Facit etiam, quod sæpius petierunt Rei, **sich zu vertretten**/vt in literis, &c.

Tertium indicium superioritatis controuersum quidem, etiam per Reos probatur, eo ipso quod vectigalia habet Archiepiscopus. Ille enim, qui tales fructus percipit, tanquam stipendium illos habere dicitur, vt itinera tuta seruet, vt pulchre Iacob. Agell. *de iure adoßæ post tractat. AEgidii Thomates de muneribus.* Et plura Henrichman in appendice consilii primi: *num.* 15. Alias tenetur dominus ad damna illa. *Guid. Pap. decisio.* 413. *Iacob. de S. Georg. de feud. verb. Marchio. vers. quæritur etiam. in fin. copioso Zas. cons.* 14. *num.* 8. *lib.* 1. *& cons.* 15 *num.* 2. vbi magis in specie, quod talis custodia & securitas præstanda sit ex regalibus, *nu.* 4. Idem Chassan. *rub.* 1. §. 4. *verb. indicio. num* 12. *& §. sur les homines. vers. quia hic ante. numero* 65. *Item rubric.* 1 *numero* 67. *in addit final.* Quod talis salua
61 guardia † non concedi, nisi à Principe, præsertim generalis, vt ibidem declarat *num.* 46. *& d. vers. quia hic ante. num.* 66 *Ex Ioann. Platea l. fin. C. de erog. milit. lib.* 12. qui dicit, quod sit quodammodo quid regale, ideo non posse inferiores concedere, nisi ex præscriptione habeant. Et loquitur in casu, quando peritur conductus cū armatis. Vnde sequitur: Cum & Actores regalia habeant in territorio & iurisdictione sua tam ex concessione Imperatoris, quam ex præscripta consuetudine etiam vectigalia, hoc quoque ius conducendi, (**zu gleiten** scilicet) illis competere, vt & hic Rei non negare videntur per producta *numero vigesimo secundo, & vigesimotertio, &c.* vbi scribunt, controuersiam cum Ducibus Saxoniæ ratione **deß Glayten betreffe** Archiepiscopi **Obrigkeit** / Item **sey derselben nachtheilig** / Item quod saltem simul cum Reis conducat in ciuitatem, ex sæpe dictis literis antiquis pergameni quæ videtur esse Geriaci. Tit. **Das ist vom Glaydt**/ Item quia limitate id Reis conceditur, art. 5. Alberti.

Neque obstat, quod Rei quoque securitatem concesserint petentibus in ciuitate manere, quia dici potest, id factum inscijs Actoribus, vel quod sit intelligendum de speciali illo iure concedendi securitatem, de quo supra, quod non procedit ex iure Regalium, vel etiam (vt Actores dicunt) ex gratia & transactione Alberti, argumento sumpto ex eo, quod limitate securitatem præstare possint, **nicht für Recht/ sondern für Gewalt.** Item **nicht** Archiepiscopi **Feinden.** Quæ forma illis præscribi non potuisset, si suo iure habuissent Rei, vt latius in exceptionalibus contra peremptoriales Actores deducunt, sicut & de iure †non potest inferior 62
in præiudicium superioris facere. *Felin in c 4 n. 10. vt lit. non contest.* Alias ad causam dicendam vel componendam, quilibet etiam † delegatus 63
potest dare securitatem, cum possit cogere, vt partes caueant de non offendendo.

Quarto huc pertinet, quod Albertus tumultuantibus per seditionem pacem indixerit, atq; confirmauerit publica & principali authoritate, **auß Fürstlicher Obrigkeit**/ vt expresse in literis Reuersalibus de Anno 1515. Quod ipsum ab ipsis Reis in forma petitū, vt in literis, &c. Itē & commemoratum beneficium cum gratiarū actione, vt in literis, &c. Quæ documentā etsi impugnantur à Reis, quasi facta & conscripta à seditiosis, vel ab iis, qui inordinate in senatum fuerunt cooptati, expulsis aliis legitime electis, vti testes plures affirmant: tamen quia paucos nominant, nec quod maior pars expulsorum fuerit, asserant, ratum debet esse id, quod à maiori parte remanentium factum est. *Doct. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. Bart n.* 17. *Bal. colum.* 4. *Ias. n* 40. *Alb n.* 21. *Et idem* 4. *part statutorum qu.* 83. *Bar. in l. si quis §. sim. ff. de leg.* 1.

Item quia vltro cesserunt, non compulsi, nisi metu proprio, timentes sibi à populo propter male administratam Rempub. & debita contracta, vt in literis ad status nu. 2. **zu Heiligen Statt** productis de Ann. &c. 10. Et ad Vrielem num. 3. sigillatis per **Vriel** & **Handtwercker** / quæ sigilla recognita per plures testes ibi. Item quia maior illa pars consensit cum eo, qui superior erat, & dominus ordinarius, eiq; adhæsit, cuius officiū est, tales lites seu scandala inter subditos tollere atq; componere. *Felin de Treug & pac nu. 5. vers. fallit* 4. Præsertim quando imminet peri-

culum armorum, prout quidem ita contumaces & seditiosos antehac quoq; punierit Wernerus Archiepiscopus, de Anno 1284. centum marcis argenti. Et idem in vita Alberti Archiepiscopi scribit, punitos propter ædificatam arcem in monte S. Cyriaci, de quo tamen nihil in actis hic, sed potius cõtrarium, quod sine pœna consenserit D. Bertholdus. Item constat ob talem causam punitos immediate ob Imperatore Rudolpho, qui ingressus E. instituit iudiciũ contra tumultuantes ciues, vt Albert. Crantz. li. 28. c. 38. Tandem & idem Bruscius dicit, quod Matthias Archiepiscopus Anno 1328. similiter eos compescuerit, prout etiam 10. testis ad 6. & 14. interrog. circa primam recognitionem, in Attestationibus 25. Octobr. Anno, & c. 29. productis, &c. deponit? Consiliarii **hetten es gern gut gesehen**, & ideo missos, vt pacem conciliarent: ac de eodem Senatu remanente tempore seditionis in ciuitate, quod ordinarius fuerit ac legitimus, dicunt 4. 5. 16. & 62. testes actorum ad 3. interrog. supra additionalis septimi libelli. Quodq; non Senatus illi aut Magistratus causa seditionis fuerit, attestatur testis 18. ad 13. artic. Sed potius illi in causa fuerunt, qui debita contraxerunt, vt in supradictis literis, quibus adstipulatur fama, vt Naucler. *in sua historia.*

Quinto ad id est referendum, quod totus Senatus seplerumq; obtulit iuri stare coram Archiepiscopo M. tanquam superiori, vt in d. lit. K. &c. Item in productis exceptionibus in Camera.

Sexto, quo pertinet & fori priuilegium, per Reosmet in libro O. liter N. productam, quæ & ipsa priuilegii concessio superioritatis argumentum est, vt sup. & Menoch. *resp. 2. numero 160.*

Septimo, & quod ius appellationis habeant actores, argument. est vt supra, quod ex gratia primæ appellationis Reis concessæ. Vnde præsumitur prius apud concedentem fuisse. Deinde & hoc ipsum saltem in genere per testes probatur, quod adhuc ad ipsos actores ius sit appellandi à Senatu, si hi testes referuntur, &c.

Item pleriq; testes Reorum ad peremptor. Additional. d. 13. articul. dicunt ita vsitatum. Et quod viderunt, also herkommen. Qui Additionalis licet sit reuocatus, postea longo interuallo in exceptionalibus Reorum ad 13. conuentionem **in der sondern Ablenung** contra additionales, quasi errore facta confessio: tamen de iure non subsistit reuocatio, quæ fit ex interuallo nisi in specie de errore doceatur & contrarium eius, quod confessum est. *Vitalis in tracta. clausul. c. quid autem sit de errore aduocati. per tot. Vestrius in tract. lib. 5. c. 16. & Granat. ibid. Cranet. lib. 1. antiq. §. propositum. n. 56.* Quod hic non factum, sed potius concordant supradicta cum ante quo documento per Reos producto in lib. O. num. 24. In quo Bertholdus eodem fere tempore, quo & transactio facta est, priuilegium concedit fori ne extra vrbem prouocentur Rei, saluo tamen iure appellationis, & superioritatis Ecclesiæ M. Item in Missiua, &c. vbi rogant ad vitandos sumptus ad appellationem ciuis cuiusdam Commissarios delegari.

Porro his ita tam ex facto, quam ex iure deductis, iam quoq; deprehenditur & manifestum fit d. dominium, iurisdictionem, & superioritatem non solum in enumeratis, atq; aliis particularibus iuribus, sed etiam in vniuersum, plenum atque absolutum, vt vocant, prout hic prætenditur, actoribus competere, idq; aut ex d. confessione generali & indefinita, aut exercitio iurisdictionis in omnibus causis, necnon & actibus superioritatis indifferentibus, per tempus immemoriale. Ita quod & ab antiquo, huius vniuersitatis dominii concessionem habuisse videantur actores, cum tantum tempus habeatur instar priuilegii & concessionis, vt supra dictum. Ideoq; ad probationem huius facit, quod traditur ex doctrina Innoc. *in c. dilectus de capell. monach. in prin. verb. possessio.* qui dicit generalem possessionem territorii seu iurisdictionis ex singularib. etiam actibus acquiri aut saltẽ retineri seu conseruari. Sequitur Castrens. *in l. restituta. num. 2. ff. ad Trebellian.* vbi Alexand. *numer. quarto*, dicit, communiter ita interpretari sententiam Bartol. *in l. §. si quis ff. de itin. actuq; priu. &c.* Et plura ibi allegat ad hoc, quod saltem † 64. sub vno genere quoq; comprehensa, per vnum actum acquirantur. *Pan. in c. 1. n. 3. de religio. domib.* dicit exercitium vnius comprehendi sub vniuerso, & ad vniuersalis possessionem referri, præsertim vero cum fundatur intentio alicuius de iure communi. Item quando non constat, ius vel locum ad alium pertinere, idq; præcipue quando plures actus ad eundem finem tendunt & non solum propria, sed & omnium hominũ opinione geruntur & administrantur omnia tanquam ab vniuersali domino, vti prolixe declarat Felin. *in c. auditis. nume. 18. de præscript. Bald. eod. tract. par. 2. nume. 12. Gabr. lib. 5. opin. de præscript. concl. 2. Ias. in l. imperium. nu. 23. de iurisd. Chassan. in rubr. 1. vers. & droites. §. nunquid. nu. 90. Boer. de custod. clau. n. 77.* Item & Florian. *de seruit. in l. seruitutes la grande. n. 21.* vbi concordant opiniones in diuersis etiam speciebus, si alius non possideat.

Quod vero Rei obiiciunt, & in suis peremptorialibus responsionib. contendunt, se quoque in possessione esse plurimorum iuriũ, quæ suam declarãt iurisdictionem & superioritatem iure proprio, quæ & iura actorum superent in quibusdam, in multis æquentur, tantum abest, vt impediant, sed potius omnia, quæ supradicta sunt, confirmantur, quia si singula perpendantur, perspicuum est illa iura vel ex gratia Archiepiscoporum concessa, vel in consequentiã concessorum, vel exemptione, vel oppignoratione tanquam à domino percepta esse à Reis, vel ab

ipsis

ipsis tantum administrari, quod & ostendunt verba transactionis Alberti in princip. **Was sie deren vom Stifft M. herbracht.** Et iuris præ-
65 sumptio, quod ciuitates per se non † habeant tales iurisdictiones, aut superioritates &c. Nam quod ciuitatem administrant, & regunt, non potest dici iure proprio, seu proprietatis fieri, cum, vt dictum est, ciuitatis dominum & supe-
66 riorem habeant, & sola administratio † nec iurisdictionem, nec superioritatem tribuat, prout nec electio Senatus, vt supra deductum, nec Officialium obiectio. Item quod mensuras & pondera iustificant, id ipsos iure proprio non habere, patet ex dictis 16. testis ad 20. Interrog. 4. articul. hic, qui dicit, quod semper audiuerit, **daß Wagen/ Gewicht/ Maaß vnd Elen/ sampt der Krämer Prucken vom Stifft** Senatui **versetzt seyn soll.** Quod verisimile ex supradictis. Ad hoc, quod de iure hæc sint, de bassa tantum iurisdictione. *Chassan. in d. text. & droicts duelle. versi. item ius mensurandi. num. 97.* Licet alii dicant esse mixti imperii: tamen & simplicis administratio-nis esse, tenet Coras. *de origin. iur. §. eodem tempore, num. 4.* qui ostendit apud veteres etiam ita fuisse: ita quod potestatem habeant ædificandi &
67 reficiendi muros, quia quælibet † ciuitas potest hæc sine licentia superioris, dummodo propriis sumptibus faciant. *Boer. d. loc. de custod. clau. nu. 44.* Qua in re sibi etiam præiudicasse videntur Rei, dum 2. art. transactionis Bertholdi, quasi ex permissione acceptant ius ædificandi in monte S. Cyriaci, causa expressa, quia Episcopo non aduersetur. Et ita obseruari attestatur Sayson. *in consuetud. Turonen. de droicts, de chaffelet. art. 7. in fine. Petr. Iacob. de refect. murorum in pract. &c. Boer. d. loc. n. 42 & 16.*

Testis ad 27. interrogat. 3. & 4. articuli hisce adstipulatur, qui putat, quod ex gratia habent, quod in causis hereditariis iudicant, constat ex concessione Bertholdi art. 17. & arti. 13. libelli 1. dicetur.

Quod executionem faciant in sententiis à iudicibus Archiepiscopi latis, hoc, vt ministri auxilium præstant domino, quod ostendit verbum **Hülff** & confirmat, quod testes expresse dicunt, in simili opera, quam præstant ad executionem, scilicet fieri, **Aufflauff zuverhüten**/ vt executio commodius procedere possit, vt testis 5. de vtroque in ciuilibus & criminalibus clare dicit ad 12. articul. interrogat. 2. Ita de causa præsentiæ victorum seu auxilii in prehensione Ecclesiasticorum dicit 17. testis ad 17. articul. Octauæ conuentionis. Item argumento est, quod non exequantur iure superioritatis, quia in realibus non habent executionnm, sed præsentem tantum ministrum.

Nec verisimile, quod inferior & subditus, cui ius administratur, exequatur sententiam sui domini, iure superioritatis per supradicta, licet alias delegatus Iudex non habeat executionem & maior sit, † qui exequitur, quam qui pronun- 68
ciat. Facit, quod ipse Archiepiscopus meliorem partem in eo elegerit (scilicet **das Helffaeldt**) Item quod ab antiquo ad hoc ex promissione seu pacto obligari, apparet ex litera illa antiqua pergameni, vers. **Vnd wo sein Richter** &c. demũ etiam præsumitur, cum ad petitionem Actorum hoc faciunt, quod non iure proprio, *Soc. d. cons. 187. col. 10. vers. minusq; obstat. lib. 2.*

Ita quod ordinationes seu statuta faciunt artificibus, de minoribus est, magis administrationem concernens, id patet ex eo, q̃ artifices confirmationem, & iurisdictionem manifeste accipere tenentur ab Archiepiscopis. Atque ex his quoque apparet, eiusdem generis esse reliqua iura, quæ sibi arrogant Rei, ideo eodem modo ad ea & ad illud de captura aut prehensione, quæ fit ad sistendum respondetur.

Item de multis leuioribus, relegatione, seu iure banniendi. Item & de prouentibus, quos habent **von den Stewren / vnnd Vngeldt deß Weins**/ quæ plerunq; etiam ciuitatibus competunt, aut conceduntur à dominis, ad supportanda onera, seu sumptus in sustinenda Republica, vt Boer. *de custod. clau. n. 45. in fi.*

Ita & de consuetudine Germanica, forensis pecunia, **das Marckgelt**/ dicit Wesenb. *cons. 12. n. 67. part. 1*

Similiter & de consuetudine, quo ad mediocrem iustitiarium spectet cura carnium, licet olim ad præfectum pertineret. Sayscl. *in consuetud. Turonens. de droicts de moine, iustice, articul. 2.* Item quod qui simpliciter habet iurisdictonem vel bassam, potest capere, in carcerem detrudere, excubias de nocte facere. *Petr. Iacobin. in libell. super iurisdictione. versiculo de bassa. Mynsing. respons. 25. numero vigesimooctauo. versic. hisce.* Item de tortura & iure banniendi, licet alias dicatur mixti Imperii tradit Migonius *in consuetud. Andegauens. articul secundo, des iustices, & articul. vigesimooctauo, Et Fab. §. cum autem. Instit. quibus mod. ius patr. potest, &c.* Item in immunitate ciuibus concedenda dici potest id, in cuius consequentiam concessum, quia in sui & suorum præiudicium tantum tendit: in præiudicium enim superioris non possunt Panormitan. *in const. 6. nu. 5. part. 2.* Ita quod contrahunt, emunt atque vendunt. Item quod fœdera ineunt, cum aliis similibus actibus, idem dicendum videtur in consequentiam concessum.

Ex quibus omnibus tandem eluceſcit, illam Aduocati Reorum distinctionem iurisdictionis, enarrationem iurium, quæ Rei habent: nec non exemplorum circa alias ciuitates Imperii, quas constat liquido esse Imperiales, & regalia sua habere, earumq; regaliũ in possessione, atq; inter status esse, & vocari status, nõ omnino ad rem facere, sed magis constare, quod Actores habeant in ciuitate dominium, superioritatem, regalia & iurisdictionem in spiritualibus, crimi-

criminalibus, & ciuilibus iudiciis, in iudicialibus & extraiudicialibus pleraque iura, mulctas, census atque prouentus, vt supra dictum. Item de omnibus fere rebus, quæ venduntur, exportantur, aut tractantur, Reos vero nihil iuris habere, nisi quod authoritate dictorum Actorum administrent, vel concessione, vt dictum, vel gratia, vel promissione, vt pluribus supra Et sæpius expressum in transactionibus, quod ver-
69 bum Gratiæ, † meram liberalitatem significat. *Barbat. consilio primo, tom. 3. colum. 10.* Ideo ex tot tantisque prærogatiuis, dignitatibus, iuribus, atque iudiciis dominii, qualia vix interdum apud vulgares & absolutos dominos reperies, munitam atque fundatam Actorum intentionem, non leuiter etiam ad vniuersale ius, cum illa particularia ad eundem finem spectent, vnde ex speciebus ad genus inferendum, vt dicunt Actores ex Bartol. *in l. coloni. C. ex quibus causis coloni. lib. 12.* Item & quia maior & dignior pars
70 est † penes Actores, præsumitur pro ipsis, quod minora ad se trahat, plura Tiraquell. *de retract. lignagier. § primo, gloss septima, nu. 82. vers. & generaliter.*

Et hinc sequitur, quod Rei pro se nil facere possunt, nisi in exceptis & concessis, in quibus tamen Actoribus, vt superioribus, ius quoque superioritatis, si Rei abutantur, reseruatum sit. Quia nunquam in dubio iurisdictio, vel iura præsumuntur priuatiue, sed potius cumulatiue concessa, aut præscripta copiose per Roman. *cons. 393 per tot. Felin. in c. cæterum. numero quarto, de iudic. Latius in c. pastoralis. numero 2. de offic. ordin. Bart. in l. 1. C. de offic. præfect. vrb. Menoch. q. 40. libr. 1. arbitr. Roland. cons. 1. nu. 137. vol. 2.* Et quod ex causa etiam reuocari possit superioritas concessa. *Zas. in l. 1. quod quisq; iur. num. 11.* Et ex his demum etiam concluditur, quod non licuerit Reis onera seu exactiones (de quibus principaliter hic agitur) imponere ciuibus, quia id fuit in præiudicium Actorum, qui regalia habent, & ius collectandi, cum aliis supra dictis iuribus. Deinde quia ipsorum tanquam dominorum interest. ne ciues huiusmodi exactionibus depauperentur, sed potius vt locupletes habeant, ad ferenda reliqua onera principi debita, soluendosque census per iura vulgaria. *Glo. in § sed & maior. Instit. de his, qui sui vel alieni iur. Authent. vt iudices sine quoquo suffrag. §. cogitatio.* Adeo quod etiamsi gratia vel concessione ius exigendi collectas à Domino haberent Rei, prout hic videtur im Vngelt/ & aliis similibus tamen exactionis iustitia & modus penes Dominum remaneret per supradicta. Et in terminis Ripa *cons. 181. nu. 18.* Ideoq; cõsensum saltẽ requirere debebant, cum propter d. dominum & superioritatem interesse habeant Actores, quibus Rei vt subditi præiudicare non possunt. Sed magis in specie,
71 quod ciuitas non † possit imponere collectam, colligitur clare ex Bar. *in l. placet. C. de excus. mun.* *Item l. vectigalia. ff de publica. l. vnic. C de superindict. lib. 10.* Nec obstat, quod dictæ authoritates loquuntur in vectigalibus, quia Bal. & Sal. *in d. l. vnic.* idem esse dicunt in Gabellis & Datiis, quæ de aliis rebus in ciuitate venditis imponuntur. Et quod valeat argumentum † de vectigalibus 72
ad Gabellas. *Corn. cons. 199. colu. 2. in fin. part. 1. Ripa d. cons. 186 n. 2.* Sequitur Euerhard. *cons. 42. pag. 7. in fin.* qui dicit idem esse in accisiis vini & frumenti. Et ita in recognoscentib. superiorẽ de iure, vel de facto dicit Capirius *decis. 148. n. 9.* vbi etiam, quod ad restitutionem teneantur indebite exigentes, per *l. non solum Publica.* Sed & quod cum superiore possint tantum, si adsit iusta causa, dicit ibi Bar. *in repet. l. placet C. de SS. eccles. num. 31.* Quod hoc tantum possint Reges, Duces & ciuitates, non pedissequæ. Item Bertach. *de Gabell. p. 1. q. 4.* Et communiter teneri secundum Bar. dicit Cels. Hug. *cons. 92. n. 1.* Adidem Bar. *in l. 1. in fin. C. de excusat. mun. lib. 11.* Et ita seruari in Gallia dicit Rebuff. *in tom. 1. de literar. obligat. artic. 2. gloss. 1 num. 80.* Ratio est, vt dicunt omnes, quia numeratur ius † collectandi inter 73
regalia, vel secundum quosdam inter iura meri imperii, quæ competunt † superioribus. non 74
inferioribus, vt & Rei ipsi fatentur, & conteudunt habere tanquam regalia, quod tamen, magis ad Actores spectare supra deductum est. Vnde & Ægidius Thomates *de muneribus §. sane num. 32.* dicit, ius directum collectandi domino & vtile tantum ad vtilitatem principis competere ciuitatibus. Verum quod nec statuere possint quicquam in præiudicium Regalium, præeminentiæ, seu in vniuersum, quod deroget iuri superioris, *not. in l. omnes de iust. & iur vbi Bar. addit. verb. iurisdictione litera X. Bald columna secunda. in princ. Ias. in repetit. eiusdem l. num. 7. Panorm. in c. venientes num. 1. de iureiuran. Roman. consil. 118. numer. 4.* dicit, nunquam talem constitutionem Et *num. 6.* Etiamsi potestatem habeat generalissimam statuendi, quia Princeps nunquam † 75
contra se confirmare, aut concedere præsumitur. *Bal. in d. c. veniens. col. 4. de iniur.* Et quia subditus reuerentiam debet superiori. *Afflict constitu. 2. in fin. in prælud. constitutionum. Crauett. consilio 238. nume. 2.* præsertim in rebus magni præiudicii, & quæ ad iurisdictionem spectant. *Mynsing. respons. 13. num. 10. Alex. cons. 33. num. 14. lib. 5. l. debitorum. C. de pact.* Prętereа vt demus posse constituere quamlibet vniuersitatem tempore necessitatis, aut pro ære alieno soluendo iudicere collectas, seu Datia ciuibus suis, id tamen non potest fieri in forenses, qui illis subditi nõ sunt. Id enim vere regale esse videtur, vt in specie dicit Ripa *resp. 181. n. 14.* vbi dicit: Collectę exiguntur † solum ab incolis, quos vniuersitas potest 76
collectare, absque consensu superioris.

Vectigalia vero, Datia, tributa, & similia, quę exiguntur à quibuscunque, non possunt imponere, secus in speciali. Ripa *resp. 186.* Etiam

vbi

vbi vniuersitas habet ex priuilegio ius indicendi tales & alias impositiones: tamen in fine, dicit, id non intelligi in vectigalibus, & muneribus impositis generaliter, quod ad omnes etiam forenses vehentes & euntes ad vendendum vel emendum bona in ciuitate pertinet, *secundum, l.1.C.de superind.* Vnde Bart. *in d.l.vectigalia.* dicit, tales gabellas forensibus † impositas, esse extorsiones. 77 Et in terminis quoque, quod ciuitas, † quæ non habet regalia, non possit facere exactiones, seu gabellas carnium exigere, tenet Panormita. *consilio 6.num.6.lib.2.* 78

Cum ergo Rei nostri generaliter imposuerunt in emptione vini, frumenti, & carnium, gabellas & actiones insolitas, idque vt regalia sibi competere contendant, de quo tamen iure magis Actores probarunt. Concludendum ex supradictis, id illis non licuisse, sed quod contra regalia & iura superioris fecerint, in eo ipso Actores turbarint, & quod male recepta restituere teneantur. Facit ad hoc, quod in historiis manuscriptis reperitur sine authore tamen, E. donatam Episcopo Guilhelmo, Anno, &c. 980. per Ottonem primum eius patrem.

*An Actio elisa?*

QVoad species quidem dominii, iurisdictionis & superioritatis, pleraque pro Actoribus supradicta satis firmis rationibus sunt munita adeo quod exceptionibus aut peremptorialibus Reorum illa nõ fuerint elisa, nisi quod in quibusdam dubitari possit, vt infra. Quod vero ad generale & absolutum, seu plenissimum, vt vocant, dominium, quod inde infertur, attinet, non videtur hic quidem de eo principaliter disputari, ac si desuper pronunciandum esset, cum præcipue de iure particulari agatur, exactionis scilicet, siue collectæ, quod ex iure regalium vindicatur, sed cum simul etiam deducant Actores, se non solum hoc regale collectandi, sed etiam omnia alia iura, & in vniuersum omne dominium, ac omnem potestatem habere: ita quod sine consensu ac permissione Actorum Rei actum talem facere non possint, neque suscipere, quod in præiudicium tendat eorundem Actorum, siue ratione iuris collectandi, siue etiam vniuersi dominii, vt arti.12. habetur. Sed magis in consequentiã, seu ad inferendum ex genere ad speciem, ideoq; vtrumq; sit, cum ad singulos fere libellos etiam (excepto secundo & nono) decem priores illos articulos huius libelli, in quibus de vniuersali dominio & possessione ciuitatis ponitur, repetant ea intentione (vt puto) de quo supra, vt simul de vniuerso ad speciem & particularia intra inferant, vel saltem adminicula adferant, licet ea specialia quoque principaliter, vel ex transactione, vel ex præscriptione particulariter sibi adscribant. Quamobrem licet de vniuerso dominio hic principaliter non agatur, vt ipsi Actores quoque antehac in aliis actis sese declararunt, quemadmodum allegant Rei in exceptionibus contra primam conuentionem in causa Schonlebisch Erben contra Erffurt / 24. Septembris, Anno, &c. 68. allhie eynkommen. Et ex libellis fit clarum: tamen de eo dicendum atque præcipua argumenta examinanda. Nituntur autem Actores inprimis confessione & fama communi, verum quia hæc generalia sunt, & indefinita in materia probationum, nõ semper vniuersaliter probant. *Dyn. in rubric.de regulis iuris, verficulo citra. Dec. consilio 146. Crauett. consil 33.numero 15. Couuarru.lib.1.var.resolut.ca.13. numero septimo, versiculo vndecimo, & in testium dictis. Ruin. consilio quinto, columna 4. libro 4. &c.* Ideo ex mente confitentium, vel etiam asserentium dominium, nec non & re subiecta, accipiendum, id verbum, †*dominii*, cum varie intelli- 79 gatur, interdum pro præeminentia & dignitate, interdum pro directo, aliquando vtili, vel etiam ratione superioritatis, protectionis, aut cuiusque iuris specialis vel generalis, *Chassan. in proœmio consuetud. Burgund. verb. seigneur. Rubric.13. §.quinto. vers.au seugneur.* vbi, quod ex communi vsu accipiatur pro habente iustitiam & iurisdictionem, & idem Isernias *titul. constitut. numero 95.* vbi generale dominium est iurisdictio, *ibi in addit.* Et ita intelligendum dicit: Qui † me iudi- 80 cat, dominus meus est. idem *libro 3. tit.8.* ita Calcan. *consilio 32. numero 15.* Quod ex communi vsu Abbates domini vocentur, quia habeant præeminentiam & defensionem, non proprietatem, &c. Item ratione iurisdictionis terræ: plura Capyt. *decis.25 num.31. Cæpoll de seruitut. vrban. præd.numero 4. Couuarr.in relect.c.peccatum.p.2.§.9. num 8.* Vnde videtur sufficiens responsio Reorum, qui dicunt, confessiones illas de dominio Actorum, & verba testium intelligenda esse de iis præeminentiis, iurisdictionibus, & iuribus, quæ sibi habent, ac possident Actores, non autem de vniuersali & absoluto dominio & proprietate: ita & secundum subiectam materiam †varie accipi genitiuum dominii. Item vocabu- 81 la, †*meum, tuum, suum, &c.* ex supra allegatis locis 82 apparet. Et ex Angelo *in proœm. Inst.num.6. Corn. d.consilio 24.col.3.vers.ex alio, &c.* Vt significet etiam verum dominium in eo, qui possidet. Ideo nec adeo obstat illa confessio, qua fatentur, se ciuitatem gratia Archiepiscopi & S. Martini possidere, quia non videntur illa verba necessario inferre, vt omnino absolutum dominium Actorum dicatur, sed potius quod eius auspiciis precib. & intercessione apud Deum, quod præcipuum officium est Episcopi, sicut & S. Patroni Martini, cuius & Prouisores Actores se profitẽtur, eam possideant & retineant, ex principali & digniori qualitate personæ præsumendũ, vel etiã si ad alteram personam, quam referunt:

runt secularem, sc. trahatur: tamen etiam is dici potest gratia alicuius possidere, qui defenditur ab aliquo, & iustitiæ administrationem, per quã regna conseruantur, & tuto quilibet rem suam possidet, recipit, præsertim cum de concessione proprietatis aut administrationis nullo iudicio appareat, ita verbum determinans, æqualiter determinabit, & secundum qualitatem personarum, seu determinabilium, vt possideant gratia S. Martini, & eius prouisoris, tanquam Patronorum accipitur, prout interdum S. Martino fideles se fore promittunt, tanquam addicti, ei vt patrono, cum tamen intelligant, & Episcopum quasi eius locumtenentem.

Similiter & census soluti subiectionis quidem plerunque signum est, sed variis ex causis dominii seu iurisdictionis solui potest, nec totale semper significat, sed respectum habet ad singula iura, quæ quilis possidet, ideo cum hic varia competant Actoribus, ad ea applicari potest solutio, quæ certo constat ipsos possidere potius, quam ad id, quod incertum est, ita census, qui soluitur Actoribus pro parte dimidia per ciues receptos, quia subditi fiunt, quoad iurisdictionem: Et Reis, quoad administrationem atque alia iura vtrinq; competentia referri possint: & sic de aliis. Census enim solutio† probat 83
præsumtiue non certam & determinatam subiectionem, vt notat. *in c omnis anima. de censib.* vbi Panormit. & Butrigar. *in c. accipimus. de priuileg. à princip. Dominicus in c. si Papa. §. & est idem in prin. de priuileg. lib. 6.* vbi dicunt, solutionem annui census esse signum subiectionis, quando id exprimitur in obligatione, & sic signum verificabile† in pluribus, non arguere alterum in effectibus. 84

Ita quod soluunt **Freypfenning /** de quibusdam tantum bonis, & ædibus ipsorum, proprietatem ad Episcopum aliquando spectasse, indicare potest. Sed & argumento esse, quod de reliquorum bonorum, de quibus census non soluitur, dominio secus sit.

Quoad **Volgh vnnd Reysen** absolute Reos teneri ex solutionibus factis, non videtur quoque satis probatum, quia sub modo & protestatione quadam factum, additis verbis, **Nun zumal zu dienst.** Item **zu besonderm Willen.** Item, **Da es einen gemeinen Durchgang gewunnen.** Ex dictis literis A.B.C. & D. Item missiua, &c. productis An. &c. 29. vbi nõ expræscripto, sed suo arbitrio soluere volunt, inhærentes denuo suæ oblationi satis pertinaciter, &c. Nec obstat supra obiectum, hoc casu appellandum fuisse, quia intelligunt hoc, quando in æstimum quis inscribitur, quod præiudicat in perpetuum, & fidem facit de certo. Item intelligi, quando ex priuilegio quis immunis est, *Anton. Gabriel libro 6. commun. opin. titul. de iure immunitat. conclusion. 3. numero 12. plura.* quo tamen casu etiam cum protestatione soluens non amittit priuilegium. *Panormitan. in cap. cum accessissent. numero 6. de constitut. & ibi Felin. numero 30. vers. quinto limita. &c.* Ergo magis, si iure communi libertas competit per notat. Gabr. *in conclus. L. de regul iur. lib. 6. opin.* Hic vero cum nulla sit talis probatio certæ & firmæ solutionis, & tamen notorium, plurima fuisse, ad bella subsidia exacta, & nihilominus plures casus non allegari, defectus videtur probationis, cum è cõtra magis appareat, quando subsidio opus fuit Archiepiscopis, quod speciali pacto id impetrarunt, vt libr. Reorum O. n. 5. & 6. habetur

Quibus accedit dictum tertii testis interrog. 60. ad 4. articulum dicentis, se audiuisse, quod denegarint auxilium, prout petitum, sed quod vltro promiserint, Nec refert, quod sæpius scripserint, se nolle separari à capitulo, prout, antiquitus factum: quia & illud præsumi potest eadem ratione ex illorum arbitrio processisse, vti & verisimile, quia in locis remotis ignari (vt ex multis litteris apparet) rerum, & præsertim status imperii, & quia sumptibus parcere voluerunt, prout & Verdenses in causa Fiscalis contra Bremen. respons. 6. ad articul. fatentur, &c. se tales literas Imperatoris non intellexisse, ideo suo Episcopo tradidisse. Idem in causa Fiscalis contra **B. Stifft/ &c.** Ideoque citati E. ad Comitia petierunt consilium, & pro se responderi, **Sie zuvertretten.** Quod si factum aperto Marte, posset adhuc proculdubio doceri exactis publicis, præsertim cum ad manus habeat M. Sin vero tecte actum est, non debet hoc prodesse, aut Reis obesse, beneficiis enim† nos iuuari oportet, non decipi. *Lapus allegat. quinquagesima quarta, numero quinto*, præsertim cum iam re ipsa experiantur, suam causam non satis defensam: quia Fiscalis nihilominus contra illos procedit, & æquum, vt solutio intelligatur, facta ex mente eius, pro quo facta est. Item & recipientis, argumento notorio *in l. prima, ff. de solution.* quia non est in arbitrio soluentis exigere, in quam causam solutum velit, contradicente creditore. *Bartolus ibidem numero primo.* Facit & Adolphi Archiepiscopi promissio facta Anno, &c. 1463. liter. E numero quarto, libro O. signato, de non vtendo vllo priuilegio, **Wider jhre alte Freyheiten / Hülff oder Dienst zu leisten** / vnde apparet, aliquam saltem libertatem Reorum in eo fuisse, cuius intuitu supradicta clausula apposita. Item & singulare **her kommen /** Si enim, vt alii subditi tenerentur, frustra diceretur de speciali ipsorum vsu & priuilegio, &c. Neque etiam videtur scrupulo carere probatio dicti instrumenti numero 51. & 52. vbi continetur transactio, vel potius obligatio pura **zu rayssen vnnd zu folgen /** vt & pacificationis forma, quinque forte septimanas præcedens Anno, &c. 15. Et ita in eo tempore factũ, quo status Reipublicæ seditionibus paulo ante perturbatus, animi saltem seditiosorum cõ- 85

ra

tra alios exulcerati, & inuidia gliscentes, facile quiduis spe, metu vel odio concesserunt, nec constat, quod restituti tunc fuerunt exules, sed potius adhuc diffamati, tanquam dilapidatores, vt liter. L. de An. &c. 1515. Imperatoris Maximiliani diplomate, 12. Iunij, Anno 36. producto, quos tamen viros bonos fuisse, testes asserunt. Et Doctor Babezan. paulò ante, vt aduersarius, impulsu Moguntinorum vltimo supplicio affectus, vt testis 8. **in Heyligen Statt** examinatus. Item testis 23. ad 3. Interrogat. **von dem enthaupten Rochen** &c. Vnde historicus Futil. *Ecce Doctor Babenzan diuiditur, & nemo cõsiderat.* Vnde & quod in cõtinenti fit, præsumitur inesse, & cõtemplatione præcedentium factum, vt & metus durare præsumitur, prout & ipsum Albertum Archiepiscopum parum confidentem fuisse ostendunt lit. de Anno, &c. 1515. **zu Heyligen Statt** productæ, dum petiit scire, **Was er sich zu jnen versehen sol zu dem Eynritt.**

Nec constat etiam, quod reformatus fuerit Senatus, quem plerique testes inordinatum fuisse testantur in examine Actorum **zu Heyligen Statt** continente transactiones, trãsumptiones & recognitiones literarum producto 25. Octobr. Anno, &c. 49. vt ad 5. Interrogat. 1. Testis adducit, &c. Item 5.7. **Sie haben sich vntereinander selbst gewehlet**, ita 10. 11. ad 1. interrogat. Malorum causa alios in metu fuisse: atque ita in metu decessisse ad 9. interrogat. &c. 13. Testis similiter à patre audiuit. 15. testis malos elegisse inter se alios, nec obedientes eis discessisse, **Vnsicherheit halben** / 15. dicit de communi opinione. 17. de tumultu **der Schwartzenrath** 19. ineptos fuisse electos, & inordinate ex senioribus maiorem partem discessisse.

Nec obstat, per rationes infra deducendas, quod testes, ciues & Senatores videantur in propria causa deponere, cum de statu & commodo ipsorum agatur, ne ad huiusmodi subiectionem & onera teneantur, per Canon. late *in capit. insuper. de testibus, vbi Panormitanus numero secundo, versicul. sed plane. Felin. ibidem numero 1. & sequent. & in specie Felin. numero 5. ex Baldo.* Id locum habere, si agatur de statu vniuersitatis, vel de magno honore, aut iurisdictione. Et communem hanc Doctor. opinionem esse dicit Bennintendus *decisione 70. num. 7. & Coular. cap. 18. pract. numero tertio, versicul. 4. & Viuius in communibus opinionibus verb. testis de colleg.* & ampliat in nostris terminis, vbi agitur de causa onerum. *Panormitanus consilio 16. part. 1. numero primo. versic. sed his non obstantibus, &c. Afflict. decision. 400. numero 6. Natta consilio 520. numero 15.* In illis locis ostenditur etiam, quo casu valeant dicta ipsorum, nihilominus tamen non plene probant.

Item quod commodi iudicium non sit arbitrio iudicis, sed affectionis tantum, dicit Baldus *in cap. cum nuncius, &c.* vt nec numerus supplet. *Rolandus consilio 72. libro secundo, numero 15.* Ideo nisi aliter probetur, omnia rite & legitime acta, videntur non omnino, vt dictum, subsistere dicta instrumenta, **deß Friedgebots** / & obligationis, **der Volg.** Ea ratio inprimis, quia vt dictum, testes, qui deponunt, Senatum fuisse inordinatum, & illegitimum. Item quod coacti fuerint ciues ad sigillandum literas, quæ ab ipsis Actoribus sunt productæ, ita quod ad ipsorum personas improbari non possint ab ipsis, sed dicta ipsorum improbare debent, not. Dd. *in d.l. si quis. C. de testib.* vbi Bald. *in princip. & Salycet. Panorm. in cap. præsentium. eodem titul. numero 6. Felin. in c. causam. de re iudic. Capic. decis. 62. numero 5. Viuius libro 1. opinio. verb. testis productus.* maxime qui dicunt Senatum inordinatum fuisse, rationem reddunt claram, quia seipsos quidam elegerint, & intruserint: & alii testes, pauci numero, qui putant ordinarium fuisse, numero vincuntur ab aliis & dignitate, qui interfuerunt etiam, & scire possunt, ac dicta illorum, qui deponunt, legitime electum fuisse intelliguntur, prout duo testes deponunt ab initio, sed non seruasse fidem, prout alij plerique dicunt, postea sæpius mutatos, subinde alios cooptatos, mox remotos. Item aliàs quoque testes de vniuersitate probant, quando agitur de publica vtilitate principaliter, etiamsi in consequentiam concernat priuatam. Idem quando agitur de his rebus, quæ per alios sciri non possunt. Et quando actor iisdem vsus est pro se, patet ex locis allegatis. Et dicit Bertachin. *in tract. de Episcopo. 5. part. 4. libro 1. colum. 5. in princip.* Item quia plures testes, & senatorij ordinis, vt verisimile non sit, tot, & in tanta dignitate constitutos, falsum deponere velle, per Crauett. *consilio 232. numero 8. Decius in capit. tertio loco, nu. 10. in fin. de probat. Roman. consilio septimo, numer. 4.* Ex quorum authoritatibus facta sit illa pacificatio apparet ex missiua *numero 8.* **zu Heyligen Statt** producta, vbi Senatores, quos testes supradicti intrusos esse dicunt, semotis aliis antiquioribus, vnà cum consiliarijs, ex quorum sententia pendebant, formulam conceperunt, licet dicant, consensu communitatis, **vnnd der Vierthell** factam: constat tamen ex dictis testium supra, quod omnes ciues tunc attoniti, **vnd keiner gewüst** / **wer für dem andern sicher** / quod in animis hominum subito mutari non potest.

Deinde & quoad alterum documentum obligatorium, quo promittitur per ciuitatem subsidium **Volg vnd Reyß** / &c. hoc quidem onus videtur ad singulos spectare ciues, non minus, quam si collectas soluere teneantur:

Veruntamen putatem id onus magis vniuersitatis esse, quia proculdubio ex publico sumptus fiunt, & volentes milites mittuntur, qui se conscribi publica vocatione patiuntur: Ideo non obstat, etiamsi in consequentiam

commodum vel incommodum habeant per supradicta: & Ioan. de Amicis *conſ. 8. nu. 25.* Præterea & tempore depoſitionis teſtium incertum fuit, an & quando talis neceſſitas aduentura ſit, quo caſu teſtes de vniuerſitate admitti dicuntur, vt declarat Crauett. *de antiquitatib. §. quid in libro. num. 22.*

Concurrit hic dignitas Senatorum, qui & hoc caſu, in perſonalibus præſertim, plerumq; ſunt immunes, adeo quod de affectione, ratione intereſſe teſtium, nō facile quid colligi poſſit: nec ſtatim etiam abſolutè ſequitur, ciuis eſt: ergo ſuſpecta eius, in cauſa vniuerſitatis depo-
86 ſitio: ſed hoc conſiſtit in arbitrio iudicis † iudicare ex qualitate perſonarum, & aliis circumſtantiis. An veriſimiliter putarint ad ſe ſpectare commodum, Item, an paruum vel magnum, vt oſtendit Raphael Cumanus *conſilio 68. in fine.* Item, an actus geratur in ſecreto, vel ita vt per alios probari non poſſit, quam per ciues? vt *in princip. ibidem.* Et ita hæc arbitraria eſſe, tenet Decius *in d. c. inſuper. nu. 6. & ſequent. de teſtibus. Menoch. de arbitrar. libro ſecundo, caſu 106. Hieronymus Brixienſ. cap. 58. num. 14.* Nec multum intereſſe videtur hic, vtrum auxilia Imperij ſoluant fiſco ſtatim, aut mediatè. Item, quod teſtes vtrique iurati.

Sed & mirum hic videtur, quod dicti conſiliarij compulerint Reos (vt teſtes dicunt) atque ita vrſerunt, vt in ſpecie iam primum ſe obligarint, ſine cauſę expreſſione, quod ſolitum non eſt: vel ſi ob controuerſum ius, cur illo tempore turbulento, & vix dum vulnere cicatrice obducto. Itē ex abrupto quaſi, cum nulla eſſet tunc lis inter partes, vel veriſimile illos vltrò talem obligationem facere voluiſſe, nullo dato aut retento. Nec enim refert, quod in fine eius obligationis inſeritur, quod Epiſcopus obligatus eſſe debeat ad defendendū E. quia antea tenebatur. Et licet in ſpecie dominus poſſit ſuſcipere ſubditos defendendos, quos generaliter tenetur tueri, tamen hic ante obligatus Archiepiſcopus, vt & in Bertholdi tranſactione, in fine. Nec cauſa videtur correſpondens, aut forma vſitata.

Item iam antea defendendum ſuſceperat Senatum, & hoc ius ſibi competere imprimis aſſeruit in ſecunda conuentione. Et in ſumma nihil habet ſpecialitatis, vt magis quàm antea obligatus dici poſſit, ſi officio ſuo fungi velit, *cap. irreligioſum 87. diſtinct.* Ita quantum ad prius documentum fractæ pacis dicitur actum inter partes, nec exprimitur, inter quas, aut qui fuerint accuſati. Si enim hi, qui debita contraxerunt, male adminiſtrando, ideoque ſeceſſerunt, cur non dicitur, q̄ conſenſerint, vel potius, quod hac in re ius ſuum proſequi, aut remittere voluerint, præſertim exules, diffama-
87 ti. Licet enim † ſublata iniuria, tamen macula manet. Et adhuc, dum ipſi Actores conqueruntur de illis, cur non admiſerunt, aut conſuluerunt, recipiendos potius ad mandatum Imperatoris, de quo colligitur ex litera F F. Alias numero quinto, zu Heyligen Statt, vel ſi conuinci potuerunt de conſilio tradendi vrbem, cur non potius puniti, cum nulla venia digni videantur, aut iniuſtè turbantes, aut expellentes alios, & excommunicantes, iuxta doctrinam Felini *de Treuga, numero quinto.* Sed & illi, qui ſeceſſerunt, non omnino in culpa eſſe videntur, quod ita obærata ciuitas fuerit, cum grandi pecuniæ ſumma emuncti ante E. in redimenda pace, cum Ducibus Saxoniæ.

Item cū Bertholdo Archiepiſcopo, ad dictam confirmationem Adolphi obtinendam, ſi à ſolitis argumentum fiat. Illo enim aucupio tondi ſolent pecora, vt dicit Ioannes Baptiſta Seuerinus *in l. omnes populi. numero ſeptimo, in fin. de iuſtitia & iure.*

Item conſtat, quod memoria hominum aliquot pagi ſint coempti nomine ciuitatis, &c. Quod arx ædificata, &c. Neque debet omnino in præiudicium ciuitatis valere, quod actum eſt, cum illegitimè electis, aliiſque coactis tempore ſeditionis, aut etiam in continenti pòſt, cum ex breuitate temporis actus ſequens iudicetur. *Crauett. conſilio 100. num. 8.* Sed non debent ea, quę tempore guerræ, aut caſualiter fiunt, ſecundum exigentiam temporum, alterare naturam rei, vt dicit Panormitan. *conſilio 62. num. 9. & 13.* ad hoc facit, quod dicit Capit. *d. deciſion. 27. num. 34. de officialibus. & Bartol. in l. decernimus. C. de ſacroſan. eccleſiis. Decius conſil. 191. numero 5.* vbi, & quod geſta cum intruſo reuocanda ſint. *Panorm. in c. nihil in fin. de elect.* Item quod talis coacta confeſſio non probet, notant Doctor. *in l. nec ſi volens. C. de liberal. cauſa.* Item quod iuriſdictionis quaſi poſſeſſio non acquiritur, dum tyrannus occupat ciuitatem, quod idem videtur in ſeditioſis ciuibus. *Butr. de cauſa. poſſeſſ. c. fin. col. 45. verſ. per hoc infertur.*

Deinde maximum etiam fundamentum ponunt Actores ad aſſerendum generale dominium, cum totali ſuperioritate in tranſactionibus Alberti & Bertholdi factis, in quibus continetur, quod potiſſima fere iura, quæ Rei habent, ex gratia conſequuti ſint. Verum & hoc argumentum non per omnia firmum videtur, quia nimirum tranſactio contractus eſt ſuper incerto iure, & lite dubia, prout etiam ex præfatione apparet. Item in quibuſdam punctis, quod reciproca eſt obligatio, vt articulo 20. Alberti, &c. Cui etiam aduerſaretur, quod 16. teſtis ad 4. Interrogator. 4. articulo hic dicit, quod audiuerit, oppignoratum illis fuiſſe dominium, &c. Non ergo poteſt dici gratia, aut liberalitate conceſſum, quod alius ſibi iuſto titulo acquirit, quodque etiam per viam tranſactionis ex certa cauſa permittitur. Si enim

ius certum fuisset, non verisimile, quod concedere voluissent Actores, præsertim cum constet, Bertholdi transactionem satis magno pretio redemptam, si quæ in ea concessa sunt,
88 vt eo minus gratia dici possit. Sed & *Gratiæ* † verbum ex more potius appositum, quo Principes vti solent, etiam in contractibus, vbi ta-
89 men nec verbum, † *concedimus*, aut *indulgmus*, gratiæ significationem habet. Iason *in l. si pecuniam, de condiction. indeb. numero 12. & idem in constitut. 1. numero quarto, libro 1. versicul. tertio.* Et in specie Berous *in Rubric. de constitut. numero 144. Ex Castrens. & alijs in l. digna vox. de legibus.* Quando Princeps gratiam concedit, interueniente compositione, quæ dicatur species contractus.

Accedit, quod in antiquis instrumentis, quibus de similibus iuribus vtriusq; partis agitur, nulla mentio fit talis gratiæ, licet quædam ibi in fauorem ciuium statuantur. Item argumento esse potest, quod dicitur necessitate publica existente, de qua in dictis præfationibus, non præsumi gratiam. *Cassiodor. de acquirend. rerum domin. numero 13.*

Tertio principaliter Actores insistunt præsumptioni immemoriali, quæ vim habet tituli priuilegij, & concessionis, ita quod extendi debeat omnino ad vniuersale dominium, iurisdictionem & superioritatem, perinde ac si concessa essent omnia. Verum & hic subsistendum.

Certum est enim, quod concessiones Imperatoris, vel alterius, ex verbis expressis, mente & voluntate verisimili concedentis interpretantur, atque extendi possint. At quia hæc concessio præsumpta est, licet lege iuuetur: quoad robur & validitatem, ideo præsumptione iterum iuuari iuris regulis non est conforme, cum duo specialia concurrere non possint, *l. 1. de dote prælegat.* Et in huiusmodi interpretatiuis, quod duæ specialitates non debeant cumulari. *Molin. §. 3. glos. 2. num. 14. in materia feudali.* Ideoque non est de vno actu ad alium separatum præsumptio facienda, & demum de singulis ad vniuersum, & iterum de vniuerso ad supremum vniuersaliter. Item quia non est eadem virtus taciti & expressi, licet, quoad valorem interdum plus valeat tacitum, regulariter tamen, quoad consensum nunquam extenditur vltra actum, in quo interuenit, &
90 fere perpetuum est, vt potentior † sit expressus consensus, qui hic est clarior. *Tiraquell. de legibus connubial. glos. 7. numero 70. Natta dicto consilio 636. numero 129. in fin.* facilius extendi, quod verbis exprimitur, quam quod ex actibus colligitur. Hinc fit etiam, quod talis præsumptio dicitur loco priuilegij, aut concessionis, vt tradit Natta *consilio 512. numero 12. & sequent.* Nec dicitur vere priuilegium, quoad nostrum propositum, vt ego intelligo. *Gabriel. libro 5. de præscript. conclusio. numero 42. Signorol. consilio 70. numero vigesimo primo, & consilio 108. numero 9.* Fingitur enim Princeps permisisse, vt in vectigali percipiendo *Roland. consilio 41. libro secundo, numero 91.* Vnde & in terminis Zasius *consilio 16. libro secundo. num. 55. &c.* Quod ad non possessa non referatur etiam immemorialis præscriptio, eadem ratione, qua in aliis præscriptionibus, quem sequitur & Gabriel *dict. titulo de præscription. conclusion. 2.* Et Zasius dict. loco dicit, maxime hoc locum habere in diuersis & separatis in genere generalissimo, vti in regalibus, quorum variæ sunt species, de vna ad aliam † non fieri extensionem dicit, pro- 91
ut & ratio suadet, quia videmus diuersis diuersa regalia, & secundum qualitatem loci & personarum plerunque concedi, & ita vnum sine alio sæpius præscriptione acquiri. Idem Zasius tradit, loco supra dicto: de differentia † con- 92
cessionis expressæ & tacitæ, quod illa tanquam beneficium Principis latissimã habeat plerumque interpretationem, hæc vero non, ad idem in simili Schurff. *consilio 39. centur. 3.* quia quod conceditur, retinetur facilius, quod concedens habuit, quam nouum acquiritur. *Et consilio 78. in fin. centur. 1.* Faciunt dicta *Feder. à Senis, consilio 103. columna prima, Felin. in d.c. auditis. numero 19. de præscriptio. Natta consilio 656. numero 5.* Etiamsi fauorabilis sit præscriptio in aliquo casu, *Vasquius de pupillari substitut. part. 2. libro secundo, § 14. num. quadragesimo.* Vnde & quæ Actores quidem possident, ea concessa aut acquisita dici possunt, quæ vero non possident, non video ex supradictis, quo iure illis attribui, vel Reis, in eis, quæ ipsi quoque possident de iure suo, aut sine expressa concessione quicquã adimi debeat. Nam etsi contra Imperatorem ius præscriptum dicamus ob negligentiam Impp. vel Rei tacita concessione Principis acquisierint, vel etiam (vti præsumptio tantum est) ex scripta quadam historia sine authore tamẽ certo, ab Imperatore Otthone primo, qui dominus fuit Turingiæ, quod filio suo Guilhelmo Episcopo M. concesserit: tamen nec tunc quidem certò cõstare potest, quantum ipse Imperator aut Princeps iuris habuerit, vt tantũ concessisse præsumi posset.

Cum nec Imperator nec Princeps æquam in omnibus ciuitatibus potestatem habeant, cum & antiquitus suas quoque libertates obtinuerint. Et quidem quod imperio quoq; coniuncta fuerit E. & ad hoc reputetur, quædam sunt coniecturæ, veluti quod ab historicis quibusdam inter ciuitates Imperiales referatur. Item in Bulla aurea Caroli IIII. in princip. ꝙ Ducem Saxoniæ cum aliis ciuitatibus Imperij ad comitia conducere debeant. Item quia Episcopus olim illis datus, qui plerumq; in ciuitatibus, & maioribus quidem Imperij collocabantur. *Cast. in l. hoc iure. nu. 26. ff. de iust. & iur. Alciat. in c. per nouam. numero 2. de offic. ord. Addictio Bartoli ad reprimendum.*

*mendum. versi. Lombardiæ. verb. ciuitas.* Item quod vocati ad comitia, & onera illis imposita, vt litera B. de Anno, &c. 66. ad Adolphum, & seqq. &c. 12. Iunij, Anno, &c. 36. productis, vt & in **Reichs Anschlägen** inuenitur de Ann. &c. 1467. **dreyssig zu Roß vnd siebenzig zu Fuß**/ Noribergæ taxata, &c. Item quod conuocati nomine Imperij per præfectum eiusdem, vnà cum Molhusensibus ad Comitia, contra Latrocinantes ibidem vt est in Chronica Mansfeldensi c. 292. Ideo quæ hactenus dicta sunt pro elisione, vel ad hoc faciunt, vt constet non esse eandem rationem in dominio huius ciuitatis, quæ est in reliquis absolute propriis, aut certo titulo Archiepiscopatui acquisitis, coniuncto eo, quod ius & superioritatem sibi quoque Imperator vindicet, & ipsi Rei suę libertatis in quibusdam nec non & iurium separatorum specimen aliquod edant, vti apparet, omissis etiam eis, quæ ex transactione fuerunt obtenta. Ex sequentibus, &c.

Nam imprimis administrationem ciuitatis habent liberam quodammodo, cum nemini rationem eius reddere teneantur, quod constet quidem, nisi forte Senatui antiquo, vnde dominium particularium ad ipsos tantum spectare præsumitur. *Henningius de iure ciuitat. consilio primo, numero quinto, & consilio secundo, numero quinto.* Et ita quod bona ciuitatis alienare, emere, & vendere potuerint, vel possint sine authoritate Actorum, Testes quoque dicunt ad 36. articul. &c. Quod non licet plane subditis, vt Bartolus *in l. si quæ. Cod. de vendi. rebus ciuitat. libro vndecimo, Bologn. in d.l. omnes populi. numero quadragesimo sexto. Et Bartolus in leg. ambitiosa. numero decimo, de decret. ab ordin. faciend.* Et ratio videtur suadere, quia interest Principis, ne male pecunia collocetur, prout etiam male cessit illis emptio quorundam pagorum à Landtgrauio Thuringiæ dicit historia Mansfeldica de Anno 1308. Ad idem Henning. *consilio quinto, numero decimo, de iure ciuitat. Corn. consil. 148. lib. 1. colum. 2.*

Item & quia res eiusmodi emptæ plane separatæ sunt à iure ciuitatis, nec Actoribus, quod constet, quicquam subiectæ, sed suo peculiari iure atq; administratione libera eos regunt E. vt primus testis ad 1. interrogator. 1. articuli, &c. Cum tamen videatur, quod accessorium † debeat sequi naturam sui principalis
93 saltem, quoad iurisdictionem & superioritatem, vt puta frequentari apud alios dominos & casus in historia Ambergen. *titul.* 8. vbi in emptis Palatinus sibi reseruat **Obergerechtbarkeit.** Item & quod suos ciues obligarint, & eo ipso, quod non profuit illis exceptio contra creditores, quod sine cõsensu Archiepiscopi factum, qui etiam ius suum, si quod erat, persequi debuisset: ideo propter omissionem sibi non patum præiudicasse videatur. Item, quod Senatum eligunt, qui Senatui tantùm antiquo iurat, & Archiepiscopo pro suo iure, nec enim præsentiam Officialis, confirmationis loco esse, per testes Actorum probatum, sed contrarium potius, & potest intelligi illa præsentia fieri, cum simul iurat Senatus, Episcopi iura se velle cõseruare. Ideoq; ob hanc ipsam causam Officialem adesse, vt videat, & non omittat. Et si contra fiat, pro suo interesse se intromittat, aliàs enim & eius authoritate conuocatio fieri deberet, & iurandum esset ipsis Officialibus. *Guid. quæstion. 631. numero* 8. Et hoc magis, quia ius habent non solum eligendi Senatum, sed & deponendi ciuiliter Senatores, & subrogandi alios, sine licentia alterius, vt testes Actorum 8. interrogat. 3. & 4. articuli hic, &c. Quod facere non liceret, si per alium necessario fuissent confirmati, cum & renunciari illis non posset, nisi Principis authoritate, qui confirmat. *Bart. in l. final. 1 C. de defens. ciuitat.* quia qui confirmat, † authoritatem habet circa confir- 94
matum, vt mutet, interpretetur, & suum dicat, quod exemplis ostendit Hippol. *sing. 567. Felin. in cap. cum accessissent. numero 4. de constitut. ibidem Panorm. nume. 2.* Argumento est etiam, quod in aliis, vbi confirmationem habet Archiepiscopus, illa expresse & certis solennibus fieri soleat, vt in confirmatione artificum.

Item, quod non tantum capturam habeant ad tradendos Reos tantum, sed etiam torturam, atque arbitrium liberum sistendi vel dimittendi eos, vt ad 1. interrogator. 10. articuli, Et 5. testis, ibidem, Senatum in vsu esse, **Auff Gnad vnnd Vngnad ledig zulassen/ ꝛc.** Et ad 1. interrogatorium 5. Additionalis, Esse in Senatus **Willkür/ ꝛc.** Vnde apparet, non nudum esse ministerium in eo penes Reos, nec vsquam constat, quod ex concessione habent.

Item quod ius habeant, aut saltem in possessione sint, non tantum recipiendi & deponendi ciues, sed etiam banniendi, vt Actorum testes ad interrogatorium 41. hic 1. 2. 4. 12. 26. 92. Nec apparet etiam de concessione: & licet hoc illis tribui possit facile, cum sit iurisdictionis tantum simplicis ex Mignonio *in consuetud. articul. 48. in fin. ex Fabr. §. 1. num. 6. quibus mod. ius patr. potest, &c. Angel. ibid. num. 9. Bart. in l illicitas. §. qui vniuersas. de offi. præsid.* Tamen & aliàs refertur sub imperio Petr. Iacob. libell. *de iurisd. versicu. quæstio circ. num.* 8. Et hic relegatio nõ simplex ob contumaciam, sed & delictum, quæ refertur sub mero imperio paruo *Bart. in l. imperium. numero 10. communem dicit. Aldobrand. in d. §. 1. quib. mod. ius pat. potest. nu. 66. Afflict. in const. rubr. 64. n. 4.*

Ita & quod conuenire & transigere debeant cum Sanatu, qui iudicialiter banniti fuerunt, separatum quoddam ius est, de cuius concessione non constat, quod authoritate, vel concessione Archiepiscopi administrent, cum tamen

cum tamen apud alias ciuitates, quæ plane subditæ sunt, vel ex concessione habent, non ita esse existimem, vt & æquum, quod quæ alterius † authoritate geruntur, ea ipsius nomine recipiantur &. fiant, vt Couarruuias *in simili. capit. 4. practicar. numero sexto, versicul. qua ratione, &c.* 95

Nec vllibi ostenditur (quod tamen vbique prætendunt Actores) & facile docere potuissent, quod eodem modo hæc fiant in aliis ciuitatibus.

Item quod statuta semper etiam fecerunt pœnalia, nec vllibi aliquid de confirmatione speciali reperitur, vt patet ex libro, & in pluribus ordinationibus. Et Actores ipsi se retorunt ad Reorum Willkür/ꝛc. Et puto, quod in ciuitatibus mere subditis, qui administrant, aut statuunt, præponere teneantur nomen & authoritatem domini, quia nostra facimus merito, quibus authoritatem impartimur. *l. 1. C. de veter. iur. enucl.* Prout etiam in hoc differre videntur à mere subditis, quod ab antiquo fœdera inierunt, vel saltem vnâ cum Archiepiscopis, vel etiam aliis, cum quibus & singularia pacta fecerunt, & à reliquis subditis, tam sumptuum, quam lucrorum causa segregati, quod tamen non esset, si similier, vt alij subditi fuissent, vt latius in exceptionibus Reorum. Et cum per se ac sine Archiepiscopis vnà cum aliis ciuitatibus pacta fecerunt, de speciali consensu non apparet, vt dict. lib. O. Item & ab antiquo, cum Northausensibus & Mulhausensibus, vt in historia Mansfeldica de Anno, &c. 1309. Item Anno 1371. cap. 295. & cap. 283. de Anno 1342. Et tamen de iure ciuitates subditæ talia fœdera facere non possunt. *Iacobi. de feud. in fin. versicul. ad hæc. numero 9. Bald. de pac. iurament. firmand. §. conuenticulum. numero 4. in fin. Idem Laudens. de confœder. & pace. articul. 20.* Ratio non obscura, quia cum auxilio esse debeant confœderatis, facile se in periculum coniicere, & domino præiudicare possent, &c. Et quia, vt dictum, separatim nominati videntur diuisi à reliquis subditis per Alexandrum, *consil. 140. libro 5. numero 10.* Nec de ignorantia prætendi potest, cum diu durarint, & facta notabilia fuerint, vt infra in secundo libello latius. Ita quod periculorum & damnorum tempore, quo M. bella gesserant, aut inimicitias habuerant, separata fuerit, nec communes cum E. sicut cum aliis subditis, quartus & vltimus testes dicunt, Actorum ad 62. & 63. interrogat. 4. articuli hic, &c. quibus conuenit diploma Caroli IV. in libr. O. numero 19. quod pro debitis Imperii, aut etiam Archiepiscoporum M. à nemine debeant inquietari.

Item & iuramenti forma non videtur vulgarium, aut absolute subditorum, quia expresse in illa tales distinctiones zu jedes/Rechten/ Idcoq; non minus principaliter ciuitati, quam Episcopo iurare videntur, vnde & separata ipsos iura habere constat, nec mentio fit eorum tantum: quæ Episcopus habet: Item quod aliàs generalem obedientiam, aut fidelitatem iurare soleant, etiam ciuitates non plane subditæ, vt & Spyrenses: Ideo ad ea iura tantum restringendum iuramentum, quæ Archiepiscopi habent, idque non solum ex Imperio Archiepiscoporum & concessione, sed & conuentione & transactione Bertholdi. Vnde apparet, antiquam de eo controuersiam extitisse. Vnde præsumitur, quod plus sibi arrogare voluerint. Alia sunt leuiora argumenta contra vniuersale dominium, vt quod ciues quoque iudicia habeant in E. vt ad 16. Interrogator. 4. articuli hic, quæ non constat concessa ab Archiepiscopis. Item quod ministris Actorum etiam iudicialia exequentibus nomine Archiepiscopi, ciuium ædes ingredi non liceat, quod videtur libertatis vestigium, vt plerique testes ad 42. Interrogat. 4. articuli hic, & ad 13. articulum der neuwen Eyngriff/ꝛc. Quale videtur & illud, quod officiales Archiepiscopi, si negotia publica cum illis tractanda habent Rei, non sequuntur, sed in loco publico conueniunt.

Item & quod peculiari nomine filiæ magis, quam communi subditorum comprehensa ciuitas. Plus est enim, † vt subiectum habere absolute, quam vt filium. Et potest esse vnius † filius alteri quoque subiectus, *gloss. in capitu. si Papa. verb. non existunt. de priuileg. in sexto.* 96 97

Ex quibus omnibus concludendum tandem arbitror, quod ad ea iura superioritatis & iurisdictionis atque dominij, & potiora quidem, quæ (vt supra deductum) constat Actores habere ex certa præscriptione, intentionem probatam, non elisam. Quantum vero ad ea attinet, quæ nõ apparent possessa per Archiepiscopos, aut concessa, vtcunque minora, eorum intuitu esse elisam, quoad vniuersitatem dominij, ita tamen, vt nõ minimum ius (vt Irenæus dicit in historia de rebus Germaniæ) M. competat in ciuitate.

Nec obstat, quod in genere vniuersum & absolutum prætenditur dominium ex eo, quod pleraque habeant præcipua, quoad iudicialia iura, & quoad superioritatem, nec non quoad census, cum Rei quoque peculiaria habeant, quæ non constat esse concessa. Item quod à reliquis subditis fuerint separati, cuius rei argumentum est, quod ciuitas, quæ ab antiquo opulenta & potens fuit, non adeo submittere se voluerit, neque tam facile ad seruitutem, seu subiectionem absolutam redigi potuerit.

Item quod specialia iura tantum expressa in antiquo instrumento, in quibus subiecti sint, quod interpretandum, ne frustra sibi speciali pacto cauere voluisse videantur Actores per

Socin, *consilio 9 colum. 3. lib. 1. versic. octauo* probatur. Item ex communiter accidentibus, quia videmus plerumq; in ciuitatibus absolutè subiectis, si quæ iura separata habent concessa, aliqua extare indicia seu priuilegia expressa illius concessionis, quod puto experientia constare. In similibus tamen casus sunt in historia Ambergensi Schwitgers / *titul.* 8. vt & in causa Fiscalis Hamburgk contra Holstein / pro interesse. Exemptionis prætenditur priuilegium concessum Amburgensibus ad constituendum Senatum, & statuta facienda.

Demum licet etiam constet varia esse genera ciuitatum & subiectionis, vt quatuor ponit Mynsingerus *responsione 13. numero decimo.* Alij tria genera, vt Doctor. *in l. omnes populi.* vbi post alios Raynerius *numero 12. in repetit. Bolognet. numero 39. Francisc. Marc. quæstione 366. numero 10. & 21. part. 1.*

In prouinciis tamen Germaniæ sunt quæ nec immediate omnino Imperio, nec tamen propterea etiam plane Principib. subditæ sunt, in quibus etiam multa sunt libertatis antiquæ indicia, vt Anomalæ magis videantur esse, quã quod sub certis regulis comprehendi possint.

Verum enimuero vtcunque sit, & posito, quoad principalem quæstionem huius libelli, quod iurisdictionem, superioritatem, atq; dominium generale habeant Actores, adhuc tamẽ dicendum, quod ciuitas subditis † hoc modo nihilominus collectas imponere pro necessitate possit, vt notant Doctores *in d. l. 1. quod cuiusque vniuersitat. &c. & gloss. in verb. proconsul. in fin. §. quod si. vbi Bartol. numero 3. & idem in l. 1. C. de superind. numero 2. Idem consilio 180. incip. si alia possessio. libro 1. numero 2. Doctor. in leg. si se non obtulit. §. Actor. de rei udic. vbi clare Angel. Felin. in capitulo cum omnes. num. 16. de constitut. cap. cum dilecta. numero 20. de rescript. refert Alexand. in dicta l. si se non obtulit. numero 13. libro quinto. Panormitanus consilio 61. numero quinto p̃ ut. 2. Francisc. Marc. decision. 805. numero 5. part. 1. Guid. decis. 78. à princ. & numero 9. & consilio 1. numero nono. Afflict. rubr. 101. num. 1. ad constitut. & communem dicit Paris. consilio 25 numero 70. libro 1. Ripa consilio 186. numero 5.* Et dicat Celsus Aug. *consil. 34. numero 37.* Vtrunque paulo aliter distinguit Ægidius Thomat. *§. sane si negotium. numero 32. de muner.* Hanc tamen communem esse attestantur proxime citati. Et eandem opinionem tenet Festasius *cap. 2 numero 8. Petrus de Vbald. de collect. in addit. numero tertio. Barthol. de Capua in constitut. regn. Rubr. quod nihil reap. ad vniuers. Et ita commendat consilio Bartholi 180. Adde Chassan. rubric. 1. des iustices. §. 4. versic. & seniles hommes. numero 47. vt & Bertachin. de Gabellis numero octauo.* qui distinguit, an sponte, vel coacte.

Sequitur nouissimè Wesenbec. *consil. 27. numer. 26. lib. 1.* Ex quibus patet etiam responsio ad supra obiecta, & clare dicit Ioan. de Plat. *in l. placet. C. de excusat. muner. colum. 1. & l. 1. C. de superind. lib 11.* Quod solus Princeps possit indicta & collectas imponere, & non alius sine iussu, verum esse, quando imponuntur pro publica vtilitate. Fiscalis alias pro necessitate posse, facit Salycet. *in l. neminem. in fin. C. de sacrosanct. eccles.* Atque ita ex simili declarat Petrus de Vbald. *in supra dicto loco.* Quod facit ad confirmationem supradictorum, nec non & cofutationem eorum, quæ de potestate statuendi in ciuitatibus subiectis per obiectionem dicta sunt. Etiamsi enim quæstio illa: An statuta facere † sit Imperij vel jurisdictionis: Itẽ an tales ciuitates † statuta facere possint, vt dicit Corn. *consil. 5. volu. 4. col. 1.* intricata sit & difficilis, vti & videre est in tractatis per Doct. *in l. omnes populi de iusti. & iur. Late Tiraq. de primogen. q. 16. nu. 5.* 99 100

Ex omnibus tamen hoc colligitur concluſiue, quod quilibet populus etiam iurisdictione carens, id possit sine consensu Principis, præsertim si spectet ad administrationem & bona ciuium. *Viuius in lib. opinion. versic. statuta condere. Communem dicit Natta consilio 12. à princip. Et Iason in dict. l. omnes populi. numero 26. Et in repetit. eiusdem. numero 33. & 34. Bolog. ibidem numero 39. Zasius in d. 1. numero 2. quod quisque iur. &c. Roland. consilio 99. num. 14. libro 2.* At citra nostram facti speciem minus dubium oritur ex iis, quę supra diximus, quia iam allegata locum habere videntur, si statuta aut collectæ fiant ciuibus, & ita inter subiectos tantum. Secus vero (vt hic) si indifferenter res concernat etiam extraneos, non subiectos & clericos ibi habitantes, qui dum omnia victualia carnis emere coguntur, eo ipso etiam grauantur, quasi æs alienum soluere, quod duplici ratione contrarius est, vt in specie Bart. *in d. cons. 180. num. 3.*

Tales enim collectæ seu Gabellæ, quæ generaliter etiam forenses respiciunt, computantur inter regalia, vel saltem ad merum imperium, secundum quosdam referendæ, prout Rei ipsi quoque id ius tanquam regale sibi vindicant, prout sæpius declarant in exceptionibus, quæ licet non parum vrgere videantur, responderi tamen posse existimo, inprimis, quia semper inspiciendum, quod principaliter agitur per regulam iuris: *Res inter alios acta, &c.* vbi dicitur, quod fere nulla habeatur ratio seu consideratio eorum, quæ secundario, & in consequentiam fiunt.

Eadem ratione & magis in specie statutum quod non sit principaliter in præiudicium alterius, impugnari non posse dicit Riminald. *consilio 181. numero trigesimo tertio, libro tertio.* Idque in statuto, quod per consequentiam vergit in præiudicium clericorum similiter locum habet. *Signorol consilio 21. numero decimooctauo. Et Natta consilio 500. numero 6. Alber. de statu. par. 2. colum. 2. quæst. 2.* Sicut & quãdo onus per statutum principaliter imponitur rei, nõ inspicitur,

an

in persona subdita sit secundario, vel non *Ruin. consilio 111 numero 15.libro quinto, Roma singul.478. incip.per Italiam.* Vbi licet statui non possit, vt Forenses Gabellam soluant, tamen si contrahentibus imponitur principaliter, contractus scilicet inspicitur, & sufficit, quod eius principalis actus respectu subiecti sint vt teneantur ad id, quod in consequentiam venit Bald. *in antiquo consilio 354. incip.in causa ista considerandа.lib. 2.* Quod statutum ad tempus ratione collectæ etiam in forenses aliquando ratione rerum valet. Eadem ratione quod forensis contrahens in loco statuti disponentis soluere Gabellas, teneatur, decidit Bertachin.7.*part.princip.nu 6.* Vt & pro rebus ibi sitis *Felin.in c.cum nobis numero 6. de præscript.* Et in Terminis non dissimilibus Castrens.*cons.423.part 2.* Et rationem ibi adducit, quę hic quoq; militare videtur, quia cura dictarum venditionum pertinet ad communitatem vt fiant iusto pretio, quod ad ipsam pertinet declarare. Ex nota.*in l 1.C.de Episcop.audient.* Quæ communitas ibi ordinauit, quod tanto plus detur, vt conuertatur in publicam vtilitatem & sic illud plus, quod datur, censetur pars pretii, vt & idem tenet Afflict.*in constitut. præludiis. quæstione 3.num.7.* Quamuis Bal.ibi allegatus dicat, quod etiam Episcopus possit taxare, quod tamen intelligitur de iure, de Episcopis Municipum de quibus *in l.final.in §.Item Episcopi de Munerib.* qui pani & cæteris rebus venalibus præerant, vt & Brissonius *in verb.Episcopus in suo dictionario* Idem Afflict.*rubric.64.numero tertio.& sequentib.* ostendit, quod Baiulis & comitibus largitionum, imo etiam inferioribus, vt & in specie in casu necessitatis Albert.*part.1 statutorum, quæst.69.* Quam cum aliis allegat Afflict. *de pac. tenend §. post natale.num.7.de feud.* Et *Iern. in proœm.constit. versiculo Epilogus.Castrens.loco supra dicto.* Sequitur Festasius.*de collectis part.quarta, capitulo primo, numero 48.* Idem Panormitan.*cons.13.lib 2.numer 5.* Licet ibi Clericos non teneri putet, quia ius resistat, à quo habent immunitatem specialem & bona priuilegiata.

Cum ergo ex articulo 12.& seqq. hic manifestum sit, exactiones principaliter positas esse **auff die Personen in Evnnd alles so sie in jhren Häusern niessen.** Et ita statutum factum principaliter, quoad personas habitantes in ciuitate, quarum maxima pars ciuium est, & non extraneis seu non subditis principaliter, idque necessitate summa cogente, vti probatur ad interrogator.1.d.articul.12. Et seqq. pag.1.35.& seqq. actorum testes, quorum plærique etiam dicunt, quod hoc ius competat Reis. Et quidam quod vltra hominum memoriam. Item quod semper & à maioribus audiuerint. Item quod hoc graue non sit ciuibus, inspecta publica vtilitate: item & de consensu omnium factum. Sequitur iam dicta iura hic locum habere, quæ dicunt tali casu ius esse ciuitati indicendi collectas, etiam sine consensu superioris. Neq; obstare, quod hic prætendunt actores, se omnia regalia habere, & non Reos, &c. Nam respondetur, quod talis actus non sit etiam de regalibus, vt ostendit Henning. *consilio 1.de auri & argenti fodinis, nu.9.* allegat Bald.addit.*tit Episcopum vel Abbatem*, qui dicit, id alibi non reperiri: quod hic magis locum habet, vbi expressum pactum Senatus, & præcipuorum ex ciuibus interuenit etiamsi nullam plane iurisdictionem habeant. *Guid.decis.631.numero septimo, vers. ex quo &c.* Vbi quod proprie collecta procedat in inuitum, id-eoque in grossis villis idem faciunt consules, cũ repræsentent totam ciuitatem, & sufficit, quod maior pars consentiat: idem in simili Festasius *prædicto loco*, si quis tenetur ad Gabellam vini minutatim venditi, si ea loco onerum succedat, scilicet reparationis ciuitatis, hoc non potest dici collecta, etiam quæ cleticis & Forensibus imponi prohibita est, quia non imponitur per æs & libram, sed & quid certum & determinatum, quod super carnibus & piscibus indicitur, ad effectum, erogandi ad onera ciuitatis. Ratio huius rei videtur sumi posse ex Bald. *in l.1.Cod. de sentent.quæ pro eo quod interest, &c.nu.33. Alexan. d consilio 52.numer.6.lib.5* quod collecta quidem nõ possit imponi nisi subditis, sed quidem potest fieri, quod omnes ingredientes portam soluant quid certum. Ita potest fieri per statutum q̃ omnes & non subditi tantum colẽtes ita prædia soluant, quia habentes & colentes videntur quodammodo contrahere cum communitate, & statutum potest inducere quasi contractus de iure incognitos. Idem Alex.*cons. 68 nu.12.lib. 2. ad idem Io.de amicis.d cons.8.n.6.* Vnde & Soci. *consilio decimosexto, part. tertia, nume.quinto*, dicit, si exigantur collectæ pro bonis existentibus in loco subdito, siquidem pro necessitatibus non probetur iurisdictionis, sed bene quod sint in territorio communitatis, quorum intuitu habent administrationem & potestatem statuendi. Et hinc etiam Ruralem tantum non Municipalem dicit Wesenbec. *consil. 27 n.26.part.1.* ex Bertrando *cons.141. nu. 8. lib.1.* Vbi post multa quoq; approbat distinguentes vt supra. Ex quibus omnibus colligo non leuem esse differentiam † inter vectigalia seu collectas, quæ com- 101
petunt iure regalium aut superioritatis. Et generaliter atq; principaliter transeuntibus per publicum locum, vel alias ad fisci vtilitatẽ subditis, & eas collectas seu gabellas, quæ subditis principaliter, necessitatis causa tantum per statutum in apportatione rerum venalium imponuntur, vt illa non possint induci, nisi ab imperatore vel habentibus causam ab eo, aut ex præsumptione immemoriali. Hæc vero vectigalia vel collectæ & ab inferioribus, atque ita intelligendum supra in contrarium allegatum *Bart. in l.vectigalia de publica.* Vt & distinguit Guid.*decisione.444.*

Atq; de his intellige cum loquuntur de Gabellis, quæ dicuntur regalia esse, seu imperii. Exempla plerumq; ostendunt locis supra citatis. vt & Socin. *cons.187.colum 2 lib.2.Bald.in antiqua impressione consil.65.Incip ad euidentiam columna 2. libr.1.* Et confirmatur ex simili, quod legem generalem non possit facere ciuitas, sed bene statuta municipalia vt locis supra allegatis. Et in specie Pet. Iac. *de statu vniuersitat in libello, &c.n. 5.& 9 Migonius ad consue. Andegauenses art.45.in fi.*

Nec obstat consilium *Panorm. 6.libro secundo.* Vbi in specie. Quod non possint à communitate imponi Gabellæ carnium, quia loquitur ibi de Castro, quod nullam omnino iurisdictionē habet, aut ius tale statuendi, vt colligitur ibi *nu. 2.* Item expresse ibi cautum in compositione cum Abbate, ne statuta possit mutare communitas sine licentia Abbatis. Item apparet, quod ibi non pro debito (quod etiam expresse excipere videtur Panormit.) sed pro republica & commoditate eius: vnde illa inter regalia numerari dicit, ideo hæc magis firmant supra positam distinctionem.

Nec obstat Salycet. *in dict.leg.prima, Cod.noua vectigalia, &c.* Extendens l. de vectigalibus ad Gabellas, quia dicit, illud locum habere, siquidem eadem sit ratio. Non impedit etiam secundo loco supra principaliter obiectum, quod saltem ratione dominii, seu iurisdictionis generalis item & prouentuum, quos actores habent in ciuitate. Et quia interest Principis locupletes habere ciues, iis præiudicari posset, vel etiam quia pro suis ciuibus oneratis agere & interuenire possint: quia supra quoque ostensum quod id suo iure faciant, ideo non possit dici, quod alteri iniuriam faciant: Deinde non ostenditur de damno, aut interesse, quod hac de causa sit aut inferatur. Et quidam ipsorum Teites manifeste dicunt, die Bürger haben darinn bewilliget in impositas exactiones, vt tuti essent & Archepiscopo sua iura conseruari possent, vt & 86. ad 2. Interr. 20. articuli.

Præterea si sibi & Reis consultum in hoc voluissent actores, siquidem ignorarunt, tempore contractus bona & personas ciuitatis ita obligari, (quod tamen occultum vix esse potuit, quia cum pluribus ciuitatibus & Nobilibus res acta est) saltem post recomperta interponere se debuissent, atque Reorum ciues contra creditores, eosque qui inique administrasse, & bona ciuitatis alienasse seu oppignorasse & ita debita minus rite contraxisse dicebantur, defendere debuissent: sed cum multis annis res tractata, de soluendis debitis, atque Archiepiscopi quoque tandem se interposuerunt in impetrando Moratorio tantum, nec creditoribus contradixerunt, scientes laborare Reos, vt debita quam citissime soluantur, de modo soluendi facile perquirere potuissent, cum quilibet cogitare possint, quam difficilis sit tam immensæ summæ solutio: Ideo tacite quoque consensisse videntur, quia re explorata, protestatione vel alterius remedii ostensione sibi præcauere potuissent, præsertim vero si iam post factum, restitutio Reis perceptorum & forte etiam consumptorum (non enim explicant hoc nec distinguunt in petitione actores) adiudicaretur, quia dupli onere seu pœna afficerentur ciues, præsertim quoad expensas pro debitis factas quod absurdum & inconueniens sequeretur: Nec etiam qua ratione actores, siquidem inique exacta pecunia, sibi eam vindicent, aut restitui petant, video, cum potius si inique extorta, illis sit reddenda, quibus fuit ablata, per *l.non solent. Cod. noua vectigal.impon.non posse. Restituere* † enim verbum ibi ex contextu 102
& ratione, nec non ex notatis Ripæ, *rubric.de iudic.numero centesimosecundo, versiculo item dict.secundo*, hoc importat. Et quia illis competit actio etiam pro minimo interesse, licet quoque popularis sit actio pro communi interesse, vt Bal. *sub titul.de Milite vasallo qui contumax est, numero vigesimotertio.*

Sicut & alias vulgare, quod restitutio seu satisfactio iniuriæ † illi fieri debeat, cui illata est, 103
&c. Sicut & pœna ei applicari, cuius contemplatione iniuncta, *Socin. consilio octuagesimoquarto, columna quinta, versiculo quarto, &c Felin.in cap. irrefragabilis.decimotertio, §. Caterum.numero decimo, de offic.ord gl.in dict.l. non solent. verb.restituere.* Quod etiam cum pœna possit iniungi restitutio, prout etiam pro suo iure dominus punire potest hoc casu Ioan.de Platea. *in l. placet. colum. quinta, vers. Et nota C.de excusat muner.* Sicut & alias qui vsurpat, † ea quæ sunt de alterius iurisdictione, punitur, *Chassan. in rubric.1.vers.Et dro-* 104
*ut 7 numero 45 & 67.in fin.* Ideoque & cum ordinariam viam habeant actores, eo minus cum iniuria alterius danda esset extraordinaria, etiamsi hic casus sub iurisdictione comprehenderetur, nisi forte offerrent pauperibus dare id quod iniuste ciuibus & aliis ablatum, quod tamen tum demum locum haberet, si non reperirentur quibus ablatum esset, nec posset fieri restitutio, vt Francisc. de Platea. *in tractat.restitutionum.quæstion.146.* qui loquitur & in Gabellis iniuste receptis, Et idem *quæst.153.cum Dd.sup. dicta distinctione.*

Non puto etiam impedire, quod Dd. dictis in locis requirunt collectam † per æs & libram 105
indicendam, quia id in collectis, de quibus supra, quæ non per consensum imponuntur, intelligi potest: Item & nisi ex causa aliter visum sit magistratui, vt dicit Schenck *in viridario, conclus.106 &c.*

Item quoad diminutionem Mensuræ facit Angel. de Perus. *cons.289.col.penult.vers.solum igitur restat.* dicens, quod qui habet potentiam indicendi onera † vel lege vel consuetudine, is ha- 106
bet etiam potestatem augendi: quicquid enim

iuris

107 iuris† in principali statuto inuenitur, id ad eius augmentum porrigitur, quod imprimis, si pro temporis qualitate, & communi populi consensu fiat, locum habere putarem hic.

Atque ita hac ratione quoque (scilicet collectarum) quo ad repetitionem earundem, nec non quoad ius pro necessitate collectandi elisam esse intentionem actorum, ex iure concludendum arbitrior, & pronunciandum, reos ab instituta hac actione absoluendo.

Sed cum vtrinque errore (vt ex superioribus patere videtur) contendant, id ius vel factum ex iure regalium defendere, ne vel Rei in errore confirmentur, vel actores sibi in suo iure præiudicatum putent, si quidem domini necessarium existiment **nach Gestalt dieser Sachen.** Licet ego ex iam dictis non adeo attendendam illam opinionem putem, nisi forte ad hoc prosit, vt in futurum saltem admoneantur Rei, ne faciles sint ad huiusmodi onera imponenda, vel etiam debita contrahenda, aut alias id ius in præiudicium Actorum non extendant. Expensis compensatis.

## VOTVM DN. CORREferentis.

Quantum ad processum attinet, non reperio vitium, quod sit magnopere attendendum.

De actione apud me non est dubium, quin actio negatoria instituta sit, quæ fundatur ex §. *æque. instit. de action.* Et datur ipsa & confessoria † pro incorporalibus, sicut rei vendicatio 108 119 †pro corporalibus. *Fab. ibid numero tertio, Specul. de public. & seruitut. §. nunc dicendum. numero decimoquinto.*

Nec impedit, quod in articulis & petitione mentio etiam fiat possessionis, habent etiam 110 hæ actiones maximam affinitatem† cum interdicto *vti possidetis*, & petitiones in vtrisq; fere similes sunt, vt patet ex formulis libellorum apud Practicos. Et recte etiam cum hoc petitorio, possessorium *vti possidetis* cumulari potest, cum nulla hic sit repugnantia Dd. *in l. naturaliter. §. nihil commune de acquiren. possessione. Bald. in consil. 161. nu. 1. libr. 3. Ripa responso. 5. nu. 2. & 4. de diuers. rescript.*

Sed & possessionis mētio hic ideo fit, quod ex dominio præsumatur, quod in hac actione negatoria probari necesse est.

*An probata? Rofredus* tria ponit requisita huius actionis, Primum vt aduersarius vtatur iure seruitutis: secundo vt actor sit dominus prædii, vel Rei, in qua seruitus prætenditur: Tertio quod prędium vel res sit libera, pro cuius libertate contenditur: Verum quoad Tertium requisitum, illud probatione regulariter non habet opus, cum pro libertate præsumatur: Duo igitur probanda restant actoribus, vnum, quod domini sint rei, de cuius libertate agitur. Nam dominium negatoriæ actionis, quemadmodum & rei vendicationis causa est. *l. doce Ancillam. C. de rei vendicat.* Nec hæc actio alii, quam domino datur. *l. loci corpus. §. competit. ff. si seruit. vendic. Mynsing. respons. 11. num. 5 & 6.* Alterum. Quod reus actorem turbet, vsurpando seruitutem, vel aliud ius incorporale in re actoris, quæ quoad Reum libera esse dicitur. *Spec. d. §. nunc dicendum. n. 30. Mynsing. d. respons. 11. n. 6. Alex. cons. 136. n. 8. lib. 2.*

Videndum ergo An actores hæc duo probarint. Quoad dominium tradunt Dd. si intendens hanc actionem probet se possessorem esse, id sufficere, quia hac in specie præsumatur de dominio, cum solum incidenter de eo quæratur. *Bart. in l. si priusquam. num. 15. & 16. de noui oper. Nunciat. Guid Papæ decis. 28. Boer. decis. 42. num. 8. Soci. Senior. cons. 112. n. 23. lib. 4.* Ideo non immerito videtur in hoc libello facta mentio possessionis. Ad primum requisitum probandum videntur deducenda quæ in prioribus 10. articulis continentur, qui tribus capitibus comprehēdi possint. Primo ciuitatem E. à tempore, cuius initii memoria non extat, actorum, eorumque antecessorum fuisse, & adhuc esse, & quod ipsi semper pro dominis d. ciuitatis fuerint, & sint reputati. Secundo quod in d. ciuitate Actoribus iura Regalia **vnd Fürstliche Obrigkeit** cōpetant. Tertio, quod merum & mixtum imperium cum omnimoda iurisdictione in eadem ciuitate habeant: Ex his tribus capitibus Rei secundum omnino negant, in reliquis duobus concedunt nonnihil, sed restringunt illud ad fines transactionis, **vnd alt herkommen.**

Videndum igitur de primo capite. Habuit Erfurdia suum initium circa eadem tempora, quibus incepta est ædificari Vrbs Venera, vti testatur Georgius Kemnitius Fabricius in suis locorum appellationibus. Circa Annum domini 457. Vel paulo ante, tempore scilicet Theodosii & Arcadii Anno, &c. 400. Vt Munsterus & Irenicus asserunt, & ita à paruis initiis creuit, vsque ad tempora S. Bonifacii, hoc est annum Domini 145. qui Thuringiam ad fidem Christianam conuertit, & adiuuante Rege Francorum Pipino Erfurdiæ templum B. Virginis, & ibi Episcopatum constituit, qui tamen illico Moguntinæ sedi cessit, vti tradunt Chronica Norimbergica magna folio 156. Et Munsterus in Cosmographia de Thuringia. Et hunc Pipinum Regem à S. Bonifacio sacris Regiis initiatum fuisse ex Sigiberto refert Paulus Analius in vita Pipini, ex quo prima coniectura, meo iudicio, non absurda oritur, huius Bonifacii ætate, qui fuit primus Archiepiscopus M. E. oppidum, cū nouo Episcopatu, quæ tunc euanuit M. fuisse additam & subiectam Ecclesiæ. Et hinc fidelem filiam sedis M. vocatam: Nec dubito, quin E.

hoc

hoc ita se habere, ex suis ipsimet Chronicis dicerint, cum in literis de Ann. &c. 1511. ad Vrielem Episcopum datis nu. 6. fateantur. Das sie vnd jre Vorfahren keinen andern Fürsten/ dann einen Ertzbischoffen zu M. als jhren Erbherrn/ nun bey 800. jahren erkennt/ vnd geachtet/ qui numerus 800. annorum conuenit cum tempore D. Bonifacii Archiepiscopi. Et Rei ipsimet in exceptionibus suis contra probationes secundæ conuentionis fol. 202. confitentur, daß die Statt E. dem Stifft M. etlich 100. jahr vor Ertzbischoff Adolffs zeiten verwand gewesen sey. Sunt præterea coniecturæ ex antiquis Chronicis manuscriptis sine tamen certo authore, vbi habetur, quod An. &c. 954. Otto. 1. Imperator, filio suo Guilihelmo Archiepiscopo M. Thuringiam concesserit, der auch in das Landt gezogen die Landtschafften mit den Schlossen eyngenommen/ viel Erbar leut in E. gesetzt/ das damals noch vnbemauret was. Quod à veritate nõ omnino alienum videtur, licet in hoc nihil pro certo affirmare possim. Nam Ann. 1025. vel circiter, Bardo Archiepiscopus M. 38. Cuidam Ludovvico cognato Imperatricis ad intercessionem Conradi secundi Imperatoris, partem Thuringiæ constituit, quod non modo Munsterus fol. 840. vbi agit de Hassia & Thuringia sed & Chronica Carionis aucta fol. 630. & fol. 672. aperte testantur: Idem refertur in Chronicis Mansfeldensib. c. 169. Ex quibus sane coniici posse arbitror, Thuringiam olim ante Landgrauios constitutos, si non totam, magna tamẽ ex parte, ad Archiepiscopatum M. pertinuisse, &c. Et hæc non esse ignota E. satis apparet ex eorum Epistola *n.* 5. ad Vrielem Archiepiscopũ An. &c. 11. Martis post exaltationis Crucis scripta, vbi referunt, Daß sie/ eher dann Landtgrafen zu Dürinnen worden/ dem Stifft M. verwandt gewesen. Et quidem huiusmodi Historicis vel Chronicis fidem adhiberi, etiam in iudiciis, saltem vbi contrarium non ostenditur, volunt Bart. & Dd. *in l. 1. vbi Ias. n. 25. Decius nu. 21. ff. si cert. pet. glos. in c. inter dilectos. verb. magis extr. de fide Instr. Zas. conf. 16. n. 39. & seqq. lib. 2. Paris conf. 23. nu. 133. vol. 1. Soc. Iun. conf. 76. nu. 64. vol. 1.* Quibus etiam maior fides adhibetur, quia consentiunt cum productis instrumentis & Epistolis *Pan. in c. cum causam. nu. 1. de probat. Soc. in. d. conf. 76. nu. 64. vol. 1.* Et transferunt onus probandi in contrarium asserentem Dd. *in l. siue possidetis C. de probat. Vbi Salycet. n. 2. Socin. Sen. conf. 23. nu. 14. vol. 1.* Facit forte etiam huc, quod in dictis Chronicis legitur, quod Conradus Archiepiscopus 48. Anno &c. 1164. E. muro cinxerit, & Turribus ornarit Et conuenire videtur, id quod Chronica Mansfeld. tradunt c. 227. Quod scilicet Ludovvicus Lantgrauius Thuringiæ ex mandato Friderici Barbarossæ An. &c. sequenti scilicet, 65. eosdem muros diruerit, propter inobedientiam d. Conradi Archiepiscopi: Item quod nonnulli ex Archiepiscopis E. sepulti sunt scili. Segefredus I. Archiepiscopus 50. An. &c. 1230. Et Gerhardus Ann. 1260. Archiepiscopus 53 Gerhardo autem succedit Wernerus Ein Graff von Falcken/ ad quem duæ illæ Epistolæ latine scriptæ sunt An. 1260. In quarum altera Senatus E. scribit, se de Beati Martini & Archiepiscopi gratia ciuitatem possidere: De eodẽ Wernero tradit Bruscius, q̃ E. rebellem & contumacem, mille puri argenti marcis mulctarit An. 1320. Matthias Archiepiscopus 58. E. clerum seditiosum compescuit, teste Bruscio &c. Balduinum quoq; 59. Archiepiscopũ pro suo domino agnouisse patet ex transactione de Anno &c. 1336. in documento lit. X. Anno 1349. Gerlacus Comes† Nassouiensis factus Archiepiscopus eum quoq; E. pro domino habuisse, testantur 4. documenta Reorum in lib. O. producto, in quibus sæpe habetur vnser Statt E. vnsere liebe getrewen/ vnsere Bürger/ &c. Gerlacum subsecutus Ioannes primus, cuius literæ datæ Ann. 1372. in vol. O. sub lit. G. à. Reis producto, vbi similia etiam sunt verba, quæ supra apertius, hæc refert de Adolpho Episcopo Cranzius in sua Metropoli, *lib. 10. c. 9.* Et in Vandalia *lib. 9. c. 42. in fin.* Anno 1420. præfuit Conradus *3.* Comes Reinensis, ad quem tres in actis extant Epistolæ subscriptæ. Ewere Vnterthanẽ der Raht zu E. Et in ea quæ notata est literis Oo. hæc ponuntur verba: Vnnd wollet hierinn gegen vns vnnd Ewere Statt/ Ewer gnädige hülff vnd Rahtung thun. ††† 111

Huius Archiepiscopi tempore nempe Ann. &c. 1422. scripta est Epistola à Senatu E. ad Decanum & capitulum M. in vol. O. sub lit. R. 12. Iunii An. &c. 36. producta inter documenta actorum, vbi subscriptio est, Ewere Vnterthanen der Raht zu E. Et in eadem Epistola vocant Archiepiscopum jhren rechten Herrn. Ad Adolphum 2. Archiepiscum, qui Anno 1462. Archiepiscopatui præesse cœpit, vndecim epistolæ in actis à Senatu scriptis extant, quæ omnes subscriptæ, Ewer gnaden Vnterthanen der Raht zu E. &c. Eadem subscriptione vsi sunt erga Dietherum Archiepiscopũ, vt patet ex Epistola data Ann. 1478. Hoc tempore Dietheri &c. circa annum 1480. orta est dissensio inter d. Dietherum & Senatum E. de superioritate & subiectione, ideo sequutæ sunt die Anschlãg cũ interrogatoriis ad articulos Actorum productę & postea trãsactio Alberti administratoris An. 1483. Et Bertholdi Archiepiscopi An. &c. 1497. Hæc ideo hactenus recensui, vt appareat, iam non primũ ex concordatis transactionibus. Archiepiscopos suam superioritatẽ & iurisdictionem, seu dominium adeptos esse, sed E. multis retro ætatibus & quasi à Cunabulis dictos Archiepiscopos pro suis dominis agnouisse, & verum esse, quod in supra alleg. ta epistola continetur, das sie vor 800. jahren/ vnnd ehe dann Landtgrafen in Thüringen worden/ dem Stifft M. zu-

M. zugethan geweſen wie ſie ſelbſt geſchrieben. Vnde etiam recte colligi poſſe exiſtimo, cum tot ſeculis Archiepiſcopi ſimpliciter pro domi-
112 nis ab E. habiti ſint, per verbum † Erbherr/quod tandem in d. concordatis vſurpari cœptum eſt, nõ reſtringi dominium vel ſuperioritatem Archiepiſcoporum, quam ante habueruut, ſed potius ampliari, cum ex quotidiano vſu notum
113 ſit, dominos hereditarios † plus iuris ac poteſtatis habere, quam non hæreditarios, & illos neceſſario recipi, cum hi libera voluntate non ſine certis conditionibus eligantur. Hinc Cæ-
114 ſar plus habet iuris † in ditionibus & ciuitatibus, quarum eſt dominus hæreditarius, quam in ciuitatibus ad imperium ſpectantibus, teſte Zaſio *p.5. de feudis n.5.* Et hinc fit, quod ciuitates, quæ libertatem ſuam tutari volunt, non hereditarios dominos, ſed Electiuos ſibi aſſumant, vt fit in Republica Venetorum, & Genuenſium. Facit forte etiam ad rem quod nullum alium dominum nominarunt E. nec de alio etiam cõſtat: Nec releuat, quod imperatorem dicunt eſ-
115 ſe ſuum ſuperiorem, cum ipſe omnium † ſit ſuperior ſummus, *l. deprecatio. ad l. Rhodiam de iactu.* Imo impp. ipſimet cõfeſſi ſunt, E. Epiſcopis M. ſubiectos eſſe, vt in litera. &c. Nec credendum eſt: Imp tam rerum vel ignaros, vel negligentes fuiſſe, vt ſi quid iuris imperio immediate in d. ciuitatem competeret ſine vlla contradictione vel proteſtatione, eam priuatim & publice in comitiis & conuentibus imperii Archiepiſcopi M. eſſe enunciaſſent. *Natta conſilio 636. numero 163.* Et verbis enunciatiuis Principis ſtandum eſt. *Clement. ſupra de probation.* Idque maxime ſi Princeps in illis ſe fundet. *Afflict. deciſion. 305. numero 14. & 15. Alexand. conſilio 15. numer. 2. lib. 5. Viu. commu. l. prin. 236. lib. 2.* Accedit quod hæc aſſertio non ab vno, ſed à pluribus Imperatoribus diuerſis temporibus facta, atque etiam geminata ſit, quod plurimum habet momenti. *l. Baliſta. ff. ad Trebellian. Et ibi Dd. Euerhard. in loco à locutionis geminatione, Menoch. de arbitrar. libro ſecundo. centuria tertia, caſ. 213. numero trigeſimoſeptimo.* Præterea E. non immediate ſub imperio eſſe, probatur ex eo, quod in matricula hodie nõ reperiatur, ſed non immatriculari non gaudent priuilegio iuxta, *l. Primicerius. Cod. de offic. præfect. vrb.* Et qui non continetur in matricula, eum non eſſe officialem. *Bald. & Angel. in l. ſcriniarios. C. de teſtament. militiari. leg. tertia, C. de agent. in rebus libro duodecimo, l. quicunque & leg. ſecunda, C. de cohortalib. libr. duodecimo.* So haben ſie auch keine Anſchlãg/prout etiã non vocantur ad comitia, vt ipſimet fatentur in cauſa, Schonlõbiſchen Erben contra Etffurt/in exhibitis 12. Anno 63. productis, &c. Et notandum quod in cauſa Iohan von A. B. contra Friederichen/R. B. ein M. Abforderung eynkommen/ darauff die Sach geweſen worden. Sententia eſt in libro ſententiarum Seylerii. fol. 25. Huc faciunt Hyſtorici: vt Æneas Syluius in ſua Europa *ca. 31.* ait In Thuringia nobile oppidum E. M. ſubiecta, Pontificis & Naucleri ſupplementum habet, quod ciues E. An. 9. ad Archiepiſcopum miſerunt, veluti eorum verum dominum, auxilium pariter & conſilium implorantes. Verum adferuntur & alia ab Actoribus ſubiectionis indicia, quale eſt, quod Rei inſignia gerant Eccleſiæ M. Et ꝙ in Sigillo S. Martini imaginem habent, quam etiam olim Lapidi inciſam in prætorio affixam habuerunt, quæ ex notiſſima cõſuetudine Germaniæ ſubiectionis argumenta ſunt. *Chaſſan. in catalog gloriæ mundi part. 7. conſider 38. concluſ. 44. §. ſed quia.* Sic etiam in Ægidianis conſtitutionibus *lib. 2. c. 54. & Natta in d. conſ 636 nu. 92.* Petro adducitur: quod rei ſint iuramento fidelitatis obſtricti, quo iurant, Daß ſie jrem gnädigſtẽ Herrn zu M. der Statt E. Erbherrn ſein Recht behalten wöllen. Et quanquam hoc Iuramentum non faciat mẽtionem fidelitatis, tamen cũ illud præſtent, tanquam domino hæreditario, videtur idem eſſe in effectu, quod iuramentum fidelitatis, cum ſubditi de jure teneanturhonorem, obedientiam ac fidelitatem dominis præſtare. *l. ſi filius familias, ff. quod cum eo, qui in alien. poteſta.* Accedit quoq;, quod tres † ſint iuramento 116
rũ ſpecies, quæ dominis præſtantur, primum ratione feudi, alterum familiaritatis, Tertium iuriſdictionis, & ſubiectionis *Aluarot. Bald. Afflict. in c. 1. qual. vaſal. iurar. de. fideli. Iacobin. de feudis. verbor. qui quidem inueſtiti.* Et quia hoc iuramentum quod præſtant Rei, nec feudi, nec familiaritatis dici poſſit, ſequitur eſſe ſubiectionis & iuriſdictionis: Et Reos ipſomet hoc iuramentum olim pro ſubiectionis iuramento habuiſſe docent eorum ſubſcriptiones verbo Vnterthanen † quod iuxta conſuetudinem Germa- 117
niæ nemo facere ſolet, niſi qui iuramento ſubiectionis obſtrictus ſit. Huc pertinet inſcriptio ſigilli: Fidelis filia Moguntinæ ſedis, &c. Et verba vetuſta Epiſtolæ Senatus ad Wernerum Archiepiſcopum de Anno 1260. ibi, debitæ fidelitatis obſequium ſemper paratum & indefeſſum, &c.

Item facit hic: Quod Rei literas Archiepiſcoporum, in quibus fideles dilecti Liebe getrewen vocati ſunt, acceptarint, nec quicquam in contrarium proteſtati ſint, vnde ſequitur quod dicantur conſenſiſſe, iuxta, *l. ſi filius familias, ff ad Senatuſconſult. Macedo. Et ibi Caſtrenſ per totum. Bart. in l. Titius. numero ſecundo, ff. de conſtitution. pecun. Gabriel libro primo, concluſ. de probation. concluſ. ſecunda, Matteſil. ſingular. 22.* Ex hoc patet vtranq; partem hoc iuramentum olim pro fidelitatis iuramento habuiſſe, vnde puto eius certam eſſe interpretationem, quæ non ſit mutanda, iuxta *l. minime de legib.*

Et iuramentum † fidelitatis apud Germanos 118
breue eſt, ac conſuetudo ea in re inſpicienda, vt tradit *Zaſ. de feud. part. 7. numero decimoſexto, &*

*conſil.*

*consilio sexto, numero 19. libro secundo.* Quinimo Rei cum subditi sint Archiepiscopi, tenentur ad hoc iuramentum de iure. Iacobin. de S. Georgio *de feudis, in verb. qui quidem inuestit. & c. num. 8. Albert. Brun. consil. 35. numero secundo.* Ius feudorum disponit pariter ac ius commune, originarios vel habitantes in loco, in quo aliquis habeat iurisdictionem, maxime cum mero & mixto imperio, teneri ad iuramentum fidelitatis *ca. vnic. qual. vasall. iur deb. fidel.* Cæterum ad probandam subiectionem facit, quod Rei communibus M. priuilegiis vti consueuerunt, &c. Idem constat ex epistola ad Albertum Cardinalem Anno 15. data in qua petunt **absorderungen vom Richter zu K.** &c. Item ex eo, quod aliquoties in hoc imperiali iudicio, vigore priuilegiorum M. causæ remissæ sunt, ad Archiepiscopos. Denique hoc satis probatum puto etiam ex communi fama, tam per testes, quam confessiones Reorum probata. *Curt. Iunior consilio quinquagesimo tertio, numero secundo.* Ex qua communi reputatione & opinione hominum, accedentibus aliis adminiculis, nasci plenam dominii & iurisdictionis probationem, præsertim in antiquis, communis est interpretum opinio. *Gabriel conclus. prima, libr. 5. de præscription. numero 77. Socin. Senior consilio 87. numero 2. libr. 1. Decius in c. 1. n. 12. & sequent. extra de appellat.* Quoad testium dicta, dicunt semper Archiepiscopos, dominos E. fuisse creditos.

Ex quibus concludo contenta primi & secundi articuli, ex propria confessione Reorum & documentis: & testium depositionibus, sufficienter esse probata.

Iam vero cum in tertio articulo fiat mentio **Fürstlicher Obrigkeit** quam vtraque pars in iuribus regalibus constituunt, videndum de Regalibus.

## *An Archiepiscopus in ciuitate E. habeat Regalia.*

Et primum quidem cum omnes Principes Imperii regalia sua ab Imperat. recipere soleant quia etiam iuxta tenorem Aureæ Bullæ, gratis Electoribus conceduntur, dubium nō est, quin Elector M. omnium suarum ciuitatum & ditionum nomine, Regalia ab Imp. habeat. Ex quo sequitur, quod etiam Regalia ratione vrbis E. quæ vt supra deductum, ad Electorem spectat, recepisse intelligatur. Nam recipiens ius in toto vel vniuersali, fundat intentionem suam in qualibet eius parte *c. cum Episcopus de offic. ordinar. numero sexto.* Et semper in generalibus specialia insunt. *l. semper in generalibus de regulis iuris.* Itaque hoc etiam loco Actores suam habent intentionem probatam. Et Reorum erit ostendere se exemptos esse *glossa in capitulo cum Episcopus verb. habere.* Quod autem Elector etiam in specie habuerit Regalia, apparet ex vectigalibus, quæ per suos ministros ibi percipere consueuit, vt probatur per testes, confessiones; **Küchen rechnungen** &c. Vectigalia † autem referri inter Regalia notum est ex *titul. quæ sunt regalia. & ex tot. titu. C. nona vectigalia. Wesenbec. consil. 45. nu. 45. libr. 1.*

Porro ius cudendæ Monetæ in eadem vrbe ad Archiepiscopum originaliter spectare, & eum pacto reluendi, & aliis conditionibus Reis venditum esse, probatur ex antiqua designatione Gerhardi Tit. **von Schlagschätzen** & aliis argumentis per Referentem deductis: dubium autem non est, quin hoc ius inter præcipua regalia numeretur. Panormitan. *in capitulo. Quanto numero sexto, de iureiurand.* Præterea ad probandum, **Fürstliche Obrigkeit** pertinet etiam **daß Rei bißher Archiepiscopis Volg vnd Reiß/ oder darfür die Reichs Anlagen gelerstet vnnd entrichtet haben**: (Nam collectæ hodie fere in **Reiß vnd Volg** successerunt) quæ sunt indicium non solum meri & mixti imperii, sed etiam Regalium. *Bart. in leg. prima, numero tertio, Cod. de supradict. libro decimo. Bald. in l. etiam. numero tertio. C. de execution. rei iudicatæ consil. 13. numero quinto, vol. 2.*

Nam Reos aliquoties eiusmodi seruitia vel collectas Archiepiscopis præstitisse ex productis documentis constat. Et primum **zu der Reußischen** expedition contra ducem Burgundiæ Anno &c. 1475 vbi præstiterunt: **Volg vnnd Reiß** &c. Deinde ex actis nusquam apparet, quod ante moram hanc litem; Rei vnquam detrectarint Archiepiscopis soluere **Reichs Anlagen**/ verum vt solent plerumque subditi, conqueri quidem sunt se grauari maiori quātitate quam secundum proportionem aliorum subditorum de iure soluere teneantur: Et quod non ex liberalitate vel precario has contributiones imperii soluerint Archiepiscopis, sed ex obligatione, satis ex eo apparet, quod in dd. Epistolis non rogantur vt contribuant, sed bene hoc illis imperatum fuisse ostenduut verba Epistolæ, &c. Et certe in hoc capite minus est dubii, quando scilicet loquimur de contributionibus imperii: In negotiis vero propriis Archiepiscoporum, & Ecclesiæ M. omnino negant Rei se ad contributiones, **Volg oder dienst** teneri, nec ea vnquam præstitisse, nisi forte rogati libera voluntate auxilia tulerint.

Sed videtur mihi ex hoc ipso probari, Reos Archiepiscopis ad collectas, **Volg/ Dienst** &c. teneri, quod imperii collectas non imperatori, sed Archiepiscopis soluerint. Nam ita Germaniæ consuetudo fert (quantum mihi quidem constat) vt iisdem principibus & statibus, necessitate postulante, subditi in priuatis etiam rebus collectas & supra dicta officia præstant, quibus ipsi imperii collectas præbent.

Deinde ex iure etiam communi intentio Actorum fundata est. Nam cum Archiepiscopus, vt supra deductu, regalia habeat, potest pro necessita-

cessitatibus prouinciæ suę imponere collectas, quæ dicuntur esse de regalibus, quando dicuntur respicere rempublicam. *Schurff. d. consil. 59. nu. 2. Paris. cons. 25. nu. 52. vol. 1.*

Ad probandam quoque superioritatem **Fürstlicher Obrigkeit** non parum facit ius recipiendi appellationes, quod Actoribus competere videtur, ex propria confessione reorum, & quidem iudiciali, &c.

Nec valet reuocatio facta videlicet quadraginta tribus annis pòst, & error aduocati allegatus, cum vel in continenti fieri debuisset, vel allegatus error probari, *gloss. in c. final. in verb. iusta causa, & ibi archidiacon. in fin. numer. 1. de iureiurand. in 6. Panormitan. in capit. scriptum, numer. 9. de election.* Sed neutrum hic factum, &c. Item facit priuilegiorum concessio, quòd Archiepiscopi priuilegia concesserint Reis, prout patet ex priuilegio Gerlaci. Priuilegia autem regulariter subditis & non aliis conceduntur, quàm quos constitutio concedentis arctare potest. *Hostiens. in summa, titul. de priuileg. versicul. cui concedendum, &c.* Et concessionem priuilegii subiectionem arguere, habet Menoch. *in quarto responso in causa Finarien si, numero quadragesimo octauo.* Item quòd confirmationem priuilegiorum & immunitatum suarum ab Archiepiscopis recipere consueuerint, vt patet ex litera, &c. G. Confirmatio autem actus est superioris. Frideric. de Senis *quæst. 61. numer. 4.*

Huc etiam referri posset ius fluminum, quod actoribus competit, &c. De **Eynritt** dictum est à Referente, quem ingressum hic eò magis ad denotandam superioritatem facere existimo, quod constat E. non esse ciuitatem Imperialem. Denique etiam prolata videtur **Fürstliche Obrigkeit** & eius quasi possessio per testes, &c. Atque hactenus de regalibus.

## *De numero & mixto imperio.*

In hoc quoque capite intentionem actorum probatam puto. Nam Archiepiscopis merum & mixtum imperium cum iurisdictione competere ipsi rei quodammodo fatentur, ea tamen conditione, **daß sie auch damit zu thun haben** / &c.

Et licet meri imperii potestas latè se extendat, tamen in eo omnes ferè consentiunt, quod præcipuè in causarum criminalium capitaliumque cognitione versetur. *Bartol. in lege, imperium, numero octauo, de iurisdiction. omn. iudic. Bald. numero sexto. Castrens. numero octauo. Speculat. titul. de iurisdiction. §. 1. numero vigesimo quarto.* vbi ait, quod res dicitur meri imperii, vbi de iudicio seu pœna sanguinis agatur. Idem Speculat. *in titul. de inquisit. §. primo. Longouall. in repetition. lege, imperium, numero septuagesimo septimo.*

Cùm itaque merum imperium † ad causas criminales: mixtum verò imperium, & simplex iurisdictio ad ciuiles & pecuniarias causas potissimùm pertineat, huc optimè quadrare videntur verba nostratia **hohe vnd nidere Gericht.** Quibus ferè omnimodam comprehendere solemus iurisdictionem, quæ merum & mixtum imperium cum simplici iurisdictione complectitur, per ea quæ tradit gloss. *in clement. 1. verb. omnimoda, de foro competent. & ibi Imol. numero trigesimo tertio. Iason. in dicta lege, imperium, numero duodecimo & decimotertio. Paris. consilio nono, numero quarto, & sequentibus libri primi.* Et quòd is habere dicatur merum & mixtum imperium, qui † habet cognitionem tam in criminalibus causis, quàm ciuilibus, confirmat Bald. *in titul. de pace constant. verb. iurisdictione tam criminalibus quàm ciuilibus.* 121 122

Iam verò Archiepiscopo E. competere **hohe vnd nidere Gericht** / tam ex testium dictis, quàm productis documentis & confessione etiam reorum probatum est abundè. Merum autem & mixtum imperium aliquem habere, ostenditur ex actis publicis criminalibus & ciuilibus, quę fiunt quotidie coram tribunali alicuius iudicis ordinarii. *Natta dicto consilio 636. numer. 7.*

Huc etiam accedunt, quod Archiepiscopus hactenus **Vitzthumb / Vogt / Freybotten / Schöffen / Büttel** / & omnes eos, qui administrandæ iustitiæ in criminalibus & ciuilibus præsunt, vnà cum executore carnifice ordinarit, & suis expensis aluerit, quod adhuc hodie fit. Item probatur merum imperium per furcæ erectionem, quod est in confesso. Item faciunt priuilegia Gerlaci Archiepiscopi, &c. Ex quibus priuilegiis probatur non modò iurisdictio Archiepiscoporum, sed etiam, quod E. olim in prima instantia M. in iudicium trahi poterant: alioquin enim eiusmodi priuilegiis, & tam solemni confirmatione opus non fuisset.

Priuatio enim † præsupponit habitum. *Bartol. in lege, legata, numero tertio, de adimend. legat. in lege secunda, Codic. de iur. aureor. annulor.* 123
Cùm iam supra deductum sit, Actores abhinc multis annis, & pluribus, quàm hominum memoria se extendere possit, se pro dominis ciuitatis gessisse, & ab ipsis etiam reis & aliis omnibus, præsertim etiam Imperatoribus, pro talibus simpliciter agnitos & habitos fuisse. Itẽ iura regalia, merum & mixtum imperium cum iurisdictione in eadem vrbe exercuisse, eorumque quasi possessionem ad hunc vsque diem cõtinuasse. Puto primum & præcipuum actionis nostræ institutæ requisitum scilicet dominium E. oppidi ad Archiepiscopos spectare, & sic illud, quod in primis 10. 11. articulis continetur, probatum esse.

*De altero requisito, turbatione scilicet.*

Iam quod attinet ad alterum requisitum, nempe turbationem, quam Rei in imponendis exactionibus, & minuendo mensuram vini, sine consensu Archiepiscopi intulerunt, factum non est controuersum, quia Rei hoc confitentur. Et sic etiam in confesso, quod impositio per Reos facta, & quod collectas ex iis pecunias ipsi receperunt, quod cùm de iure superiorem ipsis habentibus sine eius consensu non licuerit, prout est textus *in lege, placet, Cod. de excusat. muner. libro decimo. Bartol. in l. placet, numer.* 31. *Cod. de sacrosanctis ecclesiis. Paris. consil.* 25. *num.* 1. *& seq. volum.* 1. *Bursat. consil.* 16. *n.* 29. *Communem dicit Iul. Clar. receptar. sentent. libr.* 4. *§. feudum, quæst.* 29. *in princ. Festas. part.* 2. *cap.* 2. *nu.* 1. *& seq. Bertachin. part.* 1. *nu.* 14. *de gabellis.* Sequitur Actores hoc ipso facto in suis regalibus & iurisdictionibus turbatos fuisse, & sic alterum quoque requisitum probatum esse. Ex quibus omnibus concludo, actionem Actorum probatam.

*An actio elisa?* Cùm scopus causæ in eo consistat: An Reis licuerit sine consensu Archiepiscopi exactiones imponere, & Actores de eo fundamento deducere, quòd ipsis superioritas, regalia, merum & mixtum imperium, & omnis iurisdictio in vrbe E. competat, Rei ad elidendam hanc intentionem magno numero recensent suas superioritates, regalia, iura & iurisdictiones, quas ipsi in eadem vrbe ab immemoriali tempore quasi possedisse dicunt; Et inde demonstrare nituntur, Actores primùm nulla omninò hoc loco habere regalia, sed illa omnibus modis ad se pertinere.

Deinde si quam habeant superioritatem Actores, eam ad certa iura particularia esse restrictam, non absolutam. Meri verò ac mixti imperii, ac iurisdictionis præcipuam potestatem non Actoribus, sed sibi competere, inde inferendo, superioritatem quandam maiorem ad se pertinere, cuius respectu iure imposuerint, & receperint collectas, nec consensu Archiepiscopi vllo opus fuisse. Ex regalibus igitur primùm allegatur securitas, siue saluus conductus, **Gelåydt** / quod Rei ad se spectare asserunt; & probatum etiam per plerosque testes. Hoc autem ius soli Principi competere, & inter regalia referri tradit Boer. *decision.* 179. *in princip. Afflict. in constitut. Siciliæ, libro primo, rubric.* 17. *numero octauo, lege,* 1. *ad legem Iul. Maiestat. Bartol. & Doctores in lege, nullum, Codic. de nauicullariis, libro vndecimo. Alberic. in lege, relegati, in fin. de pœnis.* Verùm arbitror hanc securitatem Erfurdiensium, quam in vrbe dant, non esse eam, de qua dicta iura loquuntur: Et Rei ipsimet fatentur securitatem in viis publicis extra vrbem, quæ & ob id Regiæ vocantur, & quarum etiam *in Titulo, Quæ sint regalia*, mentio fit, ad Duces Saxoniæ spectare.

Et videtur iure quodam Saxonum introductum, vt securitas petatur, quod in aliis prouinciis ita non obseruatur, quin sufficit timenti lex & imperii fauor, *§. patrocinia, Authentic. de mandat. Princip. Bald. in lege, capitalium, de pœnis.* Et solent etiam inferiores magistratus, & nonnunquam etiam priuatus priuato securitatem promittere, atque concedere. *Guilielm. de Cuneo in tractat. de securitate, numero vigesimo primo, & sequent. Paris de Puteo de Syndicatu, §. saluus.* Et quia Reorum saluus conductus est, vt puto limitatus, qui bannitis contra iurisdictionem Actorum non conceditur in vrbe, neque valet, vti patet ex quinto articulo. Regaliter verò bannitis saluum conductum dare & regalia pertinet, per textum *in dicta lege, relegati, in fin. l. cum indulgentia, vbi Salycet. numero secundo, C. de sentent. pass.* Puto itaque hanc securitatem vix inter regalia referri posse.

Porrò quoad ius cudendæ monetæ, quod secundo loco Rei sibi pro regali asscribunt, ea de re supra dixi, quo me refero: Nec puto iuri offerendi hoc loco præscribi potuisse per Reos propter malam fidem. *Mynsing. obseruat.* 16. *centur.* 1. *Ioan. Fichard. in addition. ad Villalob. in verb. pacto de retrouendendo.* Quod pertinet, ad **Schoß / Steuwer / Beede /** &c. Actores non negant ea à Reis percipi ad sustinenda onera ciuitatis, puto autem hæc tria eandem rem significare. Et est hoc onus ciuium ordinarium, quod datur singulis annis (scilicet **von einem Gülden einen Pfennig ein jeder Bürger zu geben**) habens certam & determinatam formam ex statuto vel consuetudine, vnde inter munera patrimonialia ordinaria refertur, secundum Alexand. *consil.* 52. *numer.* 8. *libr.* 5. *Bertachin. in tractat. gabellar. numer.* 11. *in præludiis.* Nec semper hæc munera sunt de reseruatis Principum, sed competunt etiam multis modis inferioribus. Idem Alexand. *consil.* 68. *numer.* 11. *& seqq. vol.* 2. *Iason in l. de quibus, num.* 47. *de ll. Henning. consil.* 1. *de regalibus, num.* 9. Hinc etiam in titulo primo. *Quæ sint regalia*, expresè extraordinaria collatio inter regalia refertur, *vbi Aluarot. num.* 5. *Corneus consil.* 268. *num.* 6. *vol.* 4. Et consuetudinem plurimum hic operari, vult. Bart. *in l.* 1. *C. de auro coronario, libr.* 10. *Socin. consil.* 49. *num.* 16. *volum.* 1.

Consuetudo autem hæc apud Germanos nota est: nam ciuitates interdum totam, aliquando dimidiam, aliquando tertiam vel quartam partem capere solent, prout in simili de vectigalibus olim duæ partes Principi, tertia verò municipio concedebatur, *l. fina. C. de vectig. l.* 3. *C. de diuers. prædiis, libr.* 11. Nec tamen ideo iura regalia municipiis concessa videbantur, quia hæc ad constructionem murorum,

rorum, reparationem viarum, & ædificiorum publicorum pertinent, *l. ad portus, Codic. de publicis operib. Bald. consilio 312. numero quarto, volumine tertio.* Sunt ergo hæc necessitatis potius quam eminentiæ. Ideoque inter regalia non puto numerari. Eadem planè ratio est, **deß Vngelds.** Quod licet gabellæ vel datii species sit, tamen iuxta notissimam consuetudinem pro regali non reputatur, cum manifestum sit eiusmodi iura passim etiam in pagis per nobiles & ignobiles exerceri, quæ ideo regalia habere minimè dici possunt. Concludo igitur, **das Vngeldt** inter regalia non referri, longè minus protectio illa, **Schutz vnnd Schirm vber den Hoff vnd M. Ampteut /** inter regalia censeri potest, quia potius onus est illis commissum, quam vt pro superioritate possit intelligi, vt ex tertio articulo Alberti perspici potest.

Quoad merum imperium in confesso est, Reos hebere capturam, carcerem & torturam, quod etiam notum est ex concordatis.

124 Carcerem † autem nostro tempore non malè ad merum imperium referri posse existimo. *Bald. in l. imperium, de iurisdict. omn. &c.*

125 Torturam † quoque meri imperii esse plerique Dd. sentiunt, quia à nobili iudicis officio pendet, & non competit defensoribus, *l. defensores, C. de defensor. ciuitat.* Item relegatio, quæ etiam est de mero imperio, prout communiter teneri dicit Albert. *in d.l. imperium, nu. 12.* Et plerique ex testibus dicunt hoc ius competere Reis, de qua re tamen dicendum erit in 7. conuentione. Item quod magna pars executionis ipsis competat in criminalibus, prout minister ipsorum gladium præfert condemnato. Item quod minister Reorum denunciat securitatem publicè carnifici, quod per testes probatum est. Sed 5. 16. 62. testes Actorum, &c. indicant, præfectum Archiepiscopi simul etiam eius nomine hanc proclamationem exercere eodem tempore. Item addunt Rei, executionem non fieri, nisi interstint duumuiri ex consilio ciuitatis. Sed 5. 16. 62. testes deponunt, **daß solches geschehe Aufflauff deß Volcks zu verhüten / vnnd habe der Raht nichts darmit zu schaffen /** &c. Appellationem quoque in criminalibus ad se pertinere Rei articularunt, sed plerique testes sibi sunt in hoc contrarii. Vltimum est quod Rei sibi asscribunt in criminalibus, quod banniti non recipiantur in vrbem, nisi cum senatu quoque sint reconciliati. Iam verò in ciuilibus causis competit Reis cognitio super **Erbfäll / Scheltwort / Räuffen / Backenschlag /** & hoc confitentur actores, &c. reliqua nempe **Erbgüter / Kuntelschlag / Beulen / braun vnnd blauw belangend /** quia illa controuersa sunt, de iis agitur in decimatertia conuentione & reconuentione.

Habent præterea Rei executionem in causis ciuilibus, quam illis tribuit transactio Alberti pluribus in locis. Executio autem est mixti imperii, & non competit minori magistratui. Bart. *in l. non ex oneribus, vers. sed arbiter. de recept. arbitr.* Et est executio † maioris iurisdi- 126
ctionis, quam pronunciatio. Et pluribus exemplis deducit Alexand. *in lege prima, nume. 16. de iurisdiction. omn. iudic. Panormit. in capit. pastoralis, numer. 3. in fin. de offic. delegati.* Habent etiam ius recipiendi appellationes, &c. Addunt etiam Rei, quod quædam familiæ ciuium habeant iurisdictionem in vrbe, **das Mülheusische Gericht genandt /** quod tamen testes quidam, si non ex toto, tamen ex parte ad Archiepiscopum pertinere dicunt. Constat igitur ex iam enumeratis, mulctam ex criminali iurisdictione: In ciuilibus verò causis non solum cognitionem in certis speciebus, sed etiam executionem & appellationem in omnibus Reis competere.

## *De his, qua iure magistratus, & aliàs Rei sibi asscribunt.*

Primum igitur est, quod Rei ab immemoriali tempore sine contradictione actorum administrationem ciuitatis habuerint, & adhuc habeant, per testes satis est probatum. Et quod Archiepiscopus talem administrationem in dicta ciuitate non habeat, nec etiam **zu gebieten noch zu verbieten** in extraiudicialibus. Item quod ciues in potestate senatus positi sint, & non Actorum, affirmant plerique testes, &c. Et clarè patet quodammodo confessos esse Actores, potestatem in ciues penes senatum esse, alias & ipsimet Actores ciuibus mandare potuissent. Atque hæc potestas in ciues iubendi & prohibendi ad imperium merum referri posse videtur. Marcus Antonius Caynus Mediolanen. *in suis annotationibus in lege secunda, versicul. cum igitur hæc, Codic. de pedan. iudic. Coras. libro tertio. Miscell. capitulo decimoseptimo.*

Item adducitur, quod Rei ex se ipsis nouos magistratus creent, singulis annis concilium ciuitatis, & senatores eligant, quodque nouus ille, antiquo senatui iuramentum præstet, neque opus sit confirmatione Archiepiscopi. Item quod nec Actores aliquem in senatum cooptari vel amouere queant, vti testes, &c. probant. Facit quod Baldus ait, eum dici superiorem, † qui habeat potestatem con- 127
stituendi & destituendi, *ad legem, Barbarius, in secunda lection. numero decimotertio ff. de offic. prætoris.* Item quod in Reorum potestate sit, **Bürger auffzunemmen.** Cui accedit, quod singuli ciues, & inter hos etiam officialis M. qui ciues sunt, singulis annis, semel vel etiam bis in anno, vt quidem deponunt, iuramentum

arctissimum fidelitatis senatui præstent, quod confirmatur per testes: sed esse hoc signum meri & mixti imperii tradit Roland. *consil. 53. in pr. vol. 2. Iacobin. de S. Georg. de feud. in verb. qui quidem inuestiti, nu. 8. Guid. Papæ decision. 307.* Nec præstatur ab vllo, nisi sit subditus, *Natta d. consil. 636. num. 65.* Et vni præstitum † non potest alteri præstari in præiudicium eius. *Hyppoll. Riminal. d. consil. 6. nu. 10. & 62. Natta cons. 367. Brun. consil. 20. nu. 21.*

Item Reis competunt mulctæ & pœnæ, quæ per senatum, exiguntur, & Cameræ suæ applicãtur. Sed mulctarum receptionem quasi possessionem iurisdictionis denotare probat Roman. *consil. 70. n. 10. & seqq.* Item & edicta, & statuta pœnalia collegis opificum faciunt, vt testes ad 30. interrog. quarti articuli probant. Et quod eiusmodi statuta condere, 129 non † aliis, quam habentibus iurisdictionem permissum sit, vult Bartol. *in lege. omnes populi, numero 2. & 3. de iustitia & iure. Innocent. in cap. cum accessissent, num. 2. versic. vniuersitates, de constitutionib.*

Porrò Rei pro publica ciuitatis vtilitate fœdera & transactiones cum vicinis dominis & ciuitatibus inire soliti fuerunt, idque probatur per plures testes, &c. At verum quod hoc solummodò iis ciuitatibus liceat, quæ superiorem non agnoscunt, & non aliis. *Br. in lege final. numero decimo, de colleg. illic. Marcus decision. 364. part. 1. Bald. & Doctores in capit. 1. §. conuenticula, de pac. iurament. firm.* Item allegant Rei, **daß sie Gelt auff die Statt auffnemmen mögen/ vnd darfür jhre Bürger versetzen/** quod ipsos multoties fecisse notorium est. Ex hoc autem infertur proprietatem ciuitatis penes Reos esse: alioqui enim oppignorare eam non potuis- 130 sent, cum res aliena † pignori dari non possit, *l. ante omnia ff. de probationib.* Plurima præterea iura, tam in peremptorialibus, quam in interrogatoriis per Reos allegantur, vt sunt, **die Ampter besetzen/ Bauwmeister vnd Vormünder zu ordnẽ/** quæ omnia quidem cum per Actores non negentur, & notoria consuetudine, tanquam ad politiam, & singulorum ciuium vtilitatem spectantia, eriam aliis subiectis ciuitatibus maiori ex parte concessa reperiuntur, ad rem non admodum facere videntur. Sed facit etiam ad rem, quòd Rei arces, castra, pagos, ditiones, **Herrschafften/** &c. possident, quæ sua pecunia compararunt, in quibus etiam Actores, quantum mihi constat, nullum ius sibi arrogant, quod cum apud liberas magis, quàm superiorem habentes ciuitates in vsu sit, hoc etiam Reorum libertatem aliquo modo arguere videtur, &c.

Eadem ratio est Academiæ, quæ Reis à Pontificè maximo, est concessa, quod cum valdè rarum sit apud subiectas ciuitates, non minor coniectura est pro Reis, cùm more consueto Academiæ ad Principes vel liberas ciuitates plerunque spectare solent, & à solitis bonum † argumentum. *Enerhard. in loco à 131 solitis.*

Facit etiam pro Reis, quòd confessiones ab ipsis factæ, quibus Archiepiscopos, dominos suos, seque subditos ipsius affirmarunt, intelligi possunt, secundùm subiectam materiam, nempe ad iura illis competentia. *Chassan. rubric. 13. §. 5. verb. au signeur, nu. 4. Bart. in l. si vino, in princip. ff. locati.* Et ratione recommendationis potest etiam aliquis dici dominus. *Socin. Iun. consil. 101. nu. 39. vol. 2.*

Denique allegarunt quoque Rei in suis exceptionibus contra probationes primæ conuentionis, &c. ciuitates etiam inferiores, quæ subditæ sunt Episcopis, vel aliis (qualis tamen E. non sit) pro necessitate communi posse collectas imponere, quod in iure etiam est fundatum, per multas authoritates per dominum Referentem adductas. Quibus addo Aufrer. *in addit. ad decis. 347. Cœpellæ Tholos. Francisc. Marcum quæst. 458. num. 22. part. 1. Panorm. consil. 13. num. 2. part. 2. Hyppol. Riminald. consil. 10. num. 16. part. 1. VVesenbec. consil. 40. nu. 10. libr. 1. Paris. cons. 25. nu. 69. & 70. libr. 1.*

His itaque sic deductis, videndum erit, an obiectiones reorum extinguant intentionem actorum, ita vt ab instituta actione absolui possint. Et quidem Rei pro absolutione duobus videntur niti argumentis. Vnum quod principale & præcipuum est, quod putant se probasse ex supra nominatis iuribus, eos habere regalia, & alia iura, quæ liberam rempublicam demonstrant. Ideoque proprio iure collectas imponere potuisse. Alterum minus principale, quod necessitate coactis propter æs alienum (dato quod superiorem recognoscerent) de iura tamen communi exactiones instituere apud ciues suos licuerit. Quoad primum fundamentum, tametsi iura per reos hactenus allegata & præsertim ea, quæ ad iurisdictionem, merum & mixtum imperium spectãt, qualia sunt in criminalibus, captura, carcer, tortura, gladii gestatio, &c. In ciuilibus cognitio super **Erbfäll** & certis mulctis. Item executio & appellatio, &c. magna & momentosa sint, cuiusmodi non omnes habent Principum & Episcoporum ciuitates, tamen ex his euinci non videtur merum vel mixtum imperium, vel etiam maior pars eius imperii, vt ipsi loquuntur, penes Reos esse. Primò, quia bona pars eorum iurium accessoria tantum sunt, quæ iurisdictionem non probant, de qua principaliter agitur, vt ostendit in simili Natta *d. cons. 636. num. 21. per Bal. in c. bonæ, el 2. de postulat. prælator. num. 8.* Secundò, quia notorium est, alias subditas ciuitates, talia etiam in vsu habere, licet in quibusdam plus, in quibusdam minus, quę tamen cum suis Princi-

pibus

pibus de iurisdictione non contendunt. Tertiò: Quod pleraque dicta iura propter commodiorem administrationem Reis ab Archiepiscopis, tanquam superioribus suis gratiosè concessa sunt, quorum etiam quædam in ipsis transactionibus exprimuntur: si quæ verò non expressa sunt, tamen concessa censentur ex generali clausula primi articuli Alberti, quę verba aliquid operari debent, iuxta *l. si quando* §. 1. *de iureiurando*. Et quamuis has concessiones priuatiuè factas appareat, ideoque Actores se de iis intromittere non possunt, per tradita Felini *in c. pastoralis, num.* 1. *& seqq. de offic. ordinarij, & in c. cæterum, num.* 4. *de iudic. Roman. consil.* 393. *Grammatic. decision.* 30. *num.* 7. Tamē cum in secundo articulo eiusdem transactionis, Albertus administrator sibi & successoribus, suas etiam superioritates, iura & iurisdictiones reseruarit, videri non debet ita hisce se ipsum priuasse, vt non maiorē iurisdictionem & superioritatem retinuerit, prout cō-
132 muniter concessiones Principum † fieri solent, *c. dudum, de præbend. in* 6. *ibi penes nos, &c. text. & gloss. in verb. conferamus, c. quamuis, eod. tit. in* 6. *Afflict. in* §. *ad hæc, de pac. iurament. firm. num.* 15. 16. 17.

Deinde appellatio, prout hìc à Iudice seculari ad senatum fit, reuera appellatio vix dici potest, cum non modo formalibus careat nec inhibeatur inferiori iudici, sed etiam præcipuo appellationis beneficio, vt non deducta deducantur, non probata probentur, destituatur. Et videntur Rei in hoc capite sibi ipsis esse contrarii, quod in suis articulis & interrogatoriis aliquando **Mitrichter /** nunquam verò **Oberſcheffen & Oberrichter** se nominant, cum eadem ratione inferiores & superiores Iudices eosdem esse sequeretur, contra iura communia.

Executionem quoque quam faciunt Rei illis non tribuere superioritatem vel iurisdictionem, sed potius onus & seruitium esse, ex verbis transactionum constat: Et Iudices committere alteri executionem posse, qui ideo iurisdictionem nullam consequatur, manifesti iuris est, *l. si vt proponas, l. executorem, C. de execution. rei iudic. Panormit. in c. pastoralis,* §. *quia vero, num.* 3. *de offic. delegat.* Et cum etiam emolumenta tam appellationum, quam executionum ad Actores pertineant, vt ex 16. articulo probatur, ostenditur, ad eos quoque quasi possessionem iurisdictionis pertinere, sicut in simili probatur possessio fundi ex perceptione fructuum & pensionis, *l. qui vniuersas,* §. *quod per colonum. ff. de acquir. possess. l. litibus, C. de agric. & censit. lib.* 11.

Cum ergo constet Actores hactenus per suos officiales, quos continuò E. habuerunt, & adhuc habent, iurisdictionem tam superiorem, quam inferiorem, hoc est, imperium & iurisdictionem, vt interpretatur Wesenbec. *consil.* 45. *nu.* 20. *libr.* 2. In eadem ciuitate solenniter & principaliter exercuisse, prout ex actis publicis, & aliis probationibus sufficienter demonstratum est, non videtur releuare, quod Rei vel ex concessione, ratione commodioris administrationis, vel etiam ex inueterata consuetudine, accessoriè & minus principaliter quædam quæ ad iurisdictionem & imperium pertinent, hactenus in vsu habuerunt, & expedire consueuerunt, quia illud inspeciendum † quod est maius & dignius. *Roman. consil.* 443. 133
*num.* 9. Et magis dignum † trahit ad se minus, 134
*c. quod in dubiis, vbi gloss. in princip. de consecrat. eccles. Alex. consil.* 81. *in fin. libr.* 1.

Quare quantum ego ex prædictis quidem iudicare possum, existimo imperium cum iurisdictione præcipuè apud Actores esse. ideoque Reorum obiectiones hac in parte intentionem Actorum non elidere. De regalibus quoque puto maiora iura ad Actores spectare, propter ius vectigalium, monetæ, appellationis, superioritatis, & alia supra deducta, quorum similia ex parte Reorum non inuenio. Quod verò ad reliqua capita attinet, quod Rei iure magistratus sibi competere prætendunt, imprimis magni ponderis est administratio, qua senatus ciues quodammodo in sua potestate habet & riget. Sed videtur hoc loco Reis obstare, quod ex ipsorummet toties repetitis confessionibus, & aliis supra deductis fundamentis probatum est, eos subditos esse Actorum, quos etiam pro dominis & superioribus agnouerunt, & ideo non suo iure sed alieno beneficio regimen ciuitatis habere videntur, vt plerique alii subiectarum ciuitatum magistratus etiam habent, ideoque in præiudicium superioris nihil statuere possunt. *Panormit. in c. venientes, in princ. ext. de iureiur. l. minor autem magistratus, ff. de minoribus. Roland. consil.* 29. *num.* 6. *libr.* 1. *&c.* Negabo tamē haudquaquam senatui E. propter amplitudinem & potentiam vrbis, plus fortè permissum esse, quam aliarum subditarum ciuitatum senatibus: Longè enim alia ratio est continendi in officio magnas ciuitates, quam paruas. Nam illæ propter potentiam facile reluctantur, vt docent exempla. Itaque ad vitanda bella & alia mala plerunque multa illis conceduntur, vt intelligi potest ex **Vertrag** Alberti *in princ. verb.* **Auffruhr / Krieg vnd Beſchwerung zuuorkommen / ꝛc.** Quo pertinet etiam, quod Rei consules, senatores & alios suos officiales eligunt, atque nouos ciues recipiunt, quod in aliis Principum ciuitatibus non est vsitatum. Et iura communia permittunt inferioribus magistratibus, vt consiliarii ciuitatis (qui hodie loco decurionum sunt, secundum gloss. *in verb. ordo, in l. nulli, ff. quod cuiusque vniuersitat.*) eligant administratores &

defensores, quibus respubl. administretur. *Henning. consil. 2. de iur. ciuitat. num. 2.* Confirmatio autem ad superiorem pertinet, qui tenetur etiam confirmare, si nihil contrarium in tali electione obstet, §. *iusiurand. in authentic. de defensor. ciuit. c. postquam, de election. Natta. d. con. sil. 636. num. 67.* prout etiam hìc confirmationis causa, præsentia vicedomini vel officialium requiri videtur, quia superiorem & honorificentiorem locum in senatu ratione Actorum obtinent, &c. de qua Hyppol. Riminald. *consil. 68. num. 24. & seqq.* Leuiores quoque mulctæ plerunque municipalibus magistratibus conceduntur. *Dd. in l. 1. ff. si quis ius dicenti, &c.* Cæterum quamuis iuramentum, quod ciues singulis annis senatui præstant, tale sit, quale rarò aliis magistratibus præstatur, tamen non est insolitum quoque, vt ciues in aliis subiectis oppidis se etiam senatui & ciuitati iureiurando quotannis obstringant, & hoc iuramento non præiudicatur superiori, vt tradit Panormitan. *in dicto capit. venientes, numer. 2. de iureiurand.* Et meritò id permiserunt Archiepiscopi, cum tanta multitudo hominum, sine tali vinculo iuramenti in officio vix retineri possit. Et quia E. pagos, villas, arces, extra ciuitatem possident, quorum causa à vicinis sæpè fuerunt vexati, ad defendendum & retinendum illa ciuium fides & obedientia non modò vtilis, sed & sæpè necessaria fuit. Nec tamen quia potentiores facti per accessionem arcium & villarum, ab Actorum subiectione exempti sunt. Nam ciuitatibus etiam superiorem recognoscentibus, licere habere proprios prouentus & reditus, non est dubii iuris. *Chassan. in consuetud. Burgund. rubric. 3. §. 6. verb. de poete, numero secundo. Schurff. consil. 83. numero secundo, centuria secunda.* Nec est ratio, quod ciuitatibus minus, quam priuatis, subditis emere arces & villas concessum sit, &c. Sic quoque verisimile est Reos respectu arcium & villarum suarum potissimum confœderationes & ligas cum vicinis dominis, atque adeo etiam cum ipsis Archiepiscopis nonnunquam iniisse. Nec vllo iure prohibitum est, ne domini cum subditis paciscantur vel contrahant. Ita etiam vt summus princeps cum subiectis contrahendo obligatur, *capitulo 1. extra de probationibus. Corn. consilio 92. numero sexto, volumine secundo, & consilio 284. in fin. vol. 4.*

Ideo non mirandum, quod Archiepiscopi nonnunquam certa pacta inierunt cum E. de præstandis inuicem auxiliis. Licet enim subditi ad hoc etiam sine pactis teneantur, tamen ipsi non sunt molestandi vel cogendi nisi ad solita. *Text. in lege, cum satis, §. caueant, Cod. de agric. & censit. libro vndecimo. Iacobin. de sancto Georgio in dict. verb. qui quidem inuestiti, numero septuagesimo quinto.*

Illa autem solita cum sint generalia, & sæpè etiam non sufficientia, quid vetuit de specialibus pactis inter se conuenire, quo certiores essent, quod alter ab altero expectaret. Quod verò E. ius oppignorandi ciuitatem habere dicunt, ciues & bona eorum: id fortè locum habere posset in ipsorum arcibus & pagis, quia non reperio in actis, daß ſich Actores derſelben jhr beladen oder angenommen haben.

Cum igitur ex his constet, hæc & similia à Reis adducta non tanti esse momenti, vt Actorum intentionem elidere possint, videntur sanè tot illustres Reorum confessiones, de dominio Actorum non modò firmiter consistere, sed etiam, vt indefinitè & generaliter prolatæ † sunt, sic generaliter quoque intelligen- 133
das esse, iuxta *legem, si pluribus, de legat. 2.* Neque enim vlla ex eo intellectu sequitur absurditas, nec reperitur specialis dispositio in contrarium, vt restricto admittenda esset. *Euerhard. in loco à generalitate.* Nec ex subiecta materia apparet, Actores esse particulares dominos.

Nam licet aliquando respectu censuum, iudiciorum, feudorum, &c. domini aliqui vocentur, vt per Chassan. *dicto loco, folio 1469. verb. aut signeuer.* Tamen hæc Actoribus non conueniunt, cum ad huc longè maiora iura habeant, vt sunt regalia, & præcipua iura meri & mixti imperii, atque iurisdictionis, quæ non nisi veris dominis competere possunt. Vnde etiam nunquam simpliciter Gerichtsherrn Actores appellati reperiuntur, sed benè rechte Herrn vnd Erbherrn. Nec videtur sequi, quia E. plurima habent iura superioritatis, gratias & concessiones. Ergo Archiepiscopi non sunt absolutè eorum domini, sed tantum ratione certorum iurium, quæ probare tenentur. Nam ea ratione facilè quæuis ciuitates suis dominis negotium facesserent; præsertim magnę, quæ plerunque maioribus fruuntur priuilegiis, prout & ciues earum honoratiores esse, quam minorum ciuitatum, putat Bartol. *in lege 1. numero secundo, Codic. de Alexand. primat. Socin. cons. 39. vol. 2.* Quinimò videtur pro Archiepiscopo præsumptio esse, & sic ad Reos potiùs pertinere, vt sua iura probent, iuxta ea quæ notantur *in gloss. in verb. præsumptione, l. fin. & ibi Bald. in princip. de eo, quod met. causa. Hyppol. de Marsil. singular. 451.* Cum enim vt iam sæpius dictum, sufficienter per Actores probatum sit, se dominos ciuitatis E. esse quidem veros & perpetuos, videntur de iure habere fundatam intentionem suam, in omnibus, quæ in territorio illius ciuitatis continentur, *iuxta cap. final. & ibi gloss. verb. situm sit, de offic. Archidiacon. Curt. Iun. consilio 184. numero octauo. Soarez allegat. 7. numero duodecimo, per textum in*

*l. 1. §.*

*l.1 §.cum vrbem, de offic.præfecti vrb. Latè Boer. decision. 50. numer. 11. & sequentib.* Præsertim quoad dominium vniuersale, Iurisdictionem & protectionem. *Panormit. in c. cum diligenti, numer. 2. de præscription.* Appellatione enim rei tota res intelligitur, *leg. si defensor, §. interrogatus, ff. de interrogat. action. Schurff. consilio 26. numero 3. centur. 1. fac. Menoch. libr. 2. arbitrar. quæstion. cas. 76. numero decimoquarto.* Vbi constat ex principali iurisdictione facilimè præsumi de qualitate & quantitate. Sed & quod ordinarii de iure communi suam intentionem fundatam habeant, & quod exemptionem allegans, eandem probare teneatur. *Textus in capit. cum personæ, de priuileg. in 6. Et ibi Ioannes Andreas, Anchoran. consilio 42. numero primo.* Cui accedit, quod ciuitates de iure communi non censentur habere merum vel mixtum imperium, *§. iusiurandum, in fin. authent. de defensorib. ciuitat. Bartol. in leg. 1. numero tertio, de damno infecto. Bald. de pac. constant. verb. criminalibus. Schurff. consil. 26. in princip. centur. 1. Bald. consilio 430. num. 4. volum. 4.* Et hinc fortè dicitur: Quod ciuitates habeantur loco priuatorum, per text. *in leg. eum, qui vectigal. 16. de verborum significat. Schurff. consil. 53. nu. 2. centur. 2.* His addi posse existimo, quod Rei in responsione ad primum & secundum articulum hic fatentur, Archiepiscopos suos esse dominos hereditarios, cum modò tamen, quia ipsi quoque habeant superioritates, iura & priuilegia, prout in peremptorialibus declaraturi sint. Nam cum huic confessioni modus vel qualitas adiecti sit, quæ ab ipsa præcedenti confessione benè separari queat, possunt Actores acceptare confessionẽ, & Reis incumbet onus probandi qualitatem. *Bart. in leg. Aurelius, §. idem quæsit, num. 2. de liber. legat. Panorm. in cap. bonæ, numer. 29. de postulat. prælatur. Idem Panormit. in cap. 2. num. 2. de fid. instrument. Boer. decision. 339. numer. 9. Roman. consilio 346. numer. 1. & sequentib.* Et hoc eo magis procedit, cum præsumptio sit pro Archiepiscopo, tam de iure communi, vt supra deductum, quam ex eo, quod ante hanc litem simpliciter & pure dominus & Erbherr fuerit vocatus Archiepiscopus. *Panormit. in c. cum venissent. num. 7. de instit. extr. Alexand. consil. 2. num. 22. volum. 4.* vbi dicit, hanc esse magis communem. Ex quibus rectè inferri videtur, non actoribus sed Reis incumbere onus probandi, quæ iura vel ex concessione habeant, vel legitimè præscripserint, prout in peremptorialibus, vbi prædicta iura sigillatim recensentur, eam etiam probationem in se receperunt. Et hanc sententiam eò magis amplector, quod ex transactionibus & documentis productis, nihil ferè iuris, quod Rei Actoribus concesserint, pleraque verò & præcipua iura Reis ab Actoribus permissa & indulta inuenio, quorum etiam confirmationem Rei à quolibet nouo Archiepiscopo olim requirere solebant, vnde verum dominium ex parte Actorum existere, & probationem eorũ, quæ controuersa sunt, (vt supra dixi) ad Reos pertinere arbitror.

Exque his omnibus concludo, cum Rei recognoscant superiorem, qui habeat regalia, quod ex priori fundamento Reorum (puta ratione regalium) intentio Actorum non sit elisa, per iura quæ supra in prima probatione Actorum allegata sunt.

Ad alterum verò fundamentum elisionis quod attinet, quo Rei opponunt etiam subiectas ciuitates eueniente necessitate collectas imponere posse (quod tamen Rei non articularunt, sed obiter tantum semel atque iterum in suis exceptionibus attigerunt) videtur quoque in eo non parum inesse difficultatis, propterea quod impositiones à Reis factæ propriè collectæ vocari non possint. Licet enim largo modo etiam dicantur, quando per capita vel fumantes exactio fit, vt volunt Bartol. *in repetition. dict. leg. placet, Codic. de sacrosancta ecclesia, numero quinquagesimo septimo. Bald. in lege prima, §. quod si nemo, versicul. sed quando collecta, ff. quod cuiusque vniuersit.* tamen hoc locum hic non habet, nisi in vnico articulo, das Weyhfastengelt. Et propriè collectam per æs & libram, id est, iuxta vires patrimonii, & personis contemplatione rerum imponi debere. *Text. in lege, omnes, verb. pro viribus singulorum, Codic. de oper. public. leg. 1. verbo, pro modo fortunarum, de muner. patrimon. libro decimo. Roland. consilio 66. numer. 11. volumin. 1.* Item soluitur collecta tam de rebus mobilibus, quam immobilibus. *Festas part. 1. capit. 1. numer. 13. &c.* Reorum vero impositiones non sunt factæ secundum facultates patrimoniorum, nec de rebus immobilibus, sed tantum de quibusdam rebus mobilibus. Ideo reuera gabellæ vel vectigalis, seu potius dationum nomen illis competit, quam collectarum, iuxta ea, quæ Bertachin. tradit *in præludiis de gabellis. Thomates in §. exactio, numero decimo tertio.* Sed quod ciuitates subiectæ pro necessitate possint imponere collectas, non autem nouas gabellas, expresse dicit idem Bertachi. *in part. 1. numero 20.* Vnde certè concludendum videtur, non esse nos hic in terminis collectarum, sed potius sibi locum vendicare iura supra allegata: quæ volunt noua vectigalia institui non posse, sine licentia superioris. Ad quod etiam facit, quod Rei consuetudinem tales exactiones indicendi non probarint, quia nullus testis de aliquo actu, quem antè Rei exercuerint, vel de certo etiam tempore, vel specie impositionis deponit Gabella † quoque in aliquibus speciebus præscripta non extenditur ad alias. *Bart. in l. si publicanus, §. in omnibus, in fin. ff. de publ. Grauetta* 136

*consil.* III. *num.* 6. Nec in suis peremptorialibus hocius inter alia articularunt, adeò vt probare voluisse non sit verisimile, imò si antea excussissent eiusmodi exactiones, facilè probare potuissent, per libros exactorum vel collectarum, prout Actores in probando iure vectigalium fecerunt, quibus libris credendum. *Bart. in l. quædam* §. *nummularios, in fin. de edendo. Bertachin. part.* 4. *num.* 2.

Tandem non releuat etiam, quod in peremptoralibus Rei narrant (scilicet perempt. 56.) de hoc iure impositionum ante transactiones fuisse controuersum, quæ per dictas transactiones sopita intelligatur: Nam hoc non est probatum, neque per testes, neque per ipsas transactiones. Et licet transactioni Bertholdi in fine adiecta sit clausula generalis, Daß alle Irrung / ꝛc. Tamen noti iuris est,
137 quod transactiones † generales non extendantur ad alia, nisi quæ in specie sunt persecuta per textum *in l. si de certa, C. de transact. Et deducit Schurff. in simili casu consil.* 65. *numer.* 8. *vsque ad fin. centur.* 1.

Accedit quod in fine vtriusque transactionis expresè prouisum, quod per dictas transactiones in aliis articulis & iuribus neutri partium præiudicatum esse debeat.

Videtur igitur ex iam deductis, necessariò sequi intentionem Actorum etiam hoc altero fundamento Reorum non esse elisam, ideòque Reos condemnandos fore.

Verum cum in hac grauissima causa, cuius etiam executio difficilem labyrinthum secum trahit, multa occurrant, quæ in hac parte pro Reis faciant, videtur controuersas impositiones bonis iuribus, etiam ex altero fundamento defendi posse. Vnum tamen præmonere oportet, quatenus hæ impositiones clericos cõcernũt E. habitantes, tàm dictarũ impositionum, quàm aliarum quærularum causa, specialem dictionem contra Reos institutam, & poductã etiam esse in libello clericorum. Si igitur hìc excipiemns clericos iam non aliis forensibus, sed solis ciuibus hæc onera imposita reperientur. Quod Actores videntur fateri in 12. artic. per verba, Den Personen in E. Secundò hæc onera consentientibus & volentibus ciuibus sunt imposita, prout primus testis ad 18. & penultimus testis ad 12. ariculum hic deponunt: Quo casu nemini fit iniuria, *leg.* 1. *de iniur.* cum quilibet possit disponere de suis rebus.

Tertiò non ob publicam vtilitatem, vel necessitatem prouinciæ, vel superioris, sed propter communitatis priuatam vtilitatem, imò potius summam necessitatem, quæ abundè probata est, ordinatæ sunt hæ exactiones. Et quod in hoc casu liceat de iure communi, supra est ostensum: Et sunt text. *in leg. omnes, C. de oper. pub. l. final. C. de immunit. nem. conced. libr.* 10. *Item in auth. Item nulla communitas. C. de episcop. & cleric.* de quo Alberic. *in l.* 1. *num.* 57. *C. de muner.* ait. Quia denegatum est à iure ecclesiasticis personis tales collectas imponere: Ergo in cæteris videtur permissum *per l. prætor, de iudiciis.* Eosdem textus ad hoc allegat Ripa *in d. responsi.* 186. *num.* 5. *Rebuff. de liter. obligat. art.* 2. *glos.* 1. *num.* 81. *in* 1. *tomo.*

Quartò licet iam dicta iura, & quæ latè supra etiam pro defensione impositionum nostrarum allegata sunt, de collectis potius, quam de gabellis loquantur, tamen propius intuentes dictas impositiones, constabit, eas etiam gabellarum vel vectigalium qualitati non in omnibus conuenire, excepta ea, quæ vini venditioni extra vrbem est imposita, cum non soluantur de rebus quæ vehuntur per patriam, vel in vrbem commercii causa. Nec de contractibus vel vltimis voluntatibus, prout de gabellis scribit Berthachin. *nu.* 5. *in præludiis, & part.* 8. *per tot.* Vnde videtur esse mixtum quoddam genus munerum, quod personæ pro rebus soluunt, non quidem de omnibus rebus totius patrimonii, vt in collectis, nec etiam de commercio, vt in gabellis fit, sed de certis specificatis mobilibus bonis, quæ magistratui ad hoc, vt citiùs pecunia colligatur, & onus debitorum amoueatur idoneæ visæ sunt, prout Bald. hoc etiam in magistratus arbitrio ponere videtur, *cum in d.* §. *quod si nemo*, ait: *Si vero causa propter quam imponere onus, &ç.* Sic Schenck *in viridario suo concluſ.* 106. Et dicit Francisc. Ripa *in d. responſ.* 186. *num.* 6. non dicatur, &c. Idem Ripa *in tractat. de peste, tit. de remediis præseruatiuis, verſ. pro fontibus construendis, &ç. nu.* 37. In hanc sententiam quoq; Bertachin. *in repertorio suo in verb. gabella à quibus imponatur, num.* 13.

Denique cum extra dubium sit, vrgente necessitate ciuitates collectas imponere posse, quæ de omnibus tam de immobilibus, quam de mobilibus bonis soluantur, non video quare ab illa vniuersali contributione (quæ valde odiosa est, cum multi ciues nolint suam paupertatem detegi, *l.* 2. *C. quando & quib. quar. pars, libr.* 10.) non liceat illis recedere, & illam ad pauca quædam mobilia redigere, cum non debeat, † cui plus licet, quod mi- 138
nus est, &c.

Quod vero ad Weyfasten Geldt / id est, capitationem attinet, licet ea in ciuitatibus regulariter non valeat, *l.* 1. *C. de capitat. ciui. libr.* 11. Posse tamen hodie ex causa indici, maximè si in locum personalis muneris surrogetur, testantur Dd. *in leg.* 4. §. *actum. ff. de re iudic. & l.* 1. §. *quod si nemo. ff. quod cuiusque vniuersit. &c. l. final. incip. per Bythiniam, verb. vel capitum, C. de immunit. nem. conced libr.* 10. Et quia hoc exactionis genus parum temporis durarit, eo minus

in con-

in consideratione habendum existimo. Cum itaque ex iam deductis appareat, impositionem Reorum esse generalem, & habitantibus indictam per consensum vniuersitatis, cogente maxima necessitate, & tali quidem modo, qui ciuibus & senatui commodissimus visus sit, quæ etiã impositiones maiori ex parte iam pridem sunt abolitæ, puto ad ea, quæ supra de nouis vectigalibus prohibitis dicta sunt, satis esse responsum. Et ex his liquere, Reos, quod ad impositionem ciuibus factam ab instituta actione absolui posse, quod tamen non aliter fieri debere arbitror, quam si ad e-
139 uitandum errorem in sententia, verba † **Nach Gelegenheit dieser Sachen** / &c. addantur. Et hanc sententiam Actoribus in suis regalibus & iuribus minimè præiudicare, expresse pronuncietur.

140 Et quia etiam cessante causa † necessitatis, cessare debeat id, quod ob necessitatem est introductum. *l. senatus, de offic. præsid. Bart. in l. 1. §. nunciatio, nu. 28. ff. de noui operis nunciat.* Ex dictis testium autem constet, & alias notorium sit, Reos non magis laborare ea necessitate, cuius contemplatione impositiones indictæ, arbitror in eadem sententia iniungendũ Reis vt eas, quas nondum abrogarunt exactiones, sine mora etiam abrogent, expensis compensatis, vt Referens.

Et notandum: si condemnaremus Reos, in maximam difficultatem incideremus, propter restitutionem male exactorum. Nam hæc simul esset iniungenda. Et cui fieri debeat: Iam vt fiat Actoribus, iure communi non est consentaneum, per allegata à domino Refer. Sed nec ciuibus, qui soluerunt exactiones fieri conuenit, cum id non solum non petierint, verum etiam vt litis participes, restitutionẽ hanc impugnarunt.

## VOTVM CORREFER.

### *In d. causa M. contra E.*

### Super materia Conuentionis.

QVOAD actionem in hac secunda conuentione, concludo negatoria vel quasi actum, & secundariò, imploratum officium iudicis pro restitutione ex §. *rursus, Institut. de action.*

*An probata?* Quoad dominium, cuius causa decem priores articuli repetuntur, refero me ad ea, quæ supra dixi in prima conuentione, hoc saltem pro declaratione meæ sententiæ addens, me in ea opinione non esse, quòd Actores per deductionem iurium particularium voluerunt in hac causa dominium suum vniuersale probare: quia in prima conuentione non omnia, sed ea tantum iura sua deduxerunt, in quibus fuerunt turbari, cum ex transactionibus & aliis documentis manifestum sit, eis multa alia adhuc iura competere, quæ per ipsos nec articulata nec allegata sunt, prout nec vniuersales vel generales dominos inde appellari crediderim, quod omnia iura particularia ad eos, & nihil horum ad subditos pertinere necesse sit, aliàs pauci, aut fortè nulli essent tales domini ciuitatum, præsertim magnarum, cum pleræque etiam subditæ sua quædam iura possideant, quę de iure per dominos inuitis auferri non possint. Concludo itaque vt in prima conuentione, generalem superioritatem vel vniuersale dominium esse penes Archiepiscopum: id verò restringi atque limitari eatenus, quatenus rei exceptiones, immunitates, & iura sua particularia probabunt. Quæcunque etiam abipsis ita probata sunt, eis sarta tecta seruari debere sentio. Alterum quoq; requisitum, turbationem scilicet probatam arbitror, cum ex responsionibus Reorum in hac conuentione, tum etiam ex literis **Schutz vnnd Schirms** inter Duces Saxoniæ & E. erectis. Non autem licere subditis † contractum vllum facere in 141
præiudicium domini sui, clari iuris est. Bald. *in l. debitorũ, C. de pact. per l. si vnus, §. ante omnia, ff. eod. Socin. Iun. consil. 1. num. 66. volum. 4. Natta consil. 160. numer. 28. & consil. 309. numer. 3. Roland. consilio 29. numero 16. volumin. 1.* Pactis verò à Reis cum dictis Principibus initis, Archiepiscopo præiudicari non posse, valdè dubium est, cum protectio Reorum ad Archiepiscopi tanquam veri atque vnici domini officium spectet, *l. illicitas, §. ne potentiores, de offic. præsid. Boer. decis. 304. num. 6. Roland. consil. 18. num. 28. vol. 3.* Quæ protectio dictis pactis non sine contemptu Archiepiscopi absq; eius consensu in alios translata est.

Deinde non simplex hic constituta est protectio, sed talis, qua Rei etiam contra Archiepiscopum dominium suum vti possent, si is iudicium Ducum Saxoniæ recuset, prout infra latius deducetur. Ex his concludo actionem esse probatam.

*An elisa?* Multa obiiciuntur à Reis, quorum primum est, quod senatus & quidem ciues E. feuda habeant à dominis Principibus Saxoniæ. *Aluarot. tit hic finitur lex. verb. fratrum, & ibi gloss. & in verb. contra omnes.*

Secundò quòd dictorum Principum ditiones sint vicinæ vrbi E. & Reorum pagis & castris. Vicinos autem posse conuenire, non vocatos etiam ad succurrendum oppressis. *Bart. in l. prohibitum, num. 3. & 4. C. de iur. fisc. libr. 10. Frider. de Senis q. 132. nu. 3.*

Tertiò quòd Actores non possint defendere Reos propter distantiam loci cum longius absint. quod ex eo colligitur, quòd officiales & ministri cum allodiis & pagis Actorum à protectione Reorum sint, nec ipsimet se tueri possint.

Ad

Ad quod facit, quod Bartol. *in extraug. qui sint rebelles, verſ. occultè, &c.* Principe abiente non eſſe prohibitas ſocietates, ſeu colligationes ad defendendum ſe ab oppreſſionibus, dicit: facit etiam quod ciuitas ſubiecta regi, quæ à potentioribus locis moleſtias patitur, ſi imploret auxilium regis, nec ſit aliqua ſpes de auxilio, poteſt ſe alteri in totum ſubmittere. *Bl. capit. 1. ſecunda lection. numer. 9. verſic. præterea, extra, de iudiciis*, vbi addit, quod propter iſtam rationem multa regna hodie non ſint ſub Imperatore. *Felin. in cap. cum nobis, num. 2. verſic. Octauò conſidero, de præſcript. Brun. conſilio 86. in fin.* Si itaque ciuitas propter denegatam defenſionem poteſt ſe alteri ſubmittere, longè magis in protectionem ſe dare poteſt, quæ minus præiudicii habet, cum iuriſdictionem non auferat, *leg. non dubito, de capt. & poſtlim. reuerſ. Bart. in lege. 1. numer. 7. C. de excuſat. num. libr. 10.*

Quartò ſunt Rei in quaſi poſſeſſione recipiendi protectores. Sic enim olim fuerunt in protectione Ludouici, Landgrauii Haſſiæ ad viginti annos. Item in protectione Friderici Landgrauii Thuringiæ ad ſex annos, Anno, &c. 1409. Eoſdem etiam Fridericus Secundus & Carolus Quartus Imperatores in ſuam & ſacri imperii protectionem ſpecialem receperunt, vt patet ex tribus documentis, literis O. T. & V. ſignatis, in vltimo Rotulo.

Quintò obiicitur, conſuetudinem eſſe Germaniæ, vt ciuitates tam principibus, quam Imperio ſubiectæ exigente neceſſitate vicinos Principes ſibi protectores aſſumant, & probatur hæc conſuetudo per teſtes, quod plerique ad 11. peremptor. rem ita ſe habere dicunt. & præſertim 319. teſtis 12. **Es ſey ein gemein Geſchrey**/ ita 21. teſtis.

Sextum argumentum eſt, quod hac protectione nihil præiudicetur Actoribus, quibus nihilominus hactenus omnia competentia iura ſalua fuerint, ſine vllo dictorum Principum impedimento. Quod teſttes plerique verum dicunt, ad d. 10. peremptor. Igitur nulla cauſa eſt querelæ.

Septimò huc facit, quòd hæc protectio magnam præſtet vtilitarem, incrementum & ſecuritatem, ciuibus & incolis, tam ciuitatis, quam caſtrorum & pagorum ad d. ciuitatem pertinentium, vt magna pars teſtium ad 12. peremptor. verum aſſerit. Vnde domini ita ſe habere debent erga ſubditos, vt pater erga liberos. *Guid. Pap. deciſion. penult. numer. 2. & 9. Natta conſil. 445. num. 6. Bald. conſil. 410. nu. 5. vol. 5.*

Octauò, quod prædeceſſores Archiepiſcopi ſciuerint hanc protectionem, nec contradixerint, & ideo aut conſenſiſſe intelligi, aut per lapſum tot annorum Reos præſcripſiſſe. Et hoc probatur ex eo quod tranſactio Alberti Adminiſtratoris, & literæ protectionis eodem planè die & anno datæ ſunt, licet diuerſis in locis. vnde forte naſcitur coniectura, neutrum negotium d. adminiſtratorem latuiſſe, maximè cum is filius Electoris Saxoniæ fuerit, & iuuenis admodum, facileque in fauorem domus Saxoniæ conſenſiſſe cenſeatur. Coniunctus enim † præſumitur ſcire 142
facta coniuncti. Et ex † coniunctione ſan- 143
guinis facilè præſumitur conſenſus. *Bart. in leg. quæ dotis, num. 22. ſolut. matr. Natta conſilio 216. num. 24.* Deinde hoc probatur ex receſſu quodam Epiſcopi Miſnenſis ſub lit. P. in d. vltimo Rotulo Reorum. Ad quod etiam facit quitantia vel recognitio adminiſtratoris lit. Q. Accedunt teſtium dicta, cum ratione ſcientiæ, quod nunquam audiuerint Archiepiſcopos contradixiſſe. Ex quibus ſatis patet dictam conuentionem & protectionem Principum, aut conſenſu Archiepiſcoporum eſſe confirmatam, aut certè longiſſimo tempore (quia triginta octo anni à tempore erectæ protectionis, vſque ad principium huius litis effluxerint) præſcriptam eſſe, *l. ſicut, C. de præſcript. long. temp.*

Nonum argumentum eſt; per clauſulam generalem Bertholdi tranſactioni appoſitam, hanc litem de protectione penitus eſſe ſublatam. Quia igitur d. tranſactio 14 annis poſt ſuſceptam protectionem ſecuta eſt, in eaque omnes controuerſiæ ſopitæ ſint, lis etiam hæc de protectione extincta eſſe intelligitur. Tranſactio enim † dicitur exceptio litis finitæ, *l. quamuis, C. de tranſaction.* 144

Decimò idem etiam dicendum de tranſactione Lipſica anno, &c. 33, facta, vbi 12. articulo dicitur, **daß die Vertrág zwiſchen Sachſen vnd E. bey jren Würden bleiben ſollen.** Quibus verbis etiam hęc protectio approbata videtur. Ex quibus omnibus videtur concludi poſſe, Reis de iure licuiſſe in protectionem Saxoniæ Principum ſe dedere, nec per hoc Actores in ſuo iure turbatos: & ſic actionem eliſam eſſe.

Sed his non obſtantibus contrarium verius eſſe exiſtimo ex ſeqq. reſponſionibus ad dd. obiectiones.

Nam quoad primum, non videtur releuare, quòd ſenatus & quidam priuati ciues feuda à dominis principibus teneant; quia illa principaliter ciuitatem Erfurdienſem non concernunt, quæ à nemine in feudum dependet, ſed eſt ipſius Archiepiſcopi & Eccleſiæ Moguntinæ, vnde Reis non licuit ſine ipſorum conſenſu alteri dictam ciuitatem protegendam committere, eamque perpetuis oneribus & ſeruitiis obligare, prout ſupra eſt deductum.

Deinde minus obſtat ſecundum argumentum

tum vicinitas scilicet, quia nihilominus consensum impetrare debuissent.

Tertiò quòd Archiepiscopus propter loci distantiam non possit Reos ab iniuriis defendere non puto esse probatum: contrarium enim notorium est; cum Archiepiscopus non modo Eisfeldiam teneat propinquam Thuringiæ prouinciam, non totis decem milliaribus ab vrbe E. distantem, ex qua euenientе necessitate breui temporis spacio auxilia mittere possit, sed etiam ita firma & munita sit dicta ciuitas, vt primum impetum hostium benè sustinere, & ex longinquo subsidium expectare facilè queat, quod ipsimet Rei in actis non obscurè fatentur, &c. Ex quo satis apparet, quoad ciuitatem, illis protectore opus non esse, & tanto minus licuisse eandem vrbem tam præiudiciali protectione onerare. Non obstat, quod vigore transactionis Alberti, Rei tenentur officiales & curiam cum pagis M. defendere. Non enim inde sequitur, quod Actores ipsimet eos defendere nequeant, quos ante transactiones tot annis retroactis defenderunt. Et posse quidem Archiepiscopum M. in necessitatibus E. succurrere, ex speciali illa conuentione cum Ioanne Archiepiscopo inita satis apparet, quæ frustranea planè fuisset, si succurrendi commoditas Archiepiscopo defuisset. Deinde & ostendunt historiæ in prima conuentione allegatæ, inuicem etiam interdum succurrisse, vt tempore Adolphi contra Landgrauium Guilhelmum Thuringiæ, circiter annum 1377. item tempore Hussitici belli, auxilium non à Saxonibus, sed ab Archiepiscopo petierunt, prout eorum epistolæ ad Conradum ostendunt. Sicut etiam Vriel Archiepiscopus in seditione anno, &c. 9. ad petitionem ciuium E. suos misit, qui non sine causa tumultuantem plebem, ea prudentia & moderatione compescuerunt, vt ne vnus toto tumultus tempore occisus fuerit, præter eos, qui publico supplicio affecti sunt.

Deinde non est probatum à Reis, quod illis vnquam fuerit denegatum auxilium vel consilium à suis dominis Archiepiscopis, sed bene contrarium, quòd fuit illis succursum ad ipsorum petitionem, quod multis epistolis clarum fit. Et per hæc videtur etiam responsum ad d. Bertholdi, Bruni, & aliorum supra allegatorum, de absentia Principis, & dominis, qui vel nolint, vel non possint defendere, cum hic longè alia sit ratio, nulla tanta distantia locorum, desertio, &c. probata.

Non obstat quarto loco, quod ante hæc tempora Rei quoque in protectione quorundam vicinorum Principum & imperatorum fuerint. Nam quod ad Landgrauium Hassiæ attinet, eius protectio, aut consensu Archiepiscopi suscepta, quia in ea expresse & sine omni conditione est exceptus, & in dubio semper capienda est præsumptio, vt actus valeat, *l. quoties, 12. de rebus dub.* Aut inscio Archiepiscopo est contracta, & nihil potuit præiudicare Actoribus, vt infra docetur.

Deinde magna etiam differentia est in eo, quòd Landgrauii protectio ad certum tempus durauerit; Saxonica verò in perpetuum constituta sit. Facilius autem quid ad tempus, quam in perpetuum conceditur de iure, vt patet in seruitutibus, carceribus, alienationibus, & contractibus plerisque, de quibus *in cap. 1. extra vt eccleſiaſt. bona, &c. Ioan. Calderin. consil. vlt. de verbor. signif.* Landgrauii verò Thuringiæ protecto cum 112. annis ante hanc litem durauerit, præsumitur ob temporis diuturnitatem consensum superioris, & omnia solennia interuenisse. *Bald. in l. emancipatione, num. 3. C. de fid. instrum. Alexand. consil. 79. num. 4. libr. 1. Decius. consil. 409. num 7. Roland. cons. 99. nu. 24. & seqq. vol. 2.* Sed & Imperatoris speciales protectiones in genere erga omnes competunt, *l. deprecatio, ad leg. Rhodiam, de iactu, l. benè à Zenone, Cod. de quadrien. præscription.* Nihil igitur noui fit, si quis in specialem protectionem suscipiat. Vnde Panormitan. *in capit. recepimus, supra alleg. num. 5. de priuilegiis*, parum operari tales receptiones in protectionem ait Anchor. *consil. 87. num. 2. Natta consil. 237. numer. 2.* Imò & priuatæ personæ in protectionē specialem recipiunt, inde tamen nemini præiudicant, *Panormit. in c. ex tenore. el 2. alias ex parte de priuileg.* Aliud est in reliquis Principibus, qui nihil superioritatis habent in alienos subditos; Igitur illis se immiscere non debent. Pertinet enim ad proprios & ordinarios dominos, subditos suos tueri atque defendere. *Roland. consil. 18. num. 28. volum. 3.* Et nemo debet se de officio alterius intromittere, vt notat Bart. *in l. inprouinciis, nu. 1. C. de numerariis actuariis, &c. libr. 12. Bl. in l. repetita, nu. 2. C. de episcopis & clericis.*

Quod quinto loco de consuetudine allegatur, non est probatum. Nam licet testes non pauci 11. peremptorial. verum dicant, tamen nullam concludentem rationem adferunt, & loquuntur de ciuitatibus imperialibus, qualis Etfurdia non est, vt in prima conuentione demonstratum, nec ab vllo teste vnicum exemplum adfertur alicuius ciuitatis, quæ se in protectionem alieni Principis dederit, sine consensu sui domini. Et cum ad consuetudinem probandam alia multa requirantur, *l. de quibus, ff. de ll. & ibi not.* ea omnia hoc loco desunt.

Nec sextum fundamentum, quod scilicet per d. protectionem & obligationem nullum præiudicium adferatur Actoribus, probatum esse censeo. Contrarium enim ex communi consuetudine Germaniæ notorium est, quia nemo

nemo protegendi ius suos subditos alteri permittit. Et quam periculosum hoc sit concedere, experientia docet.

Deinde præter cæteros articulos, 16. 17. 18. & 19. articul. des Schirmbrieffs satis ostendunt, quantum præiudicium & grauamen Actoribus ex hac protectione oriatur, in quibus E. non modò se obligant ad magnam pensionem singulis annis cum seruitiis & auxiliis in perpetuum Principibus Saxoniæ præstandum, sed etiam iurisdictionem, quæ indubitatè Archiepiscopo in ipsos E. prout illi tum alibi, tum in hoc Cameræ iudicio, multoties confessi sunt, competit, ad dictos Principes quodammodo transferunt, vt potissimum ex 16. articulo intelligi potest. Quinimò & ipsi Actores in d. Schirmbrieffs alio modo non sunt excepti, nisi E. detrectent stare iuri coram d. Principibus Saxoniæ, adeò vt contra Archiepiscopum dominum suum hac protectione vti possent, casu, quo is d. Principes iudices ferre recusaret. Nam 26. art. ita intelligendum esse ex precedenti 16. & 17. art. satis patet, vnde facile apparet, quantum tribuendum sit dictis testium, qui nihil præiudicari Actoribus deponunt, cum contrarium ex dd. literis protectionis appareat, nec verisimilia sint, nec ratione concludendi firma. Ergo non probant *l. ob carmen., §. final. ff. de testibus.* Cum ergò ante susceptam dictam protectionē Principibus Saxoniæ nihil planè iuris in ciuitate E. competeret, sed ipsa solum Archiepiscopum M. pro suo domino agnosceret, factum est hoc protectionis colore, vt illis propemodum in dicta ciuitate plus tribuatur, quam ipsi domino hereditario. Consequuntur enim hac conuentione dicti Principes quoddam ius protegendi, quod ideo facilius extendi & amplificari (vt fieri solet) poterit, quod sit perpetuum & illi renunciari non queat: Consequuntur quoque dictam pensionem magnam annuam. Item Volg vnd Dienst/ & quodammodo iurisdictionem aliquam in ipsos E. Item in reprehendendo constructionem arcis S. Cyriaci, apparet eos etiam superioritatem quandam sibi arrogare, & cum disponunt valdè generaliter, E. extra prouincias Saxonicas in ius non vocandos, videntur non parum Archiepiscopo de suo iure & iurisdictione detrahere, & sibi illud ascribere. Quæ omnia & & alia supra dicta, nemo est (meo iudicio) qui dubitet, ad maximum spectare præiudicium Actorum.

Septimò etiam non obstare videtur, quòd hæc protectio dicatur vtilis E. Nam vt hoc
145 demus, tamen in præiudicium domini † fui subditos eiusmodi pacta inire est prohibitum, vt supra est deductum. Ergo talis vtilitas non excusat, sed reuera quoad ciuitatem saltem E. superflua & onerosa potius est hæc protectio, quam necessaria, cum Rei multis in locis fateantur, daß die Statt halber kein Schirm bedürffen / darinn sie selbst mächtig genug / sondern sey dieser Schirm allein der Herrschafften/ Schlöß vnd Dörffer halber/ so sie auff dem Land haben / angenommen / ꝛc. Et quæ vtilitas esse potest, cum ante vnum habuerint, nunc plures, & quidem omnes Duces Saxoniæ dominos habeant. Quod autem interfit subditis † non 146
habere plures dominos, iam pridem iudicio prudentum est constitutum. *Bald. in cap. Imperialem, §. præterea ducatus, num. 1. & 2. de prohib. alienat. per Frider. Hyppol. Rimin. consil. 18. nu. 22. libr. 1.* Imo etiam nulla necessitas suscipiendę huiusmodi protectionis in nostris actis probata est. Nisi forte Rei velint dicere, se ab ipsis protectoribus vi & minis coactos, protectionem admisisse, quod mihi de tantis Principibus præsumere non licet.

Octauo loco quod obiicitur, Archiepiscopos contractum protectionis cum dictis Principibus sciuisse, nec contraxisse. Ergo consensisse intelligi, vel etiam præscriptione tutos esse Reos, ea quoque non videntur probata. Nam quod Rei hinc colligunt scientiam administratoris Alberti, quod eodem anno & die eiusdem transactio & dictorum Principum literæ de controuersa protectione datæ ac sigillatæ sint, non habet necessariam consequentiam. Poterant enim hæc negotia nihilominus separatim tractari, vt neutra pars notitiam consequeretur alterius conuentionis, prout neutræ literæ de altero negotio vllam mentionem faciunt, vnde regula obtinet. Non † probat hoc esse, quod ab eo con- 147
tingit abesse, *l. neque natalis, C. de probat.* Idque eò magis dicendum, quod dictæ literæ diuersis in locis datæ sunt. Deinde Misnensis quoque Episcopi recessus parum ad rem facere videtur. Licet enim meminerit deß Sächsischen Schutzes vnd Verspruchs / tamen nomine administratoris, aliquem illi transactioni interfuisse, vel ad notitiam eius peruenisse, probatum non est. Nec etiam constat d. Episcopum vllam commissionem vel mandatum ab administratore habuisse, prout etiam solos E. in dictum recessum consensisse, vti annotatur. Recognitio verò pro viginti millibus aureorum refert se auff ein Beredung/ per Ernestum Electorem, & Albertum Ducem Saxoniæ patrem & patruum administratoris factam. Sed quid conuinuerit, aut super quibus rebus, quove tempore aut loco concepta fuerit, non apparet, quia d. Beredung non extat in actis. Ex his tamen documentis hoc facile colligitur, quod eodem tempore duplex fuerit negotium Erfurdiensibus cum Principibus Saxoniæ. Vnum ratione pecuniæ, de qua in iam allegata recognitione mentio fit: Alterum ratione protectionis, de quo der Schirm-

brieff

brieff auffgericht : Et illius quidē administratorem conscium fuisse non dubitatur, maxime quoad summam à se receptam, huius vero notitiam habuisse non constat. Nam quāuis testes ad 5. peremptor. pleriq; verum dicant, tamē id fit, absq; ratione scientiæ. Cæterum vt cōcedamus administratorem non omnino habuisse, q̄ E. de pacificatione quadam cum Ducibus Saxonię tractauerint, tamen non est probatū, quod sciuerit qualitates, & q̄ tam graues & præiudiciales conditiones annexę fuerint. Ad hoc autē,
148 vt quis dicatur scire, † requiritur vt sciat factum cū omnib. suis qualitatib. & circūstantiis, aliàs dicitur nescire. *Natt. cons.225.n.5. & cōs.666.n.8. Bald. de iure prothomis. n.18. vers. contrariū dico. Tiraq. de ll. Conubialibus gl.8.n.183. idem de retract.§. 36. gloss. 2.n.30.* Cū ergo regulariter ignorantia præsumatur, maxime in facto alieno. *l. verius. ff. de probation. c. præsumitur. de reg. iur.* Ideo non pro-
149 bata scientia, in ea † fundamentum fieri nō potest. *Roland. cons.79.n.10. vol.1. Gozad. cōs.102.n.22.* Nec hoc loco tales cōiecturas adesse existimo, ex quib⁹ scientia administratoris, multominus capituli constanter colligi possit; cum de d. protectione nil datum esse in publico constet, q̄ ad præsumendā scientiam pręcipue requiritur. *gloss. in c.1. verb. allegans. de postulat. Socin. regul.176. fallent. 2.* Sic nec præsumptio ex coniunctione sanguinis hic operatur, quia ea locū habet circa iura sanguinis, & processum naturæ, non circa factum hominis, vt voluit Bald. *in l. quoniam vers. nota quod. C. de iure deliber. Sequitur Felin. in c. literis. num.6. de præsumption. Soci. Senior cons.153. num. 36. vol. 2.* Imò quia in d. Schirmbrieff mentio huius cōiunctionis, præter morem Principum omissa, & pro administratore Archiepiscopus, qui eo tempore nullus erat, positus est, videtur d. administrator recte ab omni notitia d. Schirmshandlung excusari. Item ante litem motam d. Schirmsbrieff cum aliis transactionibus nō fuit Typis excusus, vnde studium occultandi apparet. Et licet forte vulgo notū fuerit per E. pacem à vicinis Principibus magna pecunia redemptam esse, & eosdem etiam mulctatos ab Archiepiscopo M. quod Monasterium Cyriaci in arcem conuerterant, vt quidam Historici tradunt, tamen cum de perpetua protectione singularis fuerit & perpetua tractatio (vt supra dictum est) cui administrator & capitulum, vel eorum consiliarii non interfuerunt, propter absentiam illorum. pręsumptio est pro illis, quod ignorauerint per *c. cognoscentes. extr. de constitut. Felin. num.19. Dec. nu.18. Ioan. de Imol. nu.16. Abb. num.10. Bald. de iure Prothomis. n.18.* Et sane cum maximum præiudicium versetur Actorum, non præsumuntur sciuisse & tacuisse. *l. cum de indebito ff. de probation. Natta cons.100.n.9.* Sed nec consiliariorum, vel officialium scientia sufficere potest. Nam vt denuò eis tempore seditionis notam factam hanc cum Ducibus, initam conuentionem, (prout verisimile est tum prius resciuisse) tamen ex illa scientia nullum generatur præiudicium Actoribus, cum paucis annis post ad primam occasionem datam contradictum sit, & hæc lis desuper incœpta: In hoc igitur puncto concludo, scientiam Actorum nō esse probatam, & nec præsumptam quidem, præsertim quoad capitulum, & quia sine scientia & patientia, præsumptio iurium incorporalium non procedit, frustrà hic præsumptionem allegari censeo, *per notat. in l.2. Cod. de seruitut. & in l. quoties. ff. de seruitut. Menoch. libr.2. arbitr. cas.161. cent.2. Francis. Balb. de præscription. part.2. quart. principal. quæst. prima, numero 12.*

Ad nonam obiectionem de clausula generali transactionis Bertholdi, facilis est responsio: Nam præterquam quod de clausula ad specificata tantum referatur, accedit, quod tempore Bertholdi controuersia de protectione Saxonum, tanquam de re ignota Archiepiscopo, plane nulla fuerit. Itaq; licet plura etiam comprehenderet d. transactio, quam specificata, vt voluit Schurff. *consil. vigesimotertio, centur.3.* Tamen illa tum controuersa fuisse necesse esset, propter verba clausulæ, **alle Irrungen / so sich bißher zwischen vns begeben** ꝛc. Sed cum controuersiam super hac protectione tum temporis non fuisse reperiatur, de ea etiam transactum dici non potest, quia non entis † nullæ sunt 150
qualitates.

Iam quod 10. Lipsicam scilicet transactionum attinet, eam adhoc negotium trahi posse non videtur, cum ibi Cardinalis Albertus non vt Episcopus Moguntinus, sed vt Magdeburgensis interuenerit, vt ex proœmio d. transactionis constat: Itaque Ecclesiæ Moguntinæ non præiudicauit, quia res inter alios acta &c. Et licet intelligeretur aliquid ratificasse, tamen illud non valeret in præiudicium tertii, hoc est, Ecclesiæ Moguntinæ, *Bart. in l. bonorum numer. primo, vers. aut est persona ff. rem ratam hab. Decius in leg. semp. qui non prohibet. numero 15. de reg. iuris.* Sed & Cardinalis facto ipso ostendit non ratificasse, cum litem super eo cœptam postea prosecutus sit nihilominus, prout iam etiam Rei faciunt: Nec etiam potuit renunciare sine consensu consortum, scilicet capituli.

Denique per ea quæ iam dicta sunt, puto etiam ad pleraq; argumenta quæ Schurff. adducit *dict. consil. 23.* responsum esse. Asserit quidem de iure permissum esse ciuitatibus etiam superiorem recognoscentibus, in alterius domini protectionem se dare, quod tamen ex allegatis iuribus, & maxime ex *c. recepimus, & c. ex parte.* non probari videtur, cum vtrunque capitulum loquatur de speciali protectione eius, qui aliàs est vniuersalis protector & superior, quod cum nostro casu non conuenit. Deinde dicit ex consuetudine communi per totum Roma-

num imperium obseruari, vt huiusmodi ciuitates protectores accipiant, sed nullam talem ciuitatem nominat, & contrariam consuetudinem facilius probari posse supra ostensum est. Fallitur etiam quamplurimùm in eo, dum affirmat, Archiepiscopum non posse plus iuris sibi vsurpare in dict. ciuitate, quam specifice & nominatim expressum sit in duabus transactionibus Bertholdi & Alberti, quod falsum est, & ipsis transactionum verbis conuinci potest, maxime in vltimo articulo vtriusque transactionis, **An andern stücken vnnd Rechten kein Abbruch thun.** &c.

Quæ verba frustrà & superflue posita essent, si Archiepiscopo nulla alia iura competerent in d. ciuitate: Sed verba in omni dispositione aliquid operari debent. late Schurff. *d. consil.* 23. *n.* 3. 11. *&* 12. *cent.* 3. *& in cons.* 32. *n.* 11. *&* 12. *centur.* 1.

Ex omnibus itaque hactenus deductis concludo actionem per Reorum exceptiones non esse Elisam, ideoque pronunciandum pro Actoribus. Existimo autē in pronunciando considerandum quod petitio Actorum generalis sit, quæ omnem protectionem, tam ciuitatis, quam pagorum extra vrbem respiciant, prout etiam **in Schirmbrieff** d. protectio arcium & pagorum causa suscepta, vt in responsione ad 3. articulum ibi, **So ist wahr daß die** &c. Actores autem in d. arces & pagos Reorum non solum nihil iuris vel iurisdictionis sibi asscribunt, sed etiam protectionem Principum, quoad d. Arces & pagos nusquam impugnant, prout intelligi potest ex probationibus conuentionum, nu. 161. fol. 28. &c.

Ex quibus verbis tam à Reis quam ab Actorib. prolatis cognosci posse arbitror, protectionem & obligationem vrbis & ciuium tantùm esse in controuersia positam: De Arcium, pagorum & subditorū protectione non esse controuersiam in hac lite. Puto igitur cum hac distinctione pronunciari posse, **daß Reis nicht gebühret noch gezühmet habe / so viel die Statt E. dero Bürger vnd Eynwohner belangt / die Thur vñ Fürsten zu Sachsen zu Erbschirmherrn auffzunemmen / vnd sich ermelter Statt / auch Bürger vñ Eynwohner halber / mit einigē Diensten / Volg / Schirm / Geldt vnnd andern** in actis **angezogner massen zuuerpflichten vnd zuuerschreiben** &c. Nec video, quid impediat, quo minus separatio fieri possit, si protectio Saxonica ad castra, villas & subditos extra vrbem dirigatur, & onera quæ hac protectione vrbi imposita fuerunt illis imposterum (leuiora tamen si id à Principibus impetratur) imponantur & applicentur, vrbem vero ipsam per se munitam & populosam nemo facile obsidebit, & eā defendere opus non habere Rei ipsi sæpius confessi sunt: Ac si forte accideret, vt opus sit Archiepiscopo, etiam vt legitimo domino ciuitatis, nec voluntas, nec vires deerunt succurrendi & consulendi, modo ipsi quoque Rei suo officio fungantur. Expensis compensatis.

SENTENTIA.

**In Sachen Weylandt Herrn A. auch Herrn S. jetzo Herrn D. Ertzbischöffen / zu M. &c. vnd Consorten Klägern eines wider Rahtsmeister vnd Rhat der Statt E. beklagten Andertheils /** secundæ conuentionis. **Ist allem fürbringen nach zu recht erkandt / das gedachte Beklagte von Angestatter Klag zu absoluiren / vnd zuerledigen seyn / als wir sie auch hiemit erledigen vnd absoluiren / doch jnen Klägern jhr Recht vnd Gerechtigkeit jn vnd an der Statt E. auch dero Bürgern vnd Eynwohnern in allweg vorbehalten.**

Expensis compensatis.

VOTVM REFEREN.

*In causa M. contra E. Super materia conuentionis.*

SI verba cōclusionis inspiciamus, petitur hic pronunciari, quod Rei contra transactiones & fidem datam fecerint (**verschreibung vnd verpflichtung**) Ac Actores in possessione & exercitio iurisdictionis & iudiciorum, seu iure mulctandi extra ciuitatem (prout ex præcedentib. colligitur (in territorio eius molestarint, & q desistere teneantur, ac transactionem seruare: Quibus verbis videtur prēcipuè vrgeri & mag s principaliter quam in aliis libellis sup. transactio: ideoq; licet explicite casus de iurisdictione in territorio **oder Flur** transactione non comprehendatur: Tamen quia vsus omnes & iura Actorū vigore eiusdem transactionis Rei conseruare tenētur, & ex iure communi illa interpretanda, dici potest, ex ea actum esse (quando sæpius eius mentio fit) iuxt. *Formul. Ferrar. vt pacta seruentur, vers. transactiones, num.* 5. vt dixi in causa **Koppestein** contra **Münchenheim** / Ann. 79. scil. q licet alias nulla † ex transactione oria 151
tur actio, vt dicit Azo *in summa C. de transaction.* tamen secus si stipulatio interuenit, tunc enim tanquam ex stipulatu agi: Item fidei præstationem eo casu esse loco iuramenti, Zas. §. *itē si quis. Instit. de action. Afflict. decision.* 389. Quod si quis contendat, quasi negatoriam quoq; dari, vt supra non adeò repugnabo, quia in effectu non magnæ differentiæ ratio hic apparet: Negatur enim ius esse Reis turbandi aut impediendi iurisdictionem in territorio Archiepiscopi.

*An probata sit?* Id sumendum ex transactionis Alberti art. 2. Ex quo satis in genere quidem liquet, non licere Reis turbare aut impedire dictos Actores in vsu iudiciorum, & iurisdictionis zu E. In specie vero ex probatis ad 5. articulum huius libelli, quod scilicet Reis non competat ius mulctandi extra ciuitatem, **in E. Flur die vber fahrung** sey ipsis Actoribus, vt qui ius hoc ibi habeant, quod colligitur ob furcas erectas. Item quod de bonis ibidem sitis iudicant in ciuitate, vt ad 6. artic.

Et præterea quia Domini sunt ciuitatis ac iurisdictionem habeãt in eadem? vt in 10. prioribus articulis hic repetitis. Ideo per consequẽs & territorii, quod inde colligitur, licet non addeò expresse articuletur. Et hoc quidem, quod dominus ciuitatis, vel qui imperium & iurisdictionem in ciuitate habet, is dicatur etiam habere in territorio eiusdem, de iure cõmuni videtur expeditum, vt late Soarez *allegat. 6. in concessione & donatione ciuitatis aut Castri*, per rationes ibi traditas, quia sc. iurisdictio indiuisibilis,
152 † & accessorium † sequatur principale, nec vnũ
153 totum debeat diuerso iure censeri. Item quia iurisdictio in territorio, dependet ex iurisdictione ciuitatis vel castri, quasi à capite, idque ex *l. 1. §. cum vrbem. de offic. præfect. vrb. quem Textum notabilem dicit ibid. Bart. nu. 9. Bald. colu. 2. Alberic. & alij plures.* Licet Fulgos. ibid. dicat, cõtrarium potuisse probari per illum text. *n. 5.* cum ista pertineant ad præfectum, quia hæc specialiter concessa vt & Odofred. videtur annuere, qui tamen non approbantur ab aliis, ad idem allego Pontanum *ad consuetud. Bteſſenſes. tit. 3. artic. 9. Francisc. Marc. quæst. 365. part. 1. Socin. Sen. cons. 44. part. 1. Schurff. cons. 26. nu. 3. centur. 1.*

Et quod aliàs maleficium commissum in districtu ciuitatis, per potestatem & Rectorem eius punitur *Bal. in l. 1. vbi de possessione. nu. 3.* Quibus accedit secundo loco, quod Actores in eodem territorio furcam habeant erectam, vt constat ex dictis testium ad 7. articulum. Id autem signum esse imperii & iurisdictionis certissimi iuris est, vt notant omnes ex Bald. *tit. quid sit inuestitura. num. 7.* vbi, quod significet eius quasi possessionem & vsum, possitq; erigi ab eo, qui executionem habet, quem refert & sequitur late Boer. *in consuetud. Burbonienses. tit. des hauts iustice in fin. & plura Chassan. in rubric. 1. §. 8. vers. le siegne & tit. des iustices, vers. ou territorio. Oldrad. consil. 16. num. 2. Cantiuncula cons. 4. nu. 34.*

Terminum huic simile est, quod de bonis sitis extra ciuitatem in territorio ligandum sit coram Archiepiscopi iudicibus, qui de causis territorii iudicant, & immissiones (scil. **Wehrungen**) faciunt, vt testes passim probant, & ad 7. artic. **daß der Galgen im E. bezirck oder Flur liege** ꝛc. Item quod mulctarint **die Saltz vor den Thoren feill gehabt** de Anno &c. 12.13.14.

Prout ex quarto certum est, quod exercuerint **hohe Noht vnd Halßgericht** in d. territorio, vt in volumine **der Frũegerichtbücher** de Anno 1506. tit. **hohe Nott vnd Halßgericht gehalten für St. Moritzen Thor am Graben** ꝛc. Item **im Wundenbuch** de An. &c. 1503. Quod autẽ tales libri ex Archiuo producti probent, supra in prima conuentione dictum, saltem donec contrarium probetur, & late Boer. *decis. 105. nu. 13.*

Vbi in libris terragiorum & inter subditos extra dubium dicit Brixiens. *de Monte cap. 63.* Vt & ab ipsismet Reis tales officialium libri approbati videntur articulo 30. Alberti **Vertrags** *in fi.* Quia ad eos se referunt.

Quintò huius rei quoque argumentum est ex verbis transactionis Alberti 26. ibid. Item **Daß die so ausserhalb vnser Statt E. vnd dem Weihbildt Wunden / oder Todtschläge thäten / von vnserẽ Weltlichen Richter nicht geachtet / noch darumb bũset werden sollen** ꝛc. Ergo intra ciuitatem, & eius territorium contrarium dicendum, licere scilicet Actoribus **Büesen** / quæ interpretatio ideo magis sumenda, quia non solum iuri communi, sed & vsui & consuetudini supra deductæ conformis.

Sextò etiam dictis testium hæc confirmantur, vt ad 5. artic. 6. Testis verum dicit, **Er wisse nicht anderst.** & 7. audiuit **von alten Regenten / vnnd** Procuratoribus **zu E. was sich für vberfahrung jnnerhalb Weihbildes zu getragen / daß** Actores (licet addat cum Senatu) **zustraffen vnd verbüest zunemmen haben.** Qui & describit terminos **deß Weihbildes** late & 92. idem dicit præsertim in pœnalibus, quod soli Actores ius habent, & casum recensет **mit Wiebach** ꝛc.

Adiuuat & septimò illud, quod publicani fraudantes datia pignorarunt ante portas **im Weihbildt** / vt varie probatur, &c.

Cum ergo hic Actores non tantum signum habeãt, sed etiam signatæ rei, imperii scilicet & iurisdictionis exercitium, tam in bonis, quam in personis, ratione totius territorii, sequitur intentionẽ ipsorum in iure & facto fundatam, quia cõstat & territorium ex eo dici, quod quis terrendi habeat potestatem, vt notant omnes *in l. si pupillis. §. 1. territorium. Pan. de verbor. signif.* & sedem ordinariam *in l. final. ff. de iurisd. om. iud.* vbi post alios late Bolognetus, & Canonistæ *in c. Rudolphus. de rescript.* Quorum omnium dicta refert Chassan. *d. tit. des iustices. vers. ou territorie &c. Brixiensis plura c. 6.* Maxime si competat ius immittendi in possessionem, vt in specie Bald. *in d. l. 1. §. cum vrbem. col. 2. ff. de præfect. vrb. & Felin. in d. c. Rudolphus. nu. 17.* Item in specie, quod probetur quasi possessio iurisdictionis, ex quo Officiales loci reddiderũt iura de gestis in locis controuersis, tanquam existentibus de territorio, quia aliàs ius dicere nõ potuissent, dicit Soci. Senior *cons. 15. nu. 4. lib. 3.* vnde idem Brixiens. *d. c. 6. nu. 9.* dicit, quod territorium † aliquando 154
accipiatur pro iurisdictione, & quod fit in territorio, potest dici factum in ciuitate, quia hoc illi inest, vt & ciuitas inest territorio, quæ quãdoque promiscue sumitur. *Dec. cons. 649. num. 16.* item quod & interdum largius accipiatur *ciuitatis* † nomen, siue de muneribus, siue de iu- 155
risdictione agatur: & eius significatione contineri castalia, territorium, & districtum. Idem Brixiens. *c. 5. nu. 5.* allegant omnes *l. qui ex vico. ff. ad Municip.* Concordant quæ de significatione territorii dicta sunt, notata, **jm Sachsischen Weihbildes Register** ꝛc. Vbi **Weihbildt** dicitur

so weit ein Gebiet vmb ein Statt ist/ olim signari solitum lignea Cruce in finibus, cui imposita manus & gladius, in signum der Gericht vber Haiß vnd Handt. Et *artic. 9. in gloss. col. 2.* dicitur
156 autem Weitbiet † quia das Recht so weit gehet/ als das Gebiet/ vt de cruce posita hic dicit testis 87. ad 6. articulum. Facit & Schurff *cons. 25. cent. 1.* Vbi territorium pro districtu accipit, vt & testes fere pro eodem accipiunt hic Flur/ Weichbildt/ Termeney &c.

Ex quibus omnibus deprehenditur non solum ius cõmune, sed etiam verba transactionis, libros publicos & dicta testium pro Actorib. facere, quod scil, vt in ciuitate, ita in eiusdem territorio contiguo imperium & iurisdictionẽ habeant, atq; ita intentionem eorum probatam.

*De Elisione.* Neque obstat, quod in exceptionibus Rei adferunt, quia ex supra dictis responderi posse videtur: veluti ad primum, quod nõ fit mentio in d. 2. artic. Alberti de iurisdictione territorii, sed ciuitatis tantum, quia supra ostẽsum, quod eo nomine continentia & contigua de iure comprehendantur. Eadem ratione non obstat magis vrgens argumẽtum, quod scilicet præscriptio, qua sola actores vtuntur, vti odiosa non sit extendenda, vt de ciuitate ad territorium, quia secus est in connexis, & quodammodo in separabilibus de iure, atque etiam in accessoriis tanto tempore possessis. *Gabriel. libr. 5. conclus. 2. num. 8. & 9. tit. de præscription. Bald. part. secunda principali. in fin. n. 26.* Sed hoc præsertim si aliu non possideat, vt ibi omnes, prout de possessione Reorum hac in re non insufficienter videtur esse probatum: Licet enim in genere deponant 17. Actorum testis 70. annorum ad 5. artic. quamdiu meminit, haben Rei da gebüeset & ad 9. & 10. artic. quod nunquam aliter audiuit. Item 18. testis ad d. 9. articulum & 19. ante 40. annos conatus &c. & ad secũdum peremptor. 1. addit secundæ cõuentionis 1. 2. audiuit à maiorib. 3. vltra hominum memoriam, 4. 5. casum recensent von den Todten auffheben &c. Tamen quoad d. 19. testem, dicit per Saxones illo casu Senatum impeditum, & alii plerunque dicunt, per Actores semper cõtradictum vt 18. Testis 86. Et apparet ex omnib. vel lite pendente factũ, vel paulo ante, vt eius respectu lis cœpta intelligi possit, ideoq; non multum prodesse, ita quod 17. Actorum testis dicit, se audiuisse à Senioribus, daß Rei mit Actoribus zu büesen/ daruon ein jeder seyn theil &c. nihil certi in genere iurisdictionis cõcludit, vt nec alii quoad possessionem, cum non indicent, quibus causis aut casibus factum sit, & econtra, vt alii deponunt, Archiepiscopos semper contradixisse, vt & 91. actorum testis ad 5. art. &c.

Vnde colligitur possessionem Reorum non sufficienter hic probatam, quia ratione mulctarum, quod aut quib. casib. perceptum, nihil, nec quod iure magistratus iudiciis criminalib. (vti prætendunt) interfint, vel aliàs imperium in territorio habeant, concluſiue deductum, causam vel titulum non indicant, nec præsumptio propter interpellationem factam probata, & actus antiquiores videntur esse Actorum &c. Sed etsi possessio esset probata, tamen cum Actorum possessio certior, & vt dictum antiquior ex libris apparet: Item & iuris præsumptione, nec non aliquali titulo transactionis sc. præsumptio saltem iuris nitatur, Reis præferri deberent, maxime cum & titulum erroneum allegare videantur testes Reorum in d. 3. reconuentione, sc. ex bullis imperatorum, quæ nihil certi de his continent, per ea, quæ notat Menoch. *remed. 3. retinend. numero 718. & numero 725. Curtius Senior. mihi consil. 73. Magnific. leg. 21. numero 36. Crauett. consil. 98. numero tertio, Iafredus decis. 12.* Quamobrem Reorum possessio etiamsi probatam eam dicamus, clandestina & turbatiua præsumitur, quæ prodesse non debet, *Brixiens. cap. 67. de finib. reg.* Idque eo magis, cum immemorialis, nec principium eius possessionis sit probatum, *Crauetta cons. 201. nu. 33.*

Minus obstat, quod ex 7. artic. Bartholdi pro se allegant Rei in Exceptionschrifft/ quia ille articulus loquitur de delinquentibus in ciuitate, quod captos deducunt Rei in E. Gericht ausserhalb der Statt/ Quæ verba cum intelligi possint de certo loco, vbi constat ipsos habere iurisdictionem, veluti in pagis ciuitatis, non possint detorqueri ad incertum, repugnantibus maxime, quę supra similiter ad argumentum ex d. 28. artic. Alberti, adducta ex ipso contextu respõsio apparet. Nec enim sequitur. Rei non debẽt prehẽdere aut incarcerare officiales Actorum, vnd die vmb die Statt in jhren Gerichten seind &c. Ergo in territorio habent iurisdictionem & imperium in aliis personis, quod patet ad sensum. Et responderi potest ex regulis argumentandi ex contrario sensu, quod locum eon habeat hic quia textus loquitur in jhren Gerichten. Et de officialibus Actorum. Ergo non potest argumentari in contrarium de personis & locis, de quibus non agitur in dispositione, & quorum nulla fit mentio. Ita reliqua argumenta leuiora puto, veluti q̃ dicunt rtione pignorationis contra nõ soluentes vectigal &c. Quia non probatur, quod intra vel prope portas tantùm illos pignorare liceat, nec quod vbiq; circum Saxoniæ proxima, sed contrarium potius supra colligitur, & infra ad 5. conuentionem. Item q̃ mortuos ab antiquo semper sustulerint, quod etsi esset, in cæteris non præiudicaret, & actus est, qui non semper iurisdictionem tribuit, sed refert, quo respectu fiat, neque vt dictum supra, de certo tempore extra litis pendentiam probatum.

Ita nec consuetudo allegata quod ad ius mulctãdi ꝓbata, quia non completa prescriptio, cũ semp contradictũ, quam contradictionem Rei fatem-

fatentur, ideo interrupta per vnum actum *Panorm. in c. auditis. numer. 13. de præscription. Et c. illud. num. 21. eod. tit.*

Nec quod dicitur von Wüstungen / in quibus locis desertis etsi ius habeant, vel aliqualem iurisdictionem, nihil tamen ad Elisionem sup. dictorum facit, quia illa spectat tantum damna data, ideo celebrantur die Hewmahl / nec constat satis, quod in d. territorio deß Weihbildes sita vel comprehensa: Neque etiam quod maiorem partem se habere putant Rei in criminalibus, quia contrarium potius in prima conuentione probatum videtur.

Hinc concludo, Actorum intentionem non elisam, & quia de turbatione satis constat ad 5. 6. & vlt. articul. cum præcedentibus, quid pronunciandum dubitari posse videtur, cum maior circa libellum sit generalis: Narratio autem circa minorem seu turbationem specialis: Narrant enim in genere se omnem habere iurisdictionē, & in ea etiam ex speciali transactionis prouisione se non esse turbandos: postea in 5. artic. in specie tantum dicunt, Reis non competere ius die Verfahrung in territorio zu büssen / straffen oder zu richten. Et in 9. artic. solum conqueruntur, quod Rei eo non attento sich der iurisdiction die Verfahrung daselbst zu straffen vnterziehen / prout in quibusdam fecerint. Petunt vero in genere, daß durch solche jhre Handlung &c. Ideo dubitatur an restringēda condemnatio ad d. iurisdictionem die Vberfahrung belangendt zu straffen / vt d. 5. & 9. artic. Et in his mulctis iterum an sine discrimine &c. Cum & Rei in cinitate de quibusdā cognitionē, seu ius habeant, vt ex respons. ad peremptor. 13. Backenstreich / schelten / räuffen / &c. Et 87. testis ad 5. artic. hic, quod prehensionem habeant in flagranti crimine. Item quod certi pagi Reorū videantur positi in Weihbilde / quia testes dicūt, daß man mit Creutzen dahin gehe. In quib. & ratione territorii, siue in ciuitate eodē iure, quo supra Actores fundati præsumuntur. Item in ciuilibus & capitalib. Rei quoq; sua iura habeant. de quib. nihil in turbationis articulis exceptū.

Vtut sit, si Domini concludant ex deductis argumentis iurisdictionem non minus in territorio, quam ciuitate Actorib. cōpetere poterit secundū petitionem pronunciari, daß Reis nit gebüret Actores geklagter massen zu turbiren vñ zu verhindern / sondern daruon abzulassen / vnd hin füro dessen zuenthalten &c. Ratione petiti interesse & damnorum, posset id præteriri, quia difficilis liquidatio, & nouæ lites non minus difficilis executionis. Compensatis expensis. Quia propter grauitatem causæ laborioſa & difficilis foret taxatio.

## VOTVM CORREF.

ACTIO eadem instituta videtur, quæ in superioribus libellis, negatoria sc. vel quasi, quemadmodum enim sup. in prima conuentione ostensum est ciuitatem E. ad Actores pertinere, in eaque merum & mixtum imperium cum iurisdictione illis competere, sic in hac tertia conuentione, territorium eiusdem ciuitatis Actorem esse, & ibi etiam iurisdictionem omnimodam, non minus quam in ciuitate ipsis competere asseritur, cum autem contra ius & initas transactiones in d. iurisdictione per Reos turbentur, petunt pronunciari, illis hoc non licere, & ideo compellendos vt desistant &c. Interim tamen non nego, cōcurrere etiam possessorium retinendæ vt in prima, & propter allegatam transactionem etiam ex stipulatu actionem dari.

*An probata.* Quod in actis vocant partes E. Fleur oder Weihbildt / idem esse puto cum eo, quod aliis in locis Germanię appellant Gemarcken / Zwing oder Bann. Et hoc idem territoriū ciuitatis esse non dubium est, quamuis & districtus † & comitatus pro eodem etiam sæpe po- 157
nantur, de quibus Dd. *in l. final. de iurisdict. omn. iudic. Alciat. in l. pupillus. §. territorium. ff. de verbor. significat. Iohan. Baptista Asin. in praxi §. 7. nu. 2. & seqq. Et declarat. Natt. cons. 329. nu. 6.* Quod verò territorium E. ad Episcopum spectet, probatur ex eo, quod naturali ratione territorium ciuitati accedit, vt qui ciuitatem † habet, intel- 158
ligatur etiam territorium hal re, ratione connexitatis. *Bald. consil. 357. numer. 1, vol. 5. sequitur Natt. cons. 636. n. 180. vbi addit.* Et qui habet territorium, intelligitur † proculdubio habere iu- 159
risdictionem *Bald. in l. §. initio. n. 2. ff. de offic. præfect. vrb.* vbi dicit, nota, quod in concessis nomine ciuitatis includitur territorium. Et est territorium de pertinentiis & accessoriis ciuitatis. *Innoc. in c. cum ad sedem. num. 2. de restitut. spoliator. Oldrad. cons. 126. in fin. Socin. cons. 74. num. 5. part. 1. Boer. quæst. 227. n. 7.* Cum igitur hic controuersum territorium sit, quoddam accessorium ciuitatis E. in qua sup. ostēsum est iurisdictionem ad Archiepiscopum pertinere, habetis de iure communi fundatam intentionem, quod etiam in territorio iurisdictio ei competat. Et probat hoc quoque in simili casu *Oldrad. consil. 121. num. 15. & seqq.*

Deinde confirmatur iurisdictio Actorum per erectionem furcarum. *Bald. in l. data opera. n. 28. C. qui accusar. non poss.* Patet autem ex responsione Reorum ad 7. art. daß der Galgen im E. Flur &c. Accedunt actus iurisdictionales & executionis, vt in libris iudicialibus, de quibus in prima conuentione, quas exercere in alieno territorio minime licet. *Dd. in l. final. ff. de iurisdict. Bal. in l. si quis ex consensu. d. nu. 10. C. de Episcop. audient.*

Porrò quod etiam ratione bonorum in territorio E. sitorum coram iudicibus M. actum sit, constat ex Frühgerichtsbüchern de Anno 1484. vsque ad annum 1518. Item Vrpfede cuiusdam Knnckeleben / der vber die M. Zöllner vor St. Andressen Thor gezucket / vnd darumb im M.

Hoff ins Gefängnüß geführt worden An.1454. vt in libro vrphedarū, in tertio rotulo actorū.

Item facit, quod Archiepiscopus vectigal per suos ministros recipit in territorio, & non soluentes prehendere & detinere potest, vt in antiquo instrumento Gerlaci.

Item ex artic.27. Alberti clarius videtur probari, iurisdictionem non solum in ciuitate, sed etiam in territorio Archiepiscopo competere
160 per *l. cum prætor de iudic.* Prohibitum in vno † videtur concessum in altero *Hyppoll. Riminald. cōs.*
161 68. *numer.*154. *vol.*4. Exceptio † firmat regulam in casibus non exceptis. *Euerh. in loco ab exceptione ad Regulam.*

Iam alterum quoque requisitum turbationis scilicet, satis probatum puto propriis Reorum confessionibus, vt ex responsione ad 5. articulum hic. Concludo itaque ex iam dictis intentionem Actorum sufficienter probatam.

*De Elisione.* Elisam non esse ex seqq. patere potest. Primò non obstat, quod corpora mortua aliquoties tollere curarunt, quia testes deponunt de casibus, quæ lite iam pendente cōtigerunt, & nullam quietam possessionem Rei probarunt. In cæteris repeto votum Domini Referentis. Ex his omnibus concludo intentatam actionem non esse Elisam, ideoque pronunciandum pro Actoribus, & condemnandos Reos iuxta petitionem Actorum in hunc forte modum. Jn Sachen dritter Conuentionklag/ vnd zwischen gedachtē Partheyen ist allem Vorbringen nach zu recht erkannt / daß den Beklagten nicht gebührt oder gezimpt habe / die Kläger an jrer habender iurisdiction in E. Flur geklagter massen zuuerhindern / vnd zu turbirē / sondern daran zuuiel vnnd vnrecht gethan haben/ auch daruon abzustehen / vnd ernandte Klägere bey angeregter Gerechtigkeit pleibē zulassen/auch daregen gnugsame Eaution vnnd erstattung gebührlichs Interesse zuthun schuldig seyn / als wir sie zu solchem allem Condemniren vnnd verdammen compensatis expensis, vt cautio præstetur victori. *Rosfred. part.*4. *de action. in rem negatoria. num.*15.

## VOTVM DN. CORREF.

### *In d. causa M. contra E. Super materia Conuentionis.*

ACTVM hic quoque ex transactionis Alberti tertio articulo, quo Rei obligantur defendere officiatos & bona Actorū, tam moniti quam etiam vltrò, si intelligant eos grauari, per quem articulum probatur maior. Minor verò ℭ contrauenerint, omittendo vel negligendo, verificatur per testem 3. qui audiuit officiatos conquerētes de ciuib. & aliis, & quotidie timidiores facti d. officiales. Item per 6. testem ad 6. articulum, qui casum recensēt de Rusticis, qui iniuriam intulerunt publicano, qui etiam Senatui conquestus, nec tamen constat quod illum punierint. Idem per 7. testem ad 4. & 5. art. qui audiuit querelas, quod Senatus non punierit. 12. testis ipse molestatus & conquestus. 17. vt adducunt Actores item 88. & 89. Vnde videtur Actorum intentio probata.

*An Elisa.* Pro Elisione dicitur tertium positionalem hic nimis generalem, quia nō allegatur, quod sine causa egerint Rei, verum id ex intentione & verbis articulantium sumi potest. Ideo magis facit, quod dicunt, tempus & locum nec personas exprimi, vt scire potuerūt Rei de quibus casib. querela facta sit, & Actores loquātur, atque iis circūstātiis se defendere, quin & cū in genere tantum ℘barunt Actores, ita in genere quoq; cōtrarium ℭ deductum, videtur sufficere, quia dicit testis 7. quod Senatus aliquot punierit. 12. quod ℘miserit punire. 17. ℭ fecerint, ℭ potuerint, & si quid omissum id forte factum tēpore seditionis, quo tēpore Senatus ordinarius nō fuit, & ita ℘bant, quod in Actorum probationib. obiicitur ex dispositione ad 5. interrogator. tertii & quarti articuli primæ conuentionis, quia 2. & 92. testis Actorum dicunt reddditos captos officiali ad requisitionē, & licet 5. dicat factum contra Vertrág mit Laurez Winterkorn/ de quo & 12. ibid. in inf. conuent. Tamen apparetè contra quoq; tēpore seditionis per d. Senatum omissum, vt & vult Testis ad 7. cōuēt. & alii ibi, latius in exceptionib. Reorum. Quibus accedit, ℭ de iure etiam negligentia talis, quæ hic Senatui imputatur, per testes ita in genere non ℘betur, vt in terminis similib. Ruin. *cōs.*12. *li.*5. *n.*4. per tot. Vbi in potestate loquitur. Cui obiicitur ℭ statua non obseruarit, & negligens fuerit in non inquirendo. Idem Bartol. late ibid. allegatus *cons.*102. *li.*1. Ideoq; non obstāt dicta testium, qui dicunt in genere audiuisse se conquerentes officiatos, quia non concludens assertio, vbi non adferuntur facta cum suis circumstantiis, tempore & persona. Et fieri possit, quod culpa officialiū hæc iniuria acciderit, vel quod Senatus punire non potuerit. Asserenti autem negligentiam maxime, quando est fundamentum intentionis, incumbit probatio, vt clare Socin. *cons.*149. *col.*2. *part.*1. Et quidem in specie non in genere, vt notāt omnes *in c. in præsentia. de probation. vbi Felin. n.*14. Et ratio postulat, quia aliàs certa defensio esse nō potest, præsertim cum de iure, diligens quilibet in officio præsumatur, quod maxime locum habet in eo, qui in dignitate est constitutus. *Crauett. consil.* 240. *n.*3. Nec præsumitur negligentia, quia est delictum, vt ipse Crauetta ibid. Ideò concluderem Reos absoluendos. Propter generalem autem illam probationem saltem posset annecti sentētiæ clausula adhortationis, doch den Verträgen in alleweg vnabbrüchlich/ vel: doch dz Rei den Verträgen zugeleben/ vnnd würcklich nachzusetzen schuldig seyn/ compensatis expensis, vel reseruatis ad finem causæ.

VO-

## VOTVM CORREFER.

SEntio ex transactione præscriptis verbis actionem in factum intentatã, quæ datur adimplenti contractum transactionis contra non adimplentem, *l. naturalis. de præscript. verb. l. siue ap. acta. vbi Dd. C. de transact.* Verum cum hæc nostra transactio vallata sit stipulatione, rectius forte actionem ex stipulatu dabimus. *Rofred. p. 4. de actio. in factum præscriptis verbis num. 3. in fin. & ibi rubr. de actio. ex stipulatu. ead. par. 4. Nat. consil. 465. num. 3.*

*An probata?* Videtur probata esse generaliter, sed non puto Reos ideo condemnandos. Primò, quia testes plerique de auditu alieno deponunt, vnde eorum depositio non valet, *Campeg. de testib. reg. 206.* Deinde negligentia vel culpa, propter quam condemnari petuntur, nulla ex dicta probatione apparet. Testes enim dicunt se ignorare, an senatus punierit. Dubia autem
162 † probatio non releuat. *Crauet. cons. 203. nu. 25.* Item quando igitur de probatione negligentię, vel culpæ illa probanda est clare, pure, & in specie certo & limitato modo. *Bart. cons. 193. n. 5. quem refert & sequitur Alex. cons. 100. n. 3. vo. 1. & late Bar. in d. cons. 102. lib. 1.* Item negligentia probatur ex eo, quod quis officium suũ prestare recusauerit. *Bald in l. mancipia. C. de ser. fug. Crauett. cons. 132. num. 4.* quæ recusatio hic plane non est probata. Concludo itaq; actionem intentatam non sufficienter probatam, ideoq; Reos absoluendos. quoniam tamen, vt supra dictum, aliquid saltem in genere probatum, vnde suspicio nasci potest, non sine causa hanc actionem instituisse. Et ne fortè Rei existiment, per hanc simplicem absolutionem, eos ad defensionem officialium amplius non teneri, vellem hanc clausulam annectere, **Doch daß nicht desto weniger gedachte Beklagte / dem in dieser Sachen angezogenes Vertrags Articul allerdings zugeleben / vnd nachzukommen schüldig seyn sollen /** Compensatis expensis, &c.

## VOTVM REFERENTIS.

### *M. contra E. in eadem causa super materia conuentionis.*

SImiliter actum ex transactione Alberti 6. articulo, quia turbatio ex eo fundatur, vt ex 5. positione vsq; ad 15 Licet enim articuli repetãtur: tamen expresse nõ dicitur, quod ex illa iurisdictione ciuitatis vel territorii eius, in sylua cõtrouersa idem ius controuertum sibi vindicent minus, quod in ea (generali iurisdictione) turbati: sed tantum contrad. 6. art. Alberti. Et quidem quoad dominium syluæ, satis id probatum ex confessione in responsionibus. Item exceptionibus Reorum. Item per testes, vt & ius pascendi & venãdi, &c. Item etiã videtur de iurisdictione generali in 3. positionali cõprehensa, quia constat, quod custodes ibi ponunt Actores, qui pignorant cædentes ligna, de qua re 1. testis ad 2. & 3. artic. Item 5. testis in genere, quandocunque deprehenditur quis, ad 1. interrogat. 8 articuli, & ad 3. articulum. Item 6. testis quod in territorio Archiepiscopi, vnd E. Flursita sit sylua. Item 7. testis audiuit ante multos annos. 19. casum recẽset ante 40. annos. de quodam, qui se interfecit, combusto ab officialibus Archiepiscopi. Item 20. ad 5. art. qui 22. annis, vt custos Foresti, pignorauit **auff der Strassen / vnd vnterm** Thor. 27. audiuit à maioribus. & 29. **daß der Waldt in** Archiepiscopi **Gebiet vnnd Gericht liege.** Facit & liber Actorũ lit. D. **in Engelmans Rechnung** / de anno 1497. vbi ponitur, mulctam solutam ab eo, qui die Walpurgis **Meyen in seinen Garten getragen / vnd mehr geholet.** Similis mulcta ibi anno 1502. eius, qui vulpem cœpit, & sæpius **darinnen gegraset**, vnde videtur probata generalis iurisdictio.

Pro elisione generalis iurisdictionis obiicitur, quod plures testes dicunt ad 4. Interrogat. 4. articuli. Item 7. ad 3. articulum, Senatus **habe allwege die Gerechtfertigt / vnnd Todten auffgehaben** / dum ipse custodis officium gessit. 27. ante 30. annos. 56. testis ad 3. art. hic 89. Senatus **sey** Archiepiscopo **ausserhalb der Statt der Jurisdiction gestendig gewesen** / ad 1. Interrogator. 4. articuli, vt & 90. ad 3. artic. ad Senatum spectare. Idem ad 3. interrogator. 4. articuli, vt & 9. ad 3. articulum. Ex quibus apparet, non esse omninò extra dubium, hanc rem, quoad possessionẽ Iurisdictionis in dicta sylua, cum vtrinque testes contraria deponant, nisi quod iuris præsumptione Actores iuuari videantur, quoad dominium, quia ius habent ibidem mandandi seu prohibendi, cum foresta bannalia iurisdictionis esse dicuntur. *Chassan. rubric. 13. §. 5. des forests.* Deinde & quod pignorare ibi possint, qui actus quoq; iurisdictionis esse dicitur. *Guid. Pap. decis. 139. Chassan. rubric. 5. nu. 97.* Et in specie in foresta *nu. 28. à princip.* Accedit, quod hæc sylua, siquidem non in territorio E. vti supra dictum, Actoribus competere iurisdictionem iuris præsumptione, saltem in loco contiguo, & adiacente existat, adeo vt facilior sit quoque hoc loco præsumptio & coniectura pro Actoribus. Item facit, quod ex d. transactionis articulo 6. ius habent **zu rechtfertigen.**

Verum cum hic nõ ex eo agi videatur, quod Actores iurisdictionem habeant generaliter in d. sylua, licet in 3. positionali hic dicant, eã sitam in territorio, vbi iurisdictio illis competat: tamen non deducitur in specie, an in E. ciuitatis, vel alias certis limitib. circumscripta per se, nec actus alii iurisdictionis, aut exercitium, ex quibus id sumi possit, articulatum, nisi pignorationis, cuius tamen causa & qualitas, sicut & turbationis prætensæ non ex generali iurisdictione, sed respectiue ex 6. artidulo Alberti ponitur.

Ex quo etiam concluſio intelligenda videtur, quia petunt pronunciari factum contra Vertrag/quin potius 87. teſtis ad 5. artic. tertii libelli dicit, **das Weihbildt E. gehe an dz Creutze/ das ſteher am Wege/ der in die Wachwindt gehet.** 6. teſtis opinatur tantum ſine cauſę expreſſione. 7. teſtis de auditu incerto, vt & alia ſimilia obiiciuntur in exceptionibus Reorum. Et quamuis Rei reſponſione ad ſecundum articulum hic videantur id innuere, dum cõtendunt, **Daß der Waldt von Bürgern herkomẽn.** Vnde prę ſumendum magis, ſicut et alia bona ciuium quod in territorio fuerint dicta bona ciuitatis: tamen fundamẽtum vix in eo poni poteſt, cum & teſtes contra aſſerant, **Daß es von St. Peter dem Kloſter herkommen** / quod acceptant Rei, parum ſibi conſtantes, & omnes teſtes dicunt, quod iuriſdictionem habeat Senatus in ſyluis ciuium vicinis, quod ſi in territorio eſſent, ſequeretur & ibi Archiepiſcopum habere iuriſdictionem, vbi tamen non prætenditur, vt nimirum videatur, quod Aduocatus cauſę ad probandam iuriſdictionem in genere, & turbationem eius fundarit ſe in dicto articulo 6. cum tamen nullam mentionem faciat iuriſdictionis, ſed iuris peregrinandi tantum, **vnd zurechtfertigen**/idque certo tempore, quod & cuiuis licere dicunt teſtes in ſuo fundo, nec de conſuetudine tribuere iuriſdictionem omnes fere deponunt, vel etiam ſi tribuat, tamen latius extendi nõ poteſt, quam ad illud ipſum ius: ideo actionem ex dicto 6. articulo tranſactionis ſatis probatam cõſtat, quod ſcilicet officiati pignorare poſſint, illicite cædentes ligna in die Walpurgis.

Quoad turbationem verò ſeu contrauentionem, quod ſcilicet Rei impedierint pignorare cædentes ligna, & reſtituere ablata, nec non & promittere de non amplius pignorando officiales Actorum coegerint, videtur probare ad 7. 8. & 9. artic. per teſtes 1. 2. 3. 6. qui dicunt ſe ita pignoraſſe, ſed repetitũ eſſe pignus per ſenatũ, ꝙ timore maioris tumultus reddiderint, &c. & 20. ꝙ aliqui cuſtodes mulctati à ſenatu. 86. teſtis, qui baculos cæciderat, is pignoratus „ſed officiales pignorãtes **hette** Senatus **dahin gewieſen/dz ſie die widergeben** 86. audiuit in Senatu, **dz einer das Pfandt hette müſſen widergeben**/ꝛc. Et 92. audiuit ita contigiſſe in ſylua, dum ibi exiſterent **die Hauptleuthe vnd Vormünder**/ꝛc.

Pro eliſione huius dicunt Rei 7. art. non cõcludentem, quia non contineatur, an pignorati
163 contra† formam tranſactionis ligna inciderint, vel non, neq; tempus, neq; locus expreſſus. Et licet quidem in genere teſtes quoq; dicant articulos veros, tamẽ non apparere de cauſa & talibus circumſtantiis, quæ per tanſactionẽ requiruntur, vnde apparere poſſit legitime pignoratos, ſed contra potius per ipſoſmet Actorũ teſtes probatũ videri, vt per 3. teſtem ad 9. art. Senatũ prætendiſſe, **dz die Zöllner zu früh gepfändet ehe die Wappener in die Statt kamen.** Et in caſu, de quo 6. teſtis ad 7. art. dicit dubitatur primo an quouis loco, etiã extra ſyluã in die Walpurgis pignorare poſſit, vbi de vſu cõſtare deberet, cũ trãſactio nõ exprimat. Deinde de cauſa dubitatur, an illi, qui baculos, id eſt, **Leßreiſen** auferũt, pignorãdi ſint. vel an ſolũ liceat cędere **Meyen.** Licet .n. veriſimile ex vſu cõi, & d. 6. teſtis dicit, ita cõtineri **in der verkündigung** / tamẽ non cõſtat. Licet & 89. teſtis ad 6. art. dicat, **daß von Meyen verkündt werde**/ quãuis contrarium dicat ad 8. art. **Sie mögẽ Meyen vnd Holtz herauß tragen.** Et plures ibidẽ dicunt, vt 17. 89. 90. 91. hic. Et omnes fere ad 3. & 4. peremptorial. qui dicunt ſemper ita vſitatũ, & ita vidiſſe, quãuis & officiales Archiepiſcopi **im rotẽ Büchlin** in 2. parte productionis ponant, **Schine von Meyen**/Item variãt teſtes in modo & quantitate **der Meyen**/quia 7. dicit, **ein Arm vol Meyen**/ 19. ad 5. dicit, **eine Bürden**/ 29. **eine Handt voll.** Supradicti omnes dicunt pro arbitrio, **ſo viel einer tragen mögẽ.** Alii etiam **von Schleiffen.** Nec certus in hoc videtur eſſe articulus 6. Alberti **Vertrags** / qui tantum requirit, vt ſine damno cædant ligna, de quantitate nihil, niſi quod dicitur, **wie herkomen** / & 86. teſtis, ad 7. artic. hic dicit inique pignoratum, qui **kleine ſtücklin hinweg getragen.** Sed ex eiuſdem 7. teſtis dictis ad 5. artic. apparet etiam de loco, vbi pignoratio fieri debeat, controuerſiam eſſe, quia 3. teſtis dicit tantum in ſylua licere, & quamdiu armati ibi ſunt, cui conſentit 18. & 17. **daß ſie in friſcher That zu pfänden**/ & tamẽ ex actis apparet, quod Actores etiam extra pignorate velint, vt & quidam aſſerunt. Præterea & quod teſtes dicunt, **daß** officialibus pignorantibus **gewehret wordẽ**/ dubia videtur depoſitio, quia non exprimunt cauſam vel tempus, vt 19. ad 7. art. Et 20. teſtis dicit, acccidiſſe ſibi **vnterm Thor** / in genere tamẽ **mit einem/der zu pfänden geweſt**/ vt ad 5. art. ibi, qui & ad 8. art. præſupponit, quod non liceat ciuibus efferre vltra **ein Handt voll**/ in quo tamen ſingularis fere, vnde apparet quoq; quoſ potuerint eſſe eius officialis pignorationes & aliorum inter quos de certa quantitate, tempore ac loco non conuenit, vt & 16. ad 5. artic. dicit, **daß ſie jetzt weiter greiffen vnd pfänden/ biß vnter das Thor.** Iuris enim quod agens ex quacunq; diſpoſitione non ſolũ narrata, ſed etiam qualitatẽ & requiſita eius probare teneatur, vt notant omnes ex Bart. *l. 1. §. quod autem, ne quid in flu. pub.* Plura Felin. *c. 2. nu. 25. de reſcr. Barbat. conſ. 17. li. 2. col. 2. verſ. præterea facit.* vbi tẽpus & qualitas requiritur, ibi, ſi certo tẽpore, phibitus quis ſit intrare palatiũ, & probetur intraſſe, nec tamẽ de tẽpore cõſtet, quod abſoluatur Reus. Et ibid. vbi certa qualitas præſtat ius petendi, ſemper de ea prius conſtare debet. *Alex. conſ. 172. n. 5. vol. 2. Henrichm. conſ. 1. tom. 1. n. 340. deciſ. 122. nu. 3. Pedem.* Et in ſpecie, quando cõmittens aliquid,

non

non delinquit, nisi certo casu, ille casus probandus est. *Ripa cons.25. in fi.& cons.78.n.1.Castr.in l.si quis per aliū.§.docere.nu.3.Ne quis eum qui in ius voc. &c.* Etiamsi sit negatiua illa qualitas, vt ibid. Et Ias.§. *in eum. num.3. cum seqq.* Ita magis in specie, quando tēpus aut locus faciunt factū punibile, tunc punctualiter esse probandum, vt in simili Chass. *rubr.13.§ 4.vers. de la sainct. Michael.* Quod idē videtur hoc casu, vbi modus & aliæ circumstantiæ non videntur satis deductæ, cum in specie articulare debuissent Actores, quinā illi fuerint, qui indebite cæciderunt, & qui contra cōsuetudinē, præsertim cum nobis de vsu sit fere incognitū, & testes hac in re varient, idq; manifesta ratio postulat, quia cū certitudo nō proponitur, non pōt Reus negatiuā seu priuatiuam ēcontra pobare, nisi cognita affirmatiua, *Ias. in l. Titia textores. n.16. de leg.1.* Quamobrem & causæ pignoratorū factorū, ex quib. apparere potuisset, an iustè vel iniustè pignorati (vt dictum) articulari debuissent, aut saltē testibus exprimi & probari. Sed etsi dicta testiū secundū art.7. 8. & 9. intelligantur scil. quod officiales impediti seu prohibi pignorare, indebite incidentes ligna, & ita licet non specificent, aut causas indicent, etiam quimet pignorarunt, præsumptio q̄ recte pignoratint: tamen ex articulis turbationis hic à 5 vsq; ad 10. vltra pronunciari non poterit, nisi quod non licuerit Reis officiales pignorantes impedire, eos qui cōtra transactionis formā indebite inciderunt ligna, pignorare quod non magni momēti videtur, cū ipsimet Rei hoc fateātur, & sempet antiquę lites remanerēt. Quid faciendū scil. si Rei contendant legitime cędentes ligna pignoratos fuisse: de generali aurē iure pignorādi & turbatione, hoc est, siue iustè, siue iniuste fiat, vel etiam de tēpore extra illam diem Walpurgis, quia in spe. ie non est articulatum, præsertim quoad turbationem, in qua 6. art. Alberti tantum alleg tur. qui solū loquitur de die Walpurgis, non v detur pronunciari hic posse, quia iuris, quod etiamsi aliud probetur, quam fuerit articulatum, tamen de eo nō posse pronunciari. Ergo minus quā lo est dubium, sicut hic videtur generalis iurisdictio in **der Weichweidt** *per l.habebat.de instit.act.* Et in simili quando ex consuetudine quis agit, nec probat de ea, quod nō obtineat, etiamsi de iure communi se tueri possit. *Ruin. cons. vlt. n.12. vol.4.* Nec facere videtur quoad iurisdictionē generalem, quod 3. pos. hic ponitur, sylvam esse in territorio sitam, vbi iurisdictionem h beant Actores, & superioritatem, &c. quia non constat, de quo territorio senserint: Et ex supradictis valde dubium, an in territorio ciuitatis: sed vtcunque sit, nec tamen iurisdictio generalis in sylua probata videtur, quia 6. testis 3. positional. dicit tantum **seines erachtens** / nec dicit causam, vel rationem, nisi quod non sciat aliud, nec videtur facere, quod postea dicit, Archiepiscop. **hab jm E. Flur alle Jurisdiction** / quia non constat d. sylvam in eo territorio sitam, nec prętēditur etiam de ea re, neque ex eo probatur, quod pignorarint Actores, quia idem testis dicit ad 1. interrog. 5. articuli, vt & alii omnes, quod quilibet priuatus id possit in suis bonis de consuetudine. Et 7. testis ad d. 3. positionem dicit, tantum se audiuisse de iurisdictone compentente Archiepiscopo. Verum per auditum non probatur eiusmodi fama. *Alex. d. cons.70. n.6. lib.3.* nisi deponerent de publico auditu, aut causa famæ, qui alias posset habere originem ab actoribus. *Brixiens. c.56. n.8.* Imò quod testes deponentes de dominio aut iurisdictione, etiam non interrogati causam dicere debent, vt notant omnes *in c. cum causam. vbi Fel. nu.3. vers. secundo fallit. de testib.* 19. verò testis, qui deponit, **daß** Archiepiscopi Officialis **einen verbrennē lassen** / qui se occidit, singularis est, & 80. annorum, vnde verisimile, quod in facto aut nomine errarit, ad hoc quod pauper & alumnus Archiepiscopi est, & alii testes, qui æque 40. annos meminerūt, de illo aut simili casu pro Actoribus non affirmant, sed contra potius pro Reis vt 89. 90. & 91. ętatis 62. annorum & 22. testis 50. annor. qui & 22. annos custos d. sylvæ fuit. Item 27. testis causam nō apertam videtur addere, dum dicit, se audiuisse à maioribus Actoribus competere iurisdictionem in d. sylua, quia habent ius venationis. Ita 92. dicit tantum, **er wisse nicht anderst**. Denique nec illud satis probari, vel prodesse videtur, quod testes dicūt, Actores habere ibi **zu pfänden, vñ zu rechtfertigen** / quia vtrunq; priuatis quoq; cōpetere sine iurisdictione asserūt testes 6. ad 7. interro. 5. art. 17 86. 69. & 90. Sed etsi Actores haberent iurisdictionem: tamen in his articulis nihil inde quod apparet, clare inferunt, nec petunt, aut conqueruntur, cum plures tamen possint esse species iurisdictionis & turbationis, quarū nulla adducitur, nisi circa ius pignorandi, idq; certo casu tantum, vt d. articulo 7. Ideo ad principiū semper redimus, vt super an iuste vel iniuste pignorationes fiant, nec ne. Verū tamē videtur scopus controuersiæ magis esse (qui tamen in articulis non deductus) nimirum quod iurisdictionem habeant Actores in sylua, absolutam superioritatem & imperium, vt omnibus casibus, quacunque ratione si pignorationes fiant, impediri officiales non debeant, vel interpellari extraiudicialiter, sed siquidem iniuste pignorentur. vel alias lædantur ciues quod tum apud ipsum Archiepiscopum, v qui omnimodam iurisdictionem habeat in sylua, vel apud eius ordinarios conqueri, & agere debeant Rei prout non ex articulis quidem, sed ex responsione Actorum ad 7. peremptorialem huius libelli colligitur, vbi ponunt Rei, **Daß nie keiner vngestrafft blieben / der wider Vertrag gehandelt / würde auch nicht vnterlassen seyn / wo es geklagt worden.**

Sed

Sed respondent actores, credunt, daß Archiepiscopus auff dessen Eygenthumb vnd Gerichtszwang solche Brüche geschehen/zustraffen habe/sey also vnnötig gewesen/jemandt für jnen/ (Reis scilicet) zubeklagen/ &c. Sed & quod contra contendant, in eoq; intentionem Actorum ipsi Rei negent, colligitur ex responsione eorundē ad 9. artic. positam hic vbi non credunt, So jemandt Pfandung verschuldt/daß Senatus einigen Eintrag/oder Zwang gethan/ Aber sonst da man nicht verschuldt/ zuvorkomung der Diener vnrechten Gewalt hat es Senatus gute fug Ideo nihil actum contra transactionem vel iurisdictionem Archiepiscopi. Vnde apparet inter partes principalem esse contentionem, si Rei negent, quod officiales legitime pignorarint, ciues & officiales contra affirment, se pignorasse iuxta transactionem & consuetudinem, quis agere debeat, quod tamen hic in articulis clare non comprehensum, sed simpliciter, quod illicitè cedentes ligna pignorātes prohibiti & impediti cōtra 6. art. Vertrags. Atq; etsi ponatur, quod iurisdictionem habeant Actores in sylua, non tamen articulatur, q; talem cognitionē ratione eius syluæ hoc casu habeant, nec etiam iurisdictio illa in sylua videtur in cognitione iudiciali consistere, sicut alias in ciuitate aut territorio, prout nec actus, similis cognitionis allegatur, & d. sylua sicut alia bona M. videtur hic separata, à iurisdictione & dominio in ciuitate per supradicta. Neq; actus turbatiui allegati, nisi in specie, quoad 6. artic. Vertrags/ ideo
164 non quæritur, an pignorare † liceat ex iurisdi-
165 ctione generali, sed an impediri † possint officiales illicite pignorātes, vti videtur, quod agere debeat, & probare prius illicitam esse turbationem, qui allegat se turbatum, idq; quotiescunque accidit turbatio, sicut & alias etiam in eo dicitur, qui ius habet, & in eo turbatur.

Sed vtcunq; vera hæc, & vix aliter, quam supra dictum, ex iure pronunciari, vel etiam propter dubiā Actorum probationem, quoad generalem iurisdictionē, absolui Reos posse putē: tamen ex æquitate magis, quia in aliis dominus est actor, & Rei subiecti, qui & ipsius officiales in officio suo defendere tenentur, & vulgus soleat plerunq; nimia leuitate in hoc peccare, nec causa adeo magni momenti aut præiudicii, quo ad Reos posset aūt magis nocere Actorib. fortè pronunciari posset, daß Reis nit gebürt/ Actorum Ampteuth/so in der Wachtwindt/ vermög des 6. Articuls Vertrags/pfändē/zuverhindern/ oder zumoleſtiren/ Sondern davon abzustehen/ vnnd so fern sie sich deßhalb zu beschweren/ daſselb Rechtlich oder wie sich gebürt/thun sollē. Vel si domini mecum concludant, & libellum specialiter intelligant de 6. art. Vertrags/ tamen posset dici, geklagter massen: quod ad iurisdictionem in dicta sylua generalē nolim pronunciare, quia mihi non satis probata videtur, cum nō demonstretur, aut etiā articuletur, quod in territorio sita, nec actus deducantur, ex quibus illud colligi possit, aut qui hic controuersi sint. Neque etiam quoad pignorationes extra diem Walpurgis: quia d. 6. art. Alberti nihil de ea cōtinet, nec in specie eius intuitu turbatio exprimitur. Et quamuis Rei in responsionibus latius excurrant, tamen de eo Actores non sunt conquesti in libello, nec petitio vltra querelā præcedentem extendi potest, nedum ad responsiones postea datas, cum lis desuper cōtestata non fuerit, nec decem articulis dictam syluam comprehēdi dicere possum, quia nihil de ea articulatum, proculdubio quod ipsimet Actores dubitarunt, an in territorio sita, alias enim quid facilius, quam hoc exprimere, & pro obscuro illo tertio articulo hic id clare ponere.

Et hoc ipsum (vt dictum) pronunciare licet durum videatur, vt ad singulos actus pignorationis, qui forte iniuste fiunt, prout & officiales, custodes, præsertim & publicani (pro quibus non semper præsumptio est) agere cogantur æquius: tamen, vt dictum, videtur, vt ipsi Rei potius agant, quam è contra, tum quia facilius ipsis, tum etiam quia videntur beneficio affici, dum admittuntur ad syluam, & ne ciues, aut vulgus, vt solent, in ciusmodi rebus, petulantius agant, Senatus id melius & diligentius præcaueat, nec limites quoq; egrediatur, dum via facti contra officiales vtitur. Et demum etiā, quia ipso iure hoc ius seruitutis, die Weyen zu hauwen/ quoad vsum ciuitatis intelligēdum est, *per l. sicui, 9. ff. de seruitutib. &c.* Expensis compensatis, &c.

## VOTVM CORREFER.

SI respiciamus solummodo actus turbationis in 7. 8. & 9. artic. specificatos, sufficit ex stipulatu vel transactione actū esse dicere. Si verò, pgrediamur ad ea, quæ hinc inde de iurisdictione in genere apertius probata & deducta sunt. Actionem negatoriam vel quasi, vt in superioribus institutam esse non immeritò asseremus. Negāt enim Actores Reis iurisdictionē competere in sua sylua der Wachtweydt/ cuius & dominium & possessionem penes Actores esse, non solum per 6. artic. Alberti, sed etiam dictis ex testiū ad 1. & 4. art. hic constat. Item ex propria cōfessione Reorū in exceptionibus cōtra probationes huius 5. conuentionis. Quod ego aūt existimem super iurisdictione hic etiā simpliciter pronūciari posse, plures sunt causę. Prima causa, quod libelli cōclusio & petitio nō videantur repugnare, cum vt generalis mentionem faciat turbationis, an der Obrigkeit/ Herrligkeit/iurisdiction/ vnd Gerechtigkeit Actorum. Ita vt dici non queat hoc modo super non petitis pronunciari. Secundò quod clausula salutaris sit huic libello subiecta, vnde nō est tractandū de aliqua restrictione cum late dict. clausula omnia cōplectatur. *Nat. late cons. 120. n. 23 l. si in*

§. o-

*§. omnium. de action.* Tertia causa, quod iudex de his de quibus ex actis cõstat, ex officio suo pronunciare possit. *Natta d. cons.120. nu.22. Fel. in c. licet Heli. de Simonia. n.28. & Dd. in l. scire debemus. de verb. oblig.* Quarta causa est, quod plenius videmus consulere partibus, si super iurisdictione pronunciemus, alias enim de nouo ea de re litigare cogentur. Denique si coniungamus hic tertium positionalem & responsionem à Reis desuper datam, cum petitione l. belli generalis, necessitate quadam nos adstringi apparet pronunciare super iurisdictione.

*An probata?* Quoad dominium Actorum supradictum illud ipsum, ac simul etiã possessionem satis probatam esse. Et licet Actores iurisdictionem in d. sylua ad se pertinere nõ teneantur probare, cum iuris præsumptione tuti sint aduersus Reos, quos titulum vel præscriptiones probare necesse erit eius iuris, quod in re aliena prętẽdunt Dd. *in §. æquè. Inst. de action, Guid. Pap. cons. 1. n.* 8. Tamen habent Actores adhuc alia adminicula & probationes. quib. d. præsumptio corroboratur, cuiusmodi est id, ꝙ vtraque pars si nõ expresse, tamẽ implicitè fserat, d. sylũã in territorio E. sitã esse. Sic enim respondent hic Rei ad 3. art. quod non credant, **Sondern repetirt Anwalt seine Antworten auff die Articul** tertiæ conuentionis **gegeben.** Ex quo patere videtur, Reos quodãmodo fateri, d. sylvam sitam esse in territorio E. prout nullo in loco id etiam aperte negant: & in exceptionibus contra probationes huius conuentionis fol. 240. his vtuntur verbis: **Vñ damit gleichwol dz jenige so hieroben bey der dritten Klag außgeführet/darauß so viel zuvernemen / daß ein Ertzbischoff ausserhalb der Statt in E. Flur keine Jurisdiction habe.**

Cum igitur referant se toties Rei hic ad 3. conuentionem, in qua solummodo de territorio E. actum est, dubitare non possum, quin Rei sentiãt, d. sylvam in territorio E. esse sitam, prout & Actores in eadem sunt opinione. vt ostẽdi potest ex probationibus huius conuentionis circa principium, vbi dicitur: **Dieweil dieser Waldt ausserhalb der Statt in Flur gelegen / ꝛc.** Quibus verbis Actores satis videntur declarare generalitatem 3. articuli positionalis, quod illis etiam post litis contestationem licet, vt volunt Dd. *in c. dilectus. de ord. cognat.* cui adstipulatur 6. testis hic ad 3. posit.

Quod autem iurisdictio in territorio ad Actores spectet, supra in 3. cõuentione est deduc-
166 ctũ, & habens ius † in toto fundat eius intentionem in qualibet eius parte. Item de iurisdictione M. in d. sylua attestantur 17.18. & vlt. testis ad 3. art. hic. Et dicit 27. testis ad 2 Interrog. 10 articulati libelli, **der newen Eyngriff/es seyen zwey nicht weit von dem Wachtweidt erschlagen worden/darüber haben die M. Amptleuth/die Vhrgicht gehalten.** Et 19 testis ad 4. Interrog. 4. art. similiter recenset casum, &c. Quibus denique accidit, quod omnia alia iura, & pignorandi, & ligna cædendi, pascendi, & venandi in eadem sylua ad Actores spectant, vt per omnes testes, & Reorum confessionibus constat. Ex his ergo puto dominium & iurisdictionem Actorum probatam esse.

Quoad turbationem cõqueruntur Actores, ꝙ Rei non modo impediuerint ministros Archiepiscopi, ne vigore transactionis pignorarẽt ciues die Walpurgis in cædendis lignis excedẽtes, sed etiam recepta pignora restituere coegerint, & in posterum pignorare prohibuerint, quibus actibus turbarint Actores in suo iure & iurisdictione, maxime cum Rei non solum ius imponendi mulctas sibi arripiant, sed etiam omnem iurisdictionem in d. sylua sibi adscribere conentur, prout ex responsione ad 3. positionalem & peremptorialem 7. eiusq; responsione. Vnde propriè Reorum confessione turbatio iurisdictionis probari videtur. Cæterũ quoad probationem turbationis iuris pignorandi, id quoq; partim testium dictis, partim propria confessione Reorum probatur. Et licet testes non exacte de circumstantiis deponant, tamen in eo concordant, **Daß den M. das Pfänden durch deß Raths Verordnete gewehret/vnnd sie auch die Pfandt ohne Abtrag wider zu geben getrungen.** Quod factum cum Rei quoq; non negent, sed in responsionibus ad 7. 8. & reliquos articulos fateantur, excusare tamen nitantur, tanquam iure factum, de quo in elisione agendum. Puto ex his omnibus coniunctis turbationem satis esse probatam.

Vnius enim partis probatio † declaratur & 167
certificatur ex cõfessione alterius partis, & sufficit, quod ex dictis testiũ & partiũ cõfessione eliciatur, id, quod erat necessariò probandũ, vti eleganter tradit Fel. *in c. cum Ioan. n.* 10. *de fid. instr.* Concludo itaq; actionem esse probatam.

*An elisa?* Ad elidendam intentionem Actorum duo fundamenta videntur mihi opponi à Reis vnum, quod pignorationes à ministris M. factæ per Reos iustè fuerint impeditæ & prohibitæ. Alterum, quod ipsis Reis omnis iurisdictio & superioritas in d. sylua competat, non Actoribus. Hoc enim expresse obiiciunt, maximè in 4. Interrogatione ad 4. articulum.

Primum aũt fundamentũ hac ratione confirmant, **daß die Bürger auff S. Walpurgi tag mögen in die Statt schleiffen Holtz/so viel ihnen geliebt / doch dz sie nach jnhalt deß Vertrags sich verhalten.** Iam cum in hoc iure M. suis pignorationib. ciues turbare conarẽtur, iure per Senatũ repulsos, & pignora restituere coactos esse, hoc ita deducunt Rei in 3. peremptorial. &c. Et hoc ius exportandi ligna, quantum velint, probatum videtur per plerosque testes Reorum 3. articulum peremptorialem verũ dicentes, &c. Verum quicquid dicant omnes illi testes, mihi certe verisimile non videtur, vel transactionem

Alber-

Alberti, vel consuetudinē allegatā cousque extēdi posse, vt hoc liceat ciuibus. Primum enim nullum de hac re extat verbū in trāsactione Alberti, Ergo **haben sich** Rei **dieses Puncten halbē deß Vertrags nit zubehelffen.** Sed quod Rei ius quoddā lignandi ea die prætendunt, id videtur facere & contra transactionem, & cōsuetudinē, quæ plerisq; in locis talis est, **dz man Meyen holz zum lust/vnd nit Holtz zur notturfft/vnd da es vmbs Holtz zuthun / würde es nit auff dieses Apostels tag angestelt seyn worden / wie dann des Rhats Gebott/so zuvor auff d' Cantzel geschicht/ dahin allein lautet / daß die Bürger bescheidentlich Meyē hauwē sollē/ ꝛc. Von solches Meyens hauwens halben aber / dz den Bürgern eyntrag durch pfändung beschehen sey/wirdt** in Actis **nit befunden.** Nec obstat, quod pleriq; testes 3. peremptorial. verū dicunt, non enim mirum est. q̄ ipsi fortè putarūt, rem ita se habere, cum tempore examinis 33. anni essēt elapsi, à tēpore cœptæ litis, in quibus sine dubio E. perrexerunt. prætensum ius suum de facto exercere singulis annis, vnde per tot annos facile potuerunt ciuiū animi induci ea opinione, vt pro libitu ligna cędere, sibi permissū esse existimarint, prout dicti testes, nullā aliam concludentem rationem adferūt, quod omninò necessariū erat eos facere, etiam nō interrogatos, cū super iure hic deponerent. Canonistæ *in c. cum causam. de testibus. Roland. cons. 4. nu. 52. lib. 1.* Nec sufficit, quod testes dicunt se vidisse, & audiuisse, cū illud ius non cadat in sensum corporeū, & quod etiam non deponunt, se vidisse ante litem motam, *c. licet. extr. de testibus. Roman. sing. 753.* Nec refert. quod testes quidam dicunt, **Daß es ein alt herkommen.** Prescriptio enim vel consuetudo non probatur, si testes simpliciter dicant præscriptū esse, nisi etiam de tempore deponant, per quod descriptio inducatur: ideo etiam dictorum testium dicta parum probant, per ea, quæ notat Bald. *in dict. l. 3. n. 3. de testibus. & ibi Salycet. num. 7.* Imò necesse sit, vt testes de tempore completo præscriptionis, & quidem ante litem motam deponant. *Bart. in l. Celsus. num. 27. & ibid. Franc. Balb. in l. Celsus. nu. 27. & ibid. Franc. Balb. 4. p. n. 12. de vsucap. Alex. cons. 76. n. 7. in fin. vol. 2. & cons. 108. n. 7. eod. vol.* Cui accedit, quod dicti testes de proprio commodo deponunt, & ideò minus probant, *secundum Dd. in l. in tantum. §. vniuersitatis. de rer. diuis.* Testis deponens ad excusandum factum suum non probat. *Crauet. cons. 99.* Econtra vero Actorum aliquot testes verisimiliora, & magis consentanea consuetudini deposuisse videntur.

Cum itaq; præter testium dicta præsumptio etiam iuris pro Actoribus militet, quod syluam suam liberam à prętenso iure lignandi possideant, Et eidem Rei frustra pro se transactionem allegant, quæ ipsis cædendi ligna facultatē non tribuit, nec etiā cosuetudo, vel præscriptio probata, puto per hoc primum fundamentū actionem non elisam, **daß auch die beklagten auß diesem Fundament nicht befugt gewesen/ die pfändung zu verhindern.** Porrò ꝓ altero fundamento elisionis adducitur, quod omnis superioritas & iurisdictio ad E. pertineat, & nituntur hac in re plurimis argumentis Rei. 1. quod dicta sylua in territorio E. sita sit, vbi ipsis omnis iurisdictio competat, verum ad hoc est responsum supra in 3. conuentione. 2. conantur confirmare ex hoc, **Das Kloster/Spital vñ Bürger/auch Höltzer an der Wachtweidt haben.** Et tamen nullam iurisdictionem ibi prætendunt, sed ea ad ipsos Reos spectet, verū etiam hoc argumētum parum facit, quia Actorum sylua ab aliis separata, vt probatū est ꝓ testes. Separatorum autem † separata est ratio. Et licet partes esse **der Wachtweidt**/concederemus, tamē à parte † ad totū affirmatiue, non recte infertur, *l. in toto. vbi Cagnol. nu. 9. de reg. iur. 3.* Videntur Rei testibus probasse iurisdictionem in d. sylua: sed quia testes neq; de tempore, neq; de loco deponunt, nihil probare videntur. Et possent iam recitatis testium dictis opponi alii testes, qui pro Actoribus deponunt, vt est 6. 7. 19. & vlt. qui iurisdictionem ad Actores spectare dicunt, & actus iurisdictionales referunt: vnde cum alias etiam prę sumptio iuris pro Actoribus sit, quæ iam dictorum testiū depositione corroboratur, puto ex parte Actorum fortiores esse probationes. Deniq; obiiciunt Rei, **daß sie vier grosser Eychbäum abgehawen/vnd Fahnen darauff gesteckt.** Sed hoc argumentū leuius est, quam vt responsione opus habeat, & testes quoq; hanc interpretationem non appobant, scilicet ꝙ iurisdictio inde extorqueri possit. Sequitur igitur alterum etiā fundam. Reorū non esse probatum. 168 169

Cum itaq; Rei nec prætensum ius cædendi ligna die Walpurgis, quantū velint, nec iurisdictionem in dicta sylua, prout de iure requiritur, probarint, concludo adhuc firmiter consistere intentionem Actorum, & actionē non esse elisam. Ideoq; pronunciandū contra Reos, iuxta hanc vel similem formam, **daß den beklagten die Kläger an jrer Obrigkeit vnd Jurisdiction/ auch Gerechtigkeit des Pfändens in jhrem der Klägere Waldt der Wachtweydt zu turbiren vñ zuverhindern nit gezimpt/ oder gebürt habe / daß sie auch solches anstellen / sich dessen hinfüro zuenthalten/ Auch deßwegen genugsame Caution/ sampt. erstattung deß Interesse zuthun schüldig seyn/ꝛc.** Compensatis expensis.

## VOTVM REFERENT.

*In dicta causa M. contra E. super materia Conuentionis.*

ACtum ex transactionis Alberti articul. 31. & 32. Quia Senatus immunitatem habet à vectigalibus, ita tamen vt sine damno & fraude Archiepiscopi fiat, sed cōtra fieri, dum schedulas dare significatorias detrectet Senatus Intē-

tio

rio Actorum probata, quod sine fraude fieri debeat, vnd Bewehrung geschehen sol. Item quoad schedulæ exhibitionem probatur per 6. test. ad 1. interrogat. 5. articuli, qui meminit factum ita per 17. Jahr/ & audiuit von seinen Vorfahren/ ita seruari, &c. Turbatio quoq; probatur non solum per negationem hic, sed & per testem 3. ad 5. & 6. art. qui excusat Senatum, er gebe Zettel/ Aber etliche vuehrliche Bawren behalten die Zettel/ wann kein Zöllner da ist. Item 7. testis ad 6. artic. & 31. man gebe jetzt nicht Zettel/ Sondern wañ Frohnwägen fürhanden/ so zeig man es den Zöllnern mündlich an/ qui & ad 6. artic. non videtur se restringere ad schedulas, vt fraudes tollantur, sed in genere, wann kein Anzeig geschehen/ vt & 19. testis ad 5. & 6. artic. Senatus habe es von Alters herbracht/ daß sie nicht Zettel geben/ Sondern es werde sonst per Senatus Diener angezeigt/ auff welchen Tag Senatus Frohnwagen haben wölle. Quod autem Anzeig illa facta non sit, vt ad secundum peremptorial. Actores in responsione dicunt, id nec probatum, nec articulatum. Ex quibus liquet, quod non teneatur Senatus ad schedulæ exhibitionem iuxta Vertrag/ sed videtur potius illorũ fideicommissum ex eo, quod specialiter secus dispositum, ibi quoad ciues in 32. articulo.

Deinde nec satis clarè probatum, quod non exhibitio schedelæ sit causa fraudis, sed potius rusticorum vel officiatorum, qui non diligenter animaduertunt. Et quamuis testes quidam dicãt, quod Rei miserint schedulas, & ipsi quoque in exceptionibus fateantur: tamen quod ad hoc teneantur, aut arbitrarium non sit, vel mittere, vel denunciare, non videtur satis probatum, quia nec continuatio ita deducta, vel probata, vt præscriptione inductum dici possit, prout nec articulatum.

Nec videtur æquum, duriùs obligari Senatum, quam ipsos ciues, quibus in specie tantum iniunctum zubewehren/ quibus in specie tantum mittunt, vt 91. dicit, eisq; dari Zeichen/ ꝙ idem fieri, quando Senatus mittit ad officiales 31. dicit, unde videtur stricto iure actio elisa esse. Aliàs autem quod planè nõ indicarint Rei (vt supra dictum) etiam non est probatum. Quod autẽ ibi (in peremptorialibus) contendunt Rei etiam denunciationem (die Anzeig) fieri ex arbitrio seu gratia potius, in ea limites excedi' possunt iuris & æquitatis, cum ex dictis testium colligatur, nisi denuncietur, quod fraudes facile fieri possint. Ideo tàm ex iure & æquitate, quã ex transactione, qua damnum domini præcauere tenentur, obligatos existimo, vt & de iure cõmuni profiteri & denunciare tenetur, vnnd ein Zeichen zu nemmen / qui immunis est. *Cum consilio 112. num. 8. libro 5.* Ex Barto. & late Franc. Mare. *quæstione 214. lib. 2.* Et argumento eorum, quę dicit idem *quæstione 589. libro eodem.* Ideo omninò pronunciandũ arbitror, quod teneantur facere Anzeig. De modo autem, quo minus fraudes fieri, possint, ambigo ex dictis testium, quia id non videtur fieri per schedulæ exhibitionem, sed per Anzeig. Ideo posset temperari sententia, vel absoluendo Reos, Doch daß ermelter Raht sein Frohnwagen jederzeit gebührlicher weiß den Zöllnern vermelden / oder anzeigen lassen soll vel vtcunque pro arbitrio suo domini putauerint, securius esse schedulas dari ad præcauendas fraudes, quod ego ex dictis testium non colligo, non aduersabor. Compensatis expensis.

## VOTVM CORREFER.

TOTA lis in ea quæstione consistit, An teneatur Senatus E. qui ex transactione immunis est à Gabellis, suas vecturas (die Frohnwagen) in scriptis per schedulas denunciare vel significare. Actum videtur ex transactione, licet etiam putem actionem in factum generalem recte dari posse, de qua Rofred. *part. 4. rubr. de action. in fact. in genere.*

*An probata?* Solummodo autem hic litem instituta, deß Rahts Frohnwagens halben ex 5. articulo posit. ex petitione Actorum satis constat, & hoc quoque animaduertit, & allegat Aduocatus Reorum in suis exceptionibus contra probationes huius dictæ conuentionis. De iure autem communi Actores intentionem suam fundatam habere apparet *ex l. si publicanus. §. de rebus. ff. de public. & vectig.* vbi textus in terminis & Albericus. Eadem de re Doctor. *in l. final. §. diuus. eodem tit vbi Bart. num. 2. Papiens. in form. libelli super solutione pedagiorum. verb. Panni Brosolini. num. 1. Ioan. Samson. in consuetud. Turonens. titul. des droicts, de peoges. art. 3. circa princip.* In simili materia consuluit Hippol. Rimin. *consi. 57. lib. 5. Roland. à Vall. conf. 79. numero 89. & seqq. vsque ad fin. consilij lib. 1.* vbi concludit contra priuilegiatos, &c. Quibus accedit, quod plerique testes deponunt hactenus datas esse schedulas, prout & ipsimet Rei hoc fatentur in suis exceptionibus. Vnde Actores esse in quasi possessione recipiẽdi huiusmodi schedulas apparet. Quod autem Rei recusarint tandem easdem schedulas mittere, licet in facto nõ clare sit probatum, tamen cum se ad hoc obligatos esse negent, vt ex respons. ad 5 position & 2. artic peremptor. Item ex iam allegatis exceptionib. constat, in eo ipso videntur nõ modo transactioni, sed etiam iuri communi contrauenire, adeo vt si ab hac actione absoluerentur, nullam in posterum publicanis suarum vecturarum professionem facturi essent, vnde mihi contrauentio etiam probata videtur. Nec obstat quod in 3. artic. tanquã in aliis causis inclusum, cum annexorum † sit idem 170
iudicium, & dispositum in vno † debeat etiam 171
habere locum in alio, quando est eadem æquitatis ratio. *gloss. in l. si quis seruo. §. corrumpi. de furt.*

*Bart. & Doct. in l. Marcellus. ff. ad Senatusconsult. Trebellia.* Deinde facit, quod verba transactionis ad terminos iuris communis reduci debeant, vt minus illud offendatur, *l. fin. §. in computatione. C. de iure deliber.* Cuius quidem iuris communis dispositio est, vt professio fiat, vel Bulleta mittatur, per iura supra allegata. Item verba transactionis non debent trahi ad iniustum. *Bart. in l. gerit. de acquirend. hered.* Sed iniusta sequerentur, nisi Bulletæ darentur, quia fraudes facile committerentur. *Panormitan. consil. 68. in princip. lib 1.* Accedit consuetudo notissima, quia eiusmodi schedulæ passim ab immunibus ad Gabellarios mitti solent, quæ consuetudo cum sit quodammodo generalis, debet etiam seruari in loco particulari. *Roland. à Valle consil. 52. num. 24. vol. 3. Ruin. consil. 25. num 9. volum 5.* vbi dicit esse communem. Vt interi- taceam. Reos etiam iuramento adstringi ad conseruanda iura Actorum. His itaque sic stantibus, satis probatum puto, Reos tam de iure communi, quam vigore trãsactionis & consuetudinis ad dictas schedulas dandas teneri. Et licet de contrauentione non sit satis probatum, tamen quia ipsi aperte negant se teneri, non video, quomodo absolui possint. Si enim hoc fieret, ipsi in posterum hãc significationem omnino emissuri essent, magno cum damno Actorum, quare pronunciari ita posse putarem, **daß die Beklagten jre Frohnwagen durch jre Zettel anzuzeigen schüldig seyn.** Sic enim habet petitio Actorum. Et hac sententia (iudicio meo) minime grauantur, cum ipsimet asserant, hactenus se quasi semper eiusmodi schedulas dedisse, nec vllum allegant impedimentum, vel incommodum, cur illis hoc facere graue sit. Quod si vero dominis magis placeat, vt liberum relinquatur Reis, suas vecturas vel per schedulas, vel ministros indicari, non repugnabo, modo illis hoc iniungatur. Vereor tamen ne abutantur hac libertate Rei, & in posterum nullas mittãt schedulas. Expensis compensatis, & omisso interesse, quia contrauentio non satis est probata.

## VOTVM D. REFERENT.

### *In d. causa M. contra E. super materia conuentionis.*

PVto non obscure hic colligi actum ex transactionis Alberti art. 2. quo Rei tenentur defendere iura Actorum, cõiuncto eo, quod non defendendo, sed permittendo forum salis alibi,
127 †quam in loco solito celebrari, turbarint eos in iure & possessione eius fori, quo casu etiam vti possidetis, agitur, vt notatur per Chassan. *rubr. 13 §. 2. n. 7.* Licet id magis videatur tribui, quando agitur cõtra eos, qui contendunt idẽ ius aut possessionẽ habere. Ideoq; impediri vtentẽ Pet. Iacob. *in libell. de Furn.* Hic ius videtur potius poni pro fundamento actionis transactionum.

*An probata.* Probatur sufficienter, quia cõstat, hoc Actorum esse ius in ciuitate certum, ne sal vendatur extra forum solitum, ex testium dictis ad 2. art. hic, vbi & 3 testis dicit verum, quia vidit punitos, per officiales eos, qui alibi sal vendiderunt, & ad 10. art. putat ita famã esse, quod ante tumultũ Rusticũ in alio loco non fuerit venale, vti plures alii de possessione Actorũ ad 3. art deponũt. Ita quoq; liquido probatur 4. positionalis ex d. art. 2. vt & per testes hic, &c Contrauentio aũt liquet ex 5. art. saltẽ, quoad factum, scilic. alibi venditum fuisset sal, idque sciente Senatu. Deinde quod potuerint ita vendentes cõtra ius Archiepiscopi impedire, maxime, quoad ciues, incolas & subditos, Similiter probatur, quia id cõstat ex eo, quod iurati sunt, & expresse dicunt testes Actorum plures ad 4. interrogat 7. libelli Senatus **sey der Bürger mächtig.** Quod autem nõ prohibuerint cum effectu, patet ex eo, quod multi testes dicunt, indifferenter ad 5. art. quod viderint sal vendi ante portas. vt in probationibus hic, neque prohibitum, vt 3. testis ad 8 art. & 7. testis, quod Senatus impedierit officiales volentes punire, **die ausserhalb feil hetten.** Item ad 6 & 7. ar. **Sie heiten wol wehren können** & ad 8. art. post multam & laboriosam interpellationem officialium, tandem impediuisse Senatum illud forum. Et quamuis ad exttaneos vendentes, putent plerique eos non potuisse prohiberi à Senatu, ne venderent in via publica, vti quidem verisimile, tamen & credibile, siquidem quod sui erat officii, feciissent, cogendo suos ne alibi venderent, reliquos extraneos extra forum solitum solos vendituros non fuisse, & sic cum Senatus causam quodammodo dederit huic rei, videtur quoq; ex ea culpam tenere. Ex quibus patet responsio ad peremptoriales, quæ in hac exceptione potissimum consistunt, scilicet, Senatum non potuisse compellere extraneum. Pronunciarem igitur simpliciter, non licuisse Reis iuxta petitionem, cum expensis, nec videtur adeo magni momenti res esse, cum non diu durarit illa venditio extraneorum, sitque in futurum magis admonitio, &c. Quoad petitionẽ ratione impeditæ pignorationis non videtur illa sufficienter probata per testes, quia 7. tantum dicit, **daß straffen oder büssen sey verhindert, man habe aber doch gepfändet** &c.

## VOTVM D. REFERENT.

### *In d. causa M. contra E. super materia conuentionis.*

ACtum quasi negatoria, ratione turbatæ iurisdictionis, vt ipsæmet partes declarãt, cõnexo tamen possessorio retinendæ, quia possessionem maxime vrgent, intentionem, quoad omnia puncta probatam, quoad iurisdictionem scilicet, vt supra in libellis, de vtroque iudicio.

Quoad

Quoad primum punctum in tertio articulo, cui annecti posse videtur decimusquintus articulus hic, quod contrauenerint Rei iudicando, in causis non hæreditariis, quarum tamen cognitionem solummodò habét ex transactionis Bertoldi 13. articul. probatur per confessionem. Item & testes ad secundum, tertium,& decimumquintum articulum, vbi tertius testis dicit, daß Rei Zinßherrn geordnet/ von welchẽ Geistliche vnd Weltliche jre Zinß haben fordern müssen. Idem dicit 5. 12. audiuit. 34. 52. Senatus habe allewege vber Erbgüter ausserhalb Erbfallen erkandt. 53. Sie haben müssen klagen für den Zinßherrn/ &c. vt etiam in exceptionibus fatétur,& deducũt latius Rei. Quod autem non competat illis hoc ius cognoscendi extra Erbfäll/ satis clarum videtur ex supradictis cõuentionibus, & hic similiter ex dictis testium, qui dicũt, quod Actores iurisdictionem habeant in huiusmodi iudiciis. Deinde, quod specialiter tantum concessa Reis cognitio in Erbfäll/ex d. Vertrag satis patet, sub quib. Erbfällen/ non comprehendantur causæ hereditariæ, vt dicit testis 5. hic ad secundum articulum Interrog. 3 &c. Quod hæreditaria debita etiam post obtentam hereditatem coram seculari Archiepiscopi Iudice petenda, &c. Præterea colligitur ex eo, quod testes in specie tantũ von Erbfällen cognitionem Senatui competere affirmant: Ergo in aliis excludunt, & quidam etiam de negatiua exprimunt, quod non competat illis ad 3. Interrog 2. articuli 5. & 21. Die Sachen ausserhalb Erbfall vber Erbgüter gehören für das M. Weltliche Gericht. & 78. testis, quod Rei cœperint primum de iis cognoscere tempore tumultus rustici, quod & Rei ipso facto fatentur, dum vt testis 18. 42. & 52. ad 15. articulum dicunt, Dz sie die Zinsherrn widerumb abgethan.

*De Elisione* ? Adferunt Rei pro elisione supradictos testes, qui affirmant, daß sie (Senatus scilicet) vber Erb erkandt. Sed respondetur ex supra adductis in contrarium, quod non iure, sed de facto potius. Deinde quia testes allegati à Reis in exceptionibus loquuntur von Erbgütern/ die in Erbfällen/ de quibus non est controuersia. Secundò dicunt Rei id fieri per modum compromissi, tanquam in arbitratores, quod de iure licet, sed clarè apparet contrarium ex dictis testium. 5. Daß sie die Zinß haben fordern müssen von den Zinßherrn. Et clarius 78. ad 2. articulum expresse dicit, turbatos Actores man habe Schuld vnd Zinß corã Reis fordern müssen/ vt & 52. ad 15. artic. Vnde concluditur turbationem probatam, intentionem Actorum non elisam. Licet enim Iudex etiam superior aspernari non debeat, si partes componant, vt not. Contard. *limit. 22. nu. 9. in l. vnic. C. si de moment. poss. Cæpoll. cautel.* 37. tamen id arbitrarium esse debet, vt absit fraus, quod quidem in quibusdam hic obseruatum videtur, vt 89. ad 14. artic. tamen in multis aliis secus, quia coacti fuerunt, vt supra. Quare concludo pronunciandum, daß Reis nicht gebürt habe Actores Innhalt 2 & 15. artic. zu turbiren vnd zu verhindern/ cum expensis, si commodè fieri possit separatio.

### *Quoad secundum Punctum* belangendt Kummer bey den Wirten.

Probatio huius puncti 4. articulo hic comprehensi sumenda est (vt puto) ex 2. articulo & aliis hic repetitis, quia forte pars sit, iudiciorum † Arresti & iurisdictionis, quæ diximus supra ad Actores spectare, & quamuis ius seu possessionem huiùs iuris arrestandi, Deß Gerichts erkändte Kummer bey den Wirten zu thun in specie non articularint Actores, tamen iuris videtur non controuersi pignorationes, & magis tales arrestationes ad executionem pertinentes, eis qui iurisdictionẽ magistratuum seu iudiciorum exercitium habent, competere, vt suprà in prima conuentione, & hic fieri ad finem præparandi iudicia, vt caueat arrestatus de iudicio sisti, & vt mulctas soluat, vt colligitur ex Registris Actorum, &c. Et præterea specialiter quoque hoc loco ex 15. articulo Bertoldi de eo videtur probari, atque eiusdem rei possessio in genere saltem (licet non in specie, der Wirtshäuser halben/ in quibus tamen non apparet diuersitatis ratio) per Reorummet testem 19. addit: 4. perempt. probatur. qui dicit der Vitzethumb Kummere. Et ibid. 39. M. habe es zuthun. & 56. Das Kummer stehe Archiepiscopo zu. 175

De Reorum vero turbatione satis liquet ex responsione hic & per testes.

Quod pro elisione solum adferunt Rei, ideo reuocatũ & contradictum Arrestum, quia non liceat Actorum ministris intrare ædes ciuium, non videtur ad rem facere: Licet enim hoc per plures probetur, tamen in specie hic de eo non cõtenditur, sed in genere satis probatum, quod liceat arrestare, nec contrarium allegatum per illos deductum, an in vel extra ædes arrestantes turbarint, & testes in prima conuentione dicunt, plerunque extra ædes stantes facere huiusmodi citationes & arresta: ideo concludo, & in hoc puncto contra Reos pronunciandum cum expensis; nisi quod secus videatur propter generalitatem libelli Actorum.

### *Quoad tertium Punctum*, Vom Verbott auff Güter zu thun.

Huius puncti decisio videtur quodammodò ex præcedenti dependere, quia Verbott auff Güter zu thun/ † nihil aliud esse apparet, quam arrestare bona propter debita, aut saltem similitudinem habere, vt idem ius sit statuendum, prout & testesmet dicunt Reorum, Sie kön-

nen dem Gebott keinen Namen geben/ vt 18. Ideoq; non sine fraude, vt videtur, ministrorum, &c. Et quamuis Rei hic melius de possessione probare videantur, vt in exceptionibus deducunt. & præsertim per testem. 89. & 91 qui semper viderunt & experti, quod Senatus visitarit ita, quam diu meminerit: tamē non videtur adeo sufficiens probatio, cum forte non multo tempore ante litem cœptam factum, & ita ob id ipsum iam actum sit, & siquidem iam antiquiores actus haberent, im Rahtsbuch/ vt allegant, debuissent producere.

Ad id quod obiiciunt, non licere ingredi Actoribus ædes ciuium respondetur, vt supra, Minus facit, quod allegant pro elusione, quasi maiora habeant regalia, & maiorem partem iurium, quia id ipsum magis dubium ex parte Reorum, supra in prima conuentione dictum, quod & præsumptionem facit pro Actoribus. Quamobrem & hic similiter contra Reos pronunciandum, nisi clàm addendum putent domini reseruatoriam, si fieri possit, ex 87. teste ad 7. articul. hic, qui dicit, recedentibus ex vrbe licere talia mandata facere.

### *Quoad quartum Punctum, de inquisitione contra vulnerantes.*

Hinc punctus 9. art. cōprehenditur, & constat generaliter inquirēdi ius cōtra delinquentes competere iudicibus vel magistratibus, qui ius puniendi habent, tam ordinariè, quàm extraordinariè. Cum autem hic interrogatio vulnerati ab eo iudice fiat, qui ius puniendi habet, vt indicetur vulnerans, & nihil aliud sit, quàm inquisitio ad puniendum delinquentes, videtur Actoribus competere, & quod habeant intentionem fundatam (licet possessorium hic non deducatur) vel ex eo, quia præparatorium est, ad pœnam infligendam ordinariam, & ratione officij Magistratui incumbit, idque magis hic dicendum, cum & aliàs Actores in fortioribus terminis inquisitionem ex officio habeant, etiam ad purgandum, vt 20. articulo Bertholdi.

Peremptoriales autem Reorum in additionalibus hunc articulum non elidunt. Siquidem enim officiales non indicent Reis vulnerantes perquisitos à se, aut si non puniant, ordinaria via contra ipsos vti possunt, & maximè hic non attendendum, quia in specie non probatum, nec præsumitur etiam, cum commodum inde habeant, sicut nec satis probatur, quod delinquentes moneantur ab officialibus, vt effugiant pœnam, quia 5. & 26. testis dicunt, se id non credere, prout nec verisimile, vt supra. Non obstat, quod alij dicunt, Senatus habe den Angriff Forschung vnd Tortur/ quia illa sunt quædam connexa inter se, nec possent esse sine iudiciis & ordinaria inquisitione ad effectum torturę. Hæc verò inquisitio ad mulctam tantum præparatoria, non vaga, aut etiam ad torturam ordinaria non impediens etiam causam, quæ reis competit, si necessaria sit. Ideoq; simul stare possunt. Concludo, cum turbatio in confesso sit contra Reos pronunciandum, compensatis expensis, quia causæ inquisitionis videntur dubiæ & permixtæ, nec possessorium ab Actoribus deductum ex actis in specie.

### *Quoad quintum Punctum* Beulen / braun vnd blaw/ *in 1. artic. controuerso.*

Defendendum videtur ius Actorum ex generali iure mulctandi & Iurisdictione Actoribus competente; aliàs dubitari posset, cum in specie nō deducatur, vnde sumatur, nec ponatur in Anschlägen nec reperiatur mentio in antiqua litera Gerlaci, vbi à principio tantum dicitur, Niemandt sol den andern beklagen (quod videtur significari, ne coram iudicibus ordinariis dè eo agatur) vmb Backenschläg / Scheltwort vnd Reuffen in Gottfrieden vñ Burgfrieden/ es sey dann Blut/ Runst/ Heimsucht oder Todtschlag oder Knürtel mit bedachtem Muht/ fortè quia dicta priora capita vel delicta ad Reos spectat mulctare, vti iam etiam in confesso est. Verùm quia ibidem pro Reis nullum argumētum est, quoad Beulen / Braun vnnd Blaun magis id accedere videtur similitudini ad Knürtelschläg / quod ad Actores pertinet. Ideo aliquam pro Actoribus præsumptionem facit.

Notandum hic vocabulum Heimsucht † significare: Wann einer einen in seinem Hauß mit gewapneter Handt suchet zu tödten / Nota Chilian. König. in sua practica, *ca.* 138. Ex Sachsenspiegel. Verùm id magis præsumendum, quia iuuantur Actores, possessione non adeo recenti, quamuis de ea nihil in specie articulatum probatur: tamen illa possessio Registris antiquis, etiam cōtinuata, vt im Wundenbuch &c. similiter im Vicit Buch. Nec testes hic omnino cōtradicunt, sed forte si articulatū fuisset in specie idem affirmassent. Igitur ex his coniunctis concludo intentionem actorum probatam. † 175

*De elisione.* Non satis elisam. Nec enim obstat, quod pleriq; Reorū testes ad 8. Recōuentionis. 23. art. & 13. perempt. 1. conuentionis dicunt, Reis hoc ius competere, ita exercuisse, also herkommen/ & semper se ita audiuisse atque expertos. Nam neq; tempus certum, neq; causam affirmant, nec præscriptionē allegant, &c. Ex his concludo pro ipsis Actorib. pronunciandū. Nam & ipsi Rei in newen Eydtlichen Libell ad 14. art. fatentur, daß dem Vitzthum 5. ß. davon gebüren/ compensari possent, expēlę, quia testes fere de fama dicunt, nec præsumptio pro Reis omninò deesse videtur, cum Scheltwort/ Braun vnnd blaw/ Schläge / reuffen &c. wañ darauß Beulen nit werden / referantur simul coniunctim vnter kleinen Brüchen / quasi similitudinē habentium d. Chilia. König. *d. c.* 138. *n.* 10. Ita quod nec illos sua possessione priuandos putarem, distinguendo, modo aliquid certi probassent.

Quoad

*Quoad 6. Punctum,* von Gewehren der Häuſer in *12. Articulo.*

HIc iterum abs re non fuiſſet, ſi ſpecialem deductionē feciſſent Actores, quod traditiones ſeu executiones, & immiſſiones decretę in iudicio per M. ipſis competant, & à ſe fieri ſolitæ ſint, ea ratione ſaltem, quia ſimiles executiones Reis commiſſæ, vbi & præſentes eſſe debeant, & quia teſtes variant. Videtur tamen & hic intentio Actorum probata, partim per ſupradicta argumenta cum ſimilibus, quod hæc executio connexa ſit planè iudicialibus, quæ ad ipſos ſpectant, partim etiam quod probetur per teſtem primum, qui audiuit, **daß etwa ſolche zuſchickung nicht geweſt/** ꝛc. Nec præſentiam miniſtrorum ſenatus, quam plerique affirmant, in vſu fuiſſe, hic obſtare exiſtimarem, quia in ſimilibus ſupra de certa cauſa conſtat præſentiæ ſcilicet, tumultus vitandi, & de traditione annuli, quod Actores prius eam fecerint, ac turbati ſint, dicit clare 5. teſtis hic, & annuit, tertius Archiepiſcopus **habe Gerichts halben Gerechtigkeit an den Häuſern 16. die M. vbergeben den Rinck/** Senatus **Diener ſtehen allein dabey/** tumultus vitandi cauſa, &c. Et quod maiorem partem pecuniæ, ſcilicet M. habuerint *6. ſ.* Senatus tantum *1. ſ.* vnde etiam argumentum ſumi poſſet, &c.

Hinc certior quoque & melior videtur poſſeſſio Actorum, ideoque intentio eorum probata. Nec impedit (quod vel vnicum argumentum eſt Reorum) quod teſtes aſſerunt, **daß ſie Gerechtigkeit an der Bürger Häuſer haben/** quia vtut ſit, tamen cum hæc magis connexa ſint iudicialibus, & per iudices quaſi in re præſenti fiant, ipſis potius videtur competere traditio, & ſententiæ executio, prout aliàs regulare, quod is exequatur, qui cognouit. Nec præſentiam Reorum hic refragari per ſupradicta. Vnde concludo contra Reos pronunciandum cum expenſis, ſi fieri poſſit, quod vix puto, propter perplexitatem punctorum.

*Quoad 7. Punctum de Appellationibus ad Archiepiſcopum, Articulo 13.*

DIximus quidem ſupra in 1. conuentione, 11. Octobr. Anno 77. iure ſuperioritatis ex
196 iure communi, quod † appellationes ad Actores fieri debeant, videri idq; magis, cum & confeſſiones Reorum & probatio poſſeſſionis aliqua adſit Actorum, vt per teſtes ibidem deductum, & caſus ponitur præterea in lib. D. liter. Q. *vol.* 4. Actorum, quæ omnia non parum quidem vrgent, atque intentionem Actorum fundatam eſſe probant, verumtamen non puto interim rem omninò ſcrupulo carere, ſed quædā ſubeſſe dubia conſideranda. Imprimis, quod caſus certi non articulati, vt in poſſeſſorio, certa poſſit eſſe diciſio, teſtes verò plerique in genere tantum aſſerunt, Appellationibus delatum, nullo tamen caſu, nec tempore certo expreſſo, &c. Quod ſi dicatur negligentia Cōmiſſarij id factum, qui forte dicta Interrogatoria diligenter non propoſuerit, eadem tamen negligentia videtur etiam commiſſa in peremptorialibus, quod interrogauerit ad additionales, quos ipſe Commiſſarius profitetur non adeſſe: & cum omnes teſtes generaliter tantum ſine expreſſione caſus ibi deponant, fieri poteſt, quod inanimaduertenter depoſuerint, animaduertenter forte ad principium tantum, quod loquitur de appellatione ad Senatum, argumento eſt quod dicunt aliqui notorium, quod tamen non reperitur quoad appellationes ad Archiepiſcopum, præſertim de tempore antiquiori, id eſt, ante tumultum, & litem cœptam, nec eius adeo frequentes caſus, ſed vix pauci adferantur. Ideò id colligi ex 31. teſte, qui dicit additionalem ſimpliciter verum **habe es ſelbſt geübt/** Ita in petitorio dubium non leuius oritur ex præfatione tituli 14. tranſactionis Alberti, ex qua colligitur principalis intentio diſponentium, & cauſa finalis, vt notant omnes ex Bar. *in l. fin. de hæred. inſtit. & idem in l. ambitioſa. n. 27. de decret. ab ord. fact. Plura Deci. conſ. 600.* Procœmium autem huius §. rationem, & finem habet diſpoſitionis expreſſam, **dem Rechten zu ſteuwer / vnſern Bürgern Koſten vnd Schaden zu verhüten/ ſey die Straff vom Weltlichen Gericht** ad Senatum **zugelaſſen/** Hoc eſt, quātum ego colligere poſſum, ob eam rationem, quia de alia non apparet, ideo pro expreſſa habenda. *Crauet. conſ. 118. numero 8.* ne M. appellando partes ſumptibus vexentur, & propter diſtantiam loci lites differantur. Ideò hac ratione diſpoſitionis manifeſta videtur, vlterior appellatio ſublata, quia ſi eadem concedatur, non ſolum eluſoria erit diſpoſitio, ſed etiam maiores ſumptus & lites longiores futuræ ſunt, propter medium tempus, apud Senatum intercedens, contra regulam iuris, de qua Crauett *conſ. 137. numero 14.* Item ex verbis *eiuſdem §. in fin.* poſitis, hoc ipſum clarius videtur ſublatum, ibi, **Was alſo an deß Gerichts gewöhnliche Vbung / oder auch von dem Rath erfordert/ ſoll der Rath vnverzüglich/ auff ſtundt an / ohne auß vnd darob ſeyn/ damit vollnziehung geſchehe.** Et ita diſponitur vel appellatione facta, ad Senatum, vel ea non facta, ſtatim ſine contradictione executio fiat. Nam ſi vlterior appellatio admittatur, fruſtranea erit diſpoſitio, vt ſupra dictum, quæ tamen interpretatio de iure nunquam ſumenda. *Matheſil. ſingul. 94. Felin. capi. Rodulphus. numero 4. de reſcript. Curt. Iun. conſilio 172. numero 4.*

Quin & ita intelligendum eſſe illam clauſulam de exequendo, vt appellatio tollatur in ſtatutis & legibus, doctrina extat Doctorum in

ſpecie *in l. 2. vbi Rapha. Cumanus mihi. numero* 31. Cuius dictum egregium dicit Iaſon *in conſil.* 187 *num. 6. verſ. ſimiliter. volum. 2. quos refert & ſequitur Contard. de moment. poſſeſſ. in nota. numero* 20. Et licet is variè diſputet hoc dictum ex Bartolo: tamen hic minus dubij videtur, vbi certa causa expreſſa eſt, neque permittendum, vt indirectò partes incurrant, quod directò vitare voluerũt, & in ſimili Blancus *de compromiſſis, quæſt.* 10. *numero* 19. *verſ.* 5. prout etiam non admittendum, quod eluſoria inanis aut vacua ſit tractatio, vt in terminis tranſactionis. *Dec. in cap. paſtoralis. de appellat.* Nec videtur dici poſſe id factum, quia ſperarint, rariores futuras appellationes, quia ſi id ſenſiſſent, tranſactione hac opus non fuiſſet, quin & experientia docet plerunque contrarium, vt ex curſu communi, vt plurimum appellant, qui ſe læſos putant, vel etiam qui lites protelare cupiunt. Et hæc ſententia non ſolùm verbis, & rationi tranſactionis videtur cõuenire, ſed etiam conſuetudini quorundam, argumento eorum, quæ notat Franciſcus Marcus *deciſ.* 419. *part.* 1. Et licet hic propter nimiam diſtantiam loci æquum putent ad vitandos ſumptus, tamen & eodem argumento motos conſtat, hic tranſigentes propter diſtantiam, vt & in priuilegij libro, & ipſe Archiepiſcopus reſeruat ſibi poteſtatẽ delegandi iudices in 1. inſtantia, intra tamẽ ciuitatem, quod hic quoq; facile fieri potuiſſet, ſi voluiſſent. Neq; ergo hic aduerſari videtur generale illud, quod in pactis & ſtatutis ſemper præſumitur, excepta ſuperioritas, eiusq; ius reſeruatum. *cap. veniens, de iureiur.* præſertim quoad ſuperioris appellationes, ita quod nec ſtatuto prohiberi poſſint, notant omnes *in l. omnes populi, vbi Bolognetus numero* 105. Et in fortioribus, etiamſi generelis commiſſio ciuitati facta ſit, Baptiſta Seuerinus *in d. l. omnes. num.* 48. Imò etiamſi conceſſa ſit omnis iuriſdictio, aut ſpecialiter etiã prouiſum de iudice in aliquo loco, quod tamen id intelligatur de prima iuriſdictione, & per ſolam reſeruationem ſuperioritatis intelligitur dominus ſibi reſeruaſſe ius ſecundarum appellationum. *Iaſon conſil.* 161. *volum. 2. nu.* 1. ſicut & aliâs illud ius ſupremum non facile quis præſumitur, aut vix etiam poteſt abdicare. *Natta conſ.* 593. *num.* 22. & magis in ſpecie *conſ.* 580. *num.* 24. qui vt illud in dubio conceſſa iuriſdictione etiam generaliſſima verum ſit, tamen vbi ex verbis & mente ſecùs intelligitur, & ne fruſtranea videatur conceſſio, vt ſuprà, non videtur id locum habere, tùm quod in certis non ſit locus coniecturis, tùm quod ex contractu ſuo decipi quis non debeat. *Crauet. conſil.* 70. *num.* 28. Et hic in ſpecie de iure appellandi actum non ſimpliciter aut generaliter, ſed certa & expreſſa de cauſa, quæ non eſt in aliis generalibus conceſſionibus. Nec facit, quod ſtatuto impedire non poſſint eiuſmodi appellationes, quia ratio manifeſta eſt, ne præiudicetur ſuperiori, quæ ceſſat, vbi ipſe eã de re paciſcitur. Nam cum Princeps remittit de iure, ſuo, nõ videtur tractari de eius præiudicio, vt d. loco Bolognet. & pactis priuatorũ renunciari poſſe conſenſu communi. Ergo magis conſenſu ſuperioris. *Crotus in l.* 1. §. *final. numero* 3. *de verborum obligat.* Sic non videtur obſtare, quod dicitur in allegato priuilegio ex libro Reorum litera O. *numero* 23. vbi conceditur priuilegium, ne in prima inſtantia ciues E. M. trahi poſſint, ſaluis tamen appellationibus, quia illa clauſula, *ſaluo hoc puncto tranſactionis*, intelligi poteſt de illis cauſis, in quibus adhuc certum eſt, appellari ad Curiam M. vt in ſpiritualibus, de quibus etiam ibi agitur. Item & criminalibus forte, idque ex regulis iuris, ne incontinenti diſponentes ſe corrigere videantur, quia eodem fere tempore tranſactio & conceſſio facta, & ne videantur partes ſibi repugnate voluiſſe, quod futurum videretur, ſi indifferenter omnes appellationes in omnibus cauſis reſeruatas dicamus, cum tamen ſumptum vitandorum gratia ſpecialis in hoc prouiſo facta, in qua nulla mentio reſeruatæ appellationis, vbi tamen magis neceſſaria videbatur, quã vbi de prima inſtantia tantum diſpoſitum fuit, quo caſu facilius ſubintelligi poterat, & id ipſum, quod omiſerint, argumento eſt, noluiſſe, Actores eas reſeruatas eſſe, quia nõ minus facile hic erat quã ibi exprimere, *arg. l.* 1. §. *ſin autẽ. C. de caduc. tollen.* vnde concludendum videtur, vt ſupra, non obſtare etiam q̃ ſuperioritas ſemper præſumitur excepta, per ſupra deducta. Et quia id intelligi poteſt in reſeruatis Principi ſummis, & non applicabilibus. Item vbi nullus omnino eſt ſuperior, ad quem appellari poſſit, vt in Imperatore, & alio nõ recognoſcente ſuperiorem, ſi talis cõqueratur, aut de præiudicio eius agatur, vel iure ſupremo conſeruãdo, maxime cum & aliàs appellationes non raro imperij tantum ſimpliciter, interdum mixti eſſe dicantur, nec ſemper de reſeruatis ſummis. Itẽ non omnino obſtare videtur, quod ſupra in prima conuentione dictũ eſt, confeſſione ſcilicet Reorũ propria, probatũ eſſe, hoc ius † appellationis Actoribus cõpetere, quia in allegatis ibidem omnes limitant, ita quod talis confeſſio † non noceat, 177 178
ſi error probari poſſit. *Gabriel. de confeſſ. Rom. conſ.* 391. *n.* 3. maxime quando factum eſt implicitum *Bellam. concl.* 693. qui error non ſolùm ex ſupra dictis, tranſactione ſcil. & pactis probatus videtur, ſed etiam ex eo, q̃ conſtat contradictum eſſe, non ſolum An. &c. 21. &c, quod etſi factum paulò ante litẽ cœptam, tamen & inde apparet, errorem eſſe, q̃ teſtes quidam dicunt, cœpiſſe Reos primum contradicere, tempore belli ruſtici, ſed etiam multis annis ante, vt colligitur ex depoſitione teſtis 53, ad tertiũ articulum hic, qui 74. annorum, caſum dicit, quo cum ipſe, vt Procurator appellaſſet ad Archiepiſcopum

pro

pro principali eius, ob id à Senatu incarcerato mandatum impetrarit, Bertholdus Archiepiscopus, à Friderico Imperatore ad relaxandum captiuum, vbi & alius casus recensetur, & causa tandem amicabiliter composita, quibus consentiunt testes, &c.

Præterea & quomodo rem intellexerit Reorum Aduocatus in interrogatorio hic patet, qui hoc tantum quærit, an non à sententiis iu-
179 dicij secularis appelletur ad Senatum, cum tamen id non controuersum in genere, quia coniunctim positum in articu. hic **von deß gerichts vnnd jhrem** Senatus **Vrtheilen / Wöllen** Rei **nicht gestatten** ad M. **zu Appelliren** / tamen de appellationibus vt dictum **vom Gericht** ad Senatum nulla est querela. Etsi hæc duo controuersa, primo quod nolint Rei concedere appellationes **vom Gericht** ad M. merito contradictum, nec amplius hic controuersum. Ideoque recte in peremptorialibus, quod ex transactione manifesta ad Senatum appelletur. Secundo, quod à sententiis ipsorum Reorum, nolint concedere appellationes, hoc si intelligatur postqua m appellatum est ad Senatum, frustra poneretur in peremptorialibus, quod appelletur à Senatu ad Archiepiscopum assertiue, vel si intellexerunt Actores de aliis certis causis, vt in **Erbfällen** id non explicatum, neque iterum peremptoriali illo opus, & huc facere videtur, quod singulare & notabile dicit Panormitan. *in cap. cum venerabilis. in fin. de except.* Quod ex Rei receptione non fundatur Actoris intentio, nec declaratur probatio ad commodum ipsius. Et idem si Reus ponat aliquid, quod is Reus articulos non fateatur, vnde videtur non solum errorem confessionis probatum, sed nec præiudicare posse taliter factum, &c. Similiter videtur dicendum ad casum appellationis allegatum ex missiua Senatus litera P. qui accidit Anno, &c. decimotertio, vt eo magis mirum sit eius temporis facta proferri tantum, & nulla præterea, cum tamen frequentissimum soleat esse studium appellandi, sed & ille casus singularis **est in Erbfällen** / quorum cognitio in prima instantia ad Reos pertinet, vt dubitari possit, an sub hoc titulo transactionis comprehendatur, qui loquitur in causis appellationis ad Senatum, vt & **in Bawsachen** / de quibus Principalis controuersia est in dict. causa **Weser** & aliis similibus, vt plane Rei negant, vllum casum appellationis existere, vt videtur non sine causa propter varietatem & incertitudinem vlteriori deductione opus fuisse, licet enim si ad præsuppositum tantum respiciamus, quod ordinarie ad superiorem appelletur, nec facile pacto aut concessione ei præiudicetur videatur decisio facilis, vt & quod confessio regulariter præiudicat, tamen si res subiecta, & omnia supra dicta considerentur. Item quod ex possessione & præscriptione tamen se fundent Actores, & quod casus perfectus nullus adducatur appellationis, cum tamen & ipsos Actores in minoribus, etiam leuissimis causis, omnia alia accuratissime conscripsisse constet, puto non sine ratione dubitari, qualiter in hac causa pronunciari possit, cum & in perplexis ac implicitis regulæ cessent, quãuis & illud Reis obiici posse videatur, inusitatum & absurdum esse, quod ita priuilegiati sint vt à sententiis ipsorum appellari non possit. Cum tamen à maioribus iudicibus id fiat, & vix quisquam ita priuilegiatus reperiatur.

Deinde nec sine periculo fore hominibus, quantum ex processu apparet, rudibus, in grauioribus præsertim causis rem absolute committere, tamen & quoad periculum exempla non desunt, vt etiam in capitalibus cognoscant rudiores, & hi suos peritos habeant.

Quoad secundum similiter illis imputandum quibus ita placuit: forte & illud supersse videtur, quod per viam supplicationis aut querelæ grauatis consuli possit. *Marant. part. sexta, act. 2. num. 13.*

Nec nullitatis causa videtur excluſa, etiam expresse causa appellationis remota, vt commu nem dicit Vant. *tit. quis possit dicere de nullit. numero 33.*

Denique nec appellatio aut similia remedia ad supremum videntur hac transactione sublata, sed tunc locum habere potius, quam supra in contrarium adducta, & conseruaretur nihilominus ratio transactionis, quoad sumptus vitandos, saltem ratione vnius instantiæ.

## *Quoad vltimum punctum denegatæ inscriptionis* deß *Vicit eiusque executionis.*

Contenta 1. & 2. additionalis, quod vincentibus in iudicio inscribi debeat, *Vicit*, per Senatus scribam & executio fieri, probata sunt confessione & testibus, & ex articulo decimosexto, Alberti.

Turbatio vero ex decimotertio addit. iterum valde generaliter posita, **daß Rei zu viel mahl solches geweigert** / non expresso vllo casu, cum tamen in multis casibus non modica videatur differentia, quia non solum à Reis quidam excipiuntur, sed etiam testes varie de iis loquuntur. Est tamen probata in genere & certis quibusdam casibus, quod Rei sæpius denegarint, vt in probationibus Actorum hic, vt 3. testis sibi denegatum.

*De Elisione.* Allegatur casus certos tantum esse quibus *Vicit* denegent, vt in exceptionibus Rei deducunt, & in genere quidem extra illos casus, quos allegant, ibi pauci sunt testes, qui affirment denegationem quando & ipsi quoque secundum alios, qui in specie

deponunt, intelligendi videntur, ideo de iis tantum inquirendum, qui principaliter in lite sunt, nec de aliis dubitetur aut negetur. Sed videtur expeditum ex superioribus quoad causas **blaw vnd brauwn/ Beulen/** præsertim iudiciales. Item **Zinß Sachen** / ad Reos cognitionem non spectare. Ideoq; exceptionem insufficientem, qua prætendunt, & prætextu executionem denegari posse quoad **Wunden Sachen** / videtur vlteriori quoque specificatione opus fuisse, cum enim generaliter transactione dispositum sit, in causis admittere, nec causas deducant, nec possessionem contrariam, quod prohibuerint appellationes, sed potius quod controuersum semper fuerit, appareat, quia & contradictum non multum post transactionem, vt patet ex libro actorum D &c. Et nullus testium affirmat in transactione illos casus non contineri, aut quod recte denegatur appellatio, sed contra magis, & quidem in criminalibus ad Senatum non appellari ex eo clarum videtur, quia transactio loquitur in ciuilibus, quantum apparet, & affirmant testes, &c. Verum hic desideratur, an
180 illæ vulnerum causæ, † in quibus appellatio primum ab officialibus, & ideo executio à Senatu denegata fuit, ita capitales extiterint nec ne, quia in illis quidem agitur criminaliter, quæ dolo committuntur præsertim, sed ciuilis actio in vsu. Chilian **Künig.** *capitulo* 138. qui dicit, **daß die kleine Brüch für das Erbgericht gehören** / &
181 articulo decimoquarto, **newe Eyngrieff** / † vocantur, **Bürgerliche sachen** / Atque hic ex libris extractis colligitur, quod pro homicidio & aliis capitalibus tantum agi solitum sit; **in Noth vnnd Angst gezeichneten** / & separata esse Registra **von Wunden büsen** / Quæ omnia cum repugnent Actoribus prima facie, articulanda erant ad fundandam intentionem, quia genus controuersum non est, sed species, &c.

Et quia non articulatum, nec sufficienter aut in dubio saltem probatum, non competere Reis appellationem **in Wunden sachen** / Et ita an legitime eos impedierint Actores dictas appellationes ad Senatum fieri, non apparet, quomodo conqueri possint, de non facta desuper executione iuxta transactionem, cum qui agit
182 ex aliquo † contractu vel dispositione, ante omnia, quod ex sua parte adimpleuerit, probare tenetur. *Gozadinus consilio nonagesimoquarto, numero quadragesimoquinto, late Crauett. consilio centesimoquinquagesimoprimo, numero nono*, vbi quod Iudex illam exceptionem etiam ex officio suppleat. *Roman. consilio ducentesimoquadragesimoquarto*, qui loquitur in transactione, *Caccialup. in tractat. de transactio, quæstione decimaquarta.* Quod
183 ille prius implere debeat, † qui prius vult agere, vt notant omnes *in l. Iulianus. §. offerri ff. de act. empti*, concordat testis decimusseptimus ad 2. interrogator. decim. quarti articuli, **der Eyngrieff** / quamuis graue sit in hoc puncto, ideo executionem impediri, in huiusmodi præsertim delictis, quæ puniri publica vtilitas suadet, cui tamen difficultati remederi potuissent Actores, vel concedendo appellationes, vel melius ius aut possessionem probando: Ideoque nisi hæc obstent, ita absoluendos Reos, hoc respectu concludendum esset, Actoribus vel ius, vel vlteriorem probationem reseruando.

Deinde etiam quod generaliter quoad alias quasdam causas contra Reos pronunciari non possit, prout articulatum, facit allegata exceptio, quia scilicet reformationem sententiæ pro parte admittere nolunt Actores, sed simpliciter petant eo casu executionem suæ sententiæ fieri, quasi Reis eam reformare non liceat, cum id sit contra manifesta iura, vt notatur *in cap. Raynutius, de testament. vbi Panormitan. numero decimo, & rubric. ibid de testament numero octauo, Felin. in c. cum Ioannes numero decimotertio, de fid. instrum.* Et quod allegat, præterea Hartman. *libr. secundo, cap. septimo, de sententiis. in fin.* Idque non solum ratio suadet, & regula iuris, sed etiam testes pleriq; actorum æquum esse confirmant, &c.

Cum ergo iuris ratione fulciantur hæc testium dicta, videntur satis probare, etiamsi deponant quidam per verbum *videtur, arbitratur, Iudicio suo*, late Roland. *consilio quinquagesimoseptimo numero vigesimonono, & seqq. volumi. primo*, vt non obstet, quod excipiens teneatur suam exceptionem probare, quia id intelligitur, si in eadem causa exceptionis certam & fundatam habeat intentionem Actor, quod hic non videtur, vbi solum & principaliter de his casibus denegationis controuersia est.

Deinde quia horum casuum ratio diuersa, cum in iis Actores appellationem, quæ præuia est executioni, denegent, nec iustificent causam denegationis, quo casu à genere, vel toto
†ad partem seu speciem non est argumentum. 184
*Euerhard. in loco de toto ad partem* præsertim cum & Rei regulam seu genus pro se habeant, quod scilicet appellare liceat, ad Senatum: Item ex iure communi quod partem reformare possint, vnde ex regulis iuris videtur concludendum, Reos absoluendos, quo ad has præsertim species controuersas, nisi quod (vt dictum) quoad partes seu ciues litigantes, videtur nimis graue vt hi extra culpam positi, propter controuersias litigantium interim iustitia & executione carere debeant. Et minus periculi videtur saltem in genere ex æquitate magis pro Actoribus pronunciare, quia alii casus excepti forte rarius accidunt, in quo cum dominis mihi facile conueniet, expensis in proximis punctis compensatis, propter sæpe dicta.

VO-

## VOTVM DN. CORREFE.

Quoad genus Actionis cum Domino Referen. Negatoriam, cum possessorio intentatam puto.

### *Quoad primum punctum.*

Qui continetur in 3.& 15.articulo, **daß Rei in Sachen liegender Güter/auch Zinß vnd gelt schulden zu richten vnterstanden**/puto intētioné Actorum satis probatam, vt per Dominum Referent. quibus addi possent, libri iudiciales Actorum in 3.Rotulo,in quibus infinita exempla processuum super bonis immobilibus,posita.sic etiam in 4.Rotulo Actorum super debitis pecuniariis & censibus ab Anno Millesimo quadringentesimo octuagesimotertio, vsq; ad Annum Millesimum quingentesimum vigesimum tertium, sæpissime ab eodem iudicio iudicatum fuisse, multis præiudiciis demonstratur,ex quibus clarum est Actores, quoad hunc punctum semper in possessione per suos officiales mansisse, nec releuat quod rei etiam paucas quasdam sententias, quas Senatus ratione bonorum immobilium & censuum tulerit,in suo vltimo Rotulo litera O. in Libro causarum ad probandam suam quasi possessionem ediderint. Nam præterquam quod illa exempla recentiora sunt, & Actorum quasi possessio longe antiquior vtex annorum annotatione vtrinque liquet, accedit etiam titulus Actorum ex transactione, quibus illis **hohe vnnd nidere Gericht** indefinite adscribuntur, & in 17.articulo Bertholdi, cum Senetui permittitur facultas cognoscendi **in Erbfällen** / in fine expresse additur,**daß es** Archiepiscopi **Gerichten in andern Fällen vnschädlich seyn sol** / vnde facile colligitur Reorum actus si quos probarint, turbationes potius fuisse,quam quod ius aliquod per illos actus sint consequuti.Quare concludo reos condemnandos,cum expensis.

### *Quoad secundum punctum.*

Qui 4.5.& 6. articulis complectitur,videtur illius decisio esse posita in 15.articulo transactionis Bertholdi,vbi disponitur,**daß der Raht niemandt von dem Commeren / so durch das M. Gericht geschehen/dringen sol**/&c. Cum itaque hic Rei contrauentionem confiteantur, tam in responsionibus,quam exceptionibus, & Elisio de non intrantibus apparitoribus in ædes ciuium,nec releuans sit, nec etiam(vt mihi videtur)adeo sufficienter probata. Concludo in hoc quoque capite Reos condemnandos,cum expensis.

### *Quoad tertium punctum.*

Qui 7.& octauo articulo comprehenditur **die Verbott so der Raht auff Güter vnnd doch nicht Kommer oder arresta / wil genannt haben/ belangen**/factum ipsum quoque in confesso est igitur illud tantum controuertitur, an liceat Senatui † imponere eiusmodi **Verbott**/& quidem cum reuera illa nihil aliud sint,quam arresta,quæ iudicis authoritate fieri debent, *Rebuffus Thom.primo,ad reg.constitution. de literis obligatio.articulo sexto glossa tertia.* Et maxime *numero quinquagesimooctauo.* Senatus Iudex esse non possit super huiusmodi bonis arrestatis, quia iurisdictionem non habet nisi in specialibus casib.qui huc se non extendunt, vt videtur necessario sequi,Reis non licuisse talia arresta imponere. Nec refert quod quidam testes dicunt, Senatum eiusmodi **Verbott** imposuisse,quamdiu recordentur,hoc enim non sufficere ad præscriptionem supra in aliis libellis deductum, & potuerunt hi actus fieri etiam ignorantibus Actoribus & eorum officiatis.Forte etiam sunt hi ipsi,de quibus hæc lis instituta, imo cum rei iuramento obstricti sunt conseruare iura Archiepiscopi, quod iuramentum singulis annis renouatur, adhuc valde dubium est, an eorum præscriptio contra Archiepiscopum procedere possit, in qua bona fides propter dictum iuramentum semper desideratur, quæ cum sit fundamentum præscriptionis, sine ea nulla valere potest præscriptio. *Menochius de arbitrar. iud. quæstione libro secundo, cas.225.* Quare similiter Reos condemnandos hic esse concludo, cum expensis. 185

### *Quoad quartum punctum.*

Conqueruntur Actores se impediri à Reis quo minus officiales libere de malefactoribus inquirere possint, qui punctus continetur articulo 9. Et quidem quoad factum ipsum,probatur confessione propria Reorum in responsione ad 9.articulum,& 4. addit.perempt. contra 9.& sequent.positionales. Sed conantur rei hoc defendere duobus modis. Primo ex prehensionis iure, carceris & torturæ, quod ad ipsos spectet.Secundo dicunt,**daß im Raht Befelch gegeben/die Thäter nicht zu offenbaren/auß Vrsachen daß der Mänsch Schultheiß / wann er solche eher dann der Raht erfahren / dieselben nicht angezeigt/ welches er zu thun schuldig.** Ex qua responsione videntur fateri scultetum posse inquirere. Nam si is tenetur Reos Senatui indicare, necessario sequitur illi permissum esse inquirere, sed non videtur probatum Scultetum ad hoc teneri, nisi quatenus quidam testes,primum additionalem perempt. contra 11. positionalem,verum dicunt,nullam tamen cōcludentem rationem reddentes & contra vero 12.testis,qui fuit **Schultheiß / er hab es in seinem Ampt nie gethan**/&c.

Denique ipsa ratio quam Rei adferunt, **damit der Raht bey seiner Gerechtigkeit mit sitzen vnd Busen bliebe**/in vulneratis non videtur

locum

locum habere, dieweil die straffen von Wunden dem Ertzbischoff zustehen / verisimile tamen est, vtranque partem posse inquirere, prout. 62. testis asserit ad 1. Interrogator. 11. position. Censeo itaque in hoc puncto pro Actoribus iudicandum.

*Quoad quintum punctum,* Beulen / Braun vnd Blauw / *vtri parti cognitio & & mulctæ de iis competant.*

Proponitur in 10. & 11. positionali, & constat ex Actis vtranque partem hoc ius quodammodo in vsu habere, & alterum ab ea excludere velle, prout hic octuagesimus septimus testis ad 5. Interrogator. 11. posit. Itaque melius probrãi† victoria debebitur, quoad Actores habẽt 186
ipsi suam intentionem iure communi fundatam propter iurisdictionem, merumque & mixtum imperium, quæ illis competunt, *Roman. consilio septuagesimo, numero decimo.* Deinde quod etiam exercuerint hoc ius, & in eius quasi possessione sint, non tam testium dictis, quam Registris officialium est probatum, vt videre licet in 3. Rotulo Actorum, sub litera AA. &c. vbi quamplurimæ mulctæ receptæ, Braun vnd Blaw / annotatæ videntur. Idem constat ex duorum Freybotten / Wundenbüchern / in eodem Rotulo contentis, quibus accedit præsumptio ex Anschlag Reorum contra Dietherum, in quo inter alias mulctas, de quibus Senatus cognoscere potest, Beulen / Braun vnd Blaw / non sunt relata, sed tantum tria illa Backenschläg / Scheltwort / vnd Reüffen sunt contenta, &c. Rei vero solummodo nituntur dictis testium, quorum multi non solum hic, sed etiam ad 13. perempt. primæ conuent. & ad vigesimum secundum, & vigesimum tertium articulos sextæ reconuentionis, &c.

Verum quia maior pars ex dictis testibus triginta tribus annis post incœptam litem examinata est, ipsi facile persuasi esse potuerunt, ita semper obseruatum fuisse, cum durante lite per diuturnum illud tempus Rei sine dubio à receptione talium mulctarum non recesserunt, sed ne vnus quidem ex testibus certum actum in specie vel aliquam concludentem causam huius Iuris adfert, nec etiam de tempore vel aliis circumstantiis aliquid deponitur, vnde manifeste apparet, non ita pridem ante litem motam hoc iure vti Reos incepisse, quod etiam quidam ex testibus innuere videntur, vt sexagesimus secundus, ad 5. Interrogator. vndecimi articuli, hic, & quindecim. Reorum testis ad vigesimum secundum articulum sextæ Reconuentionis, die M. habens allwege widerredt.

Concludo itaque Actorum probationes potiores esse, & ideo contra Reos pronunciandum, cum expensis.

*Quoad Sextum punctum,* Gewär der Häuser belangendt / *de quo in duodecimo articulo.*

Puto intentionem Actorum sufficienter probatam, non Elisam. Ideoque condemnandos Reos, prout Dominus Referens.

*Quoad Septimum punctum scilicet Appellationem, quam Rei à Senatu ad Archiepiscopum fieri impediunt, vt 13. & 14. articulo proponitur.*

Dixi meam sententiam in prima conuentione, scilicet, Ius recipiendi appellationes à Senatu ad Actores pertinere. Quod cum Rei antea & in his ipsis actis toties confessi sint, mirum est eos in hoc puncto adeo fluctuare, vt in nullo alio inconstantiores videantur, dum modo aiunt, modo negant, mox distinguunt.

Denique nullam omnino appellationem ad Archiepiscopum admittunt, prout videre licet in exceptionibus contra probationes huius conuentionis, maxime folio 372. adeo quod propter hanc variationem, merito suspecta sit conscientia Reorum, cum de iure præsumptio sit contra variantem. *Specul. §. 2. numero quarto, De Relationibus.*

Verum intentionem Actorum satis probatam esse, quod scilicet ad eos spectet appellatio, sine præsumptione iuris, quæ pro Archiepiscopo tanquam domino & superiore militat, siue testium vtrinque productorum dicta, siue propriam Reorum confessionem toties in iudiciis & diuersis etiam causis iteratam spectemus, apud me non est dubium.

Neque Rei & hoc in hac ipsa causa per plures quam 40. annos, vnquam constanter & omnino negarunt, prout in responsione ad hunc 13. articulum, de quo hic agimus, appellationem à Senatu ad Archiepiscopum quoque non negant, sed quodammodo fatentur, dum dicunt tali appellationi ad Archiepiscopum Senatum non deferre, nisi prius ad se appellatum sit: tandem vero in vltimis disputationib. An. &c. 69. productis, scilicet in exceptionibus cõtra probationes huius conuent. per suum Aduocatum forte aliter edocti, penitus nullam appellationem à suis sententiis permittere conantur: Cum antea Anno vigesimosexto, in-

addi-

additionali perempt. contra 13. posit. hic diserte asseruissent, **daß die Straff erstlich am Raht gehe/vnnd vom Raht an den Ertzbischoff appellirt werde/**&c. Eiusmodi autem confessiones eo plus roboris habent, quod diuersis in causis reiteratæ sunt, quia vbi interuenit geminatio, ibi præsumitur plena deliberatio, & quod † quis bis facit, non potest contra id opponere, vt dicit Bald. *in tract. de schismate. §. sed in contrarium. n. decimoquinto, in rubr. C. si quis aliquem testari prohi. Euerh. in loco à locutionis geminat.* quo facit etiam quod Rei in primo articulo supradictæ Reconuentionis, & in petitione eiusdem narrant, **daß sie** per Archiepiscopos **M. begnädigt vnd befreyet/daß sie** in prima instantia extra E. **nicht sollen gezogen werden** vbi locum habere videtur Re-
188 gula quod inclusio † primæ instantiæ reliquas excludat. Accedit Epistola Senatus ad Vrielem Archiepiscopum de Anno 13. litera P. notata, in qua etiam appellatio in causa concernente hæreditatem admissa. Facit etiam huc causa Margarethæ viduæ **Gottschalck von Sachsen** contra **Harting Geruhet**/in qua circa annum 1485. & seqq. primum ab aliquot interlocutoriis, & tandem etiam à definitiua Senatus ad Archiepiscopum Bertholdum appellatum fuit, sine contradictione. Porro licet testium aliqui deponant, quod Senatus nolit admittere appellationem ad Archiepiscopum, tamen illi omnes de facto solum deponunt, nullus hoc ius Senatui tribuit, præter vnum atque alterum, qui hic vt in reliquis allegant **alt herkommen**. Quidam vero moderatius loquuntur, **der habs nicht gern gestattet**. Alii **der Raht habs nicht gern gestattet**. Alii **der Raht hab zu zeiten die jenigen / so appellirt/gestraffet** / Nemo vero quod nunquam solitus fuerit Senatus, vllam appellationem ad Archiepiscopum permittere deponit, sed & 87. testis, quatuor refert exempla in quibus Senatus detulerit appellationi, & apostolos quoque Reuerentiales dederit.

Nec credendum hoc nouum fuisse inceptum, cum vltimus Actorum testis dicat, **die alten Regierenden Herrn haben solche** Appellationes **zugelassen** / cum quo teste consentiunt dict. 87. testis Procurator. 46. **ein Ampt Knecht** primus **der Stattschreiber** / qui expresse dicit, si Senatus indistincte omnem denegat appellationem ad Archiepiscopum (quod tamen ipse factum ignoret) **so halt er dasselbig nicht vor recht**/&c. Quibus accedunt testes Reorum, qui plerique omnes supra dictum articulum additionalem contra nostrum 13. posit. verum dicunt, quia notorium sit, & quod ipsi viderint, & ita appellarint, nec causa est, cur dicti testes præsumantur errasse, cum de errore non appareat, nec error probatus sit, & nullus eorum (scilicet testium) ad septimum Interrogator. sext. Reconuentionis examinatus. Ideoque super eo deponere nihil potuerit, alioquin proculdubio idem interrogatorium, non minus quam dict. artic. verum dixissent. Sed vrgetur hic transactio Alberti articulo 14. **was auch also oder andere gwohnliche** &c. Verum verba huius articuli à partibus non ita intellecta fuisse, vt per ea appelatio ad Archiepiscopum remoueretur, ipse vsus docuit, hoc ipso quod post factam transactionem tales Appellationes nihilominus admissæ, & receptæ fuerint, vt usprà ostensum.

Quinto & Bertoldus Archiepiscopus Anno &c. 1497. priuilegium E. de ipsis in prima instantia non extrahendis in iniudicium extra vrbem, concessit, cum hac tamen reseruatione, quod ea concessio ad causas appellationum & prouocationum, aut etiam bona iura & superioritates Ecclesiæ M. non possit extendi, hoc priuilegium Rei ipsimet iudicialiter produxerunt, nec contra id quicquam opposuerunt, & cum in eo vtriusque iudicii, tam Secularis, quam Ecclesiastici, expressa mentio fiat, non video, qua ratione de causis spiritualibus tantum intelligi possit: vnde facile, liqueri arbitror allegatum transactionem non ita intelligendam, quasi per eam appellatio sublata sit, quod nec verba transactionis præ se ferunt, quæ tantum primæ & non secundæ appellationis meminit.

Nec verisimile sit, Archiepiscopos tanto iure, quod inter reseruata Principis recensetur, verbis aliud disponentibus, se & Ecclesiam M. priuare voluisse, cum hoc non tam facile præsumatur. *Crauet. cons.* 209. *nu.* 10. *Roland. cons.* 75. *nu.* 20. *vol.* 3. *& Natta. cons* 580. *in fin.* dicit, quod tali casu specifica debeat fieri expressio non sub quodam inuolucro. Adhæc in eodem articulo transactionis non solum disponitur de celeri executione sententiæ à Senatu prolatæ, sed etiam eius quæ à seculari Iudice est pronunciata, iam cum executio hæc in sententia d. iudicij secularis procedere aliter non queat, nisi quatenus non sit appellatum, non video cur eadem conditio in executione sententiæ Senatus non etiam intelligi debeat, cũ illa dispositio de executione, non magis ad Senatus, quam ad d. iudicij sententiam referri videatur, cum vtrumq; vna eademq; determinatione includatur, adeo, quod in vno † dispositum, in altero repe- 188
titum merito censeatur. *Paris. cons.* 5. *numer.* 15. *vol.* 4. *Roland. consilio tertio, numero* 68. *volum.* 1. Facit etiam ad hoc clausula finalis d. articul. **So viell vnnd dem Rhat zu thun gebührt** / Appellatione enim interposita, non magis decet iudicem ad executionem festinare, quia appellatio facit acquiescere officium iudicis, *Alexand. consilio* 188. *numero decimo libr. secundo, & consilio* 36. *numero sexto libr. quarto Roland. cons.* 77. *numero* 6. *vol.* 2.

Postremo

Postremo non releuare etiam videtur allegata causa finalis ex principio dict. transactionis **der Bürger Kosten vnd Schaden zuverhütten/** quod tum videtur locum habere, si M. appellaretur.

Nam hoc animaduertendum, quod de prima tantum appellatione in hoc articulo agitur, quæ cum ad Senatum fiat, negari non potest, quod minori sumptu opus sit, quam si à Seculari iudicio Statim Moguntiam appellandum esset. Et hoc modo manifestum videtur, quod sumptus vitentur, & dict causa finalis verificetur. Deinde puto vna etiam Ciuium hac ratione declinari vel diuerti, quod in causis vilioribus, quoties à iudicio seculari M. grauatos se senserint, ad Senatum prouocare possint, **vnnd daselbst zu Fall oder Straff erlangen** / quo beneficio alioquin carerent, cum viliores, quæ scilicet 25. florenos non extendunt, in curia Moguntinensi non recipiantur. Ergo hæc dispositio hoc modo intellecta nec elusoria, nec frustranea, sed est vtilis & compendiosa iis, qui prima appellatione contenti sunt, prout verisimile est, antiquis temporibus raro vsos fuisse secunda appellatione, nisi in grauioribus causis, quibus sumptus facere operæ prætium erit. Vnde tamen inferri non potest, secundam appellationem omnino sublatam, & sententias Senatus esse eius authoritatis, vt per appellationem retractari non possint.

Nam cum Senatus nullum proferat priuilegium de non appellando ab ipsis, de iure nemo cogi potest, vt Senatus sententiæ acquiescat, quia appellatio est species defensionis, quæ nemini debet auferri de iure, *Comes. Contard. in leg. prima, C. si de moment. possess.* in rationibus dubitandi: Iraque nec statuto tolli potest appellatio. *Mynsing. prima. obseruat. decimaquarta, Portius consilio quinquagesimonono, numero quinto, & sequent. volumine primo.* Et in terminis nostris Bar. *in l. pen. de aqua pluuiæ arc.* Sic ordinatio quoque Cameræ, ne cui beneficium appellationis adimatur, præcipit. *part. secunda, titulo vigesimooctauo, §. secundo.* Iam si Senatus appellationem de iure prohibere non potest, ab eo aut ad Imperatorem, hoc est, Cameram Imperialem, aut ad alium mediatum superiorem appellandum erit, verum ab illo ad Cameram immediate prouocari non potest, cum eius Iurisdictioni immediate non sint subiecti Erfordienses, prout ex ipsorum multiplici, & confessione quidem iudiciali supra in prima Conuentione satis est ostensum, nec ab eo ad Cameram aliquando appellatum esse constat. Necessario igitur sequitur ad Archiepiscopum Moguntium, tanquam mediatum superiorem appellandum esse, quia alium mediatum Iudicem Rei nominare non possunt.

Ex quibus omnibus concludo ius appellationis recipiendi, ad Actores pertinere, & in hoc puncto pro iisdem pronunciandum, cum expensis & damnis, & quamuis Actores in ea sint opinione, quod generaliter in omnibus causis, quæ vigore ordinationis Moguntinæ recipiuntur **An Mäntzischen Hoffgericht** / à Senatu ad Archiepiscopum appellari possit, cum nec per testes nec per transactionem probatum sit, **Erbfäll**/ ante vllas alias causas ab appellatione exemptas esse, tamen quia præcipue negatur appellatio **in Erbfällen**. Et quidem etiam testes **die Bawsachen** deponunt, quasi inappellabiles essent, non repugnabo hanc vel similem reseruationem annectere, **doch den Beklagten/ in Erbfällen vnd anderen gewissen Sachen von einem Erbarn Raht nicht Appelliert werden sol/ Ob sie wöllen in specie auß zuführen/ vnnd wie recht zu beweisen hindurch vnbenommen / sondern vorbehalten.**

*Quoad Octauum punctum denegatæ scilicet executionis, qui continetur articulis additionalibus 2. & 13. cum quibus coniungi potest, 14. & 15. articulus* **der newen Eyngrieff.**

Videntur Actores Regulam pro se habere, ex eadem transactione Alberti, vbi indifferenter Reis iniungitur, vt rem, tam per seculare iudicium, quam per Senatum iudicatam sine cunctatione & exceptione exequantur. Ideo intentionem Actorum fundatam esse arbitror, maxime quia contrauentio etiam tam in genere, quam in specie, non solum testibus, sed & propria confessione Reorum probatur, præsertim in responsione ad 4 addition.

*De Elisione.* Multa obiiciuntur quæ non parum momenti habere videntur, quæ tamen hic omnia decidi non puto admodum necessarium esse.

Nam quoad causas **Braun vnnd Blauw Beulen** / & censuum illa supra in hac eadem conuentione expedita sunt, quod vero ad denegatam appellationem **in Wunden Sachen vnnd Buß Sachen** attinet, de iis primum in sexta Reconuentione discipiendum, & pronunciandum erit, **daß dann am Weltlichen Mäntzischen Gericht etwa nicht ordentlich procedirt, oder ein Theil den andern vbereylet/ oder auch in erkanntnuß nicht allwegen gleich hat gehalten.**

Et ideo executionem denegatam vt in exceptionibus Rei hic obiiciunt: Id quia non est probatum vix possum attendere. Et posset eiusmodi grauaminibus, per remedium appellationis occurri.

Nec iustificatio huius Rei aliter ad Senatum pertinet, quam si per appellationem cognitio desuper ad eundem deuoluta sit, quia

meros

merus executor non habet cognitionem, sed tantùm exequi debet. *Natta consilio 529. numero 33. & sequent. Roland. consilio 12. numero 82. volumine 3.* De eo verò, quod Actores volunt, si plura sint capitula sententiæ, quod senatus omnia simul, aut confirmet, vel infirmet, maior est consideratio: Cùm id iuri & æquitati meritò repugnare videatur, siquidem separatorum † separata sit ratio, & quot capitula, 191 192 † tot dicantur esse sententiæ, *gloss. nr tab. in lege, etiamsi patre, verb. audiendus. ff. de minorib. Gail. obseruat. 63. & 110. libri primi.* Et disputatus est hic articulus in supra allegata causa Theodori Freyesen contra senatum E. in qua cùm d. Freyeß appellasset à seculari iudicio ad senatum, & senatus in causa principali confirmasset priorem sententiam; sed in puncto expensarum reformasset, compensando scilicet expensas in quas reus antea condemnatus fuerat, Freyeß neglecta sententia senatus, tanquam aduersus transactiones lata, in camera mandatum executoriale extraxit, quo senatui iniuncta fuit executio sententiæ secularis iudicij, cui se excipiendo opponens senatus, in camera absolutionem à d. mandato impetrauit, vbi per dominos exceptiones senatus pro releuantibus habitæ sunt, idque vnanimiter. Quare cum hæc quæstio lite etiam hac pendente scilicet anno, &c. 50. 16. Octob. quo die lata est illa sententia absolutoria, quodammodo sit decisa, in ea laborandum nobis non 193 existimo; sed † prout in genere articulatum, sic quoque pro Actoribus in genere pronunciandum puto. Eo enim ipso reis nihil aliud iniungemus, quam ad quod vigore transactionis tenentur, scilicet vt sine exceptione exequantur; quod si Actores in hoc vel alio articulo contraueniunt transactioni, habent etiam Rei sua remedia iuris, ad quæ confugere debent potius, quam magno detrimento partium executionem denegare, &c. Denique quod attinet ad negotium Iodoci B. B. contra die Otterer Güter / quod continetur 4. & seqq. articulis additionalibus, Factum in confesso est, vt in responsione ad d. 4. addit. patet, & probatum etiam per dicta testium 87. & 92. &c. Sed illud factum duobus argumentis defendere conantur Rei: Primum, daß dictorum O. Güter / zuvor vnnd ehe je von M. Kommer darauff geschehen / zu deß Rahts Handen in jhre Kommereye gestallt worden / darinn man dem Gericht kein Kommer gestattet. Secundum, quod illa bona fuerint immobilia, Erbgüter / de quibus cognosere ad senatum pertinet; verum neutrum horum consistit; nam primum omnino non est probatum, & fortè per naturam etiam fieri non potuit, quia liegende Güter. De altero verò supra in primo puncto actum & demonstratum, quod cognitio super bonis immobilibus ad Actores spectet. Itaq; actio non elisa. Ideoq; in hoc quoq; puncto cõdemnandi Rei, & simul ipsis iniungendum vt soluant, Helffgeldt / in quantum illud liquidatum fuerit, cum in specie sit petitum, cum expensis & damnis.

### *Additio ad votum domini Referentis super materia iam dictæ conuentionis.*

Quod dixi in puncto appellationis de inconstantia testium, & negligentia commissariorum, certum quidem directorium datum, Verum in d. 6. reconuentione à commissario non obseruatum. vnde probatur; siquidem ad omnes articulos, vti in aliquibus factum, vsque ad 31. examinauit, ita inconstantiam subsistere, aut alias saltem de negligentia, quod non animaduertit. Deinde certa quædam regula, quòd vna determinatio, ea tamen ab omnibus limitatur, *in l. Gallus, de libe. & posthum.* nisi diuersa sit ratio, qualis hic videtur colligi. Nam quod secularium Iudicum sententiæ exequendæ sint statim, subintellecto tamen, nisi appelletur, manifesta ratio suadet, quia expresse & principaliter hoc loco de appellatione concedenda disponitur, alias sibi contrarij essent disponentes, nisi eam admitti vellent, quod non est in causis per appellationem decisis. Deinde quia manifesta ratio sumtuum vitandorum militat, in vtroque si statim executio fiat, vbi non appellatur, frustranea non est clausula de exequendo. Prætera quoad possessionem, in quo potissimum cuperem pronunciare, si, vt dictum, certi casus appellationis ad Archiepiscopum cum suis circumstantiis articulati & probati essent. Verùm nec ille casus viduæ G. von der S. ita generaliter probare videtur, quia ex compromisso primo apud senatum cœpit, præterito seculari iudicio, quantum ex Vrtheilbrieff colligitur, & ita tres instãtiæ, cùm in aliis quatuor fiant. Præterea non constat iudicialiter fuisse appellatum à definitiua, ita quod sciuerint Rei, alias fortè vt in aliis contradictum fuisset, quoad causam der Otterer / quamuis vt hic in articulis desideretur circumstantia temporis, & bonorum qualitas, quia tamen Rei tantum allegant arrestationem factam, in der Domerey sine tempore: Et sic non constet, vtrum arrestum præcesserit, & iudicium publicum magis iuris præsumptione foueri debeat, quàm speciale illud der Kommerey. Item quia aliquo modo probant tempus sui arresti Actores, Rei planè nullum, nec peremptoriales in hoc puncto producti, deinde nec prætextus, quòd bona fuerint Erbfalls Güter / & talia in quibus illis cognitio competit, probetur. Sed contra præsumatur, quia ipse O. adhuc vixit. Item quia non omnia bona propter vnius debitum prætensum, contra alios plures arrestari debuissent. Ideò

& in hoc puncto contra Reos pronunciandum, si tamen quacunq; ratione fieri posset, & hoc, & in aliis punctis: suprà reseruationem faciendam, &c. Quoad damna ea quoque adiudicanda Actoribus, si liquidentur. Expensas volo compensare.

## VOTVM D. REFER.

### *Super Libello* der neuwen Eyngriff.

ACTVM hic quoque quasi negatoria cum interdicto Retinendæ, propter turbatam quasi possessionem iurisdictionis, & ratione variorum iurium Archiepiscopi, partim etiam ex antiquis transactionibus, vt ex 16. articulo hic apparet.

### *Primus punctus concernit ius ædificandi im* M. Hoff zu E. *quæ Actorum est propria, seu allodium.*

Puto extra controuersiam positum, quin allodium sit, sed qualitas negatur per Reos in exceptionibus, scilicet quòd non sit ein Fürstlicher freyer Hoff/ hoc est, vti declarant ipsi, quòd non habeat plenam aut liberam potestatem faciendi, vel ædificandi ibidem Archiepiscopus pro arbitrio, vel saltē in præiudicium Reorum, de quo principaliter litigatur.

Videtur autem intentio Actorum satis probata, ex vulgata *l. altius, C. de seruitut.* & argumento eorum quæ ibi notantur, vt per Deci. *in l. nullus, de regul. iur.* & magis in specie Chass. *rub.* 13. §. 9. *à princip.* vbi quòd quis in suo etiam castrum seu fortalitium ædificare possit. Quo facit, quod & antea ædificarunt similiter etiam contradictione Reorum non obstante. Item quod plures testes affirmant tale ius ædificandi Actoribus competere, vt & in plateis scindendi & parandi ad hoc lapides, vt in probationibus Actorum ad 3. & 4. articul. hic.

Neque obstare puto, quòd pro elisione adducitur argumentum à denominatione antiqua, scilicet quod hæc domus appellata sit allodium Actorum, quod significet nudam proprietatem & ius in re, quod á nomine alio recognoscitur, vt notatur de feudis *titul. de allodiis. Alciat. in parerg. c. 45. in fin. libro* 5. Et communem dicit *Renauld. in feudorum comprehensorio cap. Imperialem, nu.* 20. *ex cons.* 4. *Gozadini, nu.* 7. Deinde & quòd similiter appellata fuerit im Fürwercks Hoff / non obstat vt in litera K. in productione de Anno 1354. quod ex vulgari videatur significare domum, in qua tantum conseruantur & aluntur necessaria, ad operas & culturam prædiorum. Quamuis enim argumen-
194 tum à denominatione rei † sit in iure præcipuum, vt & à destinatione, ex quibus dignoscitur & iudicatur qualis sit res, sicut ex deriuatione & vsu vulgi ostendit, *Baldus in l. conuenticula, numer.* 3. *C. de episcop. & cler. Cranet. consil.* 111. *nu.* 18. & textus de d. destinatione *in l. quod in rerum, §. si quis post, de lega.* 1. Tamen eo omisso, quod probabile sit tantum non necessarium argumentum, in iis præsertim, quæ transformatione sæpius mutantur, vt etiam hic ex dictis testium (vt videtur) nomen mutatur per ea, quæ notantur per Albertum Brun. *de mutatione, numero* 74. Nihilominus inde non sequitur, quod ibi ædificare non possint Actores, sed magis contrarium, quia in proprio id facere licet, quod confirmatur, vt dictum, ex eo, quia antea ædificarunt similiter idq; sine concessione Reorum, quod constat, quamuis testes affirment, de nudo tantú auditu; nec præsumatur de iure in similibus precarium, sed quod suo iure quis faciat, *Angel. Perusinus consilio* 1. *columna* 2. Præterea argumento est etiam, quod non solum in illa domo sint supra dicta ad culturam, sed etiam carceres, item habitationes officialium, qui eo loci quoque suam exercent iurisdictionem, quæ videntur significare, nicht einen gemeinen Fürwercks Hoff. Ideò non obstat etiam argumentum ex eo, quia defendere debeant Rei officiatos Archiepiscopi, idque si fortalitia habeant, frustraneum futurum sit. Item daß niemandt Grundt Gebäw thun möge / die der Statt beschwerlich oder gefehrlich seyn möchten. Cum 6. testis dicat nō posse id fieri, daß sie stärcker werden/ ad 9. interrog. 5. articuli. Idem 34. & vltim. Verum nec probatum, quod fortalitium, aut periculosum Reipubli. ædificium facere voluerint Actores. Nullus enim testium id affirmat; sed contrarium magis dicunt, de ædificanda turri ad carceres apta, vt 18. testis ad 2. articulum 5. Reconuentionis de eo deponit; quæ iuuantur iure communi, quo in dubio nemo præsumitur ad æmulationem seu præiudicium alterius ædificare, præsertim si causam, & suum inde cōmodum habeat, prout de eo ex proxime dictis colligi licet, per notata D d. *in lege, quo minus, nu. vigesimo secundo, de fluminibus. Chass. vbi supra num. tertio.* Ideoque fortioribus probationibus opus erit, ad quas in specie onerantur Rei, *Boer. decision.* 320. *numero* 8. Et quia nemo dolo ædificare præsumitur, *Alexander consilio centesimo septuagesimo quarto, libro secundo, numero quinto*, prout, probare etiam tenebantur Rei, quod in possessione fuerint prohibendi, latè Cephalus *consilio* 130. *numero* 7. *libro primo.* Aliàs fortè si probata hæc essent, res futura esset altioris indaginis. Denique non impedit, quod allegant Rei locum, in quo constructa est dicta turris, conflatum esse ex domibus ciuium dirutis, & nuper etiam aliquot ad hoc coemptis. Ideoque subrogatum † sapere debere naturam subrogati 195
scilicet ne census inde debitus Reipubl. auferatur, & ita saltem in consequentiam damnum

eis

eis inferatur; cùm non possit etiam Princeps priuatis rem suam auferre. *Gabriel. libro 3. opizion. de iure quæsito, conclusio.* 1. quia quoad emptionem factam antiquitus, amplius agere non possit. Imò cùm ostendant Rei, id speciali consensu ipsorum factum esse, eo ipso sibi præiudicasse videntur: quoad recentiores emptiones, constat specialem actionem institutam infra in quinta Reconuentione. Ex quibus cùm videatur responderi posse ad alia leuiora argumenta Reorum in interrogatoriis, & exceptionibus posita; concludo pronunciandum non licuisse Reis impedire Actores, &c. Cùm nec mandare potuerint hoc casu officialibus **in dem Hoff** / &c. cum expensis, si fieri possit.

*Quoad 2. item octaui articuli,* **daß** *Rei officialibus* **vorgehalten / daß sie sich enthalten sollen / alles deß jenigen / so zu Gezänck vnd Widerwillen /** *inter Archiepiscopum & ciuitatem* **reichen möchte /** *Archiepiscopum* **zu berichten.**

Siquidem id intelligatur, prout Rei interpretantur contra delatores, qui falsò ea deferunt, quæ contentionibus inutilibus occasionem præbent, prout significare videtur, verbum **Gezänck vnd Widerwillen** / quod etiam ab Archiepiscopo ipsi Rei literis ante hac petierunt, ne scilicet eiusmodi delatoribus credat, aut ad indignationem se permoueri patiatur, nõ apparet, quare condẽnandi sint Rei, præsertim cum hic dicatur, **daß sie** Rei **es jhnen** (officialibus) **also fürgehalten** / quod per modum petitionis intelligi potest, nec ratione loci (**im Kreutzgang**) præsumptio est, quòd mandare voluerint, cum ibi conueniri soleant ad tractandum & proponendum vtrinque grauamina, vt colligitur ex duodecimo teste ad 1. Interrogat. octaui articuli, & in libris Registrorum, vel si propter verbum, † **Sollen** / intelligatur de mandato, & ex responsione ad 8. articul. hic, **daß man in der Kirchen Gebrechen angezeigt / gebotten vnnd verbo ten** / tamen id nullum habet effectum, cùm id negligere possint officiales, nec alicui ius acquiritur ex mandato, nisi ei pareatur, cùm nihil possidere dicatur talis, nisi labia sua, vt dicit Innocent. *in capit. olim inter, de restit. spolia. columna* 1. *in fin.* nisi fortè in sententia generali vocabulo **Gebott vnnd Verbott zu thun** / cum aliis punctis commodè comprehendi possit.

*Quod ponitur in 3. Item octaui articuli,* **daß** *officiales* **sich enthalten sollen / Stein vorm Hoff hauwen zu lassen /** *similiter & artificibus,* **den Steinmetzen / daß sie nicht hauwen sollen.**

Videtur similiter decisum in primo puncto, quia cum iure ædificandi videntur coniuncta, & eius occasione facta: Ideo & eadem ratio, & quia plateæ publici iuris, quoad vsum, à quo Archiepiscopum excluſum esse dici nõ potest.

*In quarto item.*

In confesso est, quod petierint Rei vineam à **Stellberg** restitui ciui, quamdiu autem illa Archiepiscopi nomine possessa fuerit, quo titulo aut tempore, aut vnde acquisita, non inuenio probatum. Videtur autem exceptio Reorum iuri & rationi consentanea, quòd scilicet dicta vinea nuper apud ciuem fuerit, & iam quoque sit, & iniquum, si aliàs per talem acquisitionem vel possessionem Actorum fisco ciuitatis præiudicetur. Ideoque non iniqua videtur petitio, cùm hic in specie nihil ab Actoribus contradicatur, nisi iterum vt supra sub generalitate comprehendamus, prout & petitio generalis est, quod non hac via (mandari scilicet possit) præsertim cùm in possessione fuerint Actores.

*Similiter & quoad quintum item, &c.*

Idem quod supra dicendum puto, quia negant Rei creuisse illud vinum controuersum, **in deß Stiffts Weingarten.** Ideò videtur potius subiacere legibus transactionis Berthold. articulo 8. cùm duodecimus testis dicat ita factam petitionem: sextus verò. **Sie hetten es an jnen als Küchenmeister begert / &c. aber er hette es jhnen außgeredt / daß sie damals abgestanden.** Ideò nihil probatum video, nisi petitionem, quam tamen non constat iniquam, nisi dicamus petitionem hoc modo instar mandati factam illicitam fuisse, expensis compensatis.

*Quoad sextum item, &c.*

Vsus ibi allegatus, quòd officiati Archiepiscopi sententiarum quæ pro ipsis latæ fuerunt, executionem obtinuerint, apud ecclesiasticos iudices, **in Wunden Sachen** / probatur per testes. 1. qui dicit, moris fuisse olim, item 12. 62. 70. & 87. qui vidit ante triginta annos, & videtur iure defendi posse, cùm ecclesiasticus & secularis se inuicem iuuare debeant, vt notant omnes *in capitulo primo, de officij ordinarij.* Nisi hic iterum videatur obstare transactio Alberti articulo vndecimo, ne confusio fiat processuum & cognitionum, cuius rei ratio, de qua supra in octauo libello, in processu executionis militat, quia cursus iudicij, cuius pars est executio, impediri non debeat, præsertim cùm & articulo 22. Alberti transactionis prouisum sit, quomodo ope senatus **in Wundenrecht** fieri debeat executio,

& præterea iuris, quod alterius Iudicis auxilium, vt supra dictum, implorari non debeat, nisi in subsidium, &c. si non habeat vltrò quod faciat is, qui cognouit, *capit. cùm non ab homine. in fi. de iudi. & not. Oldrad. consilio octuagesimonono, numero quinto.* Nec iuri aut rationi consentaneum, vt in causis secularibus, & leuioribus interdum statim per viam excommunicationis procedat Ecclesiasticus, non cognito prius, an inobedientia sit animæ præiudicialis, vt notatur ibidem, & aliàs *in dicto capitulo primo, numero septuagesimoquinto.* Ideò potius videntur absoluendi Rei, præsertim vbi vilescere cœpit ille vsus excommunicationis, in causis secularibus, vt testes asserunt: compensatis expensis.

### *Ex articulo decimo, incipit,* Fürter vnd zum zehenden.

Quòd cadauer der todten Frauwen sublatum per Reos in Hochheimer Flur & iurisdictione Actorum, dicunt testes hic ad interrogatoria, vt 3. ad 1. interroga. quod Actores exercuerint iudicia in H. Flur, &c. 6. testis dicit, si pagi habeant Flur / prout aliter nunquam audiuit, tum Actores habere ibidem iudicia, &c. 17. 18. audiuit à patre: vigesimusoctauus causam & rationem dicti allegat, quia der Bauwer dem dieselbe Hütten, da die todte Frauw gefunden worden, habe von solchem Ort Bauwer Recht gen H. gegeben, &c. 86. & 89. licet dicant factum in loco senatus, tamen prior asserit, daß H. ein Flur habe. & alter, man gestehe Archiepiscopo Gericht in seiner Dörffer Flur, vt & 90. in quibusdam pagis. Præterea & hi testes pro Actoribus plures sunt numero, quàm qui pro Reis adducuntur in exceptionibus; & potiores etiam, quia magis in specie & melioribus rationibus deponunt, adiuuantur præsumptione, de qua supra in 3. conuentione, vbi ad alia hic obiecta responsum. Ideò concludo pro Actoribus contra Reos pronunciandum, quòd non licuerit ipsis turbare: compensari possent expensæ propter varietatem testium.

### *Ex vndecimo articulo,* Item zum eylfften / *de subdito Reorum qui deliquit in pago* W. *Ideoq; citatus vt compareat* im Hoff / *quod Rei prohibuerint, vt in confesso est.*

Probatum quòd iudicia & ius mulctandi habeant in dicto pago, licet non ita in specie deductum, quòd ibi delinquentes subditos Reorum in curiam citare aut reuocare possint, tamen nec Rei in responsionibus allegatum vsum reciprocum remittendi delinquentes probant, & quamuis etiam iuris videatur, quòd quæstiones criminum, vbi commissa vel inchoata sunt, ibi perfici debeant. *lege prima, C. vbi de crimin. agi oport.* Et argumento esse videatur, quod articulo Alberti 20. habetur, vbi speciliter prouisum, quòd suos subditos Actores tantùm ducere possint in d. Hof / tamen hic non videtur de pœna agi, sed de absolutione potius, vt ratio *dictæ legis primæ* videatur cessare, nec præterea multùm interesse Reorum, nec remissionis ius satis probatum. Ideò & hic pro Actoribus posse pronunciari, cum expensis cùm fieri possit, quamuis etiam rationes dubitandi adesse videantur, propter vsum non probatum.

### *Ex duodecimo articulo.*

Omninò non probatum, quod Rei cœperint homicidas in iurisdictione Actorum. Nec enim sufficiens argumentum quod aduocatus dicit, nisi verum esset, non verisimile Actores voluisse hanc litem suscipere. Ideò concludo absoluendos Reos cum expensis, quæ tamen in aliis fortè compensari possent.

### *Ex decimotertio articulo, vbi habetur, quod intra ædes ciuium & clericorum, per officiatos,* Gerichtsknecht / Freybotten / *ad citandum vel arrestandum.*

In huius puncti probatione dubitari potest, quamuis enim 8. testis ad 24. interrog. primi libelli. 3 & 4. articuli dicat seines Wissens mögen M. wol in die Häusser gehen, citiren / vnnd kommen / & 46. testis ad idem interroga. repetitum decimotertio libello audiuit, quod quidam contradicant, sed esse econtrà, quod liceat & quod intrauerint, &c. Tamen & plures contrarium dicunt, vt in dicta prima conuentione, 42. interrog. 15. quòd non ingrediantur, misi vocentur, vt ipse obseruauit, als ein Freybotte, &c. Et cùm quidam ex his in specie dicant intrasse nuncios, siquidem vocati, secundum eos videntur intelligendi, qui generaliter, pauciores tamen numero id affirmant, præsertim cùm & hæc à iure communi non videantur aliena, vtcumque de consuetudine non semper seruetur, quia omnes Doctores notant *in lege, plerique. ff. de in ius vocando,* verbaliter citari, quem posse tum demum in domo, si præstet aditú, vel si ex publico conspiciatur, vt explicat Castrens. ibi *num. 6. in fin.* & Zas. *numero septimo.* ad idem Iason *numero* 31. quæ cum conueniant, dictis testium, puto per Reos, melius probatum, idq; quoad ingressum ædium, quatenus ciues concernit: quoad clericorum verò domus secùs, quia de iis nihil certi deponunt testes pro Reis, sed magis pro

Acto-

Actoribus. Ideoque in pronunciatione distinguendum scilicet vt absoluantur Rei, quoad Bürger Häuser, in reliquis non; compensatis expensis.

*Ex decimoquarto articulo, quod senatus teneatur exequi,* vnd die erforderten *ad petitionem* deß Vitzthumbs / *vt satisfactio fiat, cogere.*

Videtur satis hoc probatum per testes, 17. 18. 21. & alios in probationibus Actorum, quamuis nonnulli loquantur in genere, tamen de sententiis etiam à ciuibus obtentis, vt & 16. articulus Alberti ibi per Aduocatum in probationibus allegatus, nihil de officialibus, in specie tamen videtur de eo habere litera antiqua pergamenea, wo der Schultheiß nicht wol gereichen mag / soll der Rath zu helffen. Et quamuis in specie non allegentur aliæ transactiones, nec causæ, quibus denegata fuerit executio, vnde apparere posset, an tales casus fuerint, quibus excipiunt Rei se non teneri, videtur tamen & hic similis ratio decidendi cum superiori vltimo in proximo libello, nisi quod hic de præiudicio agitur. Ideo si videbitur dominis similiter pronunciandum, compensatis expensis.

*Ex decimoquinto articulo,* von Fleschenschmideten.

Videtur magis accommodari posse, supradicto vltimo puncto proximi libelli, tanquam species, & casus ibi comprehensus, scilicet quod Fleschenschmidt / & alii conquesti de executione denegata puniti fuerint. Ideo vel dicendum quod ibi decisus sit, vel hic non satis probatus in specie. Negatur enim ob hanc causam, quasi de executione conquestus sit denegata victum esse Fleschenschmidt: Et licet quintus testis dicat, quod audiuerit ex fama, tamen eam originem traxisse à Moguntinensi quodam Schulteto, & aliis, de quorum ratione scientiæ & authoritate non constat, vt & duodecimus testis hic dicit se audiuisse tantum, & tamen 62. testis iterum assertiue dicit, quod audiuerit ab eodem duodecimo teste, qui fuit Schultheiß & Vitzthumb, vt ex eo colligi possit, ab eodem famam ortam esse, licet & ipse quoque de auditu absque authore affirmet, quod tamen hic requiri videtur, quia in animo senatus consistit, qua de causa senatus Fleschenschmidt punierit: septuagesimus primus testis, qui allegatur ab Actoribus, nescit de causa capturæ, &c. Ideo si in specie esset pronunciandum, putarem Reos absoluendos, quia causa non probatur hoc casu. Compensatis expensis.

*Ex decimosexto articulo, quod senatus conetur punire* die Freffel vnd Verbrechung deß Burgfriedens / wider die alten Verträg.

Hic iterum coniectura sumenda, quod fundent se in antiqua transactione Gerlaci Actores, quam transactionem & solum testes allegant, & Actores implicite in probationibus, vbi tamen hoc solum habetur, man gestehe Archiepiscopo, an seine Gerichte zu E. Kampff / Gottes vnd Burgfrieden / vt & possessio tantum probata videtur in iudicialibus, & præsertim in pœnalibus seu capitalibus, vt libro C. Actorum im Rottenbüchlein / &c. Et decimusseptimus testis ad 2. interrog. hic meminit, daß senatus etliche / so den Burgfrieden zerbrochen / für das M. weltlich Gericht gestellet / welche seyndt enthäupt worden.

Quamobrem iterum nimis effuse Aduocatum Reorum in responsionibus & exceptionibus allegare arbitror, senatus gestehe Archiepiscopo gar nichts an Straffen der Freffel deß Burgfriedens / forte ex causa, vt ibi fatetur, quod non viderit dictam transactionem; & ideo hac generali contradictione, quia turbati videntur Actores, cùm aliàs non constet, quòd eos impedierint Rei, aut conati sint in iudicialibus derogare; concluderem Reos condemnandos, cum & actus videantur habere in extraiudicialibus, licet non specificati sint in articulis, in quibus tamen extraiudicialibus, quod ex officio per eosdem videtur plus probatum, vt per omnes ferè testes Actorum supra ad 2. interrog. hic, senatum in vsu esse, aber Archiepiscopus thue dergleichen in peinlichen Sachen. Et decimusseptimus testis septuaginta annorum semper ita seruatum; & alij plures testes in exceptionibus deducti, quod spectet ad Reos punire, nunquam aliter audiuerunt vel experti; & casus aliquot à viginti annis ante litem cœptam in libro Reorum O. ponuntur num. 41. Ideò etiamsi pronunciemus non licere Reis turbare Actores in eo iure, tamen ipsis quoque Reis hanc potestatem mulctandi, non puto omninò auferri posse, cùm constet ex dictis registris, daß sie jhren Frieden / &c. neque alienum videtur, quòd de eodem delicto etiam bis puniatur delinquens, á diuersis & diuerso respectu, cum & priuatus tertius possit agere pro eodem delicto, & tunc cessat ratio regulæ, ne exceptio rei iudicatæ præiudicet, vel diuersæ sententiæ ferantur, *Maran. par. 6. num. 92. Roman. consil. 213. in fin.* Et in diuersis dominijs Bossius *de nullitate Banni, numero vndecimo, in praxi criminali.* Fortè etiam distingui posset, vt testes ferè faciunt, si in ædibus aliquis lædatur aut occidatur, vt tunc Actores punire possint: Rei verò in simplici iniuria aut violentia, præ-

sertim vbi deprehenduntur, prout melius quoque ipsi in tales delinquentes animaduertere posse videntur, vt quibus cura quietis publicæ commissa est, præsertim noctu: vel etiam eo casu absurdum non videtur, si præuentionem locum habere dicamus, quæ tamen omnia melius in specie deduci debuissent. Ideoque (si videbitur) reseruatione aliqua prouideri poterit, si, vt supra dictum, condemnentur Rei. Compensatis expensis.

*Ex decimoseptimo articulo, quòd Rei prohibeant mulctare* den Freffel / wann ein Thier Schaden thut / wider alt Herkommen.

Testes hic pauca dicunt, nisi duodecimus ad 2. interrog. deponit, Ein Schultheiß hab es in Vbung / item & tertius testis referens se ad Wundenbuch / in quibus reperiuntur quoque casus, vt libro C. &c. sunt & alij casus possessorij in libro D. Pro Reis autem decimus septimus testis ad interrog. ibi, quod nunquam aliter audiuit, quam quod habeant ius mulctandi, &c. Verùm cum Actores suam possessionem, præsertim vt videtur in iudicialibus non minus quàm Rei, & quoad tempus certiorem quidem, sicut & quoad casus probent. Concludo pro Actoribus pronunciandum, ꝙ Reis non liceat eos turbare, si tamen commode reseruatio fieri possit, putarim non præiudicandum quoque in hoc Reis, cùm 87. testis distinguat, quod & ipsi rei certis casibus possint punire &c. & 87. testis asserit, daß sie solche Thier / so Schaden gethan in Spittal getrieben / vnd daselbst außgetheilt. Expensis compensatis.

*Ex decimooctauo articulo sumitur.*

Non quidem articulatum, daß die Schläge in N. vel Archiepiscopi Flur oder territorio gemacht / tamen probatum videtur per testem octauum, Rei haben den hindersten Schlag an N. im N. Flur geschlagen / vier oder fünff Meßgerten weiter / dann der Weg jhnen zustehe / dardurch der Weg zum Dorff vnnd Ackern versperret / vt & septuagesimusprimus dicit auff N. Feld / audiuit, jhre Felder dardurch versperret seyn / &c. Sed melius 76. der ein Schlag stehe auff N. Flur / rationem addens, man gehe mit den Creutzen darumb / stehe auch ein N. Wapen gezeichnet diesem Schlag gleich / aber der ander im E. Gebiet seines Bedunckens. Et quamuis aliqui testes Reorum planè contrarium dicant, vt in exceptionibus eorum deductum, tamen cùm hi Actorum testes melioribus rationibus sui dicti nitantur, iuuentur etiã præsumptione & argumento eorum, quæ in tertia conuentione supra dicta sunt; concludendum etiam in hoc puncto pro Actoribus pronunciandum, quamuis dubium videatur, von einem Schlag / tamen eadem ratio videtur esse. Et 18. testis dicat, daß sie wider abgethan. Neque obstat, quòd vtile dicatur esse N. quia id ex quorundam testium dictis dubium videtur: & etsi esset vtile, tamen in inuitum non confertur beneficium compensatis expensis, quia in multis parum sibi constare videntur testes.

## VOTVM D. CORREFER.

*Super d. Libello* der newen Eyngriff.

QVOAD actionem cum domino referente quasi negat: Et petunt Actores pronunciare Reis non licuisse ipsos turbare, in superioritate & iurisdictione sua.

*Quoad primum punctum, qui 3. 4. 5. & 6. articulis, & primo. tertiq;, item octauo articulo comprehenditur*, von Verhinderung deß Bauwens im M. Hoff zu E.

Probatur Actorum intentio ex eo, quod non solum Principibus & dominis terrarum, & communi iure & consuetudine in suis ciuitatibus pro sua necessitate, sed etiam cuilibet priuato in suo libero solo licitum sit ædificare vsque ad cœlum, vt Doctores per impossibile quidem, sed demonstrandæ facultatis causa loquuntur, secundum Wesenbecium *in consilio trigesimoquarto, numero decimosexto, libro primo, in vulgata lege, altius, Cod. de seruitut.* quod eò magis in nostro casu procedit, quod curia Moguntina allodium dicitur Archiepiscopi, hoc est, quæ ita propria sit, vt à nemine nisi à solo Deo recognoscatur, vt inquit Baldus *in rubric. de allodijs, numero primo, de feudis.* Accedit etiam quod Archiepiscopi hactenus ius ædificandi exercuerint, eiusque iuris in quasi possessione sint, quod per registra œconomorum abundè docetur de Anno videlicet 1443. vsque ad annum 1507. Et quidem non tantùm vetera ædificia refecta & restaurata fuisse, sed etiam noua ex fundamentis adstructa, argumento sunt inscriptiones seu memoriæ lapidibus inciſæ, quæ in dicta curia inspiciuntur & habentur in tertio Rotulo Actorum in fin. Et testantur rationes Henrici R. H. œconomi, nouam domum fuisse ædificatam in eadem curia, Anno millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio, per titulum, Baw deß newen Hausses. Deinde Anno 1472. cùm propemodum media pars vrbis E. & in ea quoque curia M flammis consumpta fuisset, planè necessaria fuit noua ædificatio, prout declarant versiculi, qui aureis literis lapidi insculpti, ante fores dictæ curiæ le-

gun-

guntur,& habentur in libris iudicialibus eccle-
siastici iudicii, in quarto Rotulo Actorum, & licet nonnulli testes eo tempore senatum se oppositisse asserant, tamen quia illa domus nihilominus completa & ædificata fuit, non obstante contradictione senatus,cui Archiepiscopus non acquieuit, eo ipso ius Actorum magis confirmatur, argumento eorum quæ tradunt Doctores *in lege,qui luminibus, ff.de seruitut. vrbanor.prædior.Roland.consilio vigesimosecundo, numero vigesimoseptimo, & sequentibus volumine secundo,& consilio octuagesimo, numero trigesimonono, & sequentibus volumine tertio, Balb.de præscription.parte quarta.quintæ partis principal. quastione quinta, numero tertio.* Ad quod etiam facit, quod officiales M. in eiusmodi ædificationibus vsi sunt opera ciuium& opificum E.qui ab antiquo semper in publica platea ante fores curiæ lapides & cœmenta ad necessarias structuras præpararunt, **da auch ein sondere Hütten dazu gewesen**/vt per testes sufficienter est probatum, qui & viderunt & cognouerunt dictos opifices: de turbatione vero,quod Rei hoc non attento,primum officialibus, deinde etiam dictis ciuibus interdixerint, vt ab incepto opere cædendi lapides desisterent,&c. Ex propria Reorum confessione satis est probatum, & affirmant etiam hoc sexto & duodecimo testes, quorum alter **Küchenmeister**/& alter **Vitzthumb** eo tempore fuit. Censeo itaque intentionem Actorum probatam esse.

*De elisione.* Rei pluribus vtuntur argumentis quorum primum est, quod domus illa ideo libera Principis curia dici non queat, quia in antiquis literis & instrumentis vocetur, **ein Fürwercks Hoff**/quod idem cum **Meyerhoff / welcher mehr zur Viehzucht vnnd Feldtbauw geordnet/als zur Fürstlichen Wohnung.** Ego vero semel tantum hanc vocem **Fürwercks** in productis documentis reperio,& quidem in literis venditionis monetæ Gerlaci, de Anno millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, in vltimo Rotulo Reorum, sub litera K. his verbis. **In solcher weiß/ daß das Müntzeysen in vnserm Fürwerck zu E. soll stättiglich bleiben** / vbi etiam non satis certum videtur, quis locus designentur,Albertus tamen administrator Anno millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, in suis literis textorum & pellionum vocat **Ertzbischofflichen Hoff** / ex quo satis apparet,non iam primum pro curia Principis haberi cœptam, cum quo etiam testes conueniunt,qui vt plurimum ignorant, vnquam aliter appellatum,**dann M. Hoff**/ vt dicit octauus testis, **es sey kein Mensch zu E. der jhn ein Fürwercks Hoff nenne.** Interim tamen aduocatus Reorum mitifice triumphat hoc vocabulo,& magna sollicitudine, nunquam aliter in actis, quàm fürwercks hoff vocat, verum vt, sit vt pasum referre videtur, quod ibidem etiam rustica familia,& pecudes,ad colenda prædia vicina vrbi alantur. Nam hoc etiam non tam inusitatum est apud alios quoque Principes, maxime in castris.vbi rarius aula haberi solet, & constat ex actis,& supra allegatis monumentis, in dict. curia M.per longe plures, quam centum annos ante litem motam, prouisores, qui plerunque ex primariis Canonicis eo missi fuerunt, vicedominos, schultetos & consiliarios M. habitasse, hospitioque susceptos fuisse, & ea libertate ibi fretos, vt non appareat senatum vllum vnquam ius in illa curia prætendisse.

Vnde senatus arguitur, **daß es nie simpliciter ein Meyerhoff gewesen sey**/ &c. Leuius est, quod secundo loco adfertur,**daß der Hoff etwa zu H.gestanden / vnnd gen E. transferirt seye.** Nam & licet testes magna ex parte se hoc audiuisse dicant, tamen falsam hanc esse famam ex eo conuincitur, **daß der Fürwercks Hoff noch dieser Zeit zu H.stehet** / vt quintus, septimus & octauus testis affirmant, & vndecimi testis dictum de quodam sene, centum duodecim annorum, qui meminerat hanc curiam nondum fuisse E. conuellitur monumento H. Archiepiscopi de Anno 1341. quod ostendit, dict.curiam ducentis,propemodum annis ante examinationem dicti testis E.stetisse. Nec etiam obstare videtur, quod obiicitur, **der Hoff sey auß Bürgers häusern zu sammen geschlagen/darumb hab der Raht darüber zu gebieten.**

Testes enim de hac re varie deponunt, &c. Maior tamen numerus testium, de vna tantum domo, quæ fuerat Adolphi W. S. deponit, ex qua nouum ædificium cum sacello factum est,quod Actores non negant : Et licet fama in antiquis ad plenam probationem sufficiat, tamen illud procedit, quando ea fama est vniformis, nec de ea esset contradictio apud peritos *Baldus in lege, conuenticula. numero secundo,versiculo est tamen verum, Codice de episcopis & clericis,Roland.consilio tertio, numero quadragesimooctauo,& sequentibus volumine primo.* Sed hic non est vniformis fama nec verisimilis, nec etiam cum historiis consentiens, quæ testantur Archiepiscopos ante aliquot secula E. degisse, quosdam etiam ibi obiisse. Quoad domum W. S. curiæ coniunctam, cum Rei eam ædificationem potuerint impedire,nec fecerint, videntur in eam consensisse, & quia per tot annos censum ordinarium de hac domo non petierunt,nec docuerunt in possessione recipiendi se fuisse, non video qua ratione ipsorum exceptio hic attendi possit, & quia super eadem re in quiata Reconuentione pronunciandum erit, vbi forte latius discutietur. Quartum argumentum, **daß die Bürger etwa den Hoff geschirmet** / nihil ad rem facit, quod senatus ordinat **Bauwmeister.** Similiter nec 5. argumentum, quod senatus constituit **Bauwmeister** / quia ipsorum officium vlterius

non extenditur, quam ad ciuium ædificationem, quando scilicet ab ipsis ciuibus ad discernendas controuersias vicinorum ædificantium requiruntur, vt ex testium dictis apparet. In curia autem Moguntina vnquam suam iurisdictionem exercuisse non constat. Denique non etiam obstat, quod Rei dicunt, **sie seyn nicht schuldig zuzulassen/ daß man in der Statt E. gefährliche Bäw oder Vestung mache.** Nam vt hoc Archiepiscopo non licere ponamus, (de quo tamen nihil hic decidere libet) tamen eam, de qua hic agitur, ædificationem videri periculosam, vel quæ alicuius fortalitij speciem præ se ferat, non satis est probata: imo carcerem voluisse ædificare testantur testes, & hoc Actoribus licere ex vigesimo octauo & vigesimonono articulo Alberti clarum est, & quia etiam quilibet, de iure præsumitur principaliter potius ad suam vtilitatem, quam alterius iniuriam ædificare. *Baldus in lege, item lapilli, numero quarto, ff de rerum diuision. VVesenbec. consilio. 34. numero 21. part. 1.* Concludo neque hanc, neque superiores obiectiones intentionem Actorum elidere. Ideoque contra Reos pronunciandum? cum expensis. damnis & interesse.

*De secundo puncto qui continetur in secundo. Item Octaui articuli, & cohæret septimo & octauo articulo*, **daß** *Rei officialib.* **vorgehalten / daß sie sich** *Archiepiscopo* **zu schreiben vnterhalten sollen / alles das jenig / so zu Zanck vnd Widerwillen gereichen möchte.**

Rei satis videntur se in responsione ad octauum articulum declarare, quod animo mandandi atque imperandi hoc officialibus proposuerint, ibi, **jhnen da gebotten oder verbotten /** quod si igitur absolueremus Reos in hoc puncto dubium non est, quin ipsi sibi attributum hoc putarent, vt officialibus mandare possent, quod cum non modo transactionibus aduersetur, sed eius etiam contrarium per testes plene probatum, puto, hic quoque Reos condemnandos esse, **daß jhnen nicht gebührt / den M. Amptleuten geklagter Massen zu gebieten oder zu verbieten /** cum expensis, quia illis non competit iurisdictio in officiales.

*Quoad tertium punctum.*

Similiter censeo in genere pronunciandum. Nam cum causa principalis de vineis propter non solutum canonem, vel alia ratione ad Archiepiscopum tanquam dominum proprietarium reuersis, & iure euictis in quinta reconuentione, infra tractanda & decidenda sit, nihil impedire videtur, quin possimus hic in terminis septimi & octaui articuli permanere, & saltem generaliter super iure mandandi & prohibendi sententiam ferre, prout petitio etiam Actorum in illa generalitate consistit.

*Quoad quartum punctum.*

Idem obseruandum puto, in quo non minus quam in superioribus arbitror Reis non licuisse Moguntinensibus officialibus imperare, & sic de facto quodammodo procedere, cum grauati aut iure experiri potuissent, aut querelas suas ad superiorem Archiepiscopum scilicet deferre, prout olim frequenti in vsu habuisse ex transactionibus & aliis documentis constat.

In quinto puncto sentio cum D. Referente, mallem tamen Reos in expensas condemnare, vt in superioribus etiam punctis, cum de defectu iurisdictionis Reorum manifeste constare videatur.

Quoad sextum & septimum punctum similiter cum Domino Referente per omnia concludo.

*Quoad octauum punctum ex 13. art.* **daß der Raht verbotten dem M Gerichtsknecht Kommer/ &c.**

Videtur hic punctus ex responsione Reorum satis probatus, & affirmatur quoque à 12. & 17. testibus, qui audiuerunt; licet autem in hoc articulo nulla fiat mentio citationis sed tantum arrestorum, **Kommer vnnd verbott /** tamen eandem rationem vtriusque esse existimo; & videtur huius puncti resolutio optime sumi posse ex iure communi. Regulariter enim apparitores domos ingredi non debent ad citandum, vt communiter Dd. *in lege, plerique, ff. de in ius vocand. Rebuff. in constitut. regias, de citationibus, articu. secundo, glossa tertia, numero decimo, tomo tertio.* Facit enim iniuriam, qui inuito domino ædes ipsius ingreditur, per Rebuff in loco alleg. Verum hoc fallere plerique etiam tradunt, eo casu quando domus sit aperta, & nemo prohibeat, *per legem, satis, ibi sed si aditum ad se præstet, eodem titulo. Rebuff. dicto loco, numero duodecimo.* Vnde mihi videtur Reos in eo excessisse modum: primo quod mandarint apparitoribus, in quos iurisdictionem non habent, deinde quod mandarint, ne omnino ingrediantur ædes ciuium, cum de iure tantum prohibeantur contra voluntatem ciuium ingredi. *Speculat. de citation. §. sequitur. numero decimo septimo. Folerius in constitution. Sicilia constit. incip. iustificarii nomen, numero vigesimoquarto, part. prima.* Cum quo etiam conuenire videntur testium dicta, quæ dicunt, **daß sie etwa in die Häuser gegangen / etwa herauß blieben /** & licet plures

testes

testes dicant, ſie ſollen nicht in die Häuſer gehen/ tamen illi nullam concludentem rationem adferunt, cur hoc minus liceat, maxime permittentibus ciuibus. Quoniam itaque ius commune apparitoribus facultatem ingrediendi domos non præciſe adimit, & teſtes etiam de vſu & poſſeſſione atteſtentur, mallem etiam in hoc puncto pro Actoribus pronunciare, præſertim cum hic agatur de arreſtis tantum, quæ niſi res arreſtanda demonſtretur, vix commode imponi poſſunt, & cum à Reis nihil deducatur, in quo hactenus ciues ſe per talem ingreſſum grauatos ſenſerint, ſed potius ab ipſis Reis hoc vnum quæri appareat, vt ſibi ſolis omnem poteſtatem in ædibus ciuium aſſcribant, & Actoribus adimant, prout interrogatoria eorum ſatis declarant, puto abſolutionem Reorum in hoc puncto valde præiudicialem Actoribus futuram. Itaque condemnandos arbitror Reos, ne impediant apparitores ingredi ædes ciuium, ſi modo id neceſſitas imponendi arreſti poſtulet, & ipſi vim nullam exerceant, compenſatis expenſis propter teſtium varietatem.

### *Quoad nonum & decimum punctum denegatæ executionis.*

Videntur maiori ex parte expediti ſupra in 13. conuent. & libet quodammodo cohærere videantur hæc duo capita in 14. & 15. articulo, quia tamen poſterior punctus non eſt ſufficienter probatus (ſcilicet vom Fleſchenſchmidt) & in d.13.conuent.in ſimili caſu denegatæ executionis pronunciatur, puto hunc punctum commode hic diſſimulari poſſe aut reiici ad dict. 13. conuent. In nono vero ſubſcribo ſententiæ domini Referentis.

### *Quoad vndecimum punctum*, den Burgfrieden in Häuſſern belangend/ *qui continetur in 6. art.*

Ille non caret difficultate propter probationes ſibi aduerſantes. Nam pro Actoribus faciunt libri iudiciales, & antiqua illa Gerlaci tranſactio, Reis vero patrocinantur dicta teſtium, veruntamen Actorum probationes præferendæ videntur. Nam in teſtium dictis multa deſiderari poſſunt, &c. 86. & 91. teſtes deponunt, de vltra memoriali tempore, ſed non eo modo, qui, vt præſcriptio procedat, requiritur, alii ab aliis audiuerunt, ſed non indicant, à quibus vel quo tempore, ante vel poſt litem cœptam. In Actorum vero probationibus omnia ſunt certiora, actus longe antiquiores cum ſuis circumſtantiis perſonarum, temporũ & locorum deſcripti. Accedit allegatum documentum Gerlaci, & tandem etiam præſumptiò iuris, quæ pro Actoribus tanquam dominis ciuitatis, qui merum & mixtum imperium cum iuriſdictione in ea habeant, militat.

Nec obſtare videtur, quod ſenatus prehendit tales delinquentes, maxime noctu, eoſque carcere coercet, mulcta nihilominus tamen ad Actores pertinere poteſt, quemadmodum Rei quoque res iudicatas exequi tenentur, cum tamen emolumentum (Hoffgelt) ad Actores ſpectet. Concludo itaque pro Actoribus pronunciandum compenſatis expenſis. Et ſi placeat dominis reſeruationem pro Reis facere, vt ſi velint, vlterius deducant, quibus in caſibus ſibi hoc ius competere exiſtiment, non repugnabo.

In duodecimo puncto omnino conſentio cum domino Referente.

In vltimo puncto ſimiliter cum Referente videtur enim ex teſtium dictis ſatis conſtare, daß er ein Schlag im T. der ander im E. Flur ſtehe. Et quia Archiepiſcopus eſt in vtroque territorio dominus, vel ſi etiam non per omnia eſſet, tamen non licuit Reis contra veterem morem, nouis iſtis clauſuris viam publicam impedire, & ſubditos ſui domini, quibus alias protectionem debent, grauare. Ideo hic quoq; cenſeo reos condemnandos; compenſatis expenſis.

## VOTVM D. REFER.

### *In cauſa M. contra* E.

### Super Libello Clericorum.

QVIA adferuntur à Reis quædam exceptiones, quæ etſi lites conteſtationem non impediant, litis finitæ tamen dicuntur, vt notatur *in l.nam & poſtea, ff. de iureiurand. alias incipien. Si prætor ait*, vbi Bartol. vti eſt tranſactionis exceptio. Item tua non intereſt, quæ poſt litis etiam conteſtationem opponi poſſunt. Additio Cappell. Tholoſa. *deciſion. 67. ad fin.* Ideo ante omnia diſcutiendæ. Primo dicunt actionem non competere Archiepiſcopo, quia mandatum non habet ab eccleſiaſticis perſonis, quorum nomine agit, neque ipſorum intereſſe & abſurdum ei cui alienatio bonorum alterius interdicitur permitti actiones exerceri, per tex. *in l. ait prætor, §. primo, de iur. deliber.* prout & hic notorium, quod diſcreta ſint bona Actorum à bonis clericorum der Stifft S. Seueri, & Mar. virg. Ideo ab eo alienari non poſſe, neque agi eorum reſpectu, ad idem allegant, gloſſa *in capi. edoceri, de reſcript. verb, debeant.* Et magis hic cum diſtincta ſint bona omnino rerumque adminiſtratio, cum alias forte ſola diuiſio non obſtet, quo minus probatus metus defendi poſſit *Bellamer. concluſ. 695. numero ſecundo*, prout & eo caſu, vbi bona diſtincta ſunt ſtatuere per ſe poſſunt capitula notant omnes *in c. cũ omnes, de conſt.*

vbi

*vbi late Imola.* Et capitulorum Præpositi iurisdictionem habent, atq; constituere per se possunt Syndicos, *c. edoceri, numero septimo, versiculo nec obstat, vbi Felin. de rescript.* Neq; hic obstare inquiunt Rei, quod dicit Innocent. *in capitu. olim causam, columna secunda, de restitutio. spol. cap. contingit, de sentent. excom. & lege, si quis in hoc, C. de episcopis & clericis,* quia ad intelligendum in defectum Administratorum, si culpa vel negligentia non petant vel vindicent res ecclesiæ, *vt dict. capi. olim, vbi Innocent.* præsertim vero cum dictorum capitulorum præcipui coram notario & testibus solemniter sint testati, & protestati, libere atq; vltro, quod nomine vtriusq; capituli sponte renunciarint ratione damnorum, neq; Archiepiscopo, vel alii mandatum agendi dederint, sed & processum in camera contra suam voluntatem institutum, quem neq; in futurum ratificare velint, vt in instrumento producto per Reos 11. Martii, Anno 39. &c. adeo vt videatur res extra dubium, cum quilibet suæ actioni & beneficio renunciare possit, vt non impediat etiam, quod Actores in probationibus adducunt ex *capitulo secundo, de restitution. spoliat. vbi text.* Idque maxime cum bona ecclesiastica non fuerint ablata, sed priuatorum, qui non agant, nec metum in libera ciuitate præsumi, *l. nec verisimile, de eo quod met. causa.* Secundo obiicitur etiam, si actio competiisset, tamen per transactionem Hamelburg. extinctam certis legibus, & conditionibus vtrinq; præscriptis, vt ibi latius. Neq; obstare dicunt illa media conditionis à partibus acceptata esse tantum auff hinderſich bringen/ quia à neutra parte iis vnquam postea fuisset contradictum. sed pro parte Reorum adimpleta, vt in exceptionibus remouendo onera ibi comprehensa. Ergo existente conditione transactam causam apparet, totaliter, nec actionem amplius competere, prout nec per fiscalem ex eadem causa in camera amplius processum. Et quia nullus punctus controuersus remansit, prout nec clerici conqueruntur, ideo nullo compromisso, præterea iuxta nonum articulum dictæ transactionis opus fuit, & in summa, cum nec per Reos steterit, quo minus omnia adimplerentur, quamuis mutati postea commissarii, tamen si quædam restitissent adimplenda, non fuit regressus ad primæuam actionem, sed potius actio ad implendum. Cum ergo & hæc exceptio peremptoria sit, & quandocunq; opponi possit, per supra allegata, & Bursat. *consilio secundo.* Ideo esse absoluendos: Vt & tertio ex decimo argumento absoluendi, quod antea ob id factum à fiscali in camera conuenti fuerunt. Ideoque contra regulas iuris bis de eodem facto aut delicto quæri non debet. Veruntamen his responderi posse arbitror, primo quia iuris, quod sicut dominus pro subditis, ita & Episcopus pro illata clericis iniuria agere possit, per plura allegata supra in dictis conuentionibus, quia in his eadem ratio, ita vt omnino teneatur Episcopus loci inquirere in specie, si coacti † 197
clerici soluere gabellas, cum † sit defensior 198
iuris publici, *capitulo primo, de offic. ordinat. Bertachin. de gabellis, septima parte numero vigesimotertio, in fin. Canonistæ in Clement. fin. de constitution. vbi Cardin. columna penultima, in fin.* inquirere posse Episcopum quatenus est offensus quia beneficia † clericorum respiciunt fauorem ordinis 199
non personæ tantum, atque ita eorum iniuria† 200
Ecclesiæ iniuria dicitur, vt ibidem explicat Imola *columna penultima, in medio.* Item Innocen. *in capitulo contingit, de sentent. excommun.* Adeo quod nec clericus remittere possit etiam sponte, si velit, iniuriosum factum, vt dicit ibidem Innocent. *versiculo item potus, &c. Et notant. Dd. in capitulo parochianes, de sentent. excommun. vbi Panormitan. numero quarto. Et Anchoran ibidem numero quarto, in fin.* qui rationem dicit *in capitulo cum desideres, numero nono, eodem titulo.* Ita si quis percutit filium familias etiam volentem, nihilominus acquiritur actio iniuriarum patri. *Boer. in rubrica penultima in singular. numero vigesimoquarto, & singular. centesimo vigesimo, numero septimo, Panormitan. in capitulo cum deputati, numero decimo, de iudic. Bertachin. parte quarta, numero septimo, Felin. in capitulo ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 107. de constitut.*

Ex quib. patet responsio ad aliud obiectum, etiamsi verum esset, quod sponte & vltro renunciassent dicti clerici, quod ipsum tamen haud verisimile videtur & quod ad exactionem onerum extorsio clericis facta dicitur, si præcessit metus vel exactio, vt dicit Zabarella *in dict. clement. fin. columna secunda, versiculo, septimo velut fortius, ibidem dicit Ancharan. columna tertia, à pr.* si præcessit petitio, quamuis sequatur spontanea solutio, maxime vero concurrentibus aliis, quæ hic præcesserunt, concussiones scilicet & inuasiones. Quo casu extra dubium est locum habere, *dicto capitulo secundo, & notant ibi omnes,* & in specie in transactionis casu Æmilianus *consilio secundo, numero decimo.* Ita facile respondetur ad illud, quod supra dictum est, absurdum esse actionem dare ei, qui alienari non possit, quia vt dictum, illa regula generaliter vera non est, *Felin. dicto capitulo edoceri, late Pinell. in lege prima, de bonis maternis parte tertia, numero quadragesimoquinto.* Ita & ad illud, quod dicitur de administratione diuisa eum agere qui administrat, quia Innocent. *in dicto capitulo olim causam, de restit. spol.* respondet, nisi iusta causa subsit, ita nisi bona penitus diuisa, secus si alter alteri subiectus. Quamuis forte si ipsi agere voluissent (scilicet capitula) præferendi fuissent. *Bald. in l sancimus, C. de SS. Eccl.* quia interesse habent.

Quoad secundam obiectionem videtur transactionem illam Hamelb. adeo perfectam non esse, vt ex ea agi possit ideoque impedire debeat hanc actionem, quia articu. 7. clausulam habet,

habet, quod compositio & consensus ille referendus sit ad status, & illorum arbitrio relinquendum, quomodo sigillanda & conficienda desuper sint instrumenta, quæ postea facta aut subsecuta non constar, ideo videntur locum habere notata per Decium *consilio cententeſimo quinquageſimonono*, vbi potius inter contrahentes hoc agitur, quod fieri debeat instrumentum publicum, non dici perfectum, antequam conficiatur. Idem *consilio vndecimo, numero primo.* Et magis hic quia *in sequentib.* §. vbi præcipue agitur de causa clericorum hic controuersa Commissarii narrant quædam media proposita & concordata, **welche die Partheyen auffhinder sich bringen angenommen** / & ita sub conditione, *si placuerit partibus principalib.* quam conditionem non constat extitisse. Ideoque cum reuocare licuerit partibus, non potest dici transactio perfecta ad inducendam ex ea actionem, per notata Tiraquellus, *de retract. conuent. §. secundo, numero octauo & nono.* Interim videtur tantum tractatus quidam. Decius *dicto consilio vndecimo, numero primo.* Et in specie, quod tractatus de transigendo non inducit transactionem, *Rom. in lege secunda, numero sexageſimo secundo, de re iudicata,* quibus
201 additur regul. , quod † nihil censetur actum dũ aliquid supereſt agendum, *Mynsinger. responsion. 56. numero quinto.* Neque obstare videtur, quod Rei vel maxime vrgent, ex eo ipso scilicet consensum probatum, quia de nulla contradictione appareat. Commissariis facta, cum facto ipso declarint Actores, quod acquiescere noluerint, procedendo in camera ratione eiusdem obligationis, clericorum scilicet & aliorum, quæ in dictis articulis transactionis comprehenduntur, maxime cum non constet ad effectum producta, aut impleta, vel etiam grauamina ibi proposita omnino sublata. Tertium vero obiectum minus impedit, quia constat iam dudum, quod fiscalis cessarit, & ab anno trigesimo septimo nihilominus egerit contra Reos, sed magis quia duo diuerso respectu simul accusare possunt, adeo quod etiamsi alius emittat, nihilominus fiscus agere possit. *Ascan. Clement. de pat. potest. effectu 7. numero decimo sexto* Et hoc casu nec Papa ipse remittere posset iniuriam Ecclesiæ. *Boer. decision. centesima vigesima prima, numero quarto.* Imo & priuatus pro suo debito præfertur fisco quoad pœnam. *Boer. in consuetud. Bituricens. §. 31. titul. de iurisdict. in fin.* vnde recte inferri puto actionem exceptionibus, non obstantibus dictis Actoribus competere, maxime quoad generale seu publicum Interesse. Actionem autem institutam esse dici potest ex edicto generali, *de eo quod metus causa*, quia allegant Actores articulo vigesimo, quod metu & terrore, propter incursionem præcedentem consternati clerici cum senatu contraxerint, maiorisque periculi euitandi causa certis pactis ipsius senatus protectionem requisiuerint, de qua actione Oldendorp. *class.... artic. decimo, & Odofred. Rosf. & alii.* vbi Oldendorpius dicit, contra eum etiam dari, qui metum intulit, etiamsi res ad alium peruenerit. Item & contra collegium & populum vel etiam officium Iudicis dici potest propositum ad rescindendum, quod fieri potest, vbi non corporis cruciatus, sed metus est futuri alicuius euentus aut damni, notant *in lege. interpositas, Codice de transaction. vbi Bald. numero quinto & sexto, Ruin. consilio centesimo sexagesimo primo, numero vigesimo septimo, volumine quarto, & alii quos citat Cephal. consilio ducentesimo nonagesimo quinto, numero decimo septimo. part. 1. Schurff. consilio 86 centur. secunda, numero quarto.* Item & alias generaliter, vbi contractus tanquam nullus rescindi petitur, vel simile quid. *Vantius quibus modis nullitas, &c. numero 56. Bartol. l. 2. de condit. institut. numero secundo.* Forte & condictionem ex legibus quis dare posset, quibus onera imponi prohibentur, vel ex ipso articulo quarto Alberti.

*An probata?* Primus & secundus articulus satis probati confessionibus, ita & 3. articul. quod clericis onera & exactiones † etiam quoad bo- 202
na eorum imponi non possunt, ex *l. 2. & authen. sequenti, C. de episcop. & cler. Canon. in ea non minus, de immunit eccles. & plura Thomates in verſ. exactio. de muner. nu. 28. & 34. Bertachin parte 7. num. 19. de gabel.* Idque etiam in bonis eorum patrimonialibus, vt notant *in capitulo quanquam, de censibus. Et quos allegat Festasius part. 4. capitulo 1. numero 3.* videtur etiam confirmari per dictum articulum quartum Alberti, **daß der Raht die Pfaffen bey jhrer Gefreyheit bleiben soll lassen** Contrauentio autem seu læsio in illo iure libertatis & immunitatis ex facto probatur artic. quinto & sexto, quod compulerint clericos præcedente metu illato, vt in facto confessum (quatenus ad obligationem attinet.) Item testibus probatum, & producta obligatione litera A. numero vigesimo quarto, incipit, **wie er Paulus** &c. Item quod non sponte sed metu ex præcedenti violentia promiserint clerici ad septimum & octauum, arti. patet, quia vim illatam esse clericis per ciues quosdam Anno, &c. 21. in confesso est & notorium, atque ex dictis testium clarum. Similiter etiam ad dictum articulum octauum Rei fatentur ob eandem causam se ab Actorib. pro defensione requisitos Quod autem neglexerint defendere, & per conniuentiam quasi se participes fecerint huic violentiæ effectus ipse docet, quod per tres noctes non abacti aut impediti ciues tumultuantes, sed vt testes dicunt, post damnum illatum demum. Quibus coniunctis, cum fama, quod interfuerint Reorum ministri **vnd Stattschreiber** / ratificatio saltem si non scientia & voluntas probatur, vti & ex eo quod post non delinquentes puniuerint, & iidem ciues instrumenta ciuitatis ad effringendos muros apta habuerint,

& alia in probationibus, vnde concluditur, intentionem Actorum probatam, etiamsi metus non adeo probatus esset, cum nec sponte possint paciſci, clerici enim debent. simul superiores desponere, *capitulo tributum vigesimatertia, quæstione vltim. versiculo quamuis, & lege prima, C. de episcop. & cleric.* Sed omnia nulla essent, si clerici hoc per se facerent, *authentica Cassan. C. de SS. Eccles.*

Pro elisione vltra ea in principio adducta, hæc etiam adferuntur in responsionibus & peremptorialibus Reorum, Primo, quod dicti clerici non metu coacti, quia nulla vis à senatu illata, nec factum ratificatum, sed magis æquitate quadam naturali & legitima, atq; vti in proœmio dictæ obligationis ponitur, necessitate exigente, aliisque causis ibidem specificatis commoti, & controuersam obligationem onerum dederunt, nimirum quia Academiæ vsum communiter habuerint clerici, multa etiam bona ciuium, senatui affecta ratione onerum, acquisiuerint, ad refectionem fontium ac murorum, quib. longo tempore vsi, nihil soluerint.

Denique ex quadam potius commiseratione, quia ære alieno oppressi ciues. Ideoque nec ipsi clerici tuti, necessitate quadam cogente succurrere Reipub. voluerint, &c. Ex quibus potissimum considerab le illud, de bonis allibratis in æstimum pro oneribus Reipub. quia illa intelliguntur etiam ad clericos cum onerib. peruenire, vt multis authoritatib. confirmat Thomatius *capitulo primo, numero vndecimo, & c. vel §. sequenti, numero 38. late Barbat. consilio 1. parte 3.* vnde & statutum de eo exstare asserunt Rei in 4. Interrogator. 3. articul. vt & casu necessitatis, quod teneantur. *Thomat. ibidem numero 46.* Et in specie pro debito ciuitatis, *n. 50.* Eadem ratione propter publicam vtilitatem cogi eos posse ad instaurationem pontium, viarum, &c. ostendit idem Thomat. *§. vel capitulo 3. versi. non obstare, nu. 22.* communem dicit Ripa *responso 168. numer. 8.* prout veriorem dicit Vasquius *de testam. §. 21. n. 181. libro tertio, Cacheran. decision. 68. & Duenn. reg. 100. part. 1.* Barbat. *d. cons. 1.* dicit decisione Papali indigere. Festas *parte quarta, capitulo quarto,* ex Calderino *cons. 2. de censibus.* Ipse tamen *num. 24.* aliter ex temporum conditione scilicet, quod teneantur. Et ita consuluit in Republica Francfurdiensi Molinæ. *consilio vndecimo, & duodecimo, & Schurpff. cent 1. numero decimotertio, consilio quadragesimoquarto.* Cum ergo in principio posita verisimilia sint, quod scilicet plurima bona tanto temporis spatio acquisierint Ecclesiastici, prout quædam ad curiam jum M. Hoff coempta supra etiam dictum. Et præterea notum, quod multis necessitatibus & calamitatibus sæpe affecti fuerint Rei, eo præsertim tempore, quo ære alieno adhuc grauati pacta inierunt cum clericis; Item & quod perpetuos sumptus in refectione murorum, viarum, pontium impenderint, videtur ex rationibus & authoritatibus supra adductis, æquitate magis quam metu ad subleuanda onera publica, clericos dicta pacta fecisse, neque referre, quod etiam sponte alias suis priuilegiis renunciare non possint, quia ex iam dictis videtur limitandum, nisi necessitatis & notoriæ vtilitatis publicæ causa id fiat. Deinde nec id ipsum sine difficultate esse colligitur, ex tractat. Thomat. *dict. loc. numero 18. vers. in hoc calculo, & c. de muner.* Facit & quod dicitur, transactiones metu factas ita demum non valere, si extrinsecus adhibita vis aperte probetur, non autem ex coniecturis, vt ex *l. interpositas, Codice de transaction. notat. Oldendorp. in enchirid. exceptionum, exceptione vigesima,* vnde videtur actio elisa.

Secundum elisionis fundamentum comprehenditur duodecimo & sequentibus peremptorialibus, hoc est, quod ipsi Actores fateantur, vim illam illatam esse clericis non quidem à Reis, sed ab hominibus quibusdam perditis, manipulo furum, &c. vnde cum ipsis Reis insciis & non consentientibus factum, ab ipsis etiam non ratificatum, sed quamprimum resciuerunt, custodibus dispositis, & omni diligentia adhibita, edictis publicis etiam contra seditiosos, & vt omnia restituantur ablata, propositis. Adeoque cum nullum inde commodum ad ipsos peruenerit, non posse dici vniuersitatem ex delicto quorundam ciuium, aut ex solis præsumptionibus teneri. Certa enim & satis nota iuris doctrina est, communitatem nõ teneri ex facto & delicto singulorum, etiamsi congregati ciues fuerint, nisi communicato consilio factum, aut nomine ipsorum commissum aut ratificatum fuerit, vt notant omnes ex Bartolo, *in lege, aut facta, §. final. de pœn. sequitur Iason. prolixe in lege, ciuitas, numero tertio, si certum petatur, & notant Canonistæ in Clement prima, de pœnis. Imola columna prima, in fi. Zabarella in vers. ciuitas, ibidem Felin. in capitulo cum omnes, numero vigesimoquinto, vbi & alii omnes de constitut. Castr. consilio 423. volumine primo, Curt. Iun. consilio vltim. in fin. communem dicit Panormitan. in capitulo dilectus, & secunda, de simonia. Menoch. remed. nono, recuperandæ, numero centesimo vigesimotertio.* Et in terminis late consuluit Francisc. Aret. *consi. 165.* qui etiam dicit communem in simili casu, latius Hieron. de Tortis ad cons. Antonii de Buttrio affixa, *n. 3.* Curt. Sen. *cons. 20.* quod est consilium Socini. Et Curt. *in l. 1. C. qui admitti, nu. 57. Mayner. in lege, deiecit, de regulis iuris, nume. tertio, plura Natta consilio 493. numero decimo, & 595. nu. 14.* dicens duo requiri vt ciuitas obligetur, vt scilicet sit eius nomine commissum, & quod sciens fit suo nomine factum, late Cacheranus *decisio. 138. numer. 27.* Et plures allegat, dicentes esse communem, quod confirmatur ex eo, quod tradunt Doctores ex delicto præsidum & administratorum ipsos præsides puniri, non vniuersitatem,

Oldrad.

*Oldrad. conſ. 66. nu.* 1. Et plura ad hoc Caſt. *conſil.* 223. *n.* 6. Item etſi ciuitas promiſerit non moleſtare intelligitur vniuerſaliter. Dec. *conſil.* 221. *fortius Bart. in d. l. aut facta. nu.* 11. Et ratio horum
203 eſt, ne vnus † ex delicto alterius puniatur, vt Roland. *conſ. 66. nu.* 64. *& ſeq. vol.* 1 Et communem dicit Anton. de Nigris *in conſil.* 210. *in addit. nu.* 15. *in conſtit. Regni Siciliæ.* Et in fortioribus terminis conſuluit Æmilius Ferretus *Reſponſo* 2. Quæ omnia (ſc. quod non ſciuerint, non ratificauerint, nec nomine ipſorum factũ, aut commoditas ad eos peruenerit. Item diligentia Senatus in inquirẽdo adhibita, vti teſtes dicunt, & vltimus teſtis dicit, non eſſe poſſibile præcaueri tales turbas, præſertim poſtquam conuenerint turbatores, quod ipſum in ſpecie probandum. *Calcaneus conſ.* 66.) cum hic concurrant. Videtur actio iterum eliſa.

Sed è contra rurſus conſiderandum, & quidem quoad primum eliſionis fundamentum, licet equidem non ſine ratione æquitatis, pacta quædam & promiſſiones clericorum dictæ obligationi inſertæ conſtare videantur idque non ſolum ex rationibus & autoritatibus, de quibus ſup. ſed etiam communi vſu & conſuetudine, qua notorie conſtat pleroſque Principes & ciuitates ita fere cum clero, & non rarò maximis contentionibus ex allegatis cauſis tranſegiſſe, cum quibus concordant leges Hiſpaniæ, *Villalob. in verbo Eccleſiæ*, & Galliæ *Benedict. in c. Raynutius. §. & vxorem nomine adoleſc. num.* 1031. *De teſtam.* & Italiæ. *Anchor. in d. clem. ſi. de pœn.* Quod videtur cõfirmari trãſactione Hammelburgenſi. Nihilominus quia videtur metus hic non leuiter probatus eſſe, aut ſaltem ex multis circũſtantiis colligi poſſe, cum conſtet eodem tempore pactorũ initorum, dictos clericos propter violentiam & deprædationem præcedentẽ, Senatu ipſos non defendente, conſternatos fuiſſe. Similiter itaq; vel maiora, tunc, aut in futurum timentes paciſci tutius fuit, inde verò ſi non præſumptio, certe metus diſpoſitio videtur deprehendi. Cum enim tutò & impune hominibus diſſolutis, ita ſemel graſſare licuerit, facile hos vel alios redituros timere potuerunt, cum
204 ex iuris præſumptione impunitas † ſeu facilitas veniæ, ſit incendium delictorum, *Grammat. conſ.* 22. *num.* 4. Quod faciunt (quamuis frigide ſatis) circumſtantiæ deductæ, quo die, & per quos facta requiſitio, item & præmonitio **die wahrnung** (quam prętendũt Actores) quod aliquomodo probatur per 4. teſtem ad 18. articulum, dicens, quod audiuerit à Decano & aliis præcipuis. Quibus accedit actuum vicinitas, quod ſcil. hoc ipſo tempore Senatus cum clericis potiùs, quàm alio tempore paciſci voluerit, vnde etiam de iure fraus præſumitur. *Caſtr. conſ.* 337. *num.* 4. *verſ.* 6. *lib.* 1. *Crauett. conſ.* 100. *nu.* 8.

Quibus & alia de conuenientia & negligentia Senatus in proſequẽdis delinquentibus (vt infrà dicetur) addi poſſent, ex quib. metus veriſimilis ꝓbatur prout ea in arbitrio iudicis cõſiſtere dicit late Menoch. *conſ.* 136. *li.* 2. Deinde, vt ſi forte metus ex his non eſſet ſufficienter ꝓbatus, tamen & illud coutractui clericorum obſtaret, quod ſcilicet obligauerint ſe contra ſua priuilegia in multis articulis ſine ſuperiore cõtra leges, & Canones, vnde ex parte Senatus præſumitur dolus, *Crauett. conſ.* 193. *nu.* 2. ex parte vero clericorum nullitas. Nam ex ſupra citatis locis liquet, quod etiam eo caſu, quo ſe ad onera allegare poſſunt, id tamen fieri debeat cõſenſu Pontificis vel Epiſcopi. *Panor. in c. non minus. De immunita. Eccleſiæ*, vbi & alia vt concurrant, requiri, & idem ibid. *numer.* 4. *&* 6. vt fiat ex gratia, non ex debito, & quos præterea allegat Capra. *Reg.* 96. *num.* 20. qui ita intelligendos & concordandos dicit Dd. vt & Burſat. *conſ.* 42. *num.* 3. *&* 19. *Bertachin. part.* 7. *verſ. licet. de Gabellis*, *Sequitur late deciſ. Pedemont.* 68. Imò cum hi clerici ſub protectione & tutela Senatus ab Epiſcopo ſuo, licet aliàs potenti remoti inter mœnia præcluſi, facile præſumitur metus & quod ſponte non contraxerint, vt vltra allegatos pulchre notat Menoch. *Reſponſo* 4. *in cauſa Finarienſi numer.* 28. Et idem magis in ſpecie *conſ.* 253. *numer.* 5. Etiamſi metus à tertio illatus. Neque his obſtare quod videatur metus purgatus, quia longo interuallo pòſt in ſupra adducto inſtrumento de Anno &c. 35. Reconuentionem factam libere & vltrò atteſtati ſint, d. clerici. Reſpondetur enim quod quamdiu eadem cauſa ſubeſt metus, ſemper præſumitur metus durare. *Decius in l. in omnibus cauſis. num.* 9. *de reg. iur. & idem conſ.* 690. *num.* 11. *& Menoch. d. loc. nu.* 32. vbi quod non confirmet contractum, etiamſi inſerantur clauſulæ hic inſertæ (animo ſcilicet deliberato, non vi, non metu) quia eodem timore ad ſic affirmandum, quam ad contrahendum inducuntur. *Roland. conſ.* 2. *nu.* 71. *vol.* 1. *fac. Bald. de Schiſma. nu.* 20. Cum è contra ex his omnibus ſatis videatur inferri de metu, quod ſcilicet metu contraxerint clerici. Item reſponderi facilius eſt ad ea, quæ ſupra diximus ex Thomate, *de præſumptione ſpontanea renunciationis*, de quo late Soarez *in allegat.* 23. *Gabriel. lib.* 5. *opinio. conclu.* 4. *numer.* 10. *De reſtit. ſpoliat.* vbi Soarez *d. allegat.* 23. concludit generaliter, dicens in tanto opinionum conflictu tenendum, quod Regula quidem generalis ſit, contractum factum à ſpoliato, valere & eo ipſo, quod ſpoliatus quis fuerit, antea non præſumi metum in contractu, ſed ſecus eſſe ſi iuncto ſpolio ſint aliæ coniecturæ & veriſimilitudines coactæ voluntatis, quo videtur facere Alexand. *conſil.* 63. *lib.* 5. *nu.* 2. Et latiſſime ad hoc videatur Menoch. *Remed.* 1. *Recuper. numer.* 262. vbi diſputat & decidit *num.* 271.

Colligendo itaque hactenus deducta, ſiue dicamus dictam conuentionem clericorum

cum Senatu, metu siue etiam non metu, sed sponte & vltrò factum, concluditur contractum, vel ipso iure nullum, vel quia contra iuris communis formam factus, annullandum, neque hoc modo aut via defendi posse de iure, etiamsi æquitas aliud suadeat, circa materiam pactorum quorundam.

Quantum ad secundum elisionis argumentum attinet, quod scilicet, vniuersitas non teneatur ex delicto singulorum. Illa Dd. traditio limitatur ab omnibus fere suprà citatis, in actibus non momentaneum, sed successiuum tractum habentibus, in quibus ratificationem præsumi vnanimiter concludunt, propter perseuerationem cum tolerantia coniunctam, vt notatur *in dict. leg. ciuitates*, præsertim Iason. *numero quarto*, ex Anchoran. *consilio* 158. *incip. ex narratis, numero duodecimo, & seqq.* Similiter limitant Canonistæ. *Felin. dict. c. cum omnes. numero* 30. *& dict. cap. dilecto, numero septimo*, qui limitant in delicto, quod consistit in omittendo, notant omnes ex Salyc. *in leg. prim. Cod. de seditiosis, & idem Decius consil.* 186. *in fin. decis. Afflict.* 376. *& Capitius decis.* 130. *numero* 69. Et Cacheranus quasi communem dicit *dict. decis.* 138. *num.* 6. *Mynsing.* 4. *obseru.* 79. Ita in Camera conclusum dicit Anton. de Nigris *cap.* 210. *numero decimosexto.* limitat etiam in successiuis, item in omittendo, veluti si communitas tenetur custodire territorium, sicut & hic defendere clericos ex 3. art. Alberti *Boer. de seditiosis. numero sexto, & nono.* Quæ tolerantia seu negligentia, quod successiuum & perseuerantem tractum sic habuerit, patet quia factum reiteratum per tres noctes, & mediam fere diem aliquot horis, vt testes dicunt, sub cuius temporis medium aut finem saltem, si non ab initio, succurrere oppressis ac tumultuantibus, non potuisset resistere, Senatus, non est verisimile, in ciuitate, præsertim tam potenti & populoso, atque eo tempore, quo aliàs quietus fuit status ipsius, vnde satis in hoc ex circumstantiis, re subiecta & ipsa fere rei euidentia, quæ ex multis colligitur, arbitrium iudicis posse informari arbitror, in quo etiam maxime consistit cognitio similium, vt in specie plura Menoch. *lib.* 2. *cent.* 1. *Cas.* 31. *in fin. & Cas.* 35. *vt & Capit. decis.* 6. *numer.* 16. Idque magis hic, vbi nec post factum perpetratum in puniendis delinquentibus, & cura de restituendis rebus ablatis, diligentia satis probatur, vt ideò non repugnent, quæ supra ex Æmelii Ferreti consilio diximus.

Neque loco secundo obstat, quod Rei obiiciunt, non potuisse se resistere, sed diligentiam quã potuerunt, abhibuisse, ideò se meritò excusandos, cum negatiuum probare teneatur qui asserat, quia id ipsum probari videtur ex circumstantiis & verisimilitudine iam dicta, cum non sit verisimile, centum tumultuariis concurrentibus in tanta ciuitate resisti non posse, minùs quod Senatus à principio non seuerit factum tam enorme, quod etiam testibus hic confirmatur. Item testes iidem dicunt, postea Senatum cum armatis interuenisse, & cœtum seditiosorum dissipasse, eo ipso apparet, si velit Senatus & seriò agat, resisti posse, vt videatur magis suspicionem augeri, quod aliqui testes dicunt adueniente Senatu. Wann dieſelbe ein Gaſſen eyngangen / ſeyen die Thäter der ander außgangen / & vere accommodari posse dictum Zasii *consilio decimoquinto, num.* 84. *par.* 2. qui dicit in simili casu vmbraticè factum pro nihilo haberi, vt nec sufficiat etiam, quod vlt. testis ad 9. articul. dicit, se non audiuisse, nisi tam subitò recessissent tumultuantes, quod illos capere voluisset Senatus, quia eo ipso quod neq; tunc disiecta turba, nec postea ceperint delinquentes, aut de diligenti inquisitione facta probent, non excusantur, vt in similibus terminis *Gozadinus consilio trigesimo nono, Bart. cõsil.* 102. *li.* 1. *numero* 4. *& 5.* quo modo probari debeat, vt non obstet, quod testes aliqui ad 24. perempt. dicunt, daß man etliche geſtrafft / cum maiorem diligẽtiam adhibere debuissent Rei in probando, quam in illo articulo fecerũt, vbi nulla specialia, præsertim cum nec ita superficiariam pœnam mereantur nocturni eiusdem grassatores.

Nec refert, quod dicti Dd. loquuntur in casu, quo ex statuto communitates tenentur tales damnum inferentes capere, aut damnum resarcire, quia paulo ante dictũ, & hi Rei ex transactione tenentur, an jhren rechten / Güteren ꝛc. nicht eyntragen zulaſſen / iuris autem, quod promittens in transactione non promittere aliquid intelligitur, se curaturum vt aliquid fiat ad defensionem Rei *Paris. consilio* 21. *numero* 43. *libro quarto.* Et ideo, quia iurant hic Rei ciuitatem & ciues defendere, in fauorabilibus eorum nomine & clerici comprehenduntur. *Bald. in l. ex hoc iure.* Plura præterea ad hoc argumentum simulatæ & vmbratilis diligentiæ legantur apud Zas. *de cons.* 15. *& Henrichman. in append. consilorum, cõs.* 2. *nu.* 49. Neq; impedire, si postea non potuissent resistere aucto numero, quia post factum prima nocte facile cogitare potuerunt, eos reuersuros. Ideoq; cũ culpa præcesserit, tenẽtur. *Henrichman. cons.* 1. *n.* 41. Quamobrem & hoc casu. Zas. *in d. l. ciuitas. in fin.* inquit, si solus populus peccet † sine regentibus, esse excusatam ci- 209
uitatem, vel actus momentaneus, vel in transcursu, verum si successiuus moram habens, ibi non excusari regentes, si dissimulent, quapropter consultum, vt faciant quicquid possint contra facinorosos, vt saltem protestentur.

Ex quibus omnibus, licet pleraque in præsumptionibus & coniecturis quoq; consistunt, tamen quia plures concurrunt, nec possunt aliter probari, quæ sunt difficilis probationis, veluti sunt metus, dolus & similia, & Menoch.

cent.

*sent. 2. lib. 2. cas.* 116. & in specie de his quæ per communitatem geruntur, Crauetta pro genere in Corolario. *n.* 108. quæ fiunt remotis arbitris, & per rerũ naturam aliter ostendi non possunt. Concludo intentionem Actorum etiam quo ad metũ clericorum, nec non & negligentiam Senatus, & per consequens ratihabitionem quoque totius populi probatam, atque ex eo vniuersitatem obligatam, adeò quod in his etiam ex pluralitate præsumptionum condemnari possit. *Zas. d. cons.* 15. *nu.* 88. *Henrichman. d. cons. 2. nu.* 43. concurrentibus præsertim & aliis adminiculs hic &c. vt quod deprædatores habuerint instrumenta publica ad infringendas fores. Item arma ciuium, & similia: atq; ita per secundum etiam fundamentum Reorum non Elisam.

Neq; obstat Dd. decisio ita demùm obligari ciuitatem, si ex facto præsidentium vtilitas aliqua ad ipsos peruenerit, quia tunc demum ratificare dicãtur per supra allegata, maxime per *d. decis. Pedemont. & Roland. cons. 66. nu. 68. vol. 2.* quia plerunque allegati loquuntur in casibus, quibus committendo delinquitur, & quidem in grauioribus & pœnalibus, in quibus difficilius obligatur vniuersitas, & in simili Grammat. *decis.* 47. Deinde & quia hic non obscure colligitur, vtilitatem vel ex ipso contractu, deprædationem præcedentem, secuto, ad vniuersitatem peruenisse, siquidem ex eo ciues suo onere aliquo modo subleuentur, si ad subsidia quoq; clerici teneantur, item ex pecunia promissa & soluta, quamuis aliàs ex præda nihil consecuti essent, & ita videtur res quasi ab ipsis delinquentibus vniuersitati tradita, vti qui metu illos ad promittendum negligentia sua incusso, compulerint.

Quare concludo pronunciandum fore, vt in petitione huius libelli, generaliter non licuisse Reis ita imponere clericis onera, neq; pecuniæ obligationem recipere, vel solutionem vrgere, & læsionem talem concedere, ideoque tollendam.

Sed quo ad restitutionem, præsertim pecuniæ & damnorum dubium videtur, petunt enim Actores in genere **die Schäden den Kirchen vnd** Archiepiscopo **zugefügt/auch dz Geldt zu widerkehren.** Id intelligi potest, vt cuique Ecclesiæ suum restituatur, quatenus damnum illatum, idque tam generale, quam speciale, etsi quod damnum præterea illatum sit Actoribus præter impositionem onerum vix appareat nec deducatur, aliàs quatenus priuatis ablata, aut damna illata sunt, pro iis agere non potuisse Actores, multò minus admittendos, si sibi restitutionem fieri petant, diximus supra in fine primæ conuentionis, & in specie tenet Bertachinus *de Episcopo 3. part. 4. libr. numero decimooctauo, quæst.* 10. ex Bald. *de pac. Iuram. fir. c. iniuriarum. num.* 5. quibus addo dicta in superioribus conuentionibus. Nec impedire puto, quod Oldrad. *d. cons.* 66. dicit, collegium agere posse vt fiat emenda subdito, quia allegat tantum *c. Dominus.* 23. *quæst.* 2. quod generalia tantum habet, quod Episcopus ex officio possit reuocare clericum, qui patitur se conueniri coram seculari contra priuilegium, & ita interesse publicum collegii, vt Dominicus, Iohan. Andr. & alii. *in c. si Iudex. de sent. excom.* Panorm. *numer.* 9. quod possit agere. *libr.* 6. Quod videtur idem cum iam dicta proximè distinctione. Et quãuis *in c. contingit de sent. excom. Panor. num.* 9. dicat, quod possit agere ecclesia pro iniuria clerici, etiamsi non in eius odium facta, tamen id esse intelligẽdum ad pœnam & satisfactionem Ecclesiæ aut fisci, apparet, idque Actionibus publicis, seu condictione canonis, si quis suadente, *Ioan. Andr. in c. Parochianus de sent. excom. & ibidem Hostiensis. col.* 2. Ideò recte hic actum & petitum, pro generali interesse ecclesiæ, vt rescindatur contractus quoad onera. Deinde & quoad restitutionem forte circa damna in ædibus illata, quia publicæ solent esse, & ad ecclesiam spectare, quod tamen secus videtur in pecunia, libris, & suppellectilibus, etiam priuatis ablata & deprauata, quorum restitutio etiam difficilis, & partim impossibilis probationis, tamen in liquidatione expedienda, & ideò illis adiudicari posse quæ etiã nihilominus mediis Actoribꝰ recipere possunt, vel alia via, nec magis metus illos impediet, quàm si Actoribus primò adiudicentur, ipsis priuatis restituenda. Et adhæc omnia mouet inprimis æquitas, licet quędam de iuris subtilitate aliter disputari possint, quia ex multis circumstantiis apparet, & colligi potest, metu impulsos clericos ad contrahendum, & eadem ratione impeditos, quo minus ad rescissionem dicti contractus, & restitutionem egerint, quod in sententia etiam cõsiderandum, qui metus etiamsi probatus non esset, tamen & res mali exempli futura, si admitteretur contractus hoc modo. Et licet etiã quędam subsint, in quibus clericos cedere æquum sit, alia via id tẽtandum. **Ob man sie dahin weisen sol/** Dominis considerandum relinquo.

## VOTVM DN. CORREF.

QVoad Actionem censeo cum D. Referente, Actionem Quod metus causa intentatam, prout ex 20. & 24. articulis patet, in quibus expresse metus articulatur, sed & officium Iudicis hoc casu locum habere ad id, vt rescindatur conuentio vel transactio per metum inita, tradit Bald. & Bart. *in l. interpositas. n. 5. Cod. de transact. Canon. in c. cum dilectus. de his quæ Vi met. cau.* Item ex transactione quoque actum rectè dici posset, cum eius etiam mentio fiat in 4. articulo libelli. Et quia hic etiam agitur pro restitutione rerum vi ablatarum & corruptarum,

rum, forte remedium Canonis Redintegrandæ (quod etiam pro rebus mobilibus competere tradit Menoch, *nu.* 193. *d. Remed. Canonis Redintegrandæ*) simul intentatum dici potest, vel etiam Actio L. Aquiliæ vtilis, quæ datur contra eum, cuius culpa damnum accidit. *Aldend. Class. 6. aut* 12.

*An Competierit Actio?* Videtur hæc disputatio iam sublata per sententiam decisa 11. Iunii. Anno &c. 39. adeò vt vlteriori disputatione non sit opus.

Quoad transactionẽ Hamelburgensem hic allegatam, facile ex contextu eiusdem apparet, de his tantum esse transactum, quæ acciderunt in seditione Rusticana, Anno 23. prout Actores ipsimet in probationibus asserunt: In reliquis vero controuersiis, vt quæ in iudicium iam erãt deductæ, & maxime quæ hanc litem & tumultum Anno &c. 21. respiciunt, propositę quidem fuerunt conciliationes, rationes & viæ, sed ad effectum nõ deductæ, **dieweil sie allein auff hinderſich bringen angenom̃en** / nec constat de approbatione sequuta, quare rectè hic dici potest, quod non sufficiat tentare aliquid, nisi ad effectum deducatur, & neutri parti ius quæratur, nisi contractus sit perfectus. *Bald. in l. multum. nu.* 2. *C. si quis alteri vel sibi. Alex. cons.* 13. *nu.* 17. *lib.* 1.

In altera exceptione plus est difficultatis, quod sine Mandato Actores non potuerint agere. *Innoc. in c. dilectis filiis. de appell. Rota. decis.* 13. *de iudiciis. in Nouis. Gail. ob.* 125. *lib.* 1. *Ioan. Fab. in l. fin. nu.* 2. *C. vbi caus. Fiscal.* Verum ad hoc respondetur, præcipue hic agi de interesse Ecclesiæ, quæ oneribus & actionibus Laicorum non debet grauari, per *l.* 2. *& Authen. Item nulla communitas. C. de Epis. & cler.*

Nec obstat renunciatio per paucos Canonicos facta: Nam præterquam, quod in illa renũciatione præcipui prælati Ecclesiæ non nominantur, vt Præpositus & Decanus de mandato etiam renunciandi cæterorũ nomine non constat, *Archidiac. in c. constitutionem. n.* 1. *de verb. signif. in* 6. Clericos sine consensu Archiepiscoporum in rebus seriis nil agere posse, & remittere quidem iniuriam, quo ad se clericus potest, quatenus vero Ecclesiæ contemptum respicit, non potest. *c. si is qui.* 23. *quæst.* 4. Et not. quod dicta transactio non tantum iuri communi aduersatur, sed etiam Hamelburgensi transactioni, in qua continetur, quod clerici cum Senatu transigere possunt, sed tamen cum scitu & voluntate Archiepiscopi, quod hic non est factũ. Ex his & aliis per Referent. adductis concludo Actionem competiisse, & hanc litem per transactionem Hamelburgensem non esse sublatam.

*An probata Actio?* Intentio Actorum fundatur ex iure communi, & transactione Alberti, clericos à ciuilibus muneribus ac oneribus immunes esse debere, per sup. allegata. *Alexa. cons.* 78. *nu.* 5. *lib.* 6. *Paris. cons.* 25. *nu.* 3. *lib.* 1. *Crauett. consil.* 195. *nu.* 1. Quoad contrauentionem vel factum ipsum, læsionemq; Ecclesię & clericorum, magna pars dictis testium, maior verò, propria cõfessione Reorum, & ex ipsa producta obligationi, formula est probata.

*An Elisa?* Tria videntur Rei potissimum pro sua defensione opponere. Primò q tumultus cõcitatus, & damna data nõ possint Reis imputari: Cum nec ipsi vim intulerint, nec iusserint inferri, nec etiam ratificarint, imò quamprimũ potuerint, tumultuantes cõpescuerint. Secundò quod sponte clerici, & nõ coacte obligationis pacta inierint. Tertiò, quod illa pacta nihil contineant æquitati contraria: Cum clerici propter publicam necessitatem, & cõmune periculum ad subsidium præstandum teneantur. Et quidem quod ad primum attinet, tum demũ ciuitas † commisisse delictum dicitur, quando 206
vel omnes ciues, vel maior pars, & quidem cõmunicato consilio, aut precedente deliberatione, ad delinquendum progressi sunt. *Mynsi. 4. obs. 29. per Bart. in l. aut facta. §. vlt. de pœn. Afflict. decis.* 376. *Milesis in verb. vniuersitas tum demum & c. Plotus in l. si quando. §.* 51. *nu.* 9. **C.** *vnde vi. Villalob. in communibus opin. in litera V. num.* 46. *Iulius clarus. nu.* 7. *recept. sentent. §. fin. quæst.* 16. *nu.* 8. Cum verò in nostro casu dicta requisita nõ interuenerint, videtur Senatum deliquisse dici non posse. Verùm ad hoc Resp. primò, Reos tam omittendo, quam committendo potuisse delinquere, vt Bart. & alii in sup. citatis locis, & quia hic omittendo peccarint Rei, deliberatione & tractatu præcedenti opus non fuit. Nam tum ex negligentia pœna sumitur per *l. iubemus nullam. C. de SS. Ecclesia. Ias. in l. ciuitas. num.* 4. *si cert. petat. Natta. cons.* 403. *num.* 93. Deinde sufficit etiam tacita voluntas vel ratificatio populi, vel regentium, quæ per coniecturas & Actus sequentes detegitur. *Felin. in c. dilectis. el.* 2. *numer.* 8. *de Symonia.* Quam opinionem vt communem refert Villalob. *d. loc. Hyeron. à Monte. cap.* 72. *num. decimotertio, & seq. Menoch. remed.* 9. *Recuperandæ, num.* 123. *& seqq.* Hic autem voluntas & ratifitio ex eo colligitur, quod cum Rei prohibere & auertere vim potuissent, non obstiterunt, donec quod optabant extortum est: qui enim non prohibet † cum possit, non caret scrupu- 207
lo societatis occultæ. *c. sicut dignum, §. illi etiam extr. de Homicid.* Quod eo magis locum habet, quia tumultus non momentaneus, sed continuatus per aliquot noctes, vnde successiuum dicitur delictum, in quo deliberatio & conuocatio non requitur, cum tolerantia pro ratificatione habeatur. *Paris. consilio vigesimoprimo, numero trigesimotertio, vol. quarto. Gigas in tract. de crim. læsæ maiest. Rubr. de Rebellibus quæst.* 12. *numero quarto.* Quo etiam vel maxime pertinet, quod Rei non punierint delinquentes, nam non constat, quod vel vnum ex omnibus punierint.

Nec

Nec obstat, quod Rei dicunt nihil vtilitatis ex rapina ad eos peruenisse: Satis enim emolumenti ex d.tumulto consequutos esse, ex d.obligatione ostenditur. Sentio itaque ex circumstantiis huius facti colligi, non eo proposito tumultum excitatũ, vt ex eo tumultuantes ditescerent, cum pecuniam in ædibus sparsam reliquisse testes asserant, sed potius omnia eò directa fuisse apparet, vt metu perculsi clerici obligationem conceptam admitterent. Et quia etiam Reorum quidam vnd der Stadtschreiber tumultui interfuerunt, qui nominatim indicarunt, quorum ædes inuadere deberent, vt per duos testes est probatum.

Item instrumenta Senatus ad vim faciendam parata, apud tumultuantes visa, non video sanè, qua ratione de hoc facinore Senatus quasi suo nomine factum non sit, omninò se excusare possint: puto itaque primum argumentum non elidere actionem institutam.

Quod autem secundo loco allegant, clericos sponte & voluntarie pacta iniisse obligationis, id ex verbis dict. obligationis probatum & conueniri videtur dictum nimis indignum *in leg. Generaliter in fin. Cod. de non num. pec.* Verùm nec hoc releuare videtur, primò quia licet dicta collegia se etiam sine metu ad impositas exactionis & onera obligassent, tamen tota illa actio nulla & frustranea esset, propter deficientem consensum ordinarii superioris, & forte etiam Pontificis propter iura allegata, præsertim *c. aduersus. de immun. Eccles.* Deinde puto metum sufficientissimè probatum, qui etiam indiciis probari potest, & ex antecedenti violentia & inuasione, puto nullum dubium relinqui de probatione.

Quamobrem nil obstat, quod Rei dicunt clericos libere consensisse cum ex aliis clausulis & actibus sit probatus metus. *Paris. consilio decimo. numero trigesimo secundo, libr. primo, Alexand. consil. 156. nu. 3. libr. 5.*

Nec etiam obstat, quod Senatus non incusserit metum, sed alii, ad hoc enim respondet Vlpian. *in l. si cum exceptione. §. in hoc. ff. de eo quod met. causa. & in l. 5. C. de his quæ vi met. caus. Riminald. cons. 5. nu. 36. lib. 1.*

Denique quod ad vltimum elisionis fundamentum attinet, clericos scilicet, non in omnibus casibus esse immunes, vt in refectione murorum, viarum, pontium. *Nicola. Balb. cons. suo, quod sequitur post decisionem 68. Cacherani. Burs. consilio decimo sexto, numero vndecimo.* In nostro autem casu nulla talis necessitas. quę fuerit tempore huius tumultus, probata est. Nam quod æs alienum allegatum attinet, quo ciuitas iam multis annis onerata fuerat, id ad clericos
208 non pertinet. Nemo enim cogendus, † vt aliena debita soluat *l. fin. C. ne vxor pro marito. Nattæ cons. 203. nu. 1.* vbi in terminis nostris, de debitis scilicet ciuitatis loquitur.

Deinde non probatum est, eo tempore ciuitatem, vel incolas propter debita in vllo periculo fuisse. Præterea nec releuare videtur, quod dicunt ex bonis immobilibus ciuium, multa ad clericos peruenisse, quia licet bona æstimata, vel allibrata, vel in Catastrum registrata, quãdo ad clericos ex quocunq; titulo perueniant, ex quorundam Dd. opinione, cum onerib. antea impositis, transire dicantur. Huic tamen contrariam esse communẽ opinionem testatur Remigius *in tractat. de charitatiuo subsidio &c. pag. 246.* Tamen hoc forte locum habere posset in terris, in quibus consuetudo viget, vt bona immobilia ita describantur in libro communitatis, seu redigantur in Castrum, & perpetuo onere grauentur, vt tradit Guid. Papa. *decis. 79. n. 1. Rui. cons. 117. in pr. li. 4.* Sed hic nihil probatum de tali consuetudine, neq; etiã in specie liquidatum de vlla re immobili, quã clerici ex ciuium bonis acquisierint. Sic res profana, quę solita est collectari, si perueniat ad Ecclesiam efficitur libera. *Brun. cons. 91. nu. 4. & cons. 94. nu. 3.* Sed cum Rei in hoc puncto non elegerint viam iuris, sed de facto processerint, non opus est amplius disputare, quod tamen ex infecta radice natũ (scil. metu) sufficere videtur *Bal. in rubr. de controuers. investit. in fin. & cons. 148. nu. 3. vol. 1.*

Ex his igitur omnibus, & quæ per Referentem copiosè sunt deducta, includo intentionem Actorum non esse elisam: Ideoque contra Reos esse pronunciandum.

*Quid pronunciandum?* Tria in concipienda sententia videntur consideranda: Exactiones scil. impositæ clericis: obligatio extorta: Et damna illata. Quoad priora duo, res expedita per sup. deducta, videlicet non licuisse Reis contra trãsactiones & iura, eiusmodi onera clericis imponere. Tertium verò ratione damnorũ in tumultu datorũ, eorumq; restitutione, non caret dubio, cũ ibi non videatur versari interesse Ecclesiæ, sed tantum priuatorum clericorum, qui non sunt in lite, & quorũ causa superior vt sup. ostensum, sine mandato agere non potuit, sed forte dici potest, propter publicum scandalum de Ecclesiæ interesse hic quoq; agi. Deinde vastatæ sunt ædes clericorum, quarum proprietas plerunq; ad Ecclesiam pertinet. Item ratione violatæ transactionis, Actores etiam sine mandato agere potuerunt. Itaq; putarem, hunc etiã punctum non debere omitti, quin in eo quoq; Rei condemnandi sint ad restitutionem, quatenus scil. Ecclesiæ interfit: Cum expensis.

## VOTVM D. REFEREN.

### *In causa E. contra M. Super prima Reconuentione.*

ETsi vix certa actio ex varia petitione elegi vel colligi possit, quia dicunt/ daß dieß fürnemen contra Vertrãg contra Verschreibung/ contra iura, dardurch sie spoliert. Ideo Reos te-

neri ad restitutionem damnorum, tamen non videtur multum hic interesse in quibusdam, vtrum dicamus ex transactionib⁹ actum, in aliis exceptione, vel etiam coniunctim cum vtili interdicto Recuperandæ, pro iuribus, quæ ex dictis contractibus competunt, quibus se spoliatos, & inde damno affectos conqueruntur. de quo Menoch. *remed. 1. num. 81. Recuperandæ.* Item quoad **Statthändel** in 9. artic. ex consuetudine & statutis Saxonicis.

Primum ius mulctarum in pago T.S. 3. articulo probare nituntur ex titulo emptionis, cuius instrumentum quoque producitur libro Reorum litera O. nu. 1. In quo Adolphus Archiepiscop⁹ & Capitulum fatentur se vendidisse **das Halffgeldt / büesen / brüchen / so der von E. vnnd den jhren ahn Gerichten zu F. S. verfallen /** vnde etiam intentio Actorum videtur probata.

Pro Elisione vero dicitur, quod ad effectum nunquam sit productus ille cõtractus, quia nec traditio facta, neq; vsum iurium dictorum possunt probare Actores, vnde verisimile, vel non perfectum contractum, vel reluitionem iuxta clausulam ibi comprehensam factam, aut certe contra præscriptum. Cum ab Anno 1463. quo initus est contractus, non sit ex eo possessio cœpta, vel actio instituta, per *l. sicuti. C. de præscript. 30. annorum.*

Quibus intentio Actorum videtur elisa esse. Nam nulla plane possessio dictorũ iurium quæ pro traditione esse solet, probatur, nisi quod 3. Testis vnicus dicit, ipsos habere, **am Gericht zu T. S. 2. pfenning /** ad 1. & ad 4. interrogato. **Sie haben was der Brieff außweise /** quod nimis generale & varium. Ideò possessio non probata, præsertim cum per incolas eius loci, si quę fuisset, facilime deduci potuisset, vnde præsumitur falsum, quod 5. art. de quasi possessione allegant, quia abest à verisimili ( quãuis & mirum quod Rei suam possessionem allegatam in speciè non deduxerint) & ideò cum hic contractus in vsu non reperiatur, perinde videtur, ac si quis agere vellet ex statuto, vsu non recepto, quod fieri de iure non potest: Adeò quod & sententia contra tale statutum valeat, vt nota ex textu §. *fin. vers. quonium non vtendo. Auth. quib. modis natural. &c. copiosè Felin. in c. 1. num. 6. De Treuga & pace.* Sed & magis iuris, quod actioni personali ex tali contractu competente præscribi possit, vt omnes notant *in d. l. Sicuti.* præsertim cum hic 40. Anni intercesserint & vltrà, quibus actum non est. Vnde puto Reos in puncto hoc absoluendos.

Secundum ius quod deducitur in 4. art. nullo titulo probatur, nisi per cessionem seu donationem à Ciue quodam S. R. Senatui factam, Idque instrumento, quo Senatus ipse hoc fatetur, & repromittit dictum ciuem, vt census debiti ei soluantur **in M. D.** iuuare per iudicem E. ibi ordinatum. Sed & si illum contractum subsistere dicamus, tamen de possessione certi iterum nihil probatum, quia 3. vnicus Testis articulum 5. verum asserit, sed limitatè tantum, quia semel factum, **daß sie zu M. D.** Senatui **Roß vnd Wagen gehalten /** ex quo non satis ad possessionem etiam reliquorum iurium præsertim iudicialium, videtur inferri, nec de tẽpore certo constat, nec videtur sibi constare in aliis adductis, dum ad 3. Interrog. 8. articuli dicit, Archiepisco **stehe allein das Schultheissen Ampt zu /** Et quamuis 10. testis ad 4. art. dicat, **daß der M. vnnd E. Vogt von B. zu gleich mit einander am Gericht zu M. D. gesessen /** tamen non exprimit certum tempus, & nisi semel factum ait, & cum ipse testis sit 80. annorum, fieri potest, quod semel tantum ante multos annos etiam 50. aut 60. factum, & nihilominus pòst præscriptio contraria interuenerit: Adhoc quod nescitur, cuius nomine interfuerit, cum etiam alio nomine, vt ciuium forte **der Z.** qui post sibi id ius adscripserũt, factum sit &c. Quæ omnia non solum non infringi, sed magis etiã confirmari videntur per productas ab Actoribus Attestationes &c. Et hoc eò minus valerẽt, quia Testes pauperes, & per Notarium tantum examinati, quod de iure non subsistit, *Iason. in l. admonendi. ff. de iureiurando.* Ideoq; & hic Reos absoluendos concludo.

Tertium ius in 8. articulo probant Actores per dictam venditionem Adolphi *n. 1. lib. 10.* **daß niemandt Bier oder Wein schencken sol zu T. S.** &c. quo faciunt dicta testium quorundam 2. 6. 8. 10.

Nec videtur obstare, quod pro elisione dicitur in exceptionib. contractũ non esse in vsum ꝓductum, sed contra illum multis Annis processum; quia ille vsus M. non videtur probatus, nec specifice adductus, sed magis quoad vinũ, quod in proprio illis creuerit, & quamuis aliquorum testium hic dicta sint obscura, tamen 5. testis **M. Vogt / der 19. Jahr im Dienst gewesen /** dicit, **er habe kein frembden Wein oß Bier dar schencken lassen / allein was vnter** Senatu E. **gewachsen vnd gebrawet /** & hic contradicunt aliquo modo Rei, atque ex actibus supra adductis apparet turbatio.

Quoad ea vina, quæ rusticis in proprio creuerunt, quamuis vsum vendendi non satis probarint Rei **denselben zuschencken /** tamen si ex æquitate & iure communi, quid in eo statuendũ videtur, quod supra dicta venditione facta per Reos Senatui, tales casus non comprehendantur, maxime quo ad vẽditionẽ in vini, **den Wein zuuerkauffen /** etiamsi probatum esset, quod negotiari illis non liceret, vt hic quoque prætenditur per Panor. *cons. 6. in fin. lib. 1.* vbi quod clerici prohibiti negotiari, non comprehendantur, si vendat ex rebus propriis. *Cravetta cons. 6. num. 116. Dec. cons. 472. in fin.*

Iden,

Idem videtur in hoc casu, prout etiam, in dicto instrumento venditionis tantum videtur prohibita venditio publica, quæ minutatim fit, vt
209 videtur significare verbum† **Weinschenck**, licet additum sit, **oder verwechselen** / quod non satis explicatur, ideo nimis generalis videtur articulus & petitio, **daß sie nicht sollen Wein verkauffen** / quod nimis graue, si generaliter intelligatur de venditione, præsertim eius, quod in proprio creuit. Ideo si condemnantur Rei, **daß jhnen nicht gebürt in M. D. Wein vnnd Bier zu schencken / zu gestatten** / verbum illud, **Verkauffen** / omitterem, vel si absoluant Domini cum reseruatione, **Doch Actoribus an jhrer Gerechtigkeit deß Weins vnnd Bierschenckens vnnachtheilich.** In quo non videtur adeò magnum discrimen, quia videmus, quod Actores resistendo eis, qui contra fecerunt, se hactenus manutenuerunt, præsertim quoad **Schencken vnnd Brauwen** / de aliis venditionibus & permutationibus non adeo constat. Quantum ad **Statthandel zutreiben** / quod Actores incolas quoque prohibere in eis volunt, id ius non videtur adeo probatum, cum in dicto instrumento nō comprehendatur, nec testes certam possessionem aut præscriptionem probent, & nullus titulus allegatur nec deducitur, quod M. & pagi hic comprehensi iure Saxonico vtentur aut obligati sunt, quod etiam expresse de iis non loquitur. Ideo & hic concluderem, Reos absoluendos. Posset esse ratio expensas compensandi, quia literas habent venditionis, vtcunque negligenter egerint, & quia meo voto pro parte cau[illegible]m litigandi probant.

## VOTVM D. REFERENTIS.

DE Actione vt Dominus Referens, potissimum ex transactione actum, quia disponitur, ne Actores, in suis iuribus turbentur vel molestentur per Archiepiscopos. Quoad primum ius **die Bussen zum T. S. belangent** / tentio per omnia cum domino Referente, probatum non esse, quod in Actores ius illud effectualiter fuerit trãslatum, vel quod ad eiusdem quasi possessionem peruenerint. Itaq; de turbatione vel spoliatione (vt ipsi dicunt) frustra conqueruntur.

D. secundo iure, **Die helffte des Gerichts zu M. D. betreffent** / amplector etiam sententiam domini Referentis, productis documentis, vel etiam testium dictis, intentionem Actorum nō esse probatam, cum quod Actores in literis de anno, &c. 1558. ipsimet loquuntur, & sic in propria causa testimonia ferant: tamen verò quod examen duorum testium, non modo non ritè expeditũ, omissa scilicet citatione aduersæ partis, sed etiam, quod intra annum completo examine, actio à producentibus nan instituta, iux-
*ta c. quoniam frequenter, extr. vt lit. non contest.* vnde præsumptio iuris & de iure est contra Actores, examinationem in fraudem factam esse per *gl. in d. c. quoniã frequenter. verb. in fraudem. Alciat. de præsumpt. in 2. p. præfat. n. 15.* sed & ideo minus ad rem facit hoc examen, quod de iure potius ciuium **der Z.** quam Senatus testes loquantur, cum tamen ratione dictorum Z. nihil articulatum aut petitum, nec ipsi etiam in lite sint. Quo forte etiam facit, quod 8. testis 70. annor. & 11. 80. ann, vterque agricola **zu M. D.** quarti articuli contenta sẽ ignorare dicunt, quod & facit 13. testis **Vogt zu B. L.** vicinus 94. annorum, qui similiter dicit se nescire. Acedit demum præscriptio, vt per dominum Referentem.

Quoad tertium ius, **Wein vnd Bierschenck halber**, in 4. pagis M. videtur idem statuendum, quod supra de iure dictum est, Actores scilicet, vsum vel quasi possessionem huius iuris nunquam consecutos esse, quia non probatum, **dz dict. Dorff Schöffen Wein vnd Bier zu schencken vnterlassen haben:** sed potius quod hoc ius à multis retro annis vsque ad hoc tempus exercuerint, ipsimet Actores in 9. artic. hic expresse fatentur per verba **lange Jar hero / Wein vnd Bier öffentlich zu schencken gestattet** / imo cum negari non possit, Archiepiscopum vel subditos dictorum pagorum, in quasi possessione huius iuris fuisse, & hodie in eadem possessione inueniantur, medio etiã tẽpore semper in possessione fuisse præsumũtur. *Dd. in l. Celsus de vsuca. Alciat. in reg. 2. præs. 22. nu. 2. Wes. cons. 12. n. 55. lib. 1.*

Nec refert, quod quidam testes dicunt, dict **Dörffer haben allein jhres Gewächs / was sie im E. Gebiet erkaufft / verschenckt.** Nam ex hoc apparet, **daß sie geschenckt / vnd nit angestelt haben.** Nec hic cõtrouersia est, quale vinum, vel cuius generis cereuisiam vendere debeant: sed quod omnino **schencken** non debeant. Nec quoq; impedit, **daß einmal die Brawpfannen verbrandt werdẽ & Küchenmeister deß Ertzbischoffs habs verkaufft.** Hoc enim non quadrat cum nostris literis venditionis, in quibus nihil de coctione cereuisiæ continetur. Et quia vnicus hic est testis, parum iurare potest Actores. Nam quod 10. dicit, **Es sey ein Faß mit Bier zu T. S. zerschlagen worden** / nihil infert, cum non disponat, quis fecerit, vel quando factum, & potuit lite pendente factum esse, quia hi testes 33. annis post litem cœptam examinati sunt.

Cæterum cum Archiepiscopus hoc non impugnet, **daß** dictis **Dörffern allein die Wein / so in jhren Weingärten gewachsen / vnd das Bier / so auß jhrer Gersten / so sie auff jhren Eckern erzeugt / gemacht / verschencken /** vt patet ex responsione ad nonum articulũ, & ex exceptionibus contra probationes hic, de eo non videtur laborandum, sed illud tantum dicẽdum, quod in controuersia est, scilicet, an omnino non liceat, dd. pagis, **Wein vñ Bier zu schencken** / & cũ supra deductũ sit, Reos in quasi possess. huius iuris

semper mansisse,& Actoribus non probatum, **Daß die Schenckstätte** in dictis **Dörffer jemals angestelt worden** / & sic contractus venditionis ad hoc etiam ad effectum nunquam peruenerit, puto Reos in hoc puncto non minus, quam in primo absoluendos.

Denique in vltimo puncto **von Statthändelen** / sentio cum domino Referente, nihil esse probatum. Nam quod Actores ex iure Saxonico allegãt, id obscurũ est, & expresse nihil de hac re disponit, prout in supradictis litteris vẽditionis etiam nulla eius mẽtio fit, & oportet Actores docere, ius Saxonicum in dictis pagis M. receptum esse, & obseruari in eiusmodi casibus aut consuetudinẽ talem in iis locis vigere, quod cum Rei constantissime negant, & non solum non probatum, sed & passim contrariũ in Germania in vsu esse notorium sit, concludo, vt in superioribus, sic etiã in hoc capite Reos absoluendos; Compensatis tamen expensis, propter producta instrumenta, quæ videntur Actores quodammodo à temeritate excusare.

## VOTVM D. REFERENTIS.

### *Supra secunda Reconuentione.*

ACtum dici potest quasi negatoria, cum vtili interdicto *Recuperandæ*, quamuis mira quoq; varietas, dum dicunt attentatum, iniuriam factam, &c. alias vtilius esset Remedio Retinendæ, &c. Primò cõqueruntur Actores, **wie wol** Setatus **allezeit der Statt Vorraht vnnd Heimligkeit allein gewust** / quod eo non attento Rei Anno 10. **sich dessen zuweisen vnd zu besichtigen angemast.** Videtur intentio Actorum probata ab Henningio *consil. 1. de iure ciuitat.* vbi quod etiam dominus vniuersalis ius non habet se immiscendi rationibus ciuitatis, nec dominum esse rerum publicarum, seu reddituum ciuitatis, prout nec actus contrarius hic quoque pro Reis allegatus aut deductus, quantumuis & ante hac seditiones quoq; fuerint. Et late de hoc etiam Crauet. *cons.* 238. *vt & Wesenb. consil.* 75. *part.* 2. Cum & statuta facere possint super administratione rerum suarum, nisi tentent aliquid contra iurisdictionem domini, vel alias in graue eius præiudicium. Idq; magis hic cum (vt supra in prima conuent. dictum) liberam semper administrationẽ habuerint Actores, ita vt videatur nõ inique Reos condemnari posse, præsertim cum non appareat, quam ob causam dicta inquisitio sit facta.

Verum cum casus hic non solum singularis, vtpote qui tempore seditionis acciderit, quæ de iure numeratur etiam inter casus fortuitos, vt ostendit Ioan. Igneus *in l. cantractus. numero* 77. *de reg. iur.* Ideoq; vt insolitum quiddam, & non facile sperandum amplius, non videtur omnino ex dispositione iuris communis, & eorum, quę regulariter accidunt, cẽsendum, præsertim vero cum hic non de leui interesse domini aut præiudicio eo tempore actum fuisse quoque videatur, vtpote quod non solum ciues ipsius, & saltem quoad iurisdictionem subditi, grauissime obligati ære alieno, ipsi & clerici nusquam tuti, aliaque eius iura in periculo posita fuerint, videtur non immeritò hanc interpositionem seu inquisitionem, licet de iure aut causa eius non doceatur, sed ex circumstantiis & præsumptionibus colligenda sit, factam esse. cum & inter se nõ sine maximo periculo dissentirent, ipsi Administratores. Nec ordo aut certa (vt ipsimet etiam Actores in prima conuentione allegant) gubernatio, & aliqui ex ipsis, siue de iure, siue de facto contendatur, in possessione administrationis & magistratus existentes, ipsos Reos vt dominos requisierint. vt patet multis literis in prima conuentione adductis. Et ita etiamsi quid in hoc peccatum, ipsorum Regentium, seditiosorum, aliorumque ciuium culpa accidisse, iisq; imputandum videtur. Ideoque consideratis in coniunctis omnibus circumstantiis concludere, Reos absolui posse, **nach gelegenheit dieser Sach** / quia casus plane singularis, nec in cæteris præiudicare debeat, compensatis expensis.

Quoad reliqua duo puncta, quod scilicet, Consiliarii Reorum coegerint ciues quosdam obsignare literas, ignorantes quid cõtinerent, & Senatores nouum iuramentum præstare: Primus punctus videtur satis generaliter deductus, quia non exprimitur in specie, quinam ciues coacti, per quos consiliarios, vel quales literas, nec certum specificum tempus aut dies, neque etiam quod Rei iis literis vsi sint, aut vti velint, atque adeo quod extent litere in genere tamẽ, vt & supra in prima cõuentione dictum, probatum, quod coacti fuerint sigillare literas. Et quia plures hic dicunt ad 6. artic. qui partim interfuerunt, patim audiuerunt ab iisdem, qui coacti sint, prout etiam ad præstationem noui iuramenti, vt in probationibus latius: Ideo etiamsi Actores contenta non probent in specie, tamen nec Rei causam, aut finem certum facti huius, per se alias illiciti ostendunt, nec allegant quidem in specie, interim constat esse contra **alt Herkommen**: Ideoque pronunciari posset, **daß** Reis **nicht gebürt habe** / Actores **der gestalt zu zwingen vñ zu nötigen.** Vel si omninò absoluentur, vt velint domini, quia Rei negant factum, quoad literas, & ex dictis testium apparet nouum iuramentum abrogatum, posset etiam comprehendi sub priori puncto, **Nach gelegenheit dieser Sach** / quia & hæc quoque tempore seditionis facta, & sic eadem ratio videatur militare, cum clausula, **Doch den Klägern an jhren gebührenden Rechten vnabbrüchig** / in quo non repugnabo. Expensis in his duobus punctis compensatis.

VO-

VOTVM D. CORREFER.

DVo verò capita huius secundæ Reconuentionis, vnum quod Anno 10. Consiliarii Archiepiscopi Vrielis se intruserint E. & arcana Reipublicæ explorarint; Alterum quod dicti Consiliarii instigarint seditiosos ciues ad obsignandum literas, quarum contenta ipsis ignota. Quibus quidem literis & obsignatione, hoc quæsitum, Actores & ciuitatem E. **mit Dienst/auch ausserhalb Landes/ vnd einen neuwen Eydt zuschweren/ zubeladen**/ prout etiam coacti fuerint tunc Regentes dictum nouum iuramentum præstare.

*De Actione*, vt dominus Referens. Ad primum punctum quod attinet, satis probatum per testium dicta arbitror, quod missi ab Archiepiscopo Consiliarii, **den Vorrath/ Rechnung vnnd Register der Statt E. besichtiget haben**. Nam hoc etiam Rei hic non diffidentur, sed opponunt non nisi iure factum esse Neque ego sane intelligo, quid detrimenti, vel præiudicii ex dicta inspectione illatum sit Actoribus, vel inferri potuerit. Atque ideo non video, quid hac in re ab Archiepiscopo tam vehementer peccatum esse dici possit, maxime si non modo domini & superioritatis dicti Archiepiscopi, sed etiam illius temporis, & reliquarum circumstãtiarum huius facti diligens consideratio adhibeatur.

Constat enim ex nostris Actis non modo, ac præsertim productis missiuis E. sed etiam ex omnibus historiis, qui huius rei memiuerunt, vt Naucler. Munsterus, Chronica Mansfeldica, quod Anno 9. mense Iunio, grauissima illa seditio inter Senatum & ciues propter insolitas & multiplices à Senatu plebi impositas contributiones, exorta sit, non ex instinctu Archiepiscopi Vrielis, prout etiam Boerius *in tractat. de seditiosis statim in princip.* multa similia exempla seditionum propter nouas exactiones ortarum refert. Commotus igitur populus, intellecta magnitudine æris alieni ad reddendas rationes de publicis prouentibus, Senatores vrgere cœpit, sed multi ex precipuis, siue quod furores populi expauescerent, siue quod rationes reddere non possent, vrbe excesserunt, seque ad Duces Saxoniæ contulerunt, apud quos etiam effecerunt, vt si qui forte ciues negotiorum suorum causa vrbe egrederentur, mirum in modum per officiales Saxonicos & alios in dictionibus Saxonicis vexarentur: miserunt itaq; qui in vrbe remanserant Senatores, & alii in locum absentium subrogati ad Archiepiscopum M. tanquam verum suum & hereditarium dominum auxilium ab eo petẽtes. Cum igitur dictus Archiepiscopus ita rogatus à subditis, consiliarios suos ad dictos E. ablegauerit, qui tunc cum Regentibus Rempubl. de pacandis ciuibus commotis, & periculis ciuitatis auertendis, vrbe etiam defendenda, si quid forte Saxones tentarent, contulerunt, in qua consultatione prouentuum & ærarii publici vires explorare omnino necesse erat, nulla sane causa est, cur dicti Consiliarii se intrusisse in arcana Reipublicæ, dici possit, cum de nulla vi quam adhibuerint, constet, sed vocati & rogati adfuerint, & id, quod gesserunt in commodum Reipublicæ, & salutem ciuium cesserit, vt ex impetratione Moratorii & aliis actibus facile colligitur. Itaque cum nihil in hoc puncto actum, quod non optimis rationibus defendi queat, & quod sine præiudicio Archiepiscopi omittere potuerit, Concludo Reos absoluendos esse.

In altero puncto plus est incertitudinis & obscuritatis, præsertim in eo, quales fuerint literæ, quia coacti ciues obsignarint. Nam si ex ipsa obligatione commodum ciuibus & Reipublicæ accesserit, non est, quod conquerantur: de nullo autem damno, quod ex allegatis literis senserint, probatum est. Inuenio enim hic actores, & eorum testes in eo errore versari, quod literas **vom Vogt vnnd Dienstẽ**/ &c. tempore Vrielis Archiepiscopi, & sic in ipsa seditione extortas esse literas putarint. Ad hoc falsum esse, ex multis indiciis colligitur, &c.

Quod vero Actores addunt quoq;, non tantum nouam formam iuramenti dictis literis insertam, sed etiam Regentes ad præstandum illud coactos fuisse, quod & plerique testes confirmant, hic certe mirum est nullum ex testibus scire, quale fuerit iuramentum. Et cum 2. testis dicat, **Der neuwe Eydt sey noch auffm Rathhauß**/ facile fuisset Actoribus idem hic edere, vt appareret, quale grauamen continere, ne Iudex de re non cognita pronunciare teneretur, sed & de coactione testes parum consentiunt in loco & tempore. Et cum Actores in 12. articulo ponant, **daß solche Benöttigung der Gemeindt/ durch anhetzen eines dero von M. Räthe damals geschehen**/ non solum nullus testium in specie exprimit, quis fuerit ille Consiliarius, sed & 4. tantum testis etiam 13. articulum verum dicit, cum nulla tamen concludendi ratione, imò cum hi testes ad 4. Interrogator. additionalis articuli rogati fuerint, **Wie/ vnnd auß was Grundt sie solches wüste**/ Omnes professi sunt, se nescire præter secundum, qui dixit se vidisse Consiliarios, &c. **Daher dann wol abzunemmen/ daß nichts beständiglichs hierinn probirt/ vnnd mag wol seyn/ daß es ein gemachte Geschrey von den Knüttelen gewesen/ davon die Meyntzischen Räthe gar kein wissens gehabt. Dann ob wol auch etliche den Eydt nicht schweren wöllen/ So befindt sich doch nicht/ daß je ein Knüttel were gezücket worden.**

In tanta igitur incertitudine, vbi non constat, quale iuramentum fuerit, nec satis probatum, dictos Consiliarios per se, vel etiam

alios metum incussisse. Item quando vel quoties ita iurarint. Et quia hoc tempore seditionis accidit, Der Eydt gleich wider abgestelt / vnnd deßhalb seithero kein Streit mehr gewesen / mallem ego in hoc puncto similiter in superioribus Reos absoluere, tanquam in re dubia, per Alciatum *de præsumption. regul. 3. præsumpt. 44.* Ne tamen Rei hanc absolutionem interpretentur, quasi inde liceret ipsis mutare antiquã formam iuramenti, placet, vt addantur verba in sententia, Nach Gelegenheit vnd Gestalt dieser Sachen. Compensatis expensis.

## VOTVM DOMINI REferentis.

### *Super tertia Reconuentione.*

QVasi negatoria, Item ex transactione & interdicto vti possidetis actum dici potest. Quoad primum punctum, quod ius habeant Actores zu geleiten / constat ex actis. Et quamuis Rei negent, id competere Actoribus, tamen ex iisdem Actis, atque ex iure, contrarium supra in prima conuentione deductum, præsertim in iudicialibus. Quod autem ita liceat auffhalten ciues E. refractarios seu aduersarios Senatus, qui iustitiam ab eo sibi denegatam prætendunt, non reperitur hic probatum, neque apparet, æquum esse, præsertim hoc casu, vbi non ostenditur, iustitiam illis personis in articulo comprehensis denegatam. Ideo videntur Rei in hoc puncto condemnandi, quod non liceat der Gestalt / Actores zu turbiren.

Quod ad alia iura huius libelli, nihil videtur pro actoribus probatum per testes, nec deducitur, quis fuerit ille accusatus, aut quomodo ex more, vel contra deductus zum Achtgericht / vel in quo contrafactum, scilicet contra morem. Neque etiam quod ex certo iure hanc facultatem zu geleiten / seu deducendi habeant, sed contrarium potius ex dictis in primo libello, quod præsentes sint Duumuiri & ministri, ad vitandos tumultus præcipuè, vt 3. & 12. testis hic dicunt, in quo vt cautum sit Reis, ipsi prospicere forte poterint, prout supra domini maioribus concluserunt in simili in prehensione clericorum. Item in executionibus. Quapropter concluderem in reliquis punctis Reos absoluendos.

Expensæ possent compensari, quia in primo puncto meo iudicio causam habere videtur, & in illo etiam puncto pe præsentia & comitatu, plerique enim testes vsitatum dicunt, & non sine causa, negligentia illis imputari possit, si tumultus fiant. In quo & Reipublicæ, & ipsorum quoque interesse versari videtur.

## VOTVM D. CORREFER.

DE ACTIONE, vt dominus Referens, quantum vero ad 1. & 2. articul. attinet, das Geleydt in der Statt E. belangendt / quod Actores sibi solis adscribunt, quamuis factum ipsum in secundo articulo expressum, propria confessione Reorum probatum sit: tamen, quia ex vnico fundamento dictum factum Actores impugnant, quod scilicet Archiepiscopo omnino ius securitatis in ciuitate non competat, condemnationem Reorum vix simpliciter fieri posse arbitror, cum vel ex sola transactione Lipsica dictum fundamentum falsum esse conuincatur, & Archiepiscopum quoque posse Geleydt geben in E. in prima conuentione deductum; Essent igitur absoluẽdi Rei, præsertim cum hic nominatas personas ad consequendam iustitiam tutatas fuisse profiteantur, quod Actores in suis probationibus & replicis non negant. Et alias sæpius ita quosdam ciues ad Curiam M. securitatis causa confugisse patet ex Registro, deß Küchenmeisters / de Anno 1514. in 4. Rotulo Reorum litera D. Verum si dominis magis placuerit forte ex alia causa, quam hic allegatum, Reos condemnarem in hoc puncto, puto ita temperandam cõdemnationem, ne solis Actoribus hoc ius adiudicatum videri possit. In reliquis punctis sentio cum domino Referente absoluendos Reos compensatis expensis.

## VOTVM D. REFERENT.

### *Super quarta Reconuentione.*

QVoad Actionem, vt in præcedenti circa primum punctum, den articulirten Studenten belangendt / non insistendum. quia Actores nihil probarunt, & ipsimet, in Probationschrifft dicunt, quod contenti sint responsionibus Reorum, quod negant factum, licet illatio, quã inde colligunt (quasi tacite fateantur Rei, si factum sit, id illegitimum esse) cauillatoria videatur, quia ille, qui ita factum negat, præsupponat potius, quod de iure non sit inquirendum, cum ex facto ius oriatur, vel quia non probatur, se esse absoluendum, prout in petitione declaratur, propterea & Reos absoluendos concludo.

Et ita etiam quoad sequentes duos casus: Duo enim testes tantum allegant similes accidisse casus, & ita nihil certi de propositis, de quibus ab 8. vsque ad 14. inclusiue, in 15. & 16. articulis, turbatio seu contrauentio non probata. Nam quod 17. testis dicit, Es geschehe wol Inhalts deß 15. Articuls / tamen ex auditu tantum loquitur.

Ad 17. articulum dicunt quoque Actores se contentos responsione Reorum, ideo vt supra Reos absoluendos.

In 18.

In 18. 19. & 20. articulo videtur decisio dependens ex 24. articulo Alberti, **Daß die Wehren in Aufflauffen gerücket/ dem Gericht verfallē/** nisi interueniāt **Rathsknecht/** qui frangere debent, non tamen dicitur, quod seruare possint, quamuis illa clausula transactionis, **Wie von Alters her kommen.** Et licet quidam testes verum dicant, **Daß es also herkommen/** nullos tamen casus, nec præscriptionem probant, cum & facultatis videatur ex dicta transactione arma retinere, & ex vsu **herkommen.** Et quoad dictum primi testis, dubitari posset, an arma talia indifferenter ad ipsos Reos pertineant, tamen & Actorum probatio obscura: & quamuis inter arma, **Becher vnd Kanthen so geworffen/** referri non possint: tamen & impropriè furor eiusmodi arma ministrare dicitur, & eadem ratio videtur, atque vsu quandoque seruatum, quod & illa Fisco applicentur, vt de armis innuit Iulius Clarus *lib. 5. §. fin. statuto 6. in fi.* Neque omnino negare hoc videntur Actores, licet Rei vsum certum quoq; in hoc non probent: tamen absoluendi Rei, vna cum reliquis punctis, quæ puncta etiam non prosequuntur Actores, sed contenti Responsionibus Reorum acquiescant. Quod vero inferunt Actores, non potest præiudicare Reis. Expensæ possunt compensari propter incertum vsum.

## VOTVM D. CORREFER.

OCTO proponuntur puncta, quorum primum continetur 3. 4. 5. 6. & 7. articulis. Secundus punctus in 8. 9. 10. & 11. articulis. Tertius in 12. 13. & 14. articulis. Quartus in 15. & 16. Quintus in 17. articulo. Hæc puncta per Actores **non** sunt probata, prout ipsimet Actores in suis probationibus fatentur. Sextus continetur 18. & 19. & 20. articulis: puto etiam in hoc puncto absoluendos Reos, cum transactio Alberti 24. articulo disponat, **Daß die gezuckten Wehren dem Meyntziſchen Gericht verfallen/** Et actores hic in 18. art. confiteātur, **daß dem Bißthumb von gezuckten Wehren 5. Floren gebüre/** &c. Itaque recte videtur vicedominus alterum ex his eligere. Septimus punctus 21. 22. 23. & 24. articulis continetur, quos articulos fatentur Actores non esse probatos. Sic etiam nec vltimus punctus probatus est, qui 25. & reliquis articulis comprehensus est. Quamorbrem in omnibus concludo cum Referente intentionem Actorum nō esse probatam. Ideoq; Reos absoluendos, & Actores in expensas cōdemnandos, quia nihil probarunt.

## VOTVM D. REFERENTIS.

*Supra quinta Reconuentione.*

QVoad actionem, vt supra. Primus punctus in 1. & 2. articul. **vom Hoffbaw,** supra decisus in libello **der neuwen Angriff/** Ideo & hic absolutio, vel relatio fieri posset ad dictum libellum **Der neuwen Eyngriff/** & ita quod ad 2. punctum in 3 articulo comprehensum, **Das Schloß** ciuitati entzogen/ licet testes 3. 6. & 15. verum dicant, hic tamen nihil certi nec causam scientiæ adferunt, neq; magnum præiudicium ex vnius alterius q; domus emptione per M. factum. Tertius punctus comprehensus in 4. articulo constat, **Da das Wächterhauß** stehet locum esse Archiepiscopi. Sed & 5. articul. sine causa & ratione dicti 1. 3. & 13. testes verum deponunt, atq; ita magis ad factum respondent, licet & Rei in responsione fateri videantur alia forma antea ædificatam fuisse, **das Wächterhauß.** Et ex transactione Hamelburgensi colligi, vbi dicitur, **Daß solch Wächterhauß/ wie vō alters solt erbauwet werden/** tamen non multum etiam referre videtur, cum non hic prærendatur interesse aut præiudicium, prout etiam ex pictura & sculptura **der Wapen** in re propria. Ideo & hic si videatur dominis, propter incertam probationem, & quia nullum præiud ciū, Rei absoluendi, quia etiam antiquū ædificium amotum ex Actis & testibus constat.

Quartus punctus comprehenditur in 6. art. & ex iure communi pro actoribus probatur, quod tempore nundinarum nihil Datii nomine accipiendum à mercatoribus, vt not. *in tit. C. de nundinis. vbi Bal. à prin. Fr. Marc. in decis. 268. n. 2. p. 1.* Et in specie nec **Brückenzinß** nec **Standtgelt/** *Sichard. cod. tit. de nundin. ad idem additio Antonii de Nigris, cap. 51.* Sed etsi videamus de consuetudine, multis locis contrarium obseruari, ac possessio probatur Reorum ex lib. C. tit. **Abloßgeldt/** Ann. 85. Cui tamē contradixerunt Actores. Item, An. 87. à ciuibus **die fayl habē drey Strichpfennig/** pignoratione prius facta cōtra denegātes soluere propter prohibitionem Senatus. Item in lib. D. de An. 89. vsq; 94. Nec audent affirmare Actorum testes, quod contra ius Senatus hoc fiat, & ita in possessorio aliquo modo tuti videārur Rei. In petitorio vero ex sup. dictis dubitari, quia nō videtur præscriptum hoc ius propter cōtradictionem & prohibitionem etiam antiquitus factam, quamuis & inscio forte Senatu mercatores metu pignorationis concti, soluerint. Ideo si videatur dominis, q̄ petitorium absorbeat possessoriū, contra Reos erit pronunciandum: sin minus videbitur dominis, nō video quomodo in possessorio pronunciari possit instituta negatoria in fauorem Reorum, præsertim cum odiosæ sint hæ exactiones cōtra ius & nomen, etiā nouū **Abloßgelt/** in Registris, & aliud quod ipsi Rei in respōsione hic ponūt, Septimus, octauus nonus & 10. punctus cū additionalibus art. quod scil. publicani vel officiales Reorū augeant vectigal, illudq; accipiant de rebus iure priuilegiatis, vt casibus hic specificatis, præsertim in additionalibus. Iuris autem

quod

quod non liceat id augere, eadem ratione, qua noua imponi non possunt. *Gramm. consil. 69. numero 4. Ex Salycet. in l. vectigalia. C. noua. vectigal. instit. non posse:* præsertim sine causæ cognitione. *Antibalus de munerib. in fin. num. 199.* Neq; de rebus, quæ ad vsum proprium vehuntur & portantur. Item instrumentis rusticis, recipere, plura Bertachin. *de Gabell. 2. memb. 8. part. in prin. Zabarell. in clem. fin. de censib. Nigronius in consuetud. Antegau. des droicts des Chasses. part. 1. num. 3. artic. 43.* dicit diabolicam esse, quæ plerunque in contrarium attenditur consuetudo. In facto verò non satis illud probatum de actione scilicet: **Daß mehr dann von alters vber die gebür** / &c. Et vt 10. Additionali articulo dicit. 3. testis, **so hoch daß sichs dem Schlagschoch vergleiche / genommen werde** / sicut & illud, **Daß viel Bürger dardurch vertriebē** / quia illa depositio generalis est, sicut & sexti testis. Septimus ex auditu tantum, 8. additionilem verum dicit, quia sciat aliquot, **so hinweg gezogen** / si forte aliquas causas dicere potuerunt emigrandi, prout sæpius accidit, &c. De consuetudine etiam, cum non seruentur supra allegata iura, vt & Ruinus attestatur *cons. 112. num. 8. lib. 5.* & Migronius vbi supra, præsertim vero propter inueteratam consuetudinem hic, quæ vice legis videtur. Imo & propter antiquissimum pactum in literis Gerlaci, quo de singulis rebus emptis in genere, vt soluatur cautum est. Ideo & hic forte mutatio difficilis circa vsum certum & perpetuum. Atque ob id absoluendos Reos.

Vndecimus Articulus non probatus, quia nullus certus vsus, quoad infeudationem, neq; consuetudo ostenditur, sed pro arbitrio rem suam concedere posse Archiepiscopum præsumitur, cum nec probatur, quod filiabus quoq; concessio facta sit **der Grundgeden.**

A 12. artic. vsq; ad 17. artic. excluſiuè. 1. Testis dicit, à se non petitā recognitionem, sed ad seq. scilicet 13. dicit, se non petiisse, vt & 6. si consuetudo certa esset, aut ius, proculdubio non omisissent petere: quamuis 13. dicat, multos ita perdidisse argentea sua depositā: tamē & illud sine circumstantiis, aut cuius culpa acciderit, non liquet. Ideoque etsi æquum per se, vt tales recognitiones dentur: tamen in publicis personis non videtur fraus præsumenda, sed si qua ratione prospici possit, iis saltem, qui petunt recognitionem, reseruatio annecti posset, præsertim in depositis pretiosis. Ad 17. & 18. articul. dicunt tantum testes, **Es möge wol seyn / oder etwas daran** / vt 19. neq; præterea in probatione deducitur. Ideo nō videtur sufficiens probatio.

Quoad 19. artic. habetur expresse in Gerlaci transactione antiqua, §. **Den Tag nechst Martini** / quod nisi census soluantur de bonis ciuibus ab Archiepiscopo concessis, **Daß solches frey gut / dem Bischoff ledig werden soll.** Et ita quædam bona ab Ecclesia in emphyteusin concessa, non diffitentur Actores. Ideo cum secundum trasactionem hæc fiant, non possunt conqueri, vt non obstet, quod ea ratione detrahi conquerantur redditibus ciuitatis, cum & curare possint, vt ciues eo diligentiores sint in persoluendis censibus, maxime cum & possessio Reorum huius iuris probetur **in Rechnungen** lib. D.

Vicesimus primus articulus nimis generalis, nec exprimitur, cuius vina fuerint vendita, nec testes distinguunt, sed 2. 3. 6. dicunt, **Man schencke im M. Keller.** Similiter & in 22. articulo dicit quidem 3. testis quod acciderit nominatis in articulo, &c. sed nō constat certo, quod illorum nominatorum propria fuerint vina, cum rei asserant, bona illa sibi commissa fuisse, **daß sie jhnen verfallen gewesen** / quod ignorare potuerunt testes, neq; hoc præiudicat in aliis casibus.

Articulo 23. non probatur certus vsus, quod nihil vnquam fuerit ante hac receptum eo nomine, **Deß Schreibschillings halben** / nec exprimitur, quibus transactionibus comprehendatur, id quod prætendunt Actores. Nec facit, quod dicunt, Reos in Responsione hic confessos, quia conditionaliter tantum credunt factum, **wie von Alters.** Et testis 28. dicit. **Es gebüre jhme also / wie ers empfangen hab.**

A 24. vsque 27. incluſiue nihil quoq; certi probatum, licet enim tertius testis dicat, vinum ab officiali astutia quadam fuisse deuectum in ciuitatem, & promissionem factam, vt in articulo 27. tamen vnicus est, & sine causæ scientia. Ideò superioribus punctis etiam absoluendos Reos.

Articulus 28. & sequentes, **belangende den Feldtkoch** / etiam vix probati sunt per testes, quod illis cōpetat hoc ius, nisi quod Rei dicunt Responsione ad 28. articulum, **Es mög seyn** / attestatur & 11. testis, &c. Ideò in hoc puncto si absoluamus, graue videtur, quod fœtorem faciat in vrbe carnifex, vtpote contra decorum & & damnosum cohabitantibus, præsertim eo loci, vbi habitare dicitur, scilicet, **auff dem M.** cum nec priuatus talem seruitutem ferre teneatur, notatur argumento *l. sicut §. Aristo. D. si seruit. vendit.* Ideo quacunque ratione putabunt domini in hoc prouideri posse, in eo facile mihi cum dominis conuenit, cum expensis, in illis punctis, vbi absolutio fit, sed vbi condemnatio, compensatis.

## VOTVM D. CORREFER.

IN quinta Reconuentione quindecim puncta sunt probanda, quæ etiam magna ex parte non sunt probata. Primus punctus **Vom Bauwren im Meintzischen Hoff** / qui continetur primo & secundo artic. supra est expeditus, in libello **der newen Eyngriff.** Similiter secūdus

punctus,

punctus, **von Häusern so in Hoff gezogen** / qui 3. principali & 19. additionali comprehenditur. Tertius punctus in 4. & 5. articulo comprehensus **vom Wechter Hauß** / Anno 15. **erbawet** / hanc domum E. in seditione Rusticana, lite hac pendente diruerunt, & postea per transactionem Hamelburgensem ipsis impositum, vt in veteri forma reædificarent, quod cum factum sit, hic punctus per dictam transactionem decisus & lis sublata. Quare in hoc & superioribus Reos absoluendos puto.

In quarto puncto 6. articulo contento, **Ablaßgelot / oder Marckgeldt belangendt** / ex productis Registris constat Anno 1495. Senatum se opposuisse, & annotauit **Engelmann im Rottenbüchlein** / vbi etiam quod duos ciues eius rei causa in ius vocarint, & solutionem ab ipsis obtinuerint, de Anno 97. annotatur, quod pignorauerint quosdam Ciues ob non factam solutionem, qui postea ad eum venientes, dixerint, **es sey jnen verbotten gewesen / aber sie haben Befelch sich mit jhm zuvergleichen / Anno** 1500. recepit 7. **Schock** / vt patet ex Registris, & de nulla contradictione magis constat, vsque ad Annum 1519. vbi **Küchenmeister** annotauit 48. tantum grossos receptos, quia Senatus prohibuerit soluere.

Et anno vigesimo secundo postulatum quidem, sed nihil receptum. Vnde colligi posse videtur à tempore transactionis Bertoldi, vsque ad reditum senatorum ex Saxonia, in quieta possessione recipiendi Reos fuisse. Cui accedit, quod **Engelmann** quodammodo rem iudicatam annotasse videtur.

Cæterum cum Archiepiscopo aliis etiam temporib⁹ soluatur **Standtgeldt / nemblich von einem Kram außwendig der Häuser / zu allen Frohnfasten drey Pfennige** / vt in d. **Rottenbüchlein** / sub titul. **Frohn oder Weichfasten Geldt** / &c. & per totam ferè Germaniam hic mos inoleuerit, vt vix vllæ sint Nundinæ, vbi non soluatur **Standtgeldt**: Non video quomodo hic punctus commode à sequenti possit separari, auditurus ea de re Dominos, ab eorum sententiis me non segregabo. Quintus punctus de grauaminibus ratione vectigalium, continetur. 7. 8. 9. & 10. principalibus articulis, & 12. prioribus additionalibus, in quibus non modò quod augeatur vectigal, & accipiatur ab vtraque parte. Item petatur antequam res vendatur, sed etiam quod de rebus de iure exemptis sumatur, vt sunt quæ ad vsum proprium vitæ & familiæ comparantur, item de emptis in libris Nundinis, & instrumentis ruralibus. Et quoad priora quidem grauamina, nihil in specie videtur probatum, vt per Dominum Referentem &c. Sed quoad res exemptas, de iure sufficienter probatum, prout Rei etiam productis Registris confessi sunt, & in eo inueteratam consuetudinem demonstrarunt, *Roland. cons. 71. numer. 15. & seq. vol. 4.* Quæ consuetudo licet à plerisque Dd. tanquam praua & irrationabilis, quæ cum iure tam ciuili, quam Canonico pugnet, improbetur, prout consuluerunt *Roland. cons. 34. vol. 3. Natta cons. 655.* in similibus plane terminis, vbi articulos talia concludentes, ad probandum non admittendos concludunt: Ego tamen non video, quomodo hic elabi possimus, quin admittamus eam, tot seculis non tantum apud Nostrates, sed etiam apud alias nationes confirmatam, & quam sine tumultu vix licet extirpare: ideo forte toleranda, per ea quæ tradit Felin. *in cap. 2. numer. 2. De rescript. Roch. de Curte in c. cum tanto. sect. 2. numer. 39. De consuetu.* maximè cum in omnibus vectigalibus consuetudo spectari soleat, *l. si publicanus. D. de Publican. l. fi. Cod. noua vectigal. Imol. in Clem. fin. numer. 8. de censibus.* Quinimò si hæc consuetudo non valeret, priuilegium scholarium & Clericorum nihil videretur operari. *Ruin. cons. 112. numero 8. vol. 5. Castr. in l. si Publicanus. in fin.* Concludo in hoc puncto cum Domino Referente, Reos absoluendos. Sextus punctus continetur in 13. vsque ad 18. additional. art. sed de eo quoq; nihil solidi probatum, & licet probatum esset, officiales articulata bona emisse, tamen illa probatio parum releuaret, cum nondum constet ea bona in æstimo Ciuitatis reperiri, aut statutum vel ius Municipale eiusmodi extare E. ne eiusmodi bona aliis quam ciuibus vendantur, & de iure communi officiales emere prohibeantur. Concludit absoluendos reos. Quoad septimum punctum, **Die Gewandt gaden belangendt** / vt Dominus Referens. De octauo puncto, qui 12. 13. 14. 15. & 16. princip. continetur, similiter vt Dominus Referens, **belangendt die** Reconuention **vber die sylberne vnnd güldene Pfandt.**

Nonus punctus **vom Schilling an vns frey zuschreiben** in 17. & 18. art.

Item decimus punctus in 19. articulo non sunt probati, vt per Dominum Referentem.

Vndecimus punctus in 2. articulo deciditur ex Documento Gerlaci.

Duodecimus qui 21. & 22. art. continetur, cum Domino Referente Reos absoluendos,

Decimus tertius punctus **vom newen schreib-Schilling** / de quo in 23. articulo, nihil certi probatum.

Similiter 14. punctus, qui continetur in 24. 25. 26. & 27. art. non probatur, ideò absoluo cum Referente.

Decimus quintus & vltimus punctus 28. 29. & seq. art. continetur **den Feldtkoch belangendt** / quia vix fieri potest, vt commodè his verbis fiat prouisio, & non dubitandum, quin

hoc grauamen dudum sit sublatum, ius etiam **des Feldtkochs** non sufficienter probatum puto in hoc puncto, vt in superioribus absolutionem fieri posse: Expensis vbique compensatis, quia Actores in quibusdam habent ius pro se.

Votum Domini Refer.

*Supra sexta reconuentione.*

Quoad actionem vt supra. Quoad primum punctum in 1. 2. & 3. articulo, certum quidem, quod sepulturæ nomine nihil acc piendum *c. abolendæ. de sepult.* Sed in facto non probatur, quod sigillifer aliquid iniquè acceperit nec confessio Reorum ad 3. & 4. articulum pura est, vt Actores prætendunt, quia dicunt tantum, se non credere **daß** Sigillifer **etwas wider alt herkommen genommen** / vnde nõ sequitur quod iniquè fecerint, etiamsi quid accepissent vigore consuetudinis, vt notant ibid. canonistæ præsertim Panor. Sed etsi acceptent Rei ex responsione quod aliquid eo nomine receptum sit, ita reliquum quoque responsionis, quod ex iure antiquo factum sit, acceptare deberent: *Bart. in l. Aurelius. de li. leg. §. idem quæsiit.* Et in specie quando adiectio responsionis qualificat. *Bald. in l. siquidem à principio. Cod. de transact. vbi Alberic. & alii.* Quoad secundum punctum in 4. articulo, per vnicum testem quartum scilicet, verus dicitur simpliciter, & 5. articulus per 9. testem. Ideò plenior quoque probatio requirebatur, neque ita obseruatum, vti in articulis ponunt Actores, ex ipsorummet teste 15. apparet, qui dicit quod pro examinatione testis soluantur, 2. **Groschen**/ & ita viderit à 22. Annis. Illi vero dicunt 2. **Schnäberger**/ quod vnus tantum affirmat. Cũ interim æquum & verisimile, quod pro varietate, & magnitudine examinis pretium quoq; varietur, nec ad interrogatoria testes sciunt, **was das alt herkommen.** Ideo cum fundamentum non probant Actores, Rei sunt absoluendi, cum expensis.

In sexto articulo allegant transactiones, **& alt herkommen** / nec tamen ostendunt, neque probant, neque ego reperio in eo certum quid statutum: Ideo non possum iudicare, quod mutatum sit per officiales, aut in quo grauati: Cum nec transactio Alberti in fin. 2. articuli certum quid statuat in hoc. Æquum autem est, vt Copia productorum in iudicio relinquatur, ea præsertim ratione, vt iudici apertius quoque pòst de iis constare possit, vt nihil obstet, quod simpliciter verum dicunt hunc articulum, 2. testis & 16. ad 7. artic. Quia satius est, vt etiam superflua quædam registrentur, quam vt necessaria omittatur. Et 15. testis dicit. **man zwinge niemandt darzu**/ operæ pretium etiam quod scribãtur aut registrentur per publicas personas, propter autoritatem & fidem, vt nihil faciat, quod 8. articulo conqueruntur, à famulis propriis si scribantur producta, pretium nihilò minus accipi.

Quoad 9. & 10. articulum, planè nihil video esse probatum.

Ad 11. & 12. articulum, quod tabula continens ordinationem erecta sit, probatur, sed 2. testis dicit, quod nunquam viderit defectum, 15. simpliciter verum, quod viderit & practicarit, quod autem contra factum, aut neglecta sit ordinatio nemo asserit, nec etiam specificantur casus ab ipsis Actoribus. Sic quoad 13. articulum, quod per Scribas partes impediantur in expeditione, 2. testis excusat, & id fieri posse secundum magnitudinem negotiorum, vt etiam verisimile, & ideò id excusandum puto, quod 15. & 17. testis dicunt, id sibi accidisse. In reliquis duobus articulis nihil vel articulatur, vel probatur in specie. Neque etiam de 16. articulo testes sciunt.

Articulum 17. dicit 15. testis verum ita seruatum, quod intelligi potest, vt in prima parte articuli dicitur, liberos esse ministros publicos & vxores **deß Schreibers Sohns halben**: vt & 15. tantum confirmat. Ideò nec contrauentio probata, prout nec in specie articulata. Articulum 18. verum dicit 2. tectis, sed non exprimit casum aut causã scientiæ, & 9. testis tantũ audiuit, vnde nec hic cõtrauentio ꝓbatur, cum negatur factum per Reos, aliàs alienum videretur, si pro quauis læsione domestica inspectores sibi ius vendicare vellent. Vt & 19. articulus, quod tonsores curare non debeant vulneratos, nisi soluta pecunia **dem Freybotten**. Nam 9. testis vnicus est, qui dicit se audiuisse à tonsoribus. 16. testis dicit **der Balbirer hat das erste band zuthun / ohne besichtigung deß Freybotten** / & nullus affirmat, quod contra **alt herkommen** factum.

Articulus 20. quoq; non sufficienter probatus. Octauus testis audiuit tantum. 15. dicit, petitum, quod tamen non coactus quis soluere, nec probant hoc in specie transactiones, aut **alt herkommen.** Nam 16. Alberti articulus loquitur tantum in genere **vom Helffgeldt.**

In 21. Articulo quoque nil probatum, ideo in his punctis Rei erunt absoluendi cum expensis, nisi forte compensandi causam putent, quod in genere testes dicunt, interdum contra fieri.

Articulus 22. & 23. **daß Senatus Scheltwort Beulen / zustraffen**/ satis hic punctus decisus in primo articulo seu quinto puncto 15. Conuentionis, quoad **Beulen / Braun vnd Blaw** / ideoq; vel hic quoq; absolutio, vel relatio ad illam sententiam fieri potest, **lãst man es bey der Brtheil in 13. Klag ergangen bleiben.** Quamuis enim hic 23. articulo annectant quoque Actores **Scheltwordt** / quorum mulcta ad ipsos Actores spectare videtur: tamen quia & Rei habent ius mulctandi,

auffm

auffm Saltzmarckt / vti patet ex libris Registrorum. Item & in iudicio dictas, vt 12. articulo transactionis, ideò posset, quoad hoc querela tacite præteriri, quia nec Rei aliàs hoc ius sibi vendicare videntur, nec turbatio probata. Cũ 13. testis simpliciter tantum illum articulum solus verum dicat, forte non animaduertens ad illud vocabulum Scheldtwort. 8. testis de auditu saltem loquitur, si autem aliter videbitur Dominis, poterit subdi clausula reseruatoria.

Ita 24. articulus videtur decisus supra in 6. artic. der newen eingrieff / aliàs quartus punctus, in 18. libello conuentionali, & in 13. conuent. in vltim. puncto disputatus in genere quidem, quod appellationes ad M. impedire non debeant.

Executionem verò in his causis per Ecclesiasticos fieri non debere, per maiora conclusum: quapropter si inter alia absolutio fiat, quoad hunc articulum in genere, addi potest clausula, doch so vtel die Execution in hoc 24. articulo belangend / daß es bey hieuor in supra dictis conuentionibus ergangener Vrtheil bleiben soll.

Articulo 25. non ostenditur, qua de causa contra ius & libertatem Ciuitatis actum, in eo quod officiales crumenam abstulerunt ab eo, qui seipsum occiderat. Et obscurus est 17. art. Alberti, daß es wit deroselben gut soll gehalten werden / wie von alters / sed cum causa sit criminalis, videntur magis ad superiorem vel fiscum pertinere huiusmodi bona, sicut ad fiscum non ad hæredem spectant, atque ex morte forte ita fieri solitum, quia nullus testium affirmare audeat nouitatem esse, & similis causis in libro D. tm Wundenbuch de Anno 1504. vbi occiso, ein Daschen vnd Degen genommen. Item ein Beutel / ideò & in hoc dubio videntur potius absoluendi.

Articulus 26. 27. & 28. non probant specialiter præsuppositum huius prætensæ consuetudinis, quod ita in præsentia E. auferri debeat, das Landtzeichen / nisi quod testes affirment, factum esse, nec tamen aliquid de hoc habet articulus Alberti 25. nec etiam articulus 19. Bertoldi von Ertzeichen. Ideò debuissent specificare, quibus transactionibus comprehenderetur, & si velint comprehẽdi sub alten herkom̃en / quod iisdem confirmetur, tamen nec illud sufficienter probatum. Præterea in libro Reorum litera C. im hohẽ noth auch Rottenbüchlin non reperitur de præsenria N. sed tantum post bannum factum, quod id senatui indicetur, & forte si admissa præsentia E. id voluntate M. factum, causa tumultus vitandi, vt in aliis quoque executionibus, & ita non quod Ius simul habeant Actores in iurisdictione seu imperio illo, der Rotgericht. Licet ergo supra tutius putarim, si simul admittantur quietis publicæ causa. Ideo & hic absolutionem fieri posse, cum nec in possessorio certum tempus probetur. Nam quod 8. testis dicit, semper ita seruatum esse, nimis generale compensatis, si fieri possit in hoc puncto, expensis. Factum in vigesimo nono articulo probant testes das Doctoris B. viertheil in senatus Gebiet auffgehenckt / quia testes verum dicunt articulum, & 2. testis, daß er es gemessen. Verùm quia & id tempore seditionis accidit, posset ex supra dictis causis ita sine condemnatione præteriri, cum clausula in absoluendo, *Saluo iure actorum, vel* nach gelegenheit.

Quoad 30. articulum supra quoque in libello, Deren newer Eingrieff / in octauo puncto, 13. articulo comprehenso, conclusum vel decisum, quanquam id factum non probatur in specie de Aresto in ædibus, quia tamen Rei in responsione, non in specie casum necessitatis, sed generaliter hoc ius intrandi ædes, vigore generalis iurisdictionis prætendunt (quod tamen ex iure vix constare supra concluſimus) Ideo & hic relatio fieri posset, vt supra.

Articulus 31. & 32. generaliter, vt ponitur, appellationes quod ad Senatum impediantur non probati, sed contra magis ex actis probatur, scilicet fieri solitas, nec casus speciales adducuntur.

## Votum Dn. Correferentis.

Quoad sextam reconuentionem, in qua continentur 19. capitula seu puncta, quæ singula cum per Dominum Referentem diligentissimè sint discussa, eorumque probationes ex testium dictis, atque aliis documentis & rationibus examinatæ, supervacaneum videtur, vt de iisdem ipse quoque pluribus meam sententiam explicem, cum nihil occurrat, quod vel addere, vel adimere queam. Itaque in omnibus suis punctis per omnia sentio cum Domino Referente, & quia in tota hac reuocatione vbique fere Actores in probatione deficiunt, possent in expensas condemnari; si verò Dominis visum fuerit eas, vt in superioribus compensare, non repugnabo.

## Votum Dn. Referentis, supra septima Reconuentione.

Actum dici potest ex lege vel priuilegio, quod ciues E. in prima instantia extra ciuitatem trahi non debeant, satis probatum in libro O. neque negatur. Verùm quod contrauentum sit per Reos, vnico tantum teste probatur, qui affirmat sine circumstantiis & causa scientiæ, quod etsi esset, tamen non constat illis casibus allegatum fuisse priuilegium, cum in proprium præiudicium renunciare potuerunt ciues, non allegando, vt non obstet, quod dicitur notorium non allegandum, quod ipsum

tamen propter antiquitatem Consiliariis forte notorium esse non potuit. Præterea & Actores potuissent se pro interesse interponere, & auocare, vel etiam appellare, verum cum iterum hic acquiescant Actores, **in Probationschrifft** / modò in futurum non fiat, absolutio quoque fieri potest, addita tamen clausula, *si ita videbitur*, **doch jhren** Priuilegiis **vnnachtheilig.**

## Votum Dn. Referen. supra octaua Reconuentione.

Secundus articulus turbationem in iure prehendendi continens, est generalis, non exprimens, quis fuerit ille captus per officialem M. nec tempus etiam certum. Et testis 2. vnicus neque satis ad rem deponens; ideò turbatio non probata; absoluendi Rei cum expensis, nec opus clausula, *saluo iure*, quia non apparet, quod aliquod sibi ius arrogent Rei.

## Votum Dn. Referen. super nona & vltima Reconuentione.

Videtur actum ex pacto seu stipulatione Consiliariorum, **den strichpfenning abzuthun**/ vel officium Iudicis imploratum, **auff füglichst zuverschaffen** / vt æqualitatem seruent officiales, excepto teste secundo, qui vnicus est & allegat M. **den strichpfenning** abrogasse sui commodi causa. Alii omnes deponunt tantum in genere, quod sciant **den strichpfenning** abolitum, sine circumstantiis scilicet, nec per quem, aut cuius causa: & cum hoc quoque tempore seditionis factum, atque ita ipsimet Actores, vel eorum prædecessores in culpa: Ideò eò minus attendendum, & Reos absoluendos, præsertim **nach gelegẽheit vnser sachen**/ compensatis expensis propter causam supra dictam.

# TITVLVS III. DE CONSTITVTIONE PACIficatæ Religionis.

I. Supplicatio pro mandato sine vel in euentum cum clausula. **Auff den Religions Frieden.**

In causa

**Johan Pergners / Anthoni Morneauß** & consortum.

*contra*

**Burgermeister vnd Rath der Statt Cölln vnd Consorten.**

Refer. N. idem ex **Kauffbrieff** / liter. C. signata apparet, quod Episcopo in pago V. P. vbi subditos vel incolas ad veterem suam religionem solicitat, **die Fraischliche Oberkeit** / vel quod idẽ est, ius gladii, & per consequens merum imperium, & sic etiam superior iurisdictio competat. Ex quo colligi possit, quod illi nempe Episcopo in hoc loco etiam ius territoriale competat, cũ nemo ius gladii & iurisdictionem superiorem, in alieno quam suo territorio regulariter exerceat. Quo præsuppositio cum d. Episcopus in d. pago religionẽ mutare intendat, sequitur quod hoc tãtum faciat, quod illi quemadmodum reliquis statibus imperii, constitutio pacatæ religionis expresse competat. Quare mandatum, cuius vigore hoc ill rursus interdicatur, quod illi in præfata constitutione permissum fuerat, decerni non possit. Quod autem supra d. constitutio religion. in nostro casu Episcopo liberã dispositionem circa relig. potius, quam supplicanti (licet is nobilis imperio immediate subiectus sit) permittat, hoc inde constat, quod Episcopo superior iurisdictio; Nobili vero tantũ inferior competat, in quo concursu iurisdictionum, sine dubio potior sit ea, quo ad mutãdam religionem, quæ etiam alias est superior. Hinc etiã sequatur, quod subditi in V. P. potius subditi cẽsendi sint respectu superioris iurisdictionis, quam inferioris. Item mentem statuentium in constitutione religionis non fuisse, quod si Princeps cõcurrit cum nobili, & in loco aliquo, vt casu nostro, habeat supremã iurisdictionem prout satis apte cõstat ex allegato **Kauffbrieff** / lit. C. signato Episcopum N. H. P. habere summam & supremã iurisdict.) quod nobilis † qui
14 inferiorem saltem habeat, Principi præferri debeat. Ad has obiectiones sic respondeo. Primò constat & in cõfesso est, quod supplicans **Münster sit ein frey vom Adel des Lands Francken / on mittel der Röm. Kay. May. vnd dem H. Reich vnterworffen.** De eiusmodi vero nobilib. imperio immediate subiectis constitutionis nostræ, §. **vnd in solchem frieden**, his verbis loquitur, **vñ in solchem frieden / sollen die freyen Ritterschafft / welche on mittel d. Kay. May. vñ vns vnterworffen / auch begrieffen seyn / also vñ der gestalt / dz die obgemelter beyden Religion halbẽ von niemandt vergewaltiget, betrangt noch beschwert sollen werden.** Hic §. pacificationis † religionis sine vlla iu- 15
risdictionis mentione loquitur in genere, & cõprehẽdit omnes & singulos immediatos nobiles cum ipsorum subditis **also vnd dergestalt / dz sie auch** eodẽ sc. modo quo Electores, Principes, & status de quibus prius dictũ erat, **im friedẽ begrieffen seyn sollen.** Nec distinguit inter illos qui omnimodã iurisdictionẽ ac superioritatẽ in bonis suis habeant, & alios, q mediã saltẽ habeant iurisdictionẽ, vt illi tantũ comprehensi, hi vero ex pace religionis excluſi esse debeant, sed vtrisque sub iisdẽ verbis pacem, & eandẽ libertatem Religionis tribuit: **Also vnd dergestalt / dz sie beyder** Religion **halben von niemandt betrangt solẽ werden** / quæ est vniuersalis negatiua, neminem quenquã, qui ipsos ob religionẽ infestet, admittens. Deinde Reus duplicẽ sustinet personam, vt Episcopus est membrum (vt vocat Consilium Tridentinum) Hierachiæ Ecclesiasticæ, & circa Religionem & casus conscientiæ potestatem suam haber, non vt Dux Fr. virture secularis potestatis, vel iuris gladii, sed vt antistes Ecclesiæ, virtute clauiũ ob spiritualem suam iurisdictionem ecclesiasticam. Quæ vero ad Augustanæ Confessionis Religionis eiusq; publicũ exercitium, si immediate subiecti imperio, alicubi in suo idipsum instituerunt, vel etiam in posterum instituent, indistincte iam est suspensa: sicq; Religionis pacificationi consentaneum non fuit **In dem** Episcopi H. P. **Geistlich Rähte vnnd** Reformatores iussu Episcopi supplicantis **Vnterthanen** (vt narratur) **zum drittenmal haben vorgefordert / jhnen / daß sie von jhrer** Religion **Augspuratscher Confession abstehen / vnnd zur alten** Religion **tretten sollen / fürgehalten / vnnd sie / dieweil sie nicht weichen gewölt / darüber inn einen Thurn vnnd Gefängnuß haben legen lassen** / quod sane factum, **der Geistlichen Räht vnnd** Reformatorn, si petitum mandatum de vlterius non molestando denegauerimus, approbare, & suspensam Ecclesiasticam iurisdictionem, contra Augustanam Confessionẽ iterum admittere, adeoq; non obscure contra pacificationẽ Religionis impingere, nos ipsi quoque videbimur. Præterea, quod Episcopus in supplicantis pago V. P. habeat **die Fraischliche Oberkeit**, hoc est, **die Zennt**, fateor, sed in narratis supplicationis, **vnd deren beylagen** / neutiquã expressim reperitur, quod pagus V. P. in d. Episcopi territorio, districtu vel præfectura V V. sit situs. Quin potius expresse narratur in supplicatione, & **in beylag** copiæ inuestituræ sub littera A. asseritur, **dz Dorff oder Vogtey W. P. itzt ge bey S. F. vnsern von W. in W. Ampt** Ergo dã

es vil-

es vnser davon/ hoc est, nahe bey W. Ampt ligt/ so es wol mit demselben Ampt benachbart/ ligt es doch nicht darein. Nec nouum est, vt quis alterius territorio subditos habeat, & sibi asserat, die Fraischliche Oberkeit/ quod ex sexcentis fere appellationum causis Bamberg contra Würtzburg/ & simplicis querelæ in causa nobilis N. contra B. B. forsitan liquet: prout etiam exemplis duorũ pagorum in Episcopatu Spirensi, Lossaw vnd Rott, & aliàs forsan doceri quoque potest. Certe in pago Lossaw/ Dux Wirtemb. exercitium habet Religionis: vtrum verò ipse, & non Episcopus Spirensis ibidem ius gladii & superioritatem habeat, dubito. Sic in Spirensi ciuitate Imperij libera, dum Dux W. in æde, zum heiligen Grab (priusquam eam vendidit) & Palatinus zu S. Gilgen/ ambo habuerunt, & alter adhuc habet exercitium Religionis, quod publice notum est. Quod verò ibidem in ciuitate districtum, territorium, supremum imperium, Fraischlich vnd alle andere hohe Oberkeit/ ius gladij, superioritatem, vel ius territoriale habuerunt vnquam, vel Palatinus adhuc habeat, neminem esse spero, qui asserere ausit. Et tamen dicti principes in dicta ciuitate Spirensi, citra vllum territorium vel ius superioritatis, quod ibidem habuerunt vel habeant: liberum tamen Religionis suæ habuerunt, & alter adhuc habet exercitium. Inter Ducem quoque Fr Episcopum H. & Bauariæ, vel huic similem Ducem, quoad nobiles, eorumque subditos, maxima est differentia. Fr. namque nobiles neutiquam H. P. sed solum Imper. recognoscunt magistratum suum, & sunt Freye vom Adel/ deß Reichs Ritterschafft in pace Religionis comprehensi. Nec H.P. Episcopus Fr. nobilium est Landsürst/ nec ipsi S. F. G. Landsassen/ quod secus est in Duce & nobilitate Bauariæ sicque à Bauaro vel alio simili Duce vel Landsürsten/ eorumque nobilibus ad Episcopum H. P. & F. nobilitatem argumentari, & ex diuersis aliquid inferre non licet.

Nec nouella vel antiqua nobilibus F. est necessaria possessio ad conseruandam suam & suorum subditorum fidei professionem. Semper enim hanc † relinquere, & alteram Religionem introducere, non secus ac alij status possunt, ipsis virtute pacificationis Religionis est integrũ, non quoque Episcopo H. P. in Religionis pacificatione contra imperii nobilium F. eorumque subditorum religionis Augustanæ Confessionis, professionem, aut exercitium quicquam reperio aut iudico esse permissum. Multo minus video, quomodo ciues in pago V. P. Episcopi potius, quam supplicantis nostri subditi censeri possint aut debeant, cum in supplicatione expresse narretur, & ex beylagen quoque appareat, daß sie mit Erbhuldigung supplicanti nostro, einig vnnd allein zustehen/ demselben auch/ vnnd Episcopo nicht gelobt vnnd geschworen haben/ wie dann auch Episcopus kein officiatum, sonder supplicans, einen Schultheissen daselbst hat/ welchen Episcopus (prout supplicans in vnterthäniger anmahnung vmb förderlichen decret 28. Iunij, proxime collegio exhibita asserit) als einen alten erlebten Mann/ dieweil er von seiner Religion/ Augspurgischer Confession nicht deficiren/ noch S. F. G. hierinnen zu willen werden wöllen/ in einen tieffen vngeheuren Thurn hat werffen lassen/ deßwegen dann pro relaxatione (vt asserit in d. anmahnung) vorlangst supplicirt. Quæ vero supplicatio, licet cum hac nostra supplicatione connexitatem habeat, mihi tamen nec relata est, nec in hunc ipsum diem videre eandem mihi contigit, (exceptis narratis) ermelder anmahnung/ quicquid vnquam de ea hactenus audiui. Si quis vlterius mihi obiiciat, quod d. § vnnd in solchem Frieden/ verba illa personalia † daß sie/ &c. ipsos nobiles tantum, 17
non vero subditos ipsorum comprehendat quoque, nec rerum siue bonorum in illis vlla mentio fiat (cuiusmodi ratiocinatione quendam Anno 79. vti memini) Reip. nihil opus fuisse mentionem hic fieri rerum inanimatarum, quæ vtique nullam Religionem habent, nec libertatem aliquã desiderant. Ad nobilium vero subditos quod attinet, instantiam do per præcedentem §. Dargegẽ sollen die Stände/ &c. vbi dicitur dargegen sollen die Stände so der Augspurgischen Confession/ &c. Audis igitur hic quoq; antiquę Religionis Imperatorẽ & status meminisse, nõ vero nominatim ad literam eorundem subditos expresse nominari, quia potius non obscure excludi videri possent, ex quo saltem de Ecclesiasticis dicitur, sampt vnd mit jhren Capitulen vnd andern Geistliches Standes/ &c. Horum enim inclusio † secularium vi- 18
deri posset etiam exclusio. Et tamen si Imperatoris & secularium statuum subditos in pace Religionis non comprehendi hinc inferre vellem, admodum videretur esse contra mentem constitutionis inconueniens illatio. Neque enim imperator vel status Imperij vt qui sunt in prædicamento relationis, considerari facile possent, sine subditis: vt nunc Imperij nobilitas deß heyligen Reichs frey Ritterschafft. Præterea sic quoque non prorsus dissimili in casu in Imperij recessu Spirensi anno 44. §. aber der jenigen halben die sich Ziegeuner nennen/ folio 320. iniungitur den Ziegeunern/ vt intra trimestre excedant Imperio, dann wo sie darnach darinn betretten/ vnnd jemandts mit der That gegen jnen handeln oder fürnemen würde/ der sol darũ nichts gefräuelt noch vnrecht gethan haben. Hic quæro, an non hic similiter verba, wo sie, &c. item verba, gegen jhnen/ videantur esse personalia. Et tamen si quis post præstitutum tempus non tantum personas, verum etiam bona ipsorum simul inuasissent, eum non deli-

quisse, nec per verba in specie personalia bona ipsorum, quæ secum portarent, priuilegiata fuisse existimarem, licet non plenius dictum fuerit, **wo sie oder jhren Gütern/** &c. Mens enim
19 potius † quam verba existimo attendenda. Et quod publicum alterutrius Religionis ministerium ac exercitium in pagis & templis nobilium sit permissum, docere videntur constitutionis verba §. **Doch sollen/** &c. vbi dicitur, **doch sollen alle andere/ so obgemelten beyden Religionen nicht anhengig/ in diesem Frieden nit gemeinet/ sondern gäntzlich außgeschlossen seyn.** Hic certe non tantum nuda professio, verum etiam publicum exercitium alterius cuiusdã dogmatis, quod ab alterutra harum Religionum est alienum, excluditur, sicque excludendo venit tam professio, quam eiusdem professionis improbatæ publicum ministerium. Admodum enim absurdum esset improbare dogma aliquod, & tamen concedere, vt dogma illud publice doceretur. Quæ igitur ratio est in exclu-
20 dendo, † eadem quoque erit in includendo.
21 Cotrariorum enim † eadem est disciplina, &
22 cognito vno † ex contrariis, alterum quoque cognoscitur. Iam vero in sequ. §. **Vnnd inn solchem Frieden /** dicitur **vnnd inn solchen Frieden sollen die Freyen Ritterschafft auch begriffen seyn / vnnd obermeldte beyder Religion halber von niemand vorgewaltiget / betrenget noch beschweret werden/** &c. Quatenus igitur §. **Doch sollen/** &c. improbata dogmata concludit, eatenus modo d. §. **Vnd in solchen Frieden/** &c. vtramq; August. confessionis nimirum, & antiquam Religionem in pacificationem includit, videlicet non tantum quoad nobilium Religionis professionem & ministerium (sicque etiam ad commodum nobilitatis subditorum.) Aliàs enim nobiles Imperij præ aliis inferioribus, etiam mediate subiectis subditis nihil haberent præcipuum, siquidem quilibet cuiuscunque Principis vel status subditus suæ Religionis conciones & Sacramenta impune quoque accedere alibi potest, licet magistratus suus alterius & diuersæ sit Religionis. Statim namque in ingressu constitutionis Religionis præmittitur, **daß auß der Spaltung Religion ein gute Zeit allerhand Vnraht/ Vnfall** &c. **vnd beyderseits der alten Religion vnd Augspurgischen Confessionsverwandte** (notetur, hic non additur vocabulum **Standt/** ne priuati quoad libertatem ipsorum conscientiæ excluderentur) **wissen mögen/ was einer sich zu dem andern/** &c. Ex quibus modo enarratis verbis proœ-
23 mii **deß Religionfriedens** (ex quibus causa † constitutionis sumitur finalis, *l. vt liberis. C. de collat. l. fin. de hared. institut. l. regula. §. & licet. verficul. nam initium. de iur. & fact. ignor. capitul. quoniam contra, & Lanfran. numero decimtertio, de probat.*) mens apparet constitutionis nostræ, adeo quia mens est certa, non curatur interpretatio à mente aliena. Non enim interpretatio † fieri debet ad literã sed ad sensum & qui ver- 24
bis præualet. *l. si quis filium. C. de lib. præter.* Mens autem constitutionis nostræ † est, vt salua pax sit 25
conscientiæ omnibus in imperio, tam subditis quam Magistratibus, nec quisquã ob antiquam vel August. cõfessionis Religionem suam grauetur, adeoque pax illa constitutionis nostræ cõmunis quoq; est omnib. eorum subditis, vt si diuersæ, in Imperio tamen approbatæ Religionis sint subditi, magistratus tamen ipsorum ob id punire vel in exilium mittere seu deiicere ipsos non debeat. Qua in facultate subditorum libera emigrationis beneficium relictum est, si ob religionem emigrare, & aliò sese conferre velint, etiam inuito diuersæ religionis magistratu suo, & absq; cuiusquã impedimento, citra quoq; vel bonorũ vel existimationis siue fidelitatis ipsorũ periculum. Et ita quoq; confessionis Augustanæ omnes constitutionem hanc intelligunt ac interpretantur, **in jhrem ferneren Bedencken/ den zwantzigsten Julij Anno neũn vnd fünffzig/ der Kayserlichen Mayestät zu Augspurg vbergeben/ darinn sie jhrer Mayestät erinnern/ wiewol/** &c. **vnd jhrer Protestation vnd Erklärungschrifft den siebenden Julij zuvor vbergeben** folio vigesimo quarto rotunde asserunt, **daß jhre Maiestat die Augspurgische Confession/ vnnd wahre Christliche Religion Anno 55. im Religionfrieden männiglich habe frey gelassen.** Hanc quoq; mentem esse constitutionis Religionis, quod Christianorum in Germania conscientiis laqueus non sit iniiciendus, si Lamberto Florido Phenningero est credendum, fassus est ipse Imperat. Maximilian. II. Is enim Lambertus, **in seinem zu Straßburg anno achtzig drey getruckten kurtzen Bedencken von der** Emendatoin **deß Jahrs** pag. 75. his verbis testatur, **es meldet** Iohannes Crato in oratione funebri Maximilian. II. **daß sich jhre Kayserliche Maiestat nie vermessen habe/** &c. **sonder er habe öffentlich bekennet /** nullum peccatum grauius † esse, quam conscientiis vel- 26
le dominari, &c. Ipse quoque Dominus Iohannes Agricola Islebiensis **in seinen Sprichwörtern an Johann Friderich von Sachsen/** (teste allegato Lamberto *in dicto tractatu suo pagina sexagesima & sexagesimaprima*) dixit, num bene vel male ego non iudico, **er achte/ sol Friede werden in Teutschland t / so müsse man jeglichen** (intelligerem ego de duabus in Imperio approbatis Religionibus) **glauben lassen was er wil.** Arbitror itaque libertatem Religionis confessionis, fidei ac Christianæ conscientiæ (nihil iam loquor de publico huius vel alterius Religionis exercitio) omnibus & in vniuersum magistratibus & singulis subditis mediate vel immediate subiectis imperio, vigore pacificationis Religionis liberam ac impunitam esse, adeo vt magistratus huius Religio-

nis

nis subitum suum alterius Religionis conciones inuisere alibi, & quo minus iuxta conscientiam suam hac vel altera Religione imbuta, Deo det, quæ Dei sunt, nec impedire, nec punire aut eiicere debeat, modo extra casus conscientiæ in cæteris obedientem subditum se præstet, & Cæsari quoq; det, quæ sunt Cæsaris. Sintemal in dem Religionfrieden nicht ein Wort zu finden / ꝛc. wie dann auch in constitutione Religionis §. dagegen sollen / ꝛc. vnd mit der That oder sonsten in Vngutem gegen denselben nichts fürnemmen. Tertia obiectio: supplicanti nostro obiicitur, quod supplicationi inepta sit annexa petitio: Petatur enim ein scharff Peenal mandat in gewöhnlicher Form / ꝛc. quod nihil aliud sapiat quam mandatū sine clausula in communi forma, hoc quod studiose forsan sit factum, adeoque supplicanti sponte seu astutia quadam erranti non sit subueniendum. Resp. hoc argumentum denegandorum processuum doctioribus qui partim ad id iam pridem responderunt, diluendum relinquo. At vlterius obiicitur, eam quoque ob causam mandatum petitum simpliciter denegandum esse, cum inepte sine clausula sit petitum. Et vero per memoriale visitationis de anno 79. disponatur, quod mandata super constitutione Religionis non nisi cum clausula decerni debeant. Respons. sine clausula auff den Religionfrieden mãdata principaliter decerni posse iam prius dixi. Deinde si mandatum sine clausula petitur, quod vero iuxta est decernendum, quid opus est ambagibus? Rectius sane fecerunt D. K. R. D. F. & O. qui 18. Maii præterito proximo mandatum executoriale inepte sine clausula petitum, idipsum tamen statim decreuerũt cum clausula: Vltimo loco corollarii addo Anno 74. Wilhelm vnd Hans die Truchsessen von Wetzhausen / gebrüder zu Vnßleben / als Mitglieder der freyen Ritterschafft ohne mittel Keys. May. vnterworffen / per procuratorem D. H. contra E. H. P. supplicarunt pro citatione auff den Religionfrieden. Narrabant namq; inter alia, wiewol jhr Vatter seliger / vnd folgendes die Gebrüder / continuatim die Pfarr vnnd ministerium der Kirchen im Dorff V. L. so im Bischoffthumb W. vnnd Hertzogthumb Francken gelegen (deß Orts dann sie Truchseß zwey freye adeliche Sitz mit jren Zugehörungen auch auff jhrer daselbsten seßhafften angehörigen Vnderthanen vnd derselben Gütern die Vogtheyligen Obrigkeit ohn angefochten hetten /) viel vnnd seithero nach auffgerichtem Religionfrieden jedermals so offt es zum Fall kommen / vnnd die Nohturfft erfordert / mit einem qualificirten tãuglichen vnnd der Augspurgischen Confession Verwandten Personen ohne Eyntrag der Bischoffen zu W. jhres gnädigen Fürsten vnd Herren bestellet vnnd besetzet / auch von jhrer Fürstlichen Gnaden dabey biß anhero (außgenommen nachbemeldte thätliche Turbierung) also vnbedrangt / vnbeschwehrt vnnd vnvorgewaltiget in possessione vel quasi gewesen / geblieben vnnd gelassen. Derowegen vermög vnd in krafft mehrgedachtes auffgerichten vnnd confirmirten Religionfrieden / darinn vnter andern klärlich geordnet / daß die geistliche Iurisdiction wider der Augspurgischen Confession / Religion / Glauben / Bestellung der Ministerien / Kirchengebräuch / Ordnung vnd Ceremonien / biß zu endlicher Vergleichung der Religion nicht exercirt / gebrauchet / oder geübt werden / sondern derselbigen Religion / Glauben / Kirchengebräuch / Ordnung / Ceremonien / oder Bestallung der Ministerien jr Gang gelassen / vnd kein Hindernuß oder Eyntrag dardurch beschehen sol. Dessen aber alles vngeachtet / hat jetzo hochgemelter regierender Bischoff / ꝛc. jrem der Truchsessen jarẽ her zu V. L. bestelltẽ vnd gesetztẽ Pfarrherrn / so der Augspurg. Religion Confession verwandt / auch vnsträfflichen Wandels vnd Wesens / ankünden vnd ernstlich verbieten lassen / innerhalb 2. Monat / angezogne jre Pfarr vnsäumlich zu raumen vnd davon abzuziehen / folgends auch gemeldte Truchsessen Gebrüdern gebotten jrer Fürstlichen Gnaden innerhalb 3. Monat / einen Priester der alten Römischen Catholischen Religion gemeß zu stellen vnnd zu præsentiren cum graue comminationem, &c. Ideo supplicantes petierunt citationem, ad videndum se incidisse in pœnam auff den Landtfriden / &c. wider hochgedachten H. Bischoff zu W. in nohtürfftiger gewöhnlicher Form zu erkennen vnnd mitzutheilen. Audis quod pagus Vnßleben im Bisthumb W. B. vnnd Hertzogthumb Francken liget. Audis daß die Supplicanten auff jhren daselbst seßhafften angehörigen Vnterhanen vnd derselben Gütern die Vogtheyliche Obrigkeit haben. Et tamen post longam disputationem, in qua ego votum meum dixi 4. Aug. Anno 74. licet Dd. S. G. P. E. K. M. D. W. citationem petitam denegabant. Et V. DD. F. M. D. M. B. & D. S. eandem decernebant, sicque propter paritatem votorum res erat in suspenso, tandem tamen vlrerius deputati tres DD. I. F. & D. L. citationem simpliciter decernendam esse censuerunt, sicque tandem 26. Ianuar. Anno 76. decreta est, & emanat citatio supplicantis contra D. I. modernum E. H. P. zu sehen vnd hören sich wegen oberzehlter thatlichen Handlung / Betrauwung / vnd Vorgewaltigung / Vermög vnnd Innhalt deß Religionfriedens / aller vnnd jeder Regalien / Priuilegien vnnd Freyheiten / Gnaden / Rechten / vnnd Gerechtigkeiten / so er von Kayserlicher Maiestat vnnd dem Heyligen Reich hat / zu priuiren / entsetzen / auch deßwegen nohtwendige Proceß außgehen zulassen / oder aber erhebliche im Recht gegründte Vrsachen vnnd Eynreden / da er einige hette / warumb solches nicht beschehen

hen solte / dagegen wie sich gebürt vorzubringen. Quæ citatio postmodum 19. Decēb. est reproducta, & simul statim petitio articulata exhibita à D.V. ad eandm agendum prius tribus vicibus obtentum tempus per interlocutoriam 25. Octob. anno 76. publicatam ad 2. menses, zu allem vberfluß est prorogatum sub commination litis contestatæ. Et certe moderni Episcopi proximus antecessor H. F. æquiorem & meo iudicio veriorem admisit intellectum & interpretationem deß Religionfriedens. Is enim der Truchsessen August. confessionis Pastorem zu V. L. pro pastore agnouit, hat auch von jm mehr vnd weiters nicht / dann die von deß Stiffts W. gemeine bewilligte Contribution erfordert vnd begeret / id quod tum supplicantes Truchsessi per appositam Dom. F. Episcopi H. Epist. ad ipsorum Pastorem zu Vßleben 22. Ian. anno 66. scriptam in continenti docebant, cuius inscriptio hæc erat, vnserm Pfarrherrn zu V. L. vnd lieben besondern zu N. N. In nigro vero asserebat Episc. his verbis vermög deß Religion Friedens in Sachen vnd Fällen / da der Augsp. Confes. Relig. kein Eyntrag beschicht / ist vns vnser Oberrahr vngerechtigkeit vnbenommen / vnd mögen wir vnsere geistliche iurisdiction wol vben. Concludo itaque supplicanti nostro petitum mandatum pœnale super contentionem Religionis decernendum esse.

## Votum 3. in causa Capituli zu N. contra die Statt Hamburg. De intellectu §. die weil / Constitutionis pacificatæ Religionis Anno 55. promulgatæ.

SVMMARIA.

1 *Ciuitas quæ est in matricula imperij quam Camera in decernendis processibus ad fundandam suam iurisdictionem pro tali habet, status est imperij.*

2 *Per arctiores executoriales in Camera extractas fit saltem verbalis immissio.*

3 *Verba prolata à legum conditoribus seu à Iurisperitis, intelligi debent secundum interpretationem legalem: secus si ab idiota.*

4 *Religionis constitutionis verba intelligi debent non simpliciter, & vulgari modo, sed secundum iuris interpretationem.*

5 *Verbum possessionis in religionis constitutione positum, intelligendum est de vera, reali & corporali insistentia rei, siue etiam nuda detentione.*

6 *Verba sequentia ex præcedentibus declarantur, maxime si sunt obscura.*

7 *Possessio ex descriptione & etymologia sua, intelligitur depositione & reali occupatione.*

8 *Communis vsus loquendi attendi debet, & præualet etiam propriæ significationi, & dat significationem rei.*

9 *Verba statuti recipiunt interpretationem ex communi vsu loquendi, non attento proprio significatu verborum.*

10 *Vtilitas publica iuuanda est interpretatione.*

11 *Vtilitatis publicæ fauore, lex pœnalis & odiosa, quæ alias restringi debet, extenditur, ac si esset mere fauorabilis, extra propriam etiam significationem.*

12 *Odia fauore Reipubl. non solum extenduntur, sed etiam ab his, quæ fauoris publici sunt, receditur, si maior vrgeat Reipub. fauor.*

13 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio suo contra priuilegiatum, si alterius priuilegium sit potentius, maiorisque fauoris.*

14 *Priuilegij clericalis obtentu non debet publica vtilitas vacillare.*

15 *Anceps causa ad Cæsarem & omnes ordines imperij, summaria facti commemoratione referenda, & resolutio ab ijsdem petenda.*

16 *Dubitatio super noua lege orta per interpretationem conditoris dirimi debet.* (tenda.

17 *Interpretatio statutorum à statuentibus est pe-*

18 *De legis mente nemo melius iudicat, quam autor & conditor.*

Tota quæstio præsentis causæ in eo potissimum consistit, an casus noster comprehendatur sub noua constitutione Religionis de Anno 55. pro cuius decisione duo in primis obseruanda sunt. 1 *An Rei. scil. ciuitas H. status sit imperij* 2. *An Actores, capitulum ibidem (cum notorie non sint status) possessionem bonorum ablatorum tempore Passauinæ transactionis, siue pacificationis, habuerint nec ne?* Quoad 1. concludo: H. status Imperij esse, eo quod sint in matricula Imperij, † & nos eos in decernendis processi- 1
bus ad fundandam nostram iurisdictionem pro talibus habeamus. Videndum igitur de Actorum possessione, an illam tempore Passauinæ transactionis habuerint. Quo probato, consentaneum erit, hunc casum ad nouam constitutionem non pertinere, argumento à contrario sensu ducto, ibi, dero possession die geistlichen zur zeit deß Passawischen Vertrags nicht gehabt. Si ex iure communi hunc casum decidere velimus, illo præsuppposito, quod per arctiores † executoriales hic in Camera extractas fiat saltem verbalis immissio, quemamodum D. Ref. concludit; de quo tamen ego dubito, (vt infra dicam) posset dici, Actores veram possessionem habuisse ante recessum Passauinum; idque ex intpretatione quadam iuris, *per ea quæ adduxit D. Ref. ex capit. contingit. de dolo. & contum.* aliisque iuribus & autoritatibus. 2
Cæterum, an verbum illud, *Possessionis*, in constitutione Religionis positum verificari possit in interpretata iuris possessione, in eo subsisto, & plane dubito. Dubitationem facit, quod verba prolata à legum conditoribus seu à Iurisperitis † intelligi debent secundum inter- 3
pretationē legalem, secus si ab idiota proferantur, quia tum simpliciter & prout in idiotam cadunt, intelligiuntur *per not. l. quod si nepotes. de testam. tutel. l. quoties. famil. ercis. l. 1. C. de contrah.*

& com-

*& com.flip. & ibid.Bal.num 3.Alex.conſ.44.num.7. volum.5.Rom.conſil.32. per tot. Natta. in tract.ſtat.q. 4. l.ſi cum ante.de donat. ante nupt.* Sed Religionis conſtitutio non ſolum ab Imperatore, verum etiam omnibus Imperij ordinibus, præſentibus tot ICtis, conſtituta & approbata eſt.

4 Igitur † verba eius intelligi quoque debent, non ſimpliciter & vulgari modo, ſed ſecundum iuris interpretationem, *per iura ſupra allegata.* Exiſtimarem tamen prædictis non obſtantibus pro meo captu, verbum illud, Poſſeſſionis in religionis conſtitutione poſitum, non

5 poſſe † verificari, in interpretata illa, & iuris quadam ſubtilitate intellecta iuris poſſeſſione, ſed accipiendum & intelligendum de vera reali & corporali inſiſtentia rei, ſiue etiam nuda detentione, ita vt non ſit ſpectandum, an iuſte quis poſſideat vel detineat, ſed an realiter poſſideat; detineat, occupet, atque hunc intellectum ipſa conſtitutionis verba ſatis arguunt. Nam in princip. §. Dieweil / expreſſa verba ſonant de reali & corporali rei inſiſtentia. Mox limitatio ſubiicitur de bonis ante tractatum Paſſauinum poſſeſſis, quod ſub ea conſtitutione comprehendi non debeant, ad conſtitutionem d. §. Dieweil / me referendo. Verbum igitur, Poſſeſſionis, ad præcedentia relatum, non poteſt aliter accipi, quam de naturali poſſeſſione, de qua præcedentia loquuntur.

6 Verba enim ſequentia † ex præcedentibus declarantur, maxime quando obſcura ſunt, *l. quoties.C.fam.ercis.l.ſi ſeruus plurium. §.fi.ff. de leg.1. Panorm.conſil.111.num.40.cum ſeq.vol,1.* Itaque mihi videntur legislatores ad communē loquendi vſum reſpexiſſe. Poſſeſſio autem ex commu-

7 ni loquendi vſu intelligitur † ſecundum deſcriptionem ſiue etymologiam poſitam, *l.1.de acqu. poſſ.* de pedum ſcilicet poſitione, & reali occupatione, quando naturaliter tenetur ab eo, qui inſiſtit *dicta lege 1.* Aliàs de iure in interpretatione legis, aut cuiuſcunque etiam odioſæ diſpoſitionis, communis vſus loquendi attendi de-

8 bet qui præualet etiam propriæ † ſignificationi & dat ſignificationem rei. *l.Labeo.& ibi Bar. in pr.de ſup.leg.idem in l.omnes populi.nu.58.ff.de Iuſt. & Iure Brun.in tract.ſtatu.art.8 nu.40.Natta. ibid. q.4 num.4.* Eodem modo verba ſtatuti recipi-

9 unt interpretationem ex † cōmuni vſu loquendi, non attento proprio ſignificatu verborum. *Alexand.conſi.115.nu.6.vol.2.Rom.conſ.32.Fel.in proœm decretal num.3. &* 11. Non obſtat ratio dubitandi ſupra allegata, quia eam ceſſare puto, quoties de contraria mente legislatoris probabiliter conſtat. *Alexand.d.conſ 115 numero 6. Alex. Imol. cap.cum tibi.in fin.de teſt.* Aut quando de publicæ vtilitatis fauore agitur. *Roman. d. conſil.32.*

10 Vtilitas enim † publica iuuanda eſt interpretatione. *text. l.hoc modo. de cond. & demon.* Cum igitur extra omnem dubitationem ſit, hanc Religionis conſtitutionem publicam, omnium vtilitate, pacis & tranquillitatis in Imperio ſtudio promulgatum eſſe, meritò interpretatione iuuanda erit. Tantus enim publicæ vtilitatis

† fauor eſt, vt lex quantumcunque pœnalis & 11
odioſa, quæ alias deberet reſtringi. *l. cum quidam. de libe. & poſthum. cap.odio. de regul. iur.* Si ad fauorem Reipubl. tendat, ita extendatur, ac ſi eſſet mere fauorabilis, etiam extra propriam ſignificationem, *ita notat Bartolus per l. quidem. per gl.num.4.C.de agric.& cenſ.libro* 11. *Iaſo.l. cætera. § Sed etſi quis.num.2.ad Syllan. Zaſ.d.§. Sed etſi quis. num.* 4. vbi notat per illum text. non ſolum extendi odia † fauore Reipubl. in caſu illius. §. 12
*Sed etſi quis.* Sed etiam ab his, quæ fauoris ſunt publici, recedi, ſi maior vrgeat Reipubl. fauor. *Zaſ.conſ.1. numero 23. volum.* 1. Pari ratione priuilegiatus † non vtitur priuilegio ſuo contra 13
priuilegiatum, ſi alterius priuilegium ſit potentius, maioriſque fauoris *l. nummus. §. fin. de Minor. Barthol.in authent.quas actiones. C.de ſacroſanct. Eccleſ.num.3. Iaſ. l.cætera.§. Sed etſi quis.nu.4 ff. de legat.1.* Licet igitur Actorum cauſa fauorabilis ſit & priuilegiata, odio ſpolij & fauore Eccleſiæ: tamen publicæ vtilitatis fauor, pax & tranquilliras Imperij præponderare debent, maximo propter Actorum confeſſionem, quod ad bonorum tamen reſtitutionem agunt. Et Specul. *de Cler.coniug.num. decimoquinto* dicit, quod † ob- 14
tentu priuilegij clericalis non debeat publica vtilitas vacillare. Concludendum igitur, quoniam cauſa propter rem iudicatam, & ſic ius quæſitum parti, ſimiliter arctiores executoriales, & pœnæ etiam declarationem, ante dictam pacificationem Paſſauianam factam, admodum anceps ſit; nolo meo voto Actoribus quicquam tribuere aut adimere: ſed ex prædictis rationibus exiſtimarem, nihil in hac cauſa inconſultis autoribus ſtatuendum aut pronunciandum eſſe: ſed eam ad Cæſarem, & omnes Imperij ordines, cum ſummaria facti commemoratione, referendam, & † reſo- 15
lutionem ab iiſdem petendam, non quidem ſuper intellectu conſtitutionis, ſed veluti ſuper hoc nouo caſu, Quoties enim dubitatio aliqua ſuper noua lege † nouiter emergit: (vt in 16
noſtro caſu) tunc illa per interpretationem conditoris dirimi debet, *text.l. cum de nouo. C. de legibus. l.3. §. quid vero. C. de veteri iure enuclean. l. leges. C. de legib. & l. ſi eodem tit.* Sic in interpretatione ſtatutorum † ab ipſis autoribus petenda 17
ea eſt. *Bartolus l omnes populi. numero 56. ff. de Iuſt. & Iur.* Nemo enim de mente legis † aut conſti- 18
tutionis melius iudicare poterit, quam autor & conditor eius. *d. leg. fin. capitul. cum veniſſent. de iudic.* Itaque nolo iam diſputare de materia *l. leges & conſtitutiones. C. de legib. & capitul. fin. de conſtitu.* de qua materia pulchre Bartol. *l. omnes populi. numero 39. cum ſequen.* Mouet me quoque in hanc opinionem ipſius Imperat. Ferdinandi ſcriptum ad Cameram de dato 13. April. An. 57.

quo mandat Cameræ ne in ista causa procedat. In anſehung deß jüngſt zu Augſpurg Anno 55. auffgerichten Religionfriedens / idque propter publicam pacem conſeruandam, vnde liquidiſme conſtat, Imperatorem ipſum præſumere, imo præſupponere, hunc caſum ad nouam conſtitutionem Religionis pertinere. Mouet me præterea præiudicium in causa Abbatis zu N. vbi in caſu. magis claro conceſſum fuit in pleno Senatu, man ſoll ſolches ad Cæſarem & ſtatus gelangen laſſen. Cum igitur verſemur in fortioribus terminis, & in caſu magis dubio, propter rem iudicatam & arctiores executoriales, concludo, vt ſupra. Illud quoque paucis adiicere volui, neque de iure communi hanc cauſam ad conſtitutionem religionis pertinere poſſe. Idque D. Referens concluſit, vt initio memini, quia puto nullam immiſſionem, nec verbalem quidem, virtute executorialium fieri. Nam in iis tantum reſtitutio ablatorum mandatur, quæ reſtitutio vti priuatio, præſupponit aduerſariorum poſſeſſionem. Cum igitur executorialibus emanatis, ne nunc quidem paritum ſit, ſequitur, non obſtante re iudicata, quæ poſſeſſionem non tribuit, Reos etiamnum eſſe in poſſeſſione bonorum litigioſorum. Si igitur adhuc in poſſeſſione, vix video, quomodo Actoribus conſuli poſſit, niſi de materia dicta l. leges, diſputare velimus. Concludo Cæſari & ſtatibus relationem faciendam. Ita placuit maioribus votis.

## Votum 4. de intellectu deß Religionfriedens.

*In cauſa* Carthauß zu Erffurdt

*Contra*

I. F. D. Sax.

SVMMARIA.

1 *Exceptio conſtitutionis Imperij eſt peremptoria, vimque rei iudicatæ & litis finitæ habet, imo res iudicata in toto Imperio impedit litis conteſtationem.*

2 *Actione & iuriſdictione ſublata & adempta, litis conteſtatio iniungi nequit.*

3 *Exceptio conſtitutionis omnem actionem elidit, cum ſit intentionis.*

4 *Exceptio vbi altiorem indaginem requirit, non debet impediri litis conteſtatio.*

5 *Conſtitutio religionis pacificatæ an comprehendat caſus ſpeciales ante Paſſauinum receſſum tranſactione ſopitos & deciſos.*

6 *Statutum nouum, etiamſi in eo expreſſe dicatur, quod habeat locum, ſeu trahatur ad omnia negotia, nedum futura, ſed etiam præterita, tamen non trahitur ad negotia tranſactione deciſa, niſi ſpecialem faciat mentionem.*

7 *Tranſactione ſopita cur ne Imperatoris quidem reſcripto reſuſcitari poſſit.*

8 *Noua deciſa & finita quæ dicantur.*

9 *Noua conſtitutio an ad præterita porrigatur, & quando. num. 10.*

Duæ ſunt ſubmiſſiones. Prima in puncto litis conteſtationis: An lis conteſtanda? Secunda, in puncto compulſorialium pro editione tranſactionis in originali.

Quoad primam exceptionem, dico Reos potiſſimum vnica exceptione hoc Tribunal declinare, conſtit. nempe Imperij Anno 55. promulgatæ Auff den Religionfrieden § Dieweil. Quæ exceptio cum ſit Res iudicata † in toto Imperio, 1
dubium non eſt, quin impediat litis conteſtationem, *c. inter Monaſterium. de re iud. c. 1. vt lite non conteſt. in 6. Bar. in d. l. nam poſtea de iureiur.* Videndum etiam an ſimus in caſu dictæ conſtitutionis. Conſtitutio requirit poſſeſſionem tempore Paſſauinæ tranſactionis Anno 1521. Sed Actores ponunt in libello Anno 38. commiſſum. Igitur fatentur ſe diu ante dictam trãſactionem in poſſeſſione non fuiſſe. Nulla etiam illis competit Actio, nulla nobis † Iuriſdictio. Quo iure 2
etiam poterimus Reis litis conteſtationem iniungere, dictæ conſtitutionis exceptionem opponentibus, quia per eam omnis eliditur † Actio, cum ſit intentionis exceptio.

Me tamen vehementer mouet in contrarium, quod ſcilicet in pleno Senatu citatio ſit decreta Actoribus. Nam nihil in exceptionibus Reorum declinatoriis tunc allegatum video, quod antea ſcilicet non venerit in deliberationem. Dubitarem potiſſimum quoad hanc conſtitutionis nouæ exceptIonem. Putarem etiam non obſtante dicta exceptione Reis iniungi poſſe litis conteſtationem abſque aliquo periculo: Ratio quia vt exceptio conſtitutionis eſt peremptoria, impediens litis ingreſſum, ita quoque exceptio tranſactionis, qua Actores directò via Actionis hic nituntur. *l. frarris tui de Tranſact. c. 1. de litis conteſt. in 6. part in d. l. poſtea.* Et exceptio tranſactionis opponitur non ſolum ad impediendam litis conteſtationem, ſed etiam ad elidendam iuriſdictionem Iudicis. *Iaſ. in l. cauſas vel lites. C. de Tranſact.* Sumus igitur in caſu, vbi exceptio peremptoria æque opponitur peremptoriæ, & vtraque exceptio cum altiorem † indaginem in præſenti requirat, non 4
debet impediri litis conteſtatio. Nam quod ad exceptionem conſtitutionis attinet, diſcutiendum venit, an ea † conſtitutio comprehendat 5
caſus ſpeciales ante Paſſauinũ receſſum tranſactione ſopitos? per ea quæ tradit Bart. Bald. & Fulg. in *l fin. C. Si contra ius vel vtilit. publi. Iaſ. in d. l. cauſas, vel lites.* vbi dicit. Quod ſi fiat ſtatutum nouum, & in eo expreſſe dicatur, quod locum habeat ſeu trahatur ad omnia negotia, nedum deciſa, ſed etiã præterita, tamen nõ trahitur ad negotia † deciſa tranſactione, niſi ſpecialẽ faciat 6
mentionẽ. Hoc cõfirmat Bal. *in d. l. cauſas.* dãs rationem,

tionē, cur transactione ne Imperatoris quidem
7 rescriptio † resuscitari possit, quia ait: transactio habet in se æquitatē iurisgentium, ideoq; non potest tolli per rescriptum, nisi specialis fiat derogatio. Cum igitur constitutio Religionis in genere loquatur, dubitari posset: An ad casus transactos extendatur, & sic ad negotia præterita & decisa? Nam decisa & finita † negotia dicuntur transacta sententia, iuramento, solutione, præscriptione. *Bart. in l. omnes populi. de iust. & iure.* Et hac ratione dubitari etiam posset: Vtrum nobis in casu præsenti Iurisdictio adempta sit, præsertim propter singularem doctrinam, *Bart in l. omnes populi. nu. 39.* Quod noua
9 constitutio † ad præterita & decisa non porrigatur, infirmando vel aliter disponendo, etsi hoc expresse caueretur. Idem in negotiis præteritis, pendentibus & per appellationem in iudicium deductis, allegando *d. le. causas. C de transl. pen C. de SS Eccles.* Secus est, quando noua
10 constitutio confirmat † præterita, quia tunc, si expresse caueatur, extenditur etiam ad præterita. *Bar in d. l. omnes populi.* Vbi plede materia, *l. leges C. de legib. & c. fi. de constit.* Cæterum quod ad ipsam transactionem attinet, qua replicando nituntur Actores, simili modo controuerti posset: An ea extendatur ad Actores, attento quod cum Erfurdensi ciuitate inita sit, & non cum actoribus, quorum etiam nullam vsque mentionem facit dicta transactio. Hac ratione decretam citationem sine periculo saluari posse puto, cum hinc inde partium allegata altiorem indaginem requirant. Post litis contestationem si quid dubii in decisione causæ principalis incidat, volo à legis conditoribus resolutionem expectare, vt in aliis similibus causis conclusum aliquando fuit. Si citatio non esset decreta, nihil decernerem, motus præiudicio in causa deß Abts zu E. contra M. Tandem variantibus sententiis in pleno consilio mecum maioribus votis conclusum.

## Votum 5.

### Super constitutione pacatæ Religionis.

In causa.

D. contra M.

*SVMMARIA.*

1 *Felonia per Augustanam Confessionem non committitur, aut honor ciuilis violatur, nec à quouis superiore minui debet, n. 2.*
3 *Nobiles vasalli, Landtsassen / qui sunt imperio immediate subiecti, Religionis pacificatione comprehenduntur.*
4 *Mutatio Religionis subditis non est permissa, n. 5.*
6 *Iurisdictio ecclesiasticorum officialium contra omnes Augustanæ Confessionis assecias est suspensa, n. 15. & 28.*
7 *§. Damit auch / &c. de distinctione subditorum & non subditorum loquitur.*
8 *Finis constitutionis Religionis qui.*
9 *In causa Religionis remedium emigrandi: an sit de necessitate, an vero de mera facultate?*
10 *Conditio Domini deterior esse non debet, quam subditorum.*
11 *Censura ecclesiastica & remedium emigrandi differunt origine sua & causa efficiente.*
12 *Forma Censuræ Ecclesiasticæ, & quidē illius speciei, quæ excommunicatio dicitur, quænā illa, & qualis?*
13 *Forma emigrationis est separatio domini & subditi discedentis sine læsione famæ, corporis & bonorū.*
14 *Finis emigrationis est tranquillitas Reipublicæ.*
16 *Statib. imperii an subditos suos Augustanā cōfessionē profitentes ecclesiasticis censuris subiicere liceat?*
17 *§. Damit auch beruhte / &c. subditos cuiuscunq; status hic expresse includit, & ab illa iurisdictione ecclesiastica eximit.*
18 *Id q; generaliter nūcupatur, nō minus ꝓprie dicitur.*
19 *Verbo, von Kirchengebräuchen Ordnungen / Ceremonien / so sie auffgericht / de statibus sunt intelligenda & accipienda.*
20 *Boni Principes & magistratus à bonis parentibus distare non debent.*
21 *Iudicium vbi est susceptum, ibi quoq; finiri debet.*
22 *Magistratus politicus an non imploratum brachii secularis auxilium impertiri teneatur.*
23 *Cessante causa, cessare quoque effectus debet.*
24 *Quicquid de Catholicis est constitutum, id vniuersum quoque ex identitate rationis in Augustanæ Confessionis statibus obtinet.*
25 *Cognitio super pace Religionis an Archidiacono competat.*
26 *Iudex superior inferiorem inhibere potest.*
27 *Pax Religionis non est res spititualis, sed politica & secularis.*
29 *Iurisdictio Ecclesiastica saltem diœcesibus, non etiam territorio distinguitur.*
30 *Territoria saltem in iuribus secularibus considerari debent.*

Extractus deliberationis ad supplicationem pro mandato inhibitorio cum vel sine clausula, in euentum citatione, inhibitione & compulsorialibus.

In causa.

### Drolßhagen contra Münster.

Casus: Drolßhagen Nobilis in Westphalen / vasallus Monasteriensis Episcopi, ob id quod infantem contra Romanæ Ecclesiæ morem, secundum ritum Augustanæ Confessionis in arce sua baptizari curauerat, citatur ab Archidiacono monasteriensi super eo excessu. Comparet ille quidem, sed declinabat iurisdictionem. Vbi se nihil vidit perficere, ad Episcopum appellat. Archidiaconus nihilominus monitorium ad respondendum actioni institutæ promulgat. Episcopus etiam appellationem non admittit. Interponitur igitur ad Cameram secunda appellatio, & peruntur processus supradicti. Quæritur quid iuris?

## VOTVM D.D.

Supplicans argumentatur à §. 7. incipiente, **Damit auch deß religionfriedens** ꝛc. à contrario sensu, Archidiacono non licuisse, (**auch nit herbracht**) die so der **Augspurgischen Confession/ vnd** merum & mixtum Imperium, & simplicem iurisdictionem **haben/vnd sonst allen Vasallen vnd Landtsassen seynd/mit der Geistlichen** Iurisdiction, **auff jhren Häussern zu beschweren/ dann es belanget hierinnen allein die religion damit dann zugleich die Geistliche** Iurisdiction suspendirt. So redet auch der §. 12. **Wo aber vnser** ꝛc. in d. recessu **anfangs nicht** de necessitate emigrandi, quoad tales nobiles, sed de spontanea emigratione.

Nec feuda vendi possunt, nec ob Religionem auferri. Non enim per Augustanam †
1 Confessionem felonia committitur, aut honor
2 †ciuilis violatur, nec à quouis superiore minui debet, etiam in persona Ecclesiastica, Religionem mutante. §. **Vnd nach dem** ꝛc. Item §. 11. **an den Orten**. Et pro eiusmodi intellectu militant rationes præliminares, & de Germanicæ nationis inquietudine præcauenda, similiter vtrinq; assecurationes factæ. Facit generalis clausula derogatoria §. **Vnd soll alles** / ꝛc. quæ iura omni cum hac pacificatione pugnantia debent esse abrogata, & supplicans non inepte narrat scandalum, & inconueniens intolerabile, si hoc concedatur. Extat in terminis declaratio Imperatoris Ferdinandi, promulgata An. 55. 24. Decemb. quæ legatur. Decernit Mandatum contra Monasterienſem Episcopum, vt suo Archidiacono & Procuratori Fisci inhibeat processum, **das vbrig/ als vnnötig abgeschlagen/** cum totus processus nullus fuerit.

D. W. consentit.

## VOTVM D. N. G.

Mandatum non decernit: Quia nobilis hic supplicans sit vasallus, **ein Landtsaß** / & nobiles
3 tantum † qui sunt immediate subiecti Imperio Religionis pacificatione comprehenduntur, per verba folio 10. §. 13. **Die freye Ritterschafft/ welche ohne Mittel dem Reich vnderworffen/ sollen/in solchem Frieden auch begriffen seyn** / ꝛc. Aliter hactenus obseruatum non vidi, & extant
4 præiudicia subditis † Religionis mutationem non permissam, & in causa secundi mandati **auff den religionfriedē Ortenburg** contra **Bayern**/in quibus causis tantum contra domesticos mandata decreta fuerunt, & ipsimet Comites non alia ratione sibi hoc licere expresse fatentur in narratis vtriusq; mandati, quam quia status Imperii sunt, alioquin Comes Ioachimus in **Mattigkofen**/Religionem mutasset, & mutare potuisset secundum hunc nouum intellectum, quod tamen nequaquam fecit, nec facere præsumpsit. Imo quod plus est, nec ipse successor Saxoniæ ad istum nouum modum constitutionem Religionis intelligit, vt videre est ex transactione Ducis Bauariæ & Comitum ab **Ortenburg**/ quæ iudicialiter hic exhibita est, in dicta causa tertii mandati, vbi expresse habetur, **daß sie sich dahin** mediante & intercedente Saxone **vertragen / daß er** Comes propter mutationem Religionis in Comitatu Ortenburgensi **ein abtrag thun soll**/prout fecit promissionem, **daß er allein vor sich vnnd sein Gemahl/vnd seine Vnderthanen/so ohne Mittel im Ortenburger bezirg sitzen/die religion gebrauchen wolle. So viel aber** Comitis **Hoffmarck/ Güter vnd derselben Vnterthanen belangt** / in Ducatu Bauariæ **gelegen/ sol denselben der zulauff in der Ortenburgischen Kirchen/so wenig als** ducis **Vnterthanen gestattet werden.** Quod si aliter se res haberet, nunquam hoc fieri passus fuisset Dux Saxoniæ, cum tamen hanc transactionem Anno 66. in comitiis Augustanis subsignauerit. Addit frustra de beneficio emigrationis prouisum, si subditis & **Landtsassen** omnino libera sit mutatio Religionis.

## VOTVM D. S.

Denegat processus ex causis dictis, quia supplicans **ein Landtsaß**. Quantum ad declarationem Cæsaris Ferdinandi allegatum, quod neq; ex Cancellaria Cæsaris, neq; Imperii producta minus aliis constitutionibus Imperii inserta, & Cameræ insinuata, neq; communi statuum cōsensu subscripta (sicut altera illa de Anno 55. quæ perpetuo in iuramento inculcata nobis & commendata est) neq; vnquam in vita ad Cæsaris mandatum Anno 55. 59. vel alias in lucem prodiit, neq; post Annum 66. præsertim vero Anno 76. Ratisbonæ recepta, repudiumq; passa est sæpius.

Item quia de dato apparet, quod dicta declaratio edita vno die ante constitutionem Religionis, quam impressam habemus, antiquior est, quam illa principalis constitutio, sicq; filia senior matre, contra ordinem naturæ.

Item cassanda esset ob clausulam derogatoriam constitutioni de Anno 66. insertam, vt & quidam domini statuerunt in causa **Aach** contra **Gülich** nuper relata. Saluo, &c.

D. N.

Vt supra, si qui tamen sint, qui putant, in dubio citationem pro tempore decernendam, non refragabitur. Saluo, &c.

D. B.

Non esse quæstionem, vtrum licuerit D. vasallo † Religionem mutare sed num officiali vel §
Archidiacono permissum supplicantem accusare per Procuratorem Fisci super excessibus? & videtur quod non, quia iurisdictio Ecclesiasticorum officialium contra omnes Augustanæ Confessionis asseclas est suspensa. Nec §. Damit

mit auch/de distinctione subditorum † & non subditorum loquitur,& cauendum absurdum.

Si enim hæc mens fuisset statuum reformatorum:quod Officialis quoad Landtsassen Augustanæ Confessionis iurisdictionem spiritualem haberet in causa Religionis, tum, quia à Metropolitano ad papam appellatio dirigitur, concessissent Papæ cognoscendi potestatem supra AugustanaConfessione,sed contra est remedium im religionfrieden.§. Wo aber /&c.nec nullibi inuenitur quod pœna aliqua præfixa. sit. Imo contrarium repetitur, daß niemandts der religion halber angefochten werden solle/ quod & finis fuit constitutionis: decernit mandatum inhibitorium.

D. E.

Petitos processus denegat,putat tamen concedi posse Episcopo Moguntino vt requirat status,& resolutionem rescribat.

D. O.

Pluribus respondere conatur ex proœmio, lege ipsa, seu dispositione, ac denique ex sanctione constitutionis Religionis, cuius beneficium tantum ad status, non ad personas priuatas subditorum pertineat, cum Stände saltem in ea nominentur, nec etiam metuendum à subditis bellum, cum pacis tuitio (quo respexit constitutio) præcipue statibus & dominis congruat: subditos Religionem dominorum suorum sequi debere: & benigne cum iisdem egisse constitutionem,quæ ius directum quod habent domini ob mutationem Religionis(sæuiendi scilicet in bona, corpus & famam subditorum)remiserit.

Addit præterea postulari non debere nec posse, imo turbationem pacis metuendam, si subditis liceat diuersam Religionem profiteri, licet vasalli sint,&quia propter potentiam magis horum insolentia cauenda.

Ad prætensam declarationem Ferdinandi repetit quinque vota Catholica, quibus addit illam ipsam declarationem, (iuncta supplicatione quorundam Augspurgischer Confession Verwandten vmb die Freystellung vnd declaration den religionfrieden belangendt/ 24.Iunii, An. 79. zu Regẽspurg Maximiliano II.vbergebẽ.

Iuncto etiam simul decreto so den Supplicirenden Ständten auff gedachte Supplication per Cæsarem gegeben worden) expresse pro sua sententia, & in genere pro ea facere, daß man den subditis in Camera keine mandata sine clausula auff den religionfrieden erkennen soll/etsi conquerantur se duriter nomine Religionis à suis Principibus haberi. Dann ob wol/ in dicta supplicatione, vnder dem Nahmen etlicher Augspurgischer religions verwandten begert worden/daß solche declaration bey der Kayserl. Cammer/darnach zu vrtheilẽ außtrücklich nachmals insinuirt werden möchte/ vnd denn ferner allergnedigst verschaffen / daß die Vnterthanen (quod notandum)von jrer eigen Obrigkeit vmb solche Aug. Confession mit verweisung deß lands vnd sonst nit beschwert werden möchten. Nihil tamen horum obtinuerunt, sonder haben mehr gedachte stände von der Kay. May. 14.Sept. An. 76 die endliche resolution bekommen / dz solches in jrer Kay. May. thun vnd macht nit were/ vnd dz jre May deß gnedigen versehens/ die Supplicanten würden es nit weniger/als mit der Catholischen erbieten nach/es bey dem einmal publicirten religionfrieden so wol der vnterthanen(vt habent verba Cæsareæ resolutionis)als der stände selbst halber / gehorsamlich verbleiben lassen/in massen denn auch jhre May. die Supplicanten gleichwol ermahnet/ sie wöllen deroselben mit berürtem begeren gehorsamlich verschonen. Vnde satis apparet quanti fecerit Cæsar(licet profiteretur,se ægre quod facere posset Augustanis statibus denegaturum esse) prætensam illam patrk suo ad scriptam declarationem, tantum abesse vt ille voluerit in hoc consentire,vt subditis,da sie von jren Herrschafften der religion halben betränget zu seyn sich bedüncken lassen/ decernantur processus siue mandata sine clausula,& quidem ex constitutione Religionis. Deniq; putat recte ab Archidiacono contra hunc vasallum processum, & Ecclesiasticæ iurisdictionis per constitutionem Religionis nihil immutatum, Non decernit mandatum,multominus citationem.D.W.nullum fuisse processum Archidiaconi,hoc falsum præsuppositum esse. Statuum enim & subditorum causa constitutionem dictæ Religionis factam esse quo ipso concessum sit,subditos eius beneficio vti & frui debere, *Argum.l.cui ius.148.de reg.iur.* Et quod verba ipsa expressam faciant mentionem, in §. Vnd als der Churfürst/vers. Doß am artickel der religion allen ständen vnd Vnderthanen zum höchsten gelegen. Item nunquam statuum vel non statuum distinctio fit,sed generaliter loquitur, Obberürten religionsverwandten/&c. Item constitutio comprehendit eos quorum interest esse etiam in tuto, Im bestendigen Friedt vnd guter sicherheit. Comprehendit, dico, die religionsverwanten/non quatenus status,sed quatenus Religionem profitentur: non quatenus iure possunt auffrichten/sed quatenus auffgerichtet/&c. Acceptat itaq;,quod dictum est, subditos ex dicta constitutione saluum habere corpus, bona & famam, quo ipso concidunt contra eosdem Religionis Augustanæ professores, officialium processus, & minime omnium euinci potest, quod liceat Dominis in subditos ob id Hispanicæ inquisitionis more sæuire, antequam migrandi beneficio in alia concedant loco. Refutantur hæc consuetudine & more totius Imperii, optimo ll. interprete, & stylo ipso Cameræ,quo menses 3.4.5.vel 6.hominibus plane plebeis & tenuibus indulgentur ad emigrandum

dum, sine vlla interim molestatione corporis, bonorum & diminutione famæ. Quale autem iudicis arbitrium circa præfigendum tempus futurum putamus, si vir nobilis laribus & bonis auctis, præsertim feudis, cedere necesse habeat, quod si plures familiæ integræ, quod si totæ vniuersitates plectendæ sint, & totus aliquis populus, hic si migratio commode non detur, nos q̃ magistratus exequi non potuit, exacerbatis clericis committemus? Denique si hoc fas esset multa pericula intentarentur miseris, priusquã spatium daretur, & sua colligendi, imo ipsam Cameram adeundi.

Propterea secum cogitabunt domini, quid hic intellectus sibi velit. Si quæratur tandem,
9 necessitatis ne sit, vel merę† facultatis emigrandi remedium; Illud O. ante annos quinque ex verbis constitutionis & rationibus, quarum nec dum illum pudet, defendit, sententiaque eorum, qui nec ipsi facultatis esse dicunt, innititur præiudicio Cameræ, quod præiudicium vt conuellere cupiam, absit, considerata tamen potius æquitate ex ipsius constitutionis mente, ac in verbis ex consuetudine interpretum, & ipsis præiudiciis, & perpetua practica Camerę distinguo tres casus. Aut enim subditus vltro emigrare cupit, & nemo est qui dissentit, quin liceat saluis iuribus dominorum. Aut magistratus offensus aduersaria religione iubet emigrare, & defendi potest Camerale præiudicium,
10 quod noluerit deteriorem† conditionem esse domini quam subditi. Parem, inquam, dedit libertatem domino bona gratia dimittendi subditum, vt huic deserendi & relinquendi dominum, seruatis tamen vicissim conditionibus illis, vt scilicet conueniens terminus vel discretione ipsius magistratus præfigatur, vel decreto Camerę consideratis circumstantiis constituatur, & ne interea detrimentum patiatur in corpore suo, bonis & fama subditus, quæ considerationes, quin valeant, supra arbitror satis significatum intelligentibus. Clarum & certum est, nullam dari necessitatem emigrandi, quam diu personæ, status, & conditio incolumis, fama integra & fortuna intacta sit. Aut tertio potestas vel item magistratus, duplicem personam sustinet. Principis & Episcopi, non tantum ciuili Imperio suo, per constitutionem limitibus circumscripto, imo & diuersorum locorum moribus, statutis pactisque conuentis, ipsiusq; rei natura & conditionibus intrinsecis determinato, sed iudicio Ecclesiastico, & quidem famoso de hæresi, ipsam Religionem persequendo omnibus diris intentatis, subditum pellere præsumit. Hic casus nouus est, nocendi artes comprehendens, fenestram iniquitati & inquisitioni Hispanicæ aperiens. Ei vero aperte resistit constitutio. §. Vnd nach dem bey vergleichung ibi. Doch seinen Ehren §. Damit auch &c. expresse per totum, Denique in §. Wo aber &c. ibi. An Ehren vnd pflichten allerdings vnvergolten. Ex supradictis iam patet, & dominos, & subditos ipsa constitutione contineri.

Aut enim hæc Religionis instauratio consistit in sola confessione profitentium, aut in potestate publica, externa scilicet constituendi sacra, & ordinandi, quæ eo pertinent. Illud prius possunt subditi libere sine periculo corporis, famæ ac bonorũ, non solum post emigrationem, sed ante quoque, quamdiu de tempore emigrationis non est causa cognita, vt supra dixi. Si tamen profiteantur Religionem diuersam magistratu consentiente, accepta forte pecunia, vel aliis pactis conuentis, vt in plurib. Germaniæ locis factitatum, nihil contra tentabit iudex Ecclesiasticus, cum permittente Ecclesia imo eiusdem exemplo, siue culpa peccati, Magistratus ciuilis, exigente necessitate Reipubl. omnibus quibus vult securitatem, etiam Iudæis, Saracenis, Turcis, schismaticis, nec non ipsis hæreticis, vt ostendunt constitutiones imperii *C. de hæreticis & Iudæis*, permittere ac concedere possit. Aut dissentiente magistratu subditi exercent Religionem, & siue Ecclesiastice siue ciuiliter hoc factum ad examen reuocetur, vtrobique suum competentem habebunt iudicem Ecclesiasticum quidem suæ non alienæ Ecclesię distinctis per constitutionem vtriusque Religionis iuribus Ecclesiasticis Politicum quoque iui fori non alieni: possime in hac controuersia coniungi ecclesiasticam iurisdictionem cum beneficio emigrandi: cum toto genere differant.

Præsupponitur etiam emigrationem ad id inuentam, vt euitetur fulmen, procul à Ioue si quis discesserit, non vt habeatur pro mera fuga impune permissa aduersatiuæ persecutionis.
Differunt censura† Ecclesiastica, & remedium 11
emigrandi origine sua & causa efficiente, sicut ipse magistratus Ecclesiasticus & politicus superior, illa iuxta canones regulatur, hæc iuxta constitutiones politicas.

Quatenus non externo foro contentioso illa expeditur, recentioris & ipsa est originis & imbecillioris potestatis ex constitut. Imperial. dependens, de qua doctissime Wesenbec. & Cuiac. *in paratit. C. de Episc. aud.*

Hodie ea constitutio nostra, consentientibus ipsis statibus Ecclesiasticis, pluribus modis eneruata, & quidem qua parte maxime valere debuerat. Censura Ecclesiastica tam quo ad personas Ecclesiasticas, quam alias censuræ subiectas maximum in se continet peccatum, idque notorium coniuncta contumacia. Remedium emigrandi pro materia habet probabilem & licitam defensionem subditi, & magistratus in causa Religionis, sine vlla criminis culpa.

Forma censuræ† Ecclesiasticæ, & quidem 12
illius quæ excommunicatio dicitur, & hic proprie

prie locum habet, est excluſio à communione tam ſacrorum quam profanorum, cum infamia tali, qualis nulla alia in terris maior. Forma † 13
emigrationis eſt ſeparatio domini & ſubditi diſcedentis ſine læſione famæ, corporis & bonorum.

Finis † emigrationis eſt tranquillitas Reip. (ſeparatis videlicet diſſentientib.) ſeruata vtrinque æquitate. In ſupplicante noſtro cenſuræ Eccleſiaſticæ ſubiiciendo, omnes cauſæ deficiunt. 14

Superiorem enim Eccleſiam interne is agnoſcit Deum, externe miniſtros Eccleſiarum noſtrarum. Deinde à crimine & infamia, quo ad externum forum contenſioſum, etiam liberat conſtitutio. Medicina animæ hic locum non habet, cum hæreſeos morbo, cuius arguitur, quantum ad veritatem iudicii æterni pertinet, non laboret.

Tertio proprius & verus effectus externus Eccleſiaſticæ cenſuræ, ſcilicet excluſio à mutua communicatione officiorum, ciuilis ſocietatis, nullo modo ſtare poteſt cum beneficio emigrandi, imo cæteris paribus, data competentia, Cameræ mandatis ſine clauſula coercetur. Declarationi Ferdinandicæ quantum tribuerint Ferdinandus & Maximilianus, inde apparet, quod ipſimet in prouinciis ſuis bona fide ſeruauerint, quod tum petitum fuit, quamuis non omnib. ſtatibus conſentientibus indultum. Decretum vero Maximilian. de Anno 76. inhæret conſtitutioni noſtræ, nec detrahendo quid, nec addendo. Et quod inde preſſius arguitur, quaſi noſtri dubitarint de mandatis ſine clauſula ex cauſa Religionis decernendis, facile ſubmouetur, cum ſuperflua non noceant, & declaratio nihil addat, nec confirmatio noui quid tribuat, per vulgata. Porro Electoris Palatini & Saxonis cauſis huc detortis, maxime iuuatur contraria ſententia quod Dd. quidem Eccleſiis & ſcholis recte conſtituendis, pro iure magiſtratus præfecerunt, remotis illis, quos turbarum & innouationis alicuius nomine habebant ſuſpectos. Iudiciũ vero fori contentioſi externũ de hæreſi aduerſus eos, qui præpoſitis Doctorib. nõ aſſentirentur, ſiue Catholicos ſiue alios, nullum ibi adhuc exercuerũt, & aduerſus aliquos inſtituiſſent, non tamẽ recte inferretur aduerſus alterutram Religionem ex conſtitutione permiſſam, idem licere, dum alia eſt docẽtium authoritas, alia iudicantium poteſtas. Hæc in Imperio continetur, illa ex traditorum vel certitudine vel probabilitate dependet. Iudices pro arbitrio condemnant vel abſoluunt Reos. Doctores ab auditoribus ſuis iudicantur. Addit, niſi amoueatur cenſura Eccleſiaſtica, excitari poſſe turbas inter temporalem & ſpiritualem, quales in Germania teſtatur frequentes fuiſſe. Teutſcher Nation beſchwerden wider die Geiſtliche zu N. vbergeben/ ante hanc ſciſſionem Religionis. Nil mouetur, etiamſi vtraq; poteſtas, ſiue pars concurrat, quia temporalitas non ſit cauſa ſpiritualitatis. Et licet temporalibus mediis ſpiritualia executioni mandentur. id tamen non procedere, vbi ex æquo temporalitas nõ concurrit patet ex dicta conſtitutione d. §. Wo aber vnſere in fi. vbi diſponitur de reſeruata Domino Leibeigenſchafft / ſubdito migrante, patet etiam in aliis contractibus ſubiectionis non omnimodæ ex conſuetudine. Eadem ratio erit, ſi melior Reip. pars, equeſtris puta ordo, & ciuitates vrgeant libertatem Religionis, & contra nitantur otioſi ſacerdotes, quod experientia notorium eſt. Patet denique hoc meridiana luce clarius ex §. Dieweil auch/ ꝛc. §. Wo aber vnſer/ ꝛc. §. Dieweil auch/ ꝛc. vt pleniſſime ſupra. Nec enim in fraudẽ aſſumpta ſpiritualitas ſupplere poteſt, quod negat conſtitutio temporalitati, facit argumentũ. §. Nach dem aber/ ꝛc. Vbi enim ex æquo ſciſſa eſt Reſp. eandem ſinguli ſtatus viam ſequi coguntur contra vniuerſos. Concludit mandatum ſine clauſula decernendum. Ad Moguntinum in cauſa Religionis nihil defert, niſi coniungatur Elector Palatinus. Saluo cuiq; conſcientiæ & æquitatis iudicio vero.

D. F. decernit mandatum inhibitoriale propter interpoſitam primam appellationem, putat cauſam ad Cameram deuolutam, cum non agatur de negotio ſpirituali, ſed potius de intellectu conſtitutionis Imperii, vt ex rationibus præmiſſis. Saluo, &c.

*Additio ad votum ſuperius poſitum.*

Pro confirmatione priorum addit hanc Cæſaris declarationem, quam fecit paucis diebus, antequam conſtitutio Religionis, prout eam nunc habemus, promulgaretur. Tenor eiusquo ad hanc cauſam, talis eſt. Deßgleichen laſſen es J. Kay. May. bey dem artickel anfahent/ vnd damit ſolcher Frieden / ꝛc. auch G. bleiben/ doch mit dieſer beſcheidenheit/ dz zu gebürlicher erleuterung der diſpoſition alſo anfahendt. So ſollen die Ka. May. auch Churfürſten vnd ſtände / von wegen der Augſpurgiſchen Confeſſion vnnd derſelbigen Lehre/ nach den worten keinen ſtandt hinzu ſetzen werden dieſe wort deß Reichs / damit die Diſpoſition (wie ſie auch ohne zweiffel von gemeinen ſtänden nichts anders gemeinet) auff die ſtände ſo dem H. Reich one mittel vnderworffen/ allein verſtanden/ vnd darauß nicht vervrſachet werden daß gegen eines Reichsſtandt vnderworffen/ vnterthanen vmb deß willen / daß er vor deſſelbigen Landts Standt erkannt werde / nur Vrſach ſchöpffe / vnder dem ſchein der Augſpurgiſchen Confeſſion ſeinem Herrn ſich zuwiderſetzen/ vnd dann erſt diſputirt werden möchte / ob die Wort allein von den Reichsſtänden zu verſtehen ſeyn/ oder auch auff andere Stände / ſo den Reichsſtänden zugehörig vnd vnderworffen ſeyn/ gezogen werden möchten/ dann J. Kay. May. bedencken für billich/ vnd allem friedlichem weſen nutz

vnd

vnnd nothwendig/ daß dieſe Conſtitution (wie auch allbereit) klar vnd lauter gemacht werde/ vnd was außtrücklich nicht entdeckt lieget/ durch diſputirende Wort vnnd Meynung nicht hinein kommen/ damit mehr Zanck vnd weiter vffruhr verhütet bleibe/ lectum Auguſtæ Anno 55. Vnde colligit, tantum ſtatuum cauſa conſtitutionem pacatæ Religionis editam. Porro pro eo, quo ſuſtineamus Eccleſiaſticam iuriſdictionem non eſſe ſuſpenſam, niſi in der weltlichen Chur vnnd Fürſtenthumben/ Herrſchafften vnd Obrigkeiten/ addit, daß die Stände der Augſpurgiſchen Confeſſion ſelbſt in jhren grauaminibus, die ſie contra Catholicos den 11. Maii. Anno 59. vbergeben/ einer andern Meynung geweſen ſeynd, in quibus inter alia diſertis verbis ita agumentatur, deßgleichen der Geiſtlichen Iuriſdiction in der weltlichen Chur vnd Fürſtenthumben/ Herrſchafften vnd Obrigkeiten ſuſpendirt, &c. Ergo in den Geiſtlichen Landen in ſuo vigore manere debet, & ad hunc caſum pertinet ius conſtitutum.

D.B. ſubſiſtit D.F. præſuppoſitis & paralogiſmis, quoad ſtatuum & non ſubditorum cauſa facta ſit conſtitutio Religionis.

D.M. concluſiue tam nobiles mediatos & ſubditos, quam liberos & immediatos in dicta conſtitutione comprehenſos eſſe (ex ſupra adductis verbis, quæ habentur in voto D.W.) pariterq; omnes beneficio illius, præſertim quoad iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ſuſpenſionem gaudere poſſe, cum hac tamen differentia, vt dictum, illos ſcilicet mediatos & ſubditos, ratione tantum ſecuritatis & libertatis conſcientiarum & religionum, vt qui alioquin nullum exercitium publicum habent: hos vero, nemlich die freye Ritterſchafft/ quo ad libertatem conſcientiarum & exercitium publicum, Kirchengebräuch/ Ordnung vnd Ceremonien/ comprehenſos eſſe: decernit mandatum inhibitoriale ſine clauſula, &c.

D.W.B. In cauſa Weiß contra Baiſheim relata à D.L. Anno 75. menſe Iulio cum DD.
15 S. & I. conſtanter defendit, iuriſdictionem † Eccleſiaſticam contra homines Auguſtanæ confeſſionis eſſe ſuſpenſam, quatenus videlicet ipſam Religionem res concernat, idque in terminis magis dubiis, contra colonos videlicet non ſoluentes penſionem ex bonis Eccleſiæ, qui caſus fundatus erat in eo, quod clericis forum competat & expreſſe reſeruatus videbatur im religionfrieden. §. Damit auch/ ꝛc. Cauſa quæ tum illos mouit, hæc fuit, quod quamuis Eccleſiaſtico cuique iuriſdictio ſua ratione bonorum & caſuum der Gefäll reſeruata ſit: tamen modum procedendi mere ſpiritualem, quod conſcientias hominum Auguſtanæ confeſſionis obſtringere præſumat, vt puta per excommunicationem expreſſe prohiberi talem modum in verb. d. §. Damit auch/ ꝛc. repetit ex priori ſuo voto rationes aliquot. Addit quartam hanc, quia à noſtris impugnatur fundamentum iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſiquidem characterem ſpiritus, vnde illi poteſtatem ſoluendi & ligandi ſibi vindicant, noſtri non agnoſcunt. Item quia contra deſertores ordinis clericos per cenſuras procedi non poteſt: Multo minus aduerſus laicos. Concluſiue ad proceſſus petitos continet cogitare, cognitionem noſtram nullam fore, ſi in ipſa cauſa principali nos intromitteremus, quo ſpectare videtur petitio euentualis. Verum quod Eccleſiaſtico iudici ſuſpecto, & per nimiam violentiam in propria cauſa opprimere volenti ſupplicantem, per mandatum inhibemus, defenditur ex conſtitutione Religionis, vt & de iure communi, de qua iuſuper in cauſa Weſtphal contra Roſpell/ quod videl. ſupremo temporali Principi defenſio clericorum conceditur, quia qui eximit aliquem ab incompetentis foro, iudici non facit iniuriam. Si enim omnino delinquit, qui citat incompetentem, non peccat, qui eximit. *l. vlt. ff. de iuriſd. l. 2. ff. ne quis eum.* Concluſiue igitur decernit mandatum ſine clauſula, prout petitum eſt, ſc. vt ſiſtatur proceſſus ille, tum vt ſupplicans relinquatur conſcientiæ ſuæ confeſſioni, vnnd Meſſung deß religionfriedens/ quod intelligit ſuo modo pro conditione ſupplicantis, etiam vt nulli alij moleſtiæ & exceptioni in alieno territorio ſubiiciatur, præterquam de emigrando.

D.C.B. Miſſis hincinde aliorum captatis intellectibus ex ipſa Religionis pacatæ conſtitutione inquirendum: an liceat ſtatibus Imperii† 16
ſubditos ſuos religionem Auguſtanam profitentes, Eccleſiaſticis ſubiicere cenſuris in dicto §. damit auch obberürte/ & indefinite nulla ſtatuum inuicem mentione in ſpecie facta, ſuſpenſa ſit iuriſdicto erga profitentes Auguſtanam confeſſionem? Diſpicendum an hæc prohibitio etiam ſtatus Imperii contra ſuos ſubditos contingat vel non. Item, an qua alia parte conſtitutionis ſtatus ab hac prohibitione eximantur. Quorum ego hactenus ſane neutrum, quod mihi ſatisfaciat, videre potui, quo minus Eccleſiaſticam iuriſdictionem etiam quo ad ſubditos cuiuſcunque ſtatus ſuſpenſam eſſe, concludere poſſim ac debeam. Idque tam ex verbis, quam mente cõſtitutionum non in hoc ſolum, §. ſed in vniuerſo Religionis pacatæ negotio. Nam §. hic non modo † ſubditos cu- 17
iuſcunque ſtatus non excludit, ſed expreſſe includere, & ab illa iuriſdictione eximere videtur. Generaliter enim quod † appellatur non 18
minus proprie dicitur. *Alc. in l. 1. verſ. præter. de verb. ſig.* Neq; hoc etiã loco vlla omnino mentio ſtatuũ ne vnicoquidẽ verbo facta, cũ tamen in aliis plurib. conſtitutionũ partibus adeo ſedulo illud verbũ & ſæpius inculcatur, ita vt nec cõtenta eo ſolo verbo cõſtitutio ad d. §. vñ damit recht/ &c. quod & verbum hoc loco additum nõ fruſtra in

aliis

aliis omnibus omissum videri potest, cum nullo labore & eadem opera vbique facile inseri potuisset, si Imperator vel status voluissent, ac non potius sensissent, non ita stricte semper de solis imperij statibus inuicem accipiendam esse constitutionem. Sic nec alibi in dicta constitutione verbum illud statutum sine peculiari affectu omissum dici potest. Sic in §. 10. **Setzen demnach.** quod omnes omnino cuiuscunque conditionis homines non alia ratione quam constitutione pacis publicæ, quæ huic constitutioni de Religione accommodatur, vniuersaliter comprehenduntur. Item in §. **vnd nach dem/** &c. etiam minoris ordinis & conditionis Ecclesiastici, qui superiorem aliquem statum recognoscerent, includuntur, sicut & ipsi status renunciantes, non cum aliis statibus, sed cum capitulo agunt. Similiter in d. §. **dieweil aber/** &c. apertius generalibus verbis disponitur de iis personis & bonis Ecclesiasticis, quæ sub alicuius status iurisdictione sunt aut fuerunt, & expulsæ sunt, **vnd deroselben Geistliche Güter eyngezogen werden/** ne scilicet restituantur, aut illis prorsus mandata decernantur, quæ vtique non alia subditorum ratione iurisdictionis politicæ nomine appellari possunt. Idque vt manifestius constet, textus ibi diserte alios, qui status sunt, excepit, vt scilicet si quid Ecclesiasticorum bonorum ad status pertinentium aliquibus per alios status ademptum, id restitui necesse sit. Itaque non est verisimile in §. mox sequ. subditos cuiuscunque status exclusos, aut si sponte quid in statibus solis, status inuicem obtinere voluissent, eos silentio omnino præteritos fuisse. Ex quibus simul patet, quod videlicet possit mox *in d.* §. sequens verbum **obberührte/** ad solos status restringi. Neque ego videre possum, cur voluerint status omisso hoc nomine tam subditorum, quam statuum, inuicem nihilominus sponre aliquid inter hos obtinere, vel statuere, cum potius omissio hæc non sine consilio interuenisse videatur, vt scilicet percipi etiam possit, non tantum de ea iurisdictione agi, quæ penes ipsos status Imperij, in alios aut suos subditos est, sed etiam de ea, quæ penes quemcunque aut inferioris sortis clericum est, in eos qui suæ curæ sint commissi, vt nec in hos suam potestatem pro arbitrio exercere potuerit, quasi non attento quicquid de Religione inter status conuenerit. Vbi nimirum facile videtur explicare, cur opus fuerit iurisdictionem illam simpliciter hac ratione aliorum statutum æqualium, non inferiorum suspendi, quibus aliàs abunde prospectum est ex §. **Setzen.** in fin. & ver. **damit/** &c. Quia fere extra iurisdictionem fuerunt, qui antea peculiaria constituerunt consistoria, vt cognitione hac Ecclesiastica opus non habeant, nec eam nullatenus admittant, sed nec ad subditos aliorum statuum facilius hoc accommodari potest, quibus alibi prospectum est, in §. **Als sollen auch.** ita vt alterutra dispositio necessaria dicenda sit. Imo absurdum erat de his constitutionem intelligere, cum verba illa, **so sie auffgericht/** secundum intellectum quorundam dominorum accommodari ad eos non possint. Quæ autem ex aduerso de dictis verbis, **so sie auffgericht/ oder auffrichten möchten.** in d. §. adferuntur ea me non mouent. Nam & in subditis de facto verificari possunt, & in eo facto non sunt impediendi per modum Ecclesiasticæ censuræ, quod ipsum exactissimum continet verbum, **Dardurch.** Et excludit solam Ecclesiasticam iurisdictionem, de qua sola non etiam alia in d. §. agitur, vt non videam quo absurda alia referri vel extendi debeant, vt absurdum illud quod allegatur de promisso subditis exercitio omnino liberè consequi possit. Ad hæc nihil obstant omnia ista, sicut enim diuersa coniunguntur, ita separatim intelliguntur, vt scilicet quod primo loco dictum erat, per ecclesiasticam censuram nõ esse impediendam Augustanæ confessionis religionem, ibidem ea verba ad priuatos & subditos referantur, quibus nullibi interdicta est religionis mutatio, quæ priuatim fit, sed intra suam cuiusque conscientiam, sed potius permissum publicum aliquod exercitium eis instituere, & intra alterius iurisdictionem permissum eis non sit. Quæ verò sequuntur verba † **von Kirchen Gebräuch/** 19
**Ordnungen/ Ceremonien/ so sie auffgericht/** de statibus accipiantur, quibus ea potestas ministerium publicè instituendi data est. Neq; enim nouum, vt plura determinabilia diuersa, per vnam determinationem, diuerso modo pro conditione cuiusque determinentur singula, *l. 2. de off. proconf.* Præcipue verò, quia in d. §. in fine habetur ibi, **Aber in andern Sachen/** &c. non facile videtur verificari posse in statibus inuicem, vel aliorum subditis tantum, vt scilicet illi iurisdictionem Ecclesiasticam agnoscant, aut patiãtur in iis, quę extra causam religionis sunt, aut confessionis (quatenus de negotio Religionis agitur, præsertim quoad subditos) Idq; nequaquam dici potest, à mente & intentione statuum alienum esse, quod scilicet ipsi subditis, vt
boni Principes & magistratus (qui à bonis † pa- 20
rentibus distare nõ debent) de suo iure maximè pro bono publico quid concesserint, præcipuè vero in hac causa, *c. qui syncera, dist. 45.* Imò vsus exigebat, vt ad inducendam & stabiliendã publicam tranquillitatẽ, ante omnia intestinis cuiusque malis occurreretur: & quæq ditio & territorium in tranquillo ponerentur, ne regimen inter eas diuideretur. Nullo igitur modo illi dicere debent, status subditorum rationem non habuisse. Nam etsi quod ad hos censura Ecclesiastica maneret integra, subiditis necesse erat iurisdictionẽ agnoscere, suscipere iudicium, expectare sententiam, cuius effectu nequaquam migrationis auxilium effugere poterant, & vbi

21 †usceptum † iudicium ibi finiendum, &c. vnde quæ esse debent, & reseruantur in constitutione subditis, salua nullo modo esse possunt. Atque haud scio, an non teneatur magi-
22 stratus † politicus Brachij secularis imploratum auxilium impertiri? Quorsum autem integrum relinquatur hoc præiudicium, nullis modis limitatum (sicut est forense iudicium §. Were aber vnser Limitation) si sine effectu esse deberet? Itaque fieret, vt hac via, quicquid in fauorem subditorum salubriter constitutum est, omnino iniquè auferretur. Ponderate, quod in processu huius cognitionis Ecclesiæ Romam vsque causa protrahi posset, vnde tanquam à iurato causæ hoste nihil moderatum posset expectari. Quod intellexerunt status ex eò, quod cognitionem in causa Religionis non ad quosuis, sed ad Cameram detulerint, cur non etiam aliis mandatum & processus ex hac constitutione denegent, vel decernant. §. Dieweil aber. §. Wir befehlen. Et ego puto hanc constitutionem non minus quam illam de pace publica iurisdictionem nostram fundare, cùm de eadem pœna vtrinque agatur, vt de impetratione constitutionis, quæ non erat cuiuis permittenda. Ideoque etiam expresse placuit, causas vtriusque Religionis non debere ex singulorum statuum arbitrio dependere, sed potius pleniorem in his procedendi libertatem nonnihil cohibendam, ne cui pro ratione voluntas sit, vt hic quæ forte non sine zelo, affectione vehementiori fieri solent, & perfici, exorbitent. Quare cognitione præcedente, non ad quamlibet pœnam pro libitu Magistratus peruenitur, sed certam, eamque quam status suis limitibus circumscripserunt. Accedit, quod plurima in hac consideratione poterant in disceptationem venire. Quid enim si subditi quietè agant, & publici ministerij, quod est, nihil immutet, sed exercitium illius domino intra suam iurisdictionem omnino relinquat illibatum etsi ceremonias non frequentent. Hoc certè casu cùm nihil sit, quod in dominum delinquatur à subditis, non facile putarim ipsos molestandos. Nam constitutio religionis publicum solum exercitium subditis non tribuit, dum dominis potestatem facit id instituendi, nusquam verò prohibet subditis, ne alteri Religioni omnino adhæreant, dum ne quid intra domini sui iurisdictionem ceremoniarum, aut publici ministerij immutare præsumant. Quid vero si quid leuius circa hæc commissum sit, quod emigrationis necessitate, vel miserabili exilio non mereatur expiari? Quid si dominus forte in fraudem, vel in rem suam aliquandiu sciens patiatur liberum etiam exercitium religionis, postea ipse siue odio, siue alia vndecunq; captata occasione ex tecto, quod aliàs nunquam non permisit, processum instituat? Quid si aliis pluribus, vel etiam omnibus id permittat, quod in vno solo vindicare intendit? Quid si sine iuris ordine procedat, nulla cognitione ratione incompetentiæ præcedente? Quid si eo in puncto appellatio denegetur, & id manu agatur, vt nolens volens i urisdictionem procedendo agnoscat. Reus etiam ad id pecuniaria pœna adstringatur, cùm aliter ad pœnam confessatorum procedendum sit? Quid si status iudicem talem subito superiudicat, qui apertissimus causæ hostis sit, isque ex causa notoria & manifesta recusetur tanquam suspectus, eaque recusatio per ipsum non attendatur? Quid si offerat subditus emigrationem, si ad eam procedatur? Quid si coram seculari iudice stare non recuset? (quæ fere omnia videntur in hac causa nostra concurrere) vbiq; non penes statum quemcunq;, sed ad Cameram omnium iudicem ordinarium, iustissima erit cognitio. Facit, quod exercitium Religionis publicæ statibus permissum est, non vt Ecclesiasticis, sed vt secularibus, & quidem statibus Imperij.

Quicquid igitur istarum ceremoniarum obseruandarum instituitur, quicquid eo nomine vt transgressores animaduertere velint, id non vt Ecclesiastici status, sed vt status Imperii & potestate gladii, seu Imperii (præscripto tamē modo) agere debet. Dispositum igitur quod est de statibus vt talibus ad eos simpliciter consideratos, vel non tales, non est trahendum per nota. *in l. item eorum. ff. quod cuiusque. vniuer. no. l. debitor. §. fin. ad Trebell.* sicut aliàs cessante causa † cessat 23
effectus. Quicquid de Catholicis constitutum, id etiam vniuersum ex identitate † rationis, in 24
Augustan. confessionis statibus obtinere puto, ita vt neutra pars in alteram possit Theologos suos & censuras eorum introducere. Quoniam & ad suos cuiusque status subditos, qui eiusdem cum domino confessionis sunt, in eos iure communi dominus potestatem habet, & notionem Ecclesiasticam, vt alia simpliciter prouisione circa hoc opus minime fuerit. Sic nec de illis mutatum, aut constitutum, quicquid in pace Religionis etiam inuenitur. Similiter qui tertiæ alicuius Religionis sunt, ab omnibus existimationis huiusmodi, sicut & aliis constitutionis beneficiis sunt excluſi. Deniq; posito, iurisdictionem Ecclesiastici iudicis aut planè nulla videri manifestè, sed dubiam saltem, (sicut nō potest etiam variantib. dominorum sententiis) vbique de ea constare certò debet, quod ad exercitium eius aliquod deueniri queat. *Specu. de except. §. dictorum.* Constare autem non potest ex eius cognitione, qui recusatus est, & de eius præiudicio agitur, quatenus scil. illi, vt parti vni in partem alteram constit. Religionis exercitium permissum vel denegatum sit. Cùm verò iurisdictio nostra hac in causa, quæ tota ex intellectu constitutionis dependet, nullam omnino (quod quidem ego videre possum) dubitationem recipit nihil sanè inuenire possum, cur Iudici inhibere

hibere nõ debeamus, ne vlterius ad condemnationem & eius executionem properet, ex incerta eius iurisdictioine, cum incommodo partis, eoq; irreparabili & præiudicio iuris & tranquillitatis, eoq; maturius hoc pacto succurrendum supplicanti, quo præsentius periculum est in mora, qua qualicunq; imposita, non idem facile consequi poterit, quod ex denegatis processib. demum obtinere debuerat, forte etiam vlterius, cum supplicans alia via sibi cõsulere non possit. Maximè verò quia Iudex ad condemnandum pronior esse dignoscitur, quia eadem ex causa inhibitiones facilius contra Rotvvilenses impetrari solent, quia faciliores reperiuntur ad pronunciandum se competentes, & procedendum. Idq; quantumuis etiam nostra iurisd ictio dubia videatur, facit, quod *Bart. in l. iure. ad municip. num.* 1. addit. Neq; obstat nobis, quod de modo & æquitate procedendi, vel pronunciandi, circa intellectum constitutionis non omnino inter nos conueniet fortè. Sufficit enim, quod de iurisdictione certissimus sit erga statum Imperij, scilicet Episcopum, & qui huius nomine super eius interesse (ratione exercitij publici) procedit, Archidiaconũ coniunctim. Gabriel. *de except. rei iud. concl. 3. num.* 11. Qua iurisdictione stante non debemus permittere, vt alius, qui vel nullus Iudex, vel de cuius iurisdictione nihil adhuc certi constat, interim de facto etiam grauet. Concludit vt supra, mandatum petitum decernendum.

D.R. denegat cum Catholicis processus.

D. G. similiter. D. W. Principalis quæstio in
25 eo cõsistit. An dicto Archidiacono cognitio † super **Religionfrieden** competat? Et certum est, cognitionem hanc ad Cameram tantum spectare, non inferiorem, quemadmodum latius deductum est ad supplicationem pro mandato A. contra G. Cùm autem indubitati iuris, tali casu
26 iudicem † superiorem inferiorem inhibere posse, idque hactenus in hoc iudicio constanter vsurpatum sit, multaque eius rei præiudicia contra officiales Ecclesiasticos **Cõln / Trier** / & alios, quoties Ecclesiasticam iurisdictionem ad negotia ciuilia porrigere conati sunt, extent, committere non possum, quin non tam ex constit. Religionis peculiari, quam ex iure communi, & secundum stilum solitum contra Archidiaconum, atque ideo intuitu posterioris supplicationis, etiam contra Episcopum Monaster. petitum mandatum inhibitoriale decernam, in quo Episcopo tanquam Principi Imperij domino mandetur. Primò vt Archidiaconus inhibeatur, ne in suo territorio contra supplicantem ad censuras Ecclesiasticas procedat, tum ne & ipse Episcopus contra eundem supplicantem in vim inuocati Brachij secularis, vel ad aliam Archidiaconi instantiam quicquam attentet. In hanc sententiam præter alia à dominis allata, hæc potissimum me impellunt. 1. Quia in causa Religionis, prout dixi, iurisdictio ad Cameram spectat. 2. Quia **Religionfriede** † non est res spiritualis, sed politica & 27
secularis, & ex nullo alio iure, quam ex iuris regulis tanquam quilibet alius contractus regulatur & sustinetur. Clerici autem etiam in Canonib. suis huiusmodi secularib. ne se immisceant, prohibentur. 3. Quia iurisdictio Ecclesiastica † con- 28
tra August. confessionem, & illius consortes diserte per constit. Religionis est suspensa. Atque hoc etiam quoad subditos illius territorij, in quo Ecclesiasticus iudex degit, intelligi debere, à multis dominis est demonstratum. Quibus addo iurisdictionem Ecclesiast. nõ territorio, † sed 29
diœcesibus distingui, & territoria † in iurib. se- 30
cularib. tantũ considerari. Hinc duo emergunt. Vnũ est iurisdictio Ecclesiastica in propria quidem diœcesi, sed tamen in alieno territorio vbique exerceri, vt quoad illius effectum territoriorum diuersitas nulla attendi possit. Alterum est, omnes Ecclesiasticæ iurisdictionis subditos, quamuis in diuersis territoriis habitent, tamen vnius esse diœceseos, & sic eiusdem conditionis, vt Ecclesiastica iurisdictione subditi suæ diœceseos indistinctè siue in hoc, siue in illo territorio reperiantur, in spiritualib. teneantur. Et econuerso cùm suspensa non minus in illius, quàm huius territorii homines iurisdictio sit, debet dici, & consequenter ex hoc apparet, diuinatoriam potius, quam veram esse dominorum Catholicorũ de iurisdictionis Ecclesiasticę suspensione sententiam. 4. Etsi demus dominorũ Catholicorũ sententiam subsistere, tamen hæc ipsa contra Archidiaconum militat. Arcidiaconus enim Episcopi Colonienſis tanquam metropolitani sui, quod audio, delegatus est, & ideo illius iurisdictionis spiritualis secundũ territoria constringi debet, & tum in delegatis, & sic Colonienſ. solo valebit. in Monasterien si tanquam alterius Principis & alieno in territorio, in quo supplicans sedẽ habet, erit suspensa. Itaq; vel ex hoc Catholicorum intellectu infallibiliter etiam sequitur, Arcidiacono veluti notoriè incompetenti esse omnino inhibendum.

Quæstio illa: an subditus **Religionfrieden** cõprehendatur, præmatura nimis est, & ad principalem causam, vtpote quæ ex ea recte definiri potest, rectius reseruatur. Neq; in ingressu litis præsertim quoad decernendos processus, de causa quicquam definitiuè constitui potest, cum causæ cognitionem requirat, quæ aliter interuenire non potest, nisi ante tribunal certum ponatur, & partes vtrinque audiantur. Decernit mandatum, Saluo, &c.

*Votum D. à D.*

Denegat mandatum, quia frustra concederetur, cum nihilominus supplicanti ex constitutione Imperiali incumbat migrandi necessitas.

D.M. Concludit mandatũ esse decernẽdum.

Quia Cameræ ex cõstitutione Religionis cognitio iniuncta, quod mirum nõ videri, cum etiam Hispanus licet Catholicus vasallis suis inhibuerit, ne ad Ecclesiasticam disciplinam declinent, sub stipendij Regij priuatione, *Vasq. de succeß. libro* 3. §. 44. *limit.* 19 *fol.* 109. Nec possunt Ecclesiastici cõtrariam consuetudinem, cõtra tam generalem & derogatoriam constitutionẽ inducere, Multos quoq; in Episcopatu Monasterienſi conquirentibus Episcopo & Archid. tolerari, quamuis sint August. confessionis. Horũ autem bonis nunc insidias strui ob Religionis professionem solam, etsi non exercitium omnib subditis liberum (nec migrãdi necessitatem incumbere, nisi qui ad exercitium eius publicũ progrediatur) modo extra casum conscientiæ in cæteris obedienter se præstent, & post Deum Cæsariana curent, prout in causa D. contra B. 3. mandati **auff den Religionfrieden** latius deduxi, articulum de Baptismo, cuius causa argueretur supplicãs nullius erroris in August. confessione hactenus extare præiudicium in causa **der G.** contra Epĩscopum Eichstadens. pro interesse & Christianam K. vbi 20. Maij, an. 80. in literis Episcopus præuentionẽ & litis pendentiam coram suo **Chorgericht** allegaret, & pro extẽsione suę spiritualis iurisdictionis (quo libenter prorumpunt) acerrime dimicaret, tamen causa huc reiecta fuit. Nec enim ad profanas causas sinendi sunt procedere, idq; ibi in d. causa non tantum ob defectum iurisdictionis, verũ etiam ob generale prę iudicium Imperii & August. cõfessionis hominum, non fuit concedendum, iuxta d. cõfessionis, vel locorum illorum statuta & consuetudines, quæ in 3. gradu lineæ collateralis æqualis sacerdotũ matrimonia permittunt: vbi si coram Eccles. agendum esset, in promptu foret in talib. articulis hæreseos exceptio, prout coram officiali Colonien. & tandem in curia Romana illegitimi & paternæ successionis incapaces pronunciati sunt duo fratres nobiles à W. in qua Dux Iuliacens. executoriales Romæ emanatos, in præiudicium Imperii neutiquam emanare voluit, verum executorialium illam causam recte ad Cameram remisit. Concludit vt supra.

D. S. Cum dominis supra d. constitutionem Religionis etiam ad subditos, quia aliter pax esse non possit pertinere, &c. migrandi potestatem liberam esse debere, si subditi ad exercitium aliquod nõ procedant, quo etiam casu in sola potestate sit eorum, vtrũ sola professione contenti velint esse, & ab exercitio discedere vel migrare ex §. **wo aber** &c. Quod si vrgeat quis supplicãtem male feciſſe, q̃ exercitium sibi priuatus in baptizando sumpserit, ideoq; puniendum. Respondetur, id á iudice cõpetente fieri debuisse, & hic latere anguem in herba, ne, si contra supplicantem enormiter processum foret, appellatio gradatim Romã procurreret, cum immediatè ex constit. ad Cameram cognitio de omnibus in d. constitutione contentis, ad quæ seruanda quilibet iuramento sit obstrictus, pertineat, Concludit mandatum decernendum.

D. B. negat processus.

D. F. B. negat similiter.

D. L. P. ex supradictis verbis & causa finali constitutionis, quę subditos statibus coniungit, & articulo de suspensa omnino aduersus hos vel illos Ecclesiastica iurisdictione generaliter loquente, Concludit mandatum inhibitorium decernendum.

D. R. decernit similiter. D. B. B. subditus **ein Landsaß** nec extraordinariè per inhibitionem, quicquam nouandum, vbi ordinarium migrandi beneficium competat. D. K. denegat. D. A. decernit mandatum.

## VOTVM VI.

*Ad supplicationem pro mandato de non offendendo & relaxando Arresto* **auff den Religionfrieden** */in causa Ioan. L. contra Episc. T.*

SVMMARIA.

1 *Magistratus qui in carcerem quem detrusit, vt aliquid ei extorqueret, quicquid ob hanc causam factum est, nullius momenti est.*
2 *Fundamentum mandati de nõ offendendo est timor.*
3 *Securitas de non offendendo est legitimum præsidium, quod officio præsidentis iustè timenti datur.*
4 *Maleficio succurrendum, ne innocens plectatur.*
5 *Mandatum de non offendendo, in decernendo est fauorabile, in mulctando odiosum.*
6 *In mandato de non offendendo, complectitur saltem vis & offensio infecta, quæ in futurum timetur.*
7 *Quod lege permittẽte fit, illud pœnam non meretur.*
8 *Dictus §.* **Vnd nach dem**, */clericos mediatè imperio subiectos comprehendit.*
9 *Mens vbi est certa, ibi non curatur interpretatio à mente aliena.*
10 *Interpretatio non fieri debet ad literam, sed ad sensum tantum, qui verbis præualet.*
11 *Interpretatio semper in dubium fieri debet, vt peccatum euitetur.* (cienda.
12 *Interpretatio in benigniorem partem semper est fa-*
13 *Eius est interpretari, cuius est constituere.*

### D. M. supplicans Ioan. L. in Archiepiscopatu Treuirensi, &c.

SVpplicans I. **Lörber** in Archiepiscopatu Treuirensi **auff dem Stifft zu D. K.** præbendam siue beneficium aliquod impetrauit, vbi etiam adhibitus fuit ad quædam officia, **der Predigstul auch ein Zeitlang durch jn verſehen worden.** Postea vero circa finem anni, &c. 74. deserta præbenda, & legitima vxore ducta, mutauit religionem, **vnd hat ſich gen E. gethan.** Quæritur iam, an hęc mutatio religionis, desertio beneficij, & legitimi matrimonij subsecutus contractus ipsi licitus fuerit: & an & quatenus ob id puniri potuerit. Ad quam quæstionem publica de pace Religionis constitutio in §. **Vnd nach dem,**

dem clarè respondet his verbis, **Wo ein Ertzbischoff/ Bischoff Prælat/ oder ein ander geistlichs Stands von der alten Religion abtretten würde/ daß derselbige sein Ertzbischoffthumb/ Bischoffthumb/ Prælatur/ vnd andere** Beneficia, **vnd damit alle Früchten vnd Eynkommen/ so er davon gehabt/ als bald/ ohn einige Verhinderung vnnd Verzug/ Jedoch seinen Ehren vnnachtheilich verlassen soll.** Ergo Antiquæ religionis clerico Religionem mutare, eoque magis sponte ob id beneficium suum deserere, & per consequens vxorem legitimam ducere licet.

Postquam enim mutata religione præbendam resignat, non amplius mutatæ religionis illius clericus, sed tanquam laicus vxorem ducere censetur. Nec ob id religionis pax publica aliam in ipsam pœnam statuit, quam priuationem beneficij, quod quia impugnare nititur, fortassis nõ amplius immerito frui, nec lucrum ex eo capere debet. Verum Archiepiscopus Treuirens. & ipsum quoq; Capitulum, **deß Stiffts zu D.** priuatione, siue spontanea desertione beneficij non contenti, supplicantem multiplici onere grauasse, & adhuc grauare narratur. Capitulares namq; dicti **Stiffts** petierunt ab ipso 500. **Goltgůld.** mulctam. Insuper Archiepiscopus 11. Martij, anno 75. ipsum constrictis manibus captiuum abduxit in arcem N. eumq; tamdiu captiuum detinuit, donec 3000. **Goltgůld.** ipsi extorsit, idq; nulliter. Qui enim, inquit Paulus Iurisconsul. in carcerem † quem detrusit, vt aliquid ei extorqueret, quicquid ob hanc causam factum est, nullius est momenti, *l. qui in carcerem. ff. quod met. caus.* Et tamẽ nihilominus supplicans statim 16000. numerare, & pro residua summa 1400. **Goltgůl.** donec eandem quoque proximè iam præterito Catharinæ solueret, fideiussores dare, hisque pro immediatè ipsorum **etliche vber** 1600. **Floren** Capitulo **Pfandtbriefse/ zu einem Rückbürgen** tradere. Insuper quoque insertas expensas 360. **Floren** Archiepiscopo soluere coactus est.

Abductus quoque ipsi est equus suus in Archiepiscopi **Marstall**/ quem 60. **Thaler** æstimat. Et nuper iterum pro assertis expensis **seiner Verstrickung** petiti sunt ab eo 600. aurei: ob quorum & supradicti residui nondum factam solutionem fideiussores (qui tamen ad residuum tantum, non ad expensas quoque obligati fuisse narrantur) nuper vocati sunt, **Ja die Leystung**/ & omnia quoque bona arrestata sunt, quæ in Archiepiscopatu T. possidet, **Wirdt jhm auch**/ vt narratur, **dermassen zugesetzet/ and allenthalben nachgestalt/ daß er in/ oder vmb das Ertzstifft Trier nicht sicher/ oder vnbefahret wanderen/ noch sich seiner vbrigen Güter gebrauchen kan. Ist also seiner Güter beraubt/ vnd stehet in Gefahr Leibs vnd Lebens.**

Quia beneficium deseruit, & mutata religione vxorem duxit: Mandatum itaque de non offendendo, † cuius fundamentum timor est, 2 *Francisc. Hercul. tractat. caut. de non offendendo, cap. 6. numero* 2. recte peti hic mihi videtur. Securitas namq; de non offendendo est † legitimum 3 præsidium, quod per officium præsidentis iuste timenti datur. *Francisc. Hercul. d. tractat. capitulo primo, in princip.*

At periculum, in quo noster versatur Supplicans, non vana suspicio, nec illegitimus, sed iustus est metus, qui cadit in constantem virum, & inspecto fine firmus in hoc casu fauorabili.

Occurritur enim maleficio, † ne innocens 4 plectatur. Sicque mandatum de non offendendo † in decernendo est fauorabile, licet postea 5 si Treuirens. E. eidem contraueniret, ac ad eiusdem pœnam procederetur, tanquam pœnale videri posset odiosum. *Hercul. d. tract. capitu. 1. numero* 33. 34. 35. Nec T. E. tali mandato grauatur. In mandato namq; de non offendendo † com- 6 prehenditur saltem vis & offensio infecta, quæ in futurum, & quidem ne illegitimè inferatur, timetur. Intelligitur enim exceptum nisi lege permittente offendatur. Quod enim lege permittente † fit, pœnam non meretur, *vulg. l. Gra-* 7 *chus. C. de adult. Hercul. d. tract. c.* 34. *in prin. text. in l. denunciamus. C. qui ad Eccles. confug. Hercul. d. tract. c.* 6. Crederem igitur mandatum de nõ offendendo decerni posse, idque eò magis, cum non petat supplicans se tanquam permanentem subditum T. E. contra Archiepiscopum defendi, verum potius, **daß er in posterum tanquam forensis jhn bey vnd durch das Ertzstifft vnvergewaltiget wandelen, ziehen vnd werben möge.** Vlterius petit supplicans, quia in constitutione de pace religionis publicæ, **Einem jedern Vnterthanen/ so von wegen der Religion an einen andern Ort ziehen wölle/ der Ab vnnd Zuzug vnverhindert männiglichen zugelassen/ vnd an seinen Ehren vnd Pflichten allerdinge vnnachtheilich seyn/ vnnd dann so jemandt vber solcher Religion/ oder auch Profanfrieden beschwehrt/ oder beraubt würde/ demselben** in Camera **gebührend Rechtes Hülffe mitgetheilet werden soll. So wölle man demnach jhme gegen hochgedachtem Churfürsten ein Mandat auff den Religionfrieden erkennen/ vnd mittheilen/ vnd seiner Churfürstlichen Gnaden bey einer namhafften Peen ernstlich gebieten/ obberührten vermeinten Arrest/ an seinem deß Supplicanten vberigen Haab vnnd Güter im Stifft T. angelegt/ abzuschaffen/ vnnd zu relaxiren/ jhme derselben Verkauffung zuzulassen/ vnd zu gestatten.** Quo ipso certè mandadatum de emigrando quoque petere videtur, quod ipsi vigore **deß Religionfriedens/ in §. Wo aber vnsere/ &c.** omnino decernendum videtur.

Ad mandatum de restituendo quod attinet, præmitto vigore **deß Religionfriedens** (in quam T. quoq; Archiepiscopus consensit) duas in Imperio propositas esse Religiones, à quarum altera quiuis impunè recedere, & alteri se adiun-

gere poteſt. Et ſi antiquæ religionis clericus, & Imperio immediatè ſaltem eſt ſubiectus, ſi præſertim vt ſupplicans noſter beneficium ſuum ſponte deſerit, & bona ſua vendere, ac emigrare cupit, idq; vigore §. **Vnd nach dem** / & §. **wo aber vnſere** / in dicta religionis pace publica, Anno 55. propoſita. Quod enim dictus §. **Vnd nach dem** / 8 clericos † mediatè ſubiectos complectatur, rationes per D.C. adductæ cõuincunt, & Cameræ huius præiudicio in cauſa **Teutſchmeiſter** contra **E. Fürſt zu A. vnd E. von Lattorff** contra **Teutſches Ordens Compteur zu B.** doceri poteſt.

Quia enim iam dictus Commendator legitimam vxorem duxerat, quamuis mediatè ſaltem Imperio ſubiectus, vel certè ſtatus non erat, nec quoq; merè eccleſiaſtica, ſiue ſpiritualis perſona dici poterat: tamen ducendo vxorem Religionẽ mutaſſe, & vigore iam dicti §. **Vnd nach dem** / ꝛc. Commendator iam ſuam, vt Magiſtro Ordinis Teutonicorum reſtitueret, eamq; deſereret, teneri, ante annum iam contendebatur. Quin etiam vt poſtmodum mandatum de reſtituendo, idq; (quando ſine decreto recepta prima ſupplicatione ſua **der Teutſchmeiſter** conſiliarium ad Cameram mittebat, & altera vice ſupplicabat) ſine clauſula non tantum contra ipſum Commendatorem, verum etiam contra dictum Principem in A. (qui tamen **von wegen Landsfürſtlicher Obrigkeit vnnd Gebottmeſſigkeit** / **ſo er vber gemeldter Compterey hette** / intereſſe prætendebat) decernebatur.

Quia igitur alterutrius Religionis electio libera & impunita eſſe debet, Archiepiſcopũ certè præſertim tam grauiter ſupplicantem nominatum plectendo, ſuaque ipſi vi carceris extorquendo cõtra expreſſum ius conſtitutionis & erectam **Religionfrieden** feciſſe, ideoque vigore ordinationis *titul.* 23. *part.* 2. cum præſertim, vt paci Religionis non contraueniatur, Reipublicæ quoque interſit, mandatum de reſtituendo ſine clauſula decerni poſſe videtur. Si quis eum Archiepiſcopus tanta inclementia ſupplicantem punierit, fortaſſis alias cauſas ſubeſſe: ſicque non, niſi cum clauſula decerni poſſe, mandatum excipiat. Quod vero hoc caſu in iuriſdictione non ſimus fundati, ſed Archiepiſcopus vigore **der Außträg** / conueniendus ſit, coram quibus ſi contrariam ſententiam ferat ſupplicans ad Cameram ſupplicare poſſit.

Reſpondetur, ſupplicationis narratis ſtandum eſſe, quæ nullam aliam cauſam, quam contractum matrimonij, & mutationem Religionis ſubeſſe affirmant. Quæ narrata ſi veritate non nituntur, licet ſine clauſula mandetur, Archiepiſcopo tamẽ exceptiones ſub & obreptionis ſaluæ ſunt, & ex **Religionfrieden** / cui contrauentum narratur, ſatis fundati eſſe videmur.

Licet enim quod clericus Religionem ſuam mutans, vltra priuationem beneficii ab ordinario ſuo vlterius puniri non debeat, in Religionis pacificatione publica ſecundum literam non expreſſe prohibitum eſſe, ſicque quia caſus ſit dubius, eo magis non niſi cum clauſula mandari poſſe, vlterius quis inſtet. Exiſtimo tamen obiectioni huiuſmodi facile reſponderi poſſe.

maioribus votis placuit, stare cogatur: tamen diligentius perpendens grauamina inde euenientia, & negotii huius qualitatem, procliuior sum petitos processus decernere. In eam sententiam vt magis inclinem, 1. moueor, quod senatus per decretum latum ratione iurisdictionis, videatur nullitatem commisisse, cum illud calendarium non solum respiciat ordinationem merè politicam, sed introducat quoque aliam ordinationem in sactis festis, per totum orbem christianum obseruandam, id quod constat quoque auß der Beylag litera E. notirt. Ex quo colligitur, Papam obseruantiam illius calendarii singulis mandare ratione iurisdictionis suæ ecclesiasticæ. At constat ex constitutione pacificationis religionis ex §. nach dem aber ꝛc. / daß in dē Freyen vnnd Reichs Stätten allda beyde Religion herbracht / man jeden Theil bey seinen Gebräuchen / Ceremonien / Ordnung vnnd herkommen bleiben lassen soll. Quo præsuppositio infero par in parem † non habuisse imperium, & maiorem partem laborasse defectu iurisdictionis. Et quia consequenter hoc negotium aliquo modo etiam religionis Augustanæ confessionis ritus, ceremonias & ordinationes ecclesiæ concernit, ideò puto quoq; etiam mandatum sine clausula decerni posse, cùm non rarò huiusmodi mandata sine clausula, auff den Religion Frieden etiam soleant decerni, vt extant præiudicia in causa Aach contra Gülich & Ortenburgk cõtra Bayern / tertii mandati auff den Religion Frieden. Et placuit per maiora, huiusmodi mandata sine clausula auff den Religion Frieden decerni posse, si huiusmodi mãdata principaliter petantur, & citatio tantum accessoriè, not. Gail. *de pac. publ. lib.* 1. *obs.* 5. Et hæc quoad iurisdictionem. † 3

Secundo mouet me magnum præiudicium, quod inferri potest consequenter cæteris Augustanæ confessionis assectis, taceo confusionem rituum & temporum in festis sacris celebrandis, hactenus à tempore immemoriali obseruatorum, ita vt senatus nimis præcipitanter, tanquam nouitatis alicuius studiosus videatur processisse, & consultius illum videretur egisse, si priori decreto, quod Episcopo dederunt, inhæsissent. Ad decernendum etiam me mouet tumultus ex ista immutatione festorum in ciuitate metuendus, quem etiam allegant supplicantes, hoc addito, quod maior pars ex euangelicis ciuibus triplo superet Catholicæ Rom. ecclesiæ addictos. Addi etiam potest, quod non solum status imperii illud calendarium nondum approbarint, & illud negotium distulerint, sed etiam quod camera imperialis illud nondum receperit, & illud accipere etiam Episcopi Germaniæ detrectarint. Meritò igitur propter allegatas consequentias & præiudicia senatui mandari posse videtur sine clausula. Id q; etiam supplicantes tantum petunt, donec à statibus imperii illud communiter approbetur, & hac ratione æqualitas vbiq; obseruetur. Quo etiam tendit iudicium Gailii in rebus huiusmodi viri expertissimi. Quare petitos processus decernerem, cum supplicantes tantum illos petant, donec aliud in imperio statuatur, ne suæ confessionis assectis interea præiudicarem, & denegando processus calendarium approbarem.

D. M. Augustanæ Vindelicorum vtraque Augustanæ confessionis & antiqua religio publicè suis docentur in ecclesiis, & vigore pacificationis altera ab altera imperii vel molestari non debet. Quod quia hic contra constitutionem religionis fieri videtur, & ex cameræ ordinat. dispositione *tit.* 23. *part.* 2. sine clausula recte mandari potest, quæritur an petitum mandatum sine clausula † cum annexa citatione ad docendum de paritione, vel videndum se declarari, hoc casu sit decernendum? Ego ex seqq. causis idipsum existimo decernendum. 1. Quia Pontifex suum calendarium de Apostolica plenitudine, & data sibi à domino autoritate, vbique locorum in vsum recipi cupit, propter diuinitus iniunctum sibi pastorale officium suum. Cuius verò autoritatem vocemque, Augustanæ Confessionis oues germanæ nec agnoscunt, nec audire volunt. 2. Quia asserit Pontifex, concilium Tridentinum hanc breuiarii curam; decreto suo ad autoritatem & iudicium Romani Pontificis retulisse: Quod verò concilium Augustanæ confessionis ecclesiæ primates, Archiepiscopi & proceres imperii non recognoscunt. 3. Quia Pontifex perpetua valitura sua sanctione statuit, præcipit, & semotis coniunctis excusationibus & impedimẽtis, adeoq; siue clausula mandat Imperatori, cæterisque PP. ac rebuspubl. vt calendarium hoc suscipiant, & à cunctis sibi subiectis populis religiosè suscipiendum inuiolatèque obseruandum curent. Quam sanè autoritatem Pontifici consistorium hoc, in quo imperii iurisdictio & pacificationis religiouis constitutio manutenenda est, concedere nequit. 4. Quia Pontifex asserit, quod hanc breuiarii curam ad conseruandam in celebrandis festiuitatibus, inter christianas nationes concordiam susceperit, sicque negotium hoc sit ecclesiasticum. Et verò iurisdictio sua ecclesiastica † in imperio con- 4
tra Augustanæ confessionis ceremonias vnnd Kirchenordnung est suspensa. 5. Quia senatui Augustano licitum non est, mandare vt loci illius Augustanæ confessionis ecclesiæ jhre Kirchen Ordnung in celebrandis festiuitatibus, vt citra Imperatoris & statuum approbationem præuiam, secundum Gregorianum calendarium mutent, easque minis & concussionibus compellant. Alias enim eadem ratione

Augu-

Augustanæ confessionis Spirensi, Wormatiensi aut Francofurtensi senatui liberum quoque foret, compellere antiquæ religionis ecclesias & homines, vt ceremoniis ipsorum abdicatis & antiquatis, suas Augustanæ confessionis ceremonias **vnd Kirchenordnung** in posterum obseruent; quod imperii tranquillitati admodum foret periculosum. 6. Quia particularis mutatio illa, magnam in imperio confusionem creare potest. Computatio quoque fatalium appellationis nobis incerta foret, si notarii forsitan in annotandis diebus appellantium alii Gregorianum, cæteri verò hactenus obseruatum sequerentur calendarium, nec tamen eius expressam in instrumentis mentionem facerent. Nec scio (si præsertim calendarium illud proximis in comitiis, prout D.A. Gasserere dicitur, repulsam tulit) nũ imperialis cameræ collegio, eiusque cancellariæ, vel quoque Augustanæ ciuitatis, aut aliis imperiali autoritate notariis creatis integrum sit, vt secundum Gregorianum calendarium præsumptione propria, indictiones, imperii annos, citationum terminos & executiones iam transponant & mutent, citra supremi magistratus ipsorum iussum & autoritatem, alieni extranei magistratus sequendo vocem & dispositionem, cui in eiusmodi in imperio disponendis forsitan, in Augustanæ præsertim confessionis Principes eorumque subditos, nulla competit iurisdictio. Crediderim itaque saluis dominorum iudiciis, mandatum decernendum esse.

D. W. Videmur in legitimo S. C. maioris partis (senatorum Augustanorum) versari, & stante libertate vtriusque religionis in vna ciuitate, alioquin nunquam S. C. in libera ciuitate fieri, aut exceptione & contradictione liberari posset. S. C. autoritas non ex communitate plebis, sed senatorum votis colligitur,
5 populus †omnem potestatem in senatum tran-
6 stulit, & senatum † in ciuibus imperii in locum Principis elegit. Etsi fateri cogor in hac nouatione periculum aliquod non defuturum, nullum tamen tam enorme subesse video, vt contra senatus imperialis ciuitatis S. C. sine clausula mandatum decerni possit. Non hic de festorum obseruatione, sed translatione & correctione dierum agitur. Ex religionis verò pace mandata sine clausula simpliciter per **Visitation Abschiedt** Anno 79. prohibita sunt. Quod tamen moderandum putaui, nisi concurrentibus æquè principaliter qualitatibus **der vier fäll** / quas hic tamen non video. **So muß man die Principal Intention / welche hie politisch ist / mehr ansehen / dann das** cohærens **oder** accessorium, etsi maioris valoris sit, *l. si in emptore, C. de contrah. empt. l. 2. C. de rescind. vendit. ibi Pinell. part. 2. nu. 1. c. 2.* **vnd findet man mehr** in conuenientia ex decreto, quàm denegatione horum processum, **da die Herrn bedencken werden / da in Churfürst. vnd Stätt Räthen die wenig den mehrern in Religions Beschluß** citra præiudicium tamen vtriusque religionis **sollen fürgezogen werden / vnnd bey jhnen stehen / daß mehrer nicht allein streitig / sondern auch** omni iure prohibitis in prophanis non minus quàm ecclesiasticis negotiis **gleich zu machen / vnd** fidem iuratam silentii inter partes impunè ad plebem **zu bringen / vnnd daß mehrer** per mandatum sine clausula **retractirn zu bitten.** Festa transferuntur † non mutantur aut alterantur nisi numero 7
& ordine, quæ nihil ad substantiam exercitii religionis, **kan der new Calender nicht weniger als der alt auff die Augspurgische Confession gerichtet werden.** Calendarii hæc publicatio non solùm Mathematicas & Astronomicas rationes multas habet, sed etiam coniunctionem, & faciliorem societatem commerciorum Germaniæ cum aliis regionibus & prouinciis pariet, adeoque vniuersalis monarchiæ residentiam apud Germanos conseruare videtur, donec vniuersali synodo, quæ Papæ autoritati prævalet, aliud statuatur, vt in exemplo allegato factum eoque minus hic sine decreto statuum, Pontificis mandatum, quod apud vicinos aliquos valet, saltem in politica ordinatione monarchiam respiciente, non modò nihil æstimari, sed etiam contrà sine clausula mandare magistratui non ausim, & minori parti quæ maiori vt subditi parere tenetur, facem rebellionis præferre nolim. In minori enim numeto † ratione maioris non est par impe- 8
rium, *l. duo ex tribus. ff. de re iud. cap. 1. de his quæ sunt à mai. part. capit.* **Solte doch ein glimpfflich Weg / die Sach auff ein Reichstag zu verweisen bedacht werden** / & hoc mihi placeret, alioquin non video quomodo petitos processus decernere possimus. Et licet ex prædictis per se videantur resoluere DD. sanè graues & plures rationes; tamen quatenus in specie supra tactæ non sunt, ita videtur respondendum. 1. Senatum ratione iurisdictionis non peccasse aut nullitatem commisisse, si maximè intuitu religionis suæ ceremonias mutasse dici possit, (quod negatum supra) cum in liberis ciuitatibus magistratus Principis locum, & sic ius reformandi habeat etiam ratione **Religion-Friedens** / vt multis præiudiciis ex obseruat. Gail. doceri potest. Neque hoc attendo, quòd Pontifex mandat vt Pontifex, & intuitu iurisdictionis suæ siue vniuersalis siue particularis, sed quæ sit norma mandati, quod vicini PP. & ipse senatus approbat. Par in parem † non 9
habet imperium, stante paritate votorum: tumultui verò à maiori parte prouocanti ad turbam, meritò imperium maioris partis obiicitur, & euitari potest omne periculum applicatione noui calendarii ad ritus Augustanæ confessionis, præiudicium emergat. Camera im-

10 perii † non administrationi reipublicæ sed iu-
stitiæ contentiosæ proposita est, ideò se ne-
11 gotio ad se † non pertinenti rectè subducit, &
12 quid singulæ respubl. administrent, † non per-
tinet ad alios status vel ciuitates. D. A. G. iudi-
cium magnifacio, **wils gern dabey bleiben las-
sen/vnd insonderheit mich mit jhm verwundern/
daß Scta beyderl Religions anwesendt auffge-
richt seyn/aber darumb** minori parti contra ma-
iorem modestè modesta præcipientem & con-
uenientiam imposterum obedientibus per-
mittentem, mandatū **auff vier die Fäll zuerken-
nen / ist mir hochbedencklich / dann die Narren-
händel seyn wol vnrecht / aber nicht vnter die vier
Fäll begriffen.** Si quid in ceremoniis factorum
emergat, id magis ad abrogationem quàm cu-
mulationem festorum tendit, & paucis annis
in ordinem redigendi Papa permittit. Nihil
igitur ad Augustanæ confessionis professores.
Exemplum Episcopi Pragensis huc non qua-
drat, **dann er ist nicht** absolutè **Ober** sed **Landt-
herr** / & respectiuè, **aber deß Reichs vnnd
Frey Stätt Räht** & senatus **seynd** soli purè &
absolutè suorum iuratorum ciuium prout et-
iam minoris partis parium consenatorum **O-
bern vnnd** magistratus, & quod ipsi per plu-
13 ra vota cõstituunt S. C. est † & vim legis habet.
**Sonst hette man** Camarinam **so gewiß im Teut-
schen Land als Amen zu befahren/dann auch der
Capitul mehrers theils solchs practicieren werdẽ/
vnnd bekennen sonst die** supplicantes **also rund/
daß sie durch das mehrer inn Religion angehen-
den Sachen sich nicht vberstimmen lassen kön-
nen.** Cum tamen nil certius sit quàm directio-
nem ceremoniarum, & exercitium religionis
magistratibus pace religionis permissum, **sonst
gehet wol d' Religion Fried** in genere ad Imperatorem & status vniuersaliter. Directio verò &
**Antichtordnung ist den** statibus **heym geschobẽ/
wie es auch augenscheinlich das Werck zeuget.**
Vnum D. M. argumentum singulare, ratione
computationis fatalium in locis vbi mutatio
calendarii computati in rationem fatalium ve-
niat, & rectè attendatur, facilè incommo-
dum præcaueri potest, vel saltem tale non
est, vt S. C. legitimi magistratus per manda-
tum sine clausula cassari possit. Occasio for-
tassis præstari possit, referendi ad visitationes.
Saluo, &c.

D. B. Cùm præsumptio pro magistratu sit,
placeret ad senatum Augustanum pro causæ
huius informatione literas dare, vigore reseri-
pti recentis Imperat. Anno 82. in pleno præ-
lecti. Sed si potius discipiendum erit, an sup-
plicantium narrata sufficiant, ad petitos pro-
cessus obtinendos, vel non? non possum pri-
ma fronte inficias ire, siue politicam siue reli-
gionis hãc calendarii causam appellemus (mo-
dò vniuersalis esse & omnes tenere debeat) ne-
minem ligare, nisi suos, quibus Papa forsitan
mandauit, aut ordinatio illa noui calendarii per
Imper. Electores & imperii status approbata
omnibus imperii subditis obseruanda publicè
mandatum fuerit: Taceo interim quod no-
uum illud calendarium maximis sumptibus
congestum, multorum tamen iudicio desiera-
tos fore effectus, & quod propter innumeras
difficultates, non sine magno in imperio & ne-
gotiis politicis impedimento istius ordinatio
obseruari queat. Quapropter non iniquè (et-
iamsi senatus Augustanus suos habeat ciues,
qui noui huius calendarii obseruationem com-
plectantur, Augustanam confessionem profi-
tentes, qui alias Rom. Apostolici pastoris (vt
ante dictum) vocem non agnoscunt, commi-
natis pœnis eò pertrahere atque cogere velit)
facere videantur, si hoc nouum calendarium
sibi obseruandum imponi recusent, & idcir-
co; vt senatus à proposito, donec in imperio
approbatũ sit, desistat, iuris opportuna reme-
dia quærant. Et quia expresè petitur mandatũ
sine clausula, solummodò *ex tit. ord. 23. p. 2.* Il-
lorum autem nihil in libello supplici narratur,
sed causam hanc pacificationi cõtrariam aiunt,
quod ideo à præcepto secundum dictam ordi-
nat. incipi & mandatum sine clausula decerni
possit. Cùm itaque ex decreto senatus Augu-
stani appareat, consultationem eius super no-
uo calendario non ex alia causa, quàm neces-
sitate, **jhrer Bürgerschafft höchsten Schaden zu
verhüten** / institutam, ac quamuis in eo asse-
rant supplicantes, eSCto huic contradicentes
grauiter contra magistratum deliquisse atta-
men quia propter communem tranquillita-
tem, & ex paterna affectione erga suos ciues,
statim senatus in suo decreto addit hoc, fa-
ctum potius ipsorum imprudentiam & erro-
rem interpretari, atque eosdem impunitos ha-
bendos, dummodò in posterum obsequen-
tiores se præbeant, aliàs contra inobedientes
seriò sibi procedendum reseruans, non video
causam *d. tit. 23.* militare hic, quæ mandata sine
clausula importare possit. Verum esto,
quosdam Augustanæ confessionis ciues, per
impositam huius calendarii obseruationem,
tanquam à peregrino & alieno magistratu fa-
ctam, in suis ceremoniis turbari, sed licuit eis
appellationis beneficio vti, quod quia factum
non est ineptè mandatum **auff den Religion/
Frieden** petunt, cum verò in memorjali visi-
tat. anno 79. §. **ferrner ist bey** / &c. expressis ver-
bis habetur, quod mandata sub pacificatione
religionis aliis † mandatis sub fractæ pacis pu- 14
blicæ constitutione (quæ semper cum clausu-
la sunt decreta) æquiparentur, censerem ex
istiusmodi, & supra relatis rationibus si non
informatione ad magistratum Augustanum
scribendum videbitur, tandem tale manda-
tum cum clausula supplicantibus decernen-
dum. Salua, &c.

Decre-

Decretum erkennt in consil. 27. Feb. Anno 85. postea tamen in camera mandatum cassatum.

## VOTVM X.

*Cum duabus supplicationibus pro mandato pœnali sine clausula de restituendo & amplius non offendendo*
**auff die Constitution des Religion vnd Landtfriedens.**

In causa D. Gebhardi Archiepiscopi Coloniensis contra D. Ioan. Fridericum Ducem Saxoniæ, Episcopum chori zu Cölln.

### SVMMARIA.

1 *Schisma in ecclesia si oriatur, Imperator illud dirimere sibi reseruat.*
2 *Pax iniqua bello iusto præferri debet.*
3 *Timor belli peior ipso bello est.*
4 *Super nouo subsequente etiam facto, noui processus ante pœnæ declarationem peti debent.*
5 *Arma ecclesiasticorum hominum & clericorum, lachrymæ & orationes esse debent. nu. 6.*
7 *In illis quæ tam clara sunt, vt clariora esse nequeant, non est diu inhærendum.*
8 *Mandatum pœnale si ex defectu requisitorum corruat, mandatum quoque auocatorium simul cum eo petitum, necessario & consequenter euanescit.*
9 *A potioribus semper denominatio fieri debet.*
10 *Multa contra militari manu graſſantes singulariter recipiuntur & constituuntur.*
11 *Constitutio pacis publicæ ita generalis est, vt omnes omnium qualitatum personas comprehendat.*
12 *Res in quo iudicio & foro cœpta est, ibi quoque finiri debet.*
13 *Clerici iurisdictioni seculari & ita cameræ subiecti non sunt.*
14 *Clerici etiam iussu papali in iudicio seculari conueniri nequeunt, & ita nec Papa mandante iudex secularis de illis cognoscere potest.*
15 *Imperator nec Princeps laicus legem concedere potest, vt clericus crimen læsæ maiestatis committens puniri possit per Iudicem secularem.*
16 *Acta ex quo sunt nulla, tanquam facta coram incompetenti nullus ex eo oritur pœnæ effectus.*
17 *Denegatio processuum decisionem causæ principalis præsupponit.*
18 *Processuum denegatio viam iuris præcludit, & facti viam approbat.*
19 *In eiusmodi casu dubio si versamur, ad iuris communis dispositionem erit recurrendum.*
20 *Clericus de iure communi in quibusdam casibus ex eo determinatis, coram iudice seculari conueniri potest, tam in proprietate, quam in possessione.*

### SVPPLICATIO I.

WOlgeborner Freyherr/ ꝛc. Wiewol in des H. Reichs Satzungen vnnd Ordnungen/ ꝛc. quod nemo alterum debeat turbare, inquietare, &c. So hat doch dessen alles vnangesehen vnnd vnerwogen/ der Thumbkirchen zu Cölln Chorbischoff Hertzog Friederich zu Sachsen/ sich freuelhaffter Weiß gelüsten lassen den 6. Januar. nechst verschienen mit gewehrter Handt/ vnd vnversehener Ding in die Statt Bergk einzufallen/ vnnd dem Churfürsten eine ansehenliche Summa Geldts/ so sich vber 4000. Goldg. erstreckt/ auff J. C. G. Zoll daselbst hinweg zuführen/ an dem auch gedachter Chorbischoff nit ersättigt gewesen/ sonder noch weitter zugefahren/ vnd den 14. Jan. hernacher Hochermb Churfürstl. Küchenschiff mit Prouiant vnnd allerhand zur Hofhaltung gehörigter notturfft bey J. C. G. Statt Zanß auff dem Rhein/ vnnd also auff Kayserl. freyer Strassen/ auch in J. C. G. vom H. Reich habenden hochgefreyte Regalien/ mit ebenmässiger Gewalt angefallen/ vnnd hochsträflicher verbottener weiß abgeraubt. Vber das hat er noch weitter ein Anzahl zu Roß vnd Fuß an sich geheyckt/ vnnd ohn alle vorgehende Diffidation/ Absagung oder Verwarnung den 3. Februar. J. C. G. Schloß Keyserswehrt mit gewehrter Handt eyngenommen. So dann ferner fort geschritten/ vnnd stracks Darauff J. C. G. Statt Brüel mit gleichmässiger verbottener Gewalt/ occupirt vnd in seine Handt gebracht/ bey dem es dann nit bliben/ sondern fähret je länger je mehr fort/ vnd vnterstehet sich mit seinem bey sich habendē Kriegsvolck/ die vbrige deß Churf. Häuser vnnd Stätt auch eynzunemmen/ ist auch an dem/ daß er fürhat/ das Parmisch frembd vnnd Außländisch Kriegsvolck auß Brabandt zu lecken/ vnnd mit demselbigen die Churf. Cöllnische Statt Bonn/ welche er allbereit berennen/ vnnd durch einen Trummeter auffforderen lassen/ auch andere am Rhein gelegene Stätt vnd Schlösser feindlich zu belägern vnnd zu bezwingen. Wann nun solches alles hochsträflich verbottene handlungen/ welche allen Rechten vñ deß Reichs Ordnungē stracks zu wider/ auch dem H. Reich mercklich daran gelegen/ daß solch Ding abgeschafft/ vnd dē Hispanischen Kriegsvolck nit gestattet werde/ seinē Fuß durch Verursachung mehr gedachtes Chorbischoffs auff des H. Reichs Boden zu setzen/ auch dahero dem Rheinstrom einen vnträglichē Feind auffzuladen. Vnd dann von rechts wegen auch in krafft der Kayserlichen Cammergerichts Ordnung *pag. 2. tit. 23.* in solchen angemasten factis exorbitantibus, welche an jnen selbsten in Rechten verbotten/ vnd ohn einige weittere Erkantnuß straffwürdig vnd vnrechtmässig zu halten/ auch eine solche Beschwert auff sich tragē/ die nach begangener That nit widerzubringen/ deßgleichen wo die Sach wider den gemeinen Nutzen/ vnnd vnser Geliebtes Vatterland ist/ dem beschwerten Theil/ mandatum sine clausula erkennt vnnd mitgetheilt werden soll/ So bittet Churf. Anwalt in Erwegung dessen alles/ vnnd das summum

periculum in mora ist/ seinem G. H. Principaln ein mandatum sine clausula de restituēdo, item de non amplius offendendo zu erkeñen vnd mittheilen/ darinnen mehr genanntem Chorbischoff bey einer namhafften Peen gebotten werde/ das obangezogen abgenommen Geldt auff dem Zoll zu Bergk/ deßgleichen das abgeraubte Küchenschiff sampt der darinnen gewesenen Wahr/ oder da dieselben nicht mehr vorhanden/ den billichen Wehrt darfür/ also auch die eingenommene Schlösser vnnd Stätt/ Kayserswehrt vnnd Brüel/ vnnd was er seyther mehr eynbekommen haben möchte/ ohn einige Eynrede vnnd Verzug jrer Churfürstlichen Gnaden widerumb zu restituiren vnd eynzuantworten. So dann seyn bey sich habend Kriegsvolck abzuschaffen/ sich aller thätlicher handlungen mit belägerung vnd Eynnehmung der Stätt/ Häuser vnnd Dörffer im Stifft Cölln gäntzlich zuenthalten/ vnd offt hochernennten Churf. gegen dessen Person er sich allerhandt Betrawung vernemmen lest/ oder seiner Churfürstlichen Gnaden angehörige ferner nicht zu offendiren/ zu beschweren oder zu beleydigen. Welches alles Anwaldt wo nicht coniunctim jedoch diuisim zu erkennen vnnd mitzutheilen gebetten/ vnnd E. G. hochadelich miltrichterlich Ampt vmb alle hülffliche/ ersprießliche vnnd schleunige Mittel Rechtens (bevorab dieweil offt vorernanter Chorbischoff keinen andern Richter hat/ noch wider jn einiges mittel als diß Kayserl. Cammergerichts hülff vnd Coercition seines vnzlemlichen verbottenen vnnd gewaltsamen thätlichen Fürhabens implorirt oder gebraucht werden mag) höchstes vnd bestes Fleiß in Vnterthänigkeit auffs förmlichste angeruffen vnnd gebetten wil haben.

E. F. G.

Vnterthäniger

B. K. D. Cauens, &c.

*Supplicatio pro mandato auocatorio in causa* H. Gebharten Churf zu Cölln *contra* dz Kriegsvolck/ so der Chorbischoff zu Cölln/ Hertzog Friederich zu Sachsen/ bey sich hat/ vnd in dem Ertzstifft Cölln grassirt.

WOlgeborner/ &c. Nach dem in des H. Reichs Satzung vnd Ordnung/ sonderlich aber in dem heylsamen Landtfrieden gebotten/ daß niemandts den andern beschweren/ bekriegen/ berauben/ fahen/ vberziehen/ belägern/ auch darzu für sich selbst oder jemands andern von seinet wegen einig Schloß/ Statt/ Marck/ Befestigung/ Dörffer vnd Hoff abstricken/ oder ohne deß andern Willen mit gewaltiger That freuentlich einnemmen/ oder gfährlich mit Brandt oder in andere Weg beschädigen/ noch jemandts solchen Thätern Hülff/ Raht vnnd in andere Weiß Beystandt oder Fürschub thun/ sondern da solches geschicht/ dieses hochlöblich Cammergericht/ auff Ansuchen deß der Vberzugs besorget/ vnd sich gebürliches Rechtens erbietet/ oder aber des Kayſ. Fiscals/ denen so in Werbung vnd Rüstung stehen/ bey der Peen vnd Straff der Acht gebieten/ von solchem jhrem gewaltigen thätlichen Fürnemmen vnd Vberzug abzustehen/ vnd sich gebürliches Rechtens begnügen zu lassen/ vñ neben solchem nichts desto minder gegen allen vnd jeden helffern deß oder der jenigen/ so in Rüstung vnnd Fürnemmen des gewaltigen Vberzugs stehen/ ein gemeine Abförderung bey Peen der Acht/ auch zum förderlichsten außgehen lassen sol. Vnnd dann der Thumbkirchen zu Cölln Chorbischoff Herr Friederich Hertzog zu Sachsen ein Kriegsvolck zu Roß vnnd zu Fuß an sich gehenckt/ mit welchem er den 3. Febr. nechst verschienen dem Hochw. Fürsten vnd H. Gebhartē Churf. ohn alle rechtmässige vrsachen/ oder vorgehende Absagung oder verwarūg J. C. G. Schloß Keyserwehrt mit gewehrter Handt eyngenommen/ so dañ ferner fort geschritten/ vnnd stracks darauff J. C. G. Statt zu Brüel mit gleichmässigem verbottenem Gewalt occupirt vnd in seine Handt gebracht/ dabey es dann nit bleibt/ sonder fähret je länger je mehr fort/ vnnd vnterstehet sich mit seinem bey sich habenden Kriegsvolck/ die vbrige deß Churf. Häuser vnd Stätt auch eynzunemmen/ ist auch in dem daß er fürhat/ das Parmisch frembd vnd außländisch Kriegsvolck auß Braband zu locken/ vñ mit demselbē die Churf. Cöllnisch Statt Bonn/ welche er allbereit berennen/ &c. vt in præcedenti supplicatione. So bittet Churf. Cöllnischer Anwaldt seinem G. Herrn wider obgedachts Chorbischoffs bey sich habend Kriegsvolck Abforderungs mandata inn bester Form/ vnd bey Peen der Acht zum förderlichsten zu erkennen vnd mit zutheilen/ vnd sonst alles anders hierinnen zu decerniren/ was sich nach Gestalt vnnd Gelegenheit in dieser so hoch gefährlichen Handlung vnd antrawenden Gefahr gebüret/ auch hochgedachtem Churfürst zu gut erkennt werden sol/ kan oder mag/ &c. E. F. G. &c.

*Vota Dominorum cameralium ad præcedentem supplicationem.*

D. B. Referens, 22. Martii. Anno 83. vltima ante ferias dicit, se nullas rationes nec in iure nec in facto reperire, quibus moueri possit ad decernendum. Denegat per dispositionem, §. vnd nachdem bey Vergleichung/ in constitutione relig. Anno 55. & confirmatur per §. vnnd nachdem nichts wenigers.

D. E. Denagat 1. Intelligo ex §. vnd nachdem etiam quoad fundandam iurisdictionem, sey Elector ipso facto à suo officio entsetzet. 2. Supplicationes esse directas auff den Chorbischoff/ qui conueniendus coram capitulo. 3. Extare prouisionem inn Reichsabschiedt de Anno 12. Si in ecclesia oriatur † schisma, Imper. reseruasse sibi illud

illud dirimere, & constat in hac causa illum preueniſſe durch Abſchickung ſeiner Geſandten. Si d. §. vnd nachdem, dubius foret (quod tamen ipse non putat) recurrendum foret ad Imp. & ſtatus, iuxta Abſchiedt.

D. G. denegat per rationes Referentis.

D. A. Hett mögen leiden / daß man nehermals gleich expedirt / ſe non fuiſſe in mora. Iam ſic ſe declarat, cum meritis causæ principalis, vt quæ ad Cæſarem ſtatuſque, vel viam iuris pertinent, nihil nobis eſt negotii, nec in decernendis proceſſibus cuique obſtare debent, ſed hæc potius conſideranda veniunt, quod contra legitime Electum in Principem imperii & Archiepiſcopum, nulla exauctoratione adhuc præuia, via facti atque hoſtiliter proceditur. Deinde quod tumultus hic non ſolum ipſius Archiepiſcopatum, ac concreditum eius officium atque adminiſtrationem, verum multorum etiam vicinorum, imo totius patriæ noſtræ periculum imminens concernit. Ad narrata itaque ſupplicationis, (in quibus ego nihil deſidero) & præſentem armorum ſtrepitum, mandatum auocatorium recte decerni poſſe exiſtimo, idque per ea quæ habentur tam in generali conſtitutione deß Landtfriedens / ibi vmb keinerley Vrſach willen / auch in was geſuchtem Schein / quam ibidem titu. von Mandaten des Cammergerichts / fol. 7. quæ verba etiam inſerta ſunt ordinat. *par. 2. tit. 9. §.* vnd ob ſich. Accedit receſſus imperii de Anno 55. §. ſo haben wir vns / ibi, auch alle thätliche Handlung, vbi ſtatus, rebus vt nunc per Germaniam ſtantibus, pacem etiam iniquam, † bello iuſto præferendam eſſe duxerunt. Tantiſper enim violentiæ etiam in rebus propriis imperatur, quoad via patet iuſtitiæ, recurſuſque ad ſuperiorem haberi poteſt, maxime quãdo ſine offenſione tertii & aliorum fieri nequit, ac multo magis quando ad ruinam pacis publicæ manifeſte ſpectat, vt hic. Mandatum de non offendendo facilius decernit, cum hic ſubſit offenſionis omniſque calamitatis metus, ‖ ac peior ſit bello † timor ipſe belli, vbi etiam minæ ſufficiunt, præſertim quando perſona & qualitas minantis facile lædere ſolet & poteſt. Mandatum de reſtituendo ſine clauſula ſimiliter denegare non poteſt, cum ex eodem facto qualificato etiam ſuper diſpoſitione ordinat. *pag. 2. tit. 23.* peratur, ſicque iuriſdictio noſtra fundata ſit. Quibus addo, quod parum aut nihil præiudicatur per talia mandata. & ſaluæ ſint exceptiones ſub & obreptionis, & ſuper nouo ſubſequente etiam facto, noui proceſſus † ante declarationem pœnæ perendi ſunt, vbi rurſus qualitas eius conſideranda.

D. L. P. Narrata ſupplicationum præſentium, conſtitutionibus imperii & ordinationis permittentibus à præcepto inchoari, adeo ſunt conformia, vt ouum ouo magis ſimile non ſit. Nec vna tantum hic ſubeſt cauſa, ex qua etiam ſola proceſſus petiti decerni poſſent, ſed cauſæ ſimul vna concurrunt, nempe armorum iuſtus timor, ſeditio, & tumultus publici imperii, ſcandalum manifeſtum, vtilitatis & pacis publicæ turbatio, damnum irrecuperabile, periculum in mora, ac priuatio & ſpoliatio poſſeſſionis bona fide acquiſitæ, quæ omni iure reprobata ac prohibita; ideo iuſtis remediis coercenda ſunt. Vnde prorſus petitos proceſſus, prout petiti ſunt, omnes decerno. Atque hac ratione nos potius officio boni iuſtique Iudicis fungi, & ab omni ſiniſtra ſuſpicione liberari, ac turbam ipſam ciuilis belli è faucibus ſanguinolentis, quaſi eripi poſſe confido, quam ſi præpoſtere cauſæ merita ex vulgi ore mendacis priuatorum more iudicantes, notoriam, ordinariam & legitimam à capitulo factam electionem, & ſubſecutam confirmationem Imper. expeditioni vnius vel alterius prælati (quorum tamen † arma lachrymæ & orationes eſſe debent, vt pluribus textibus iuris canonic. docet *libr. 1. de pac. publ. cap. 18. numer. 20.* Gail.) propria authoritate temere ſuſceptæ, poſtponeremus. Nam hoc pacto videremur conniuere ſeditioni, motibus turbiſque publicis, atque quaſi ipſi claſſicum canere, qui tamen potius tantam petulantiam frenare deberemus. Nec veriſimile mihi ſit, ſi ſupplicans legitime, & cum cauſæ cognitione incapax publicis conſtitutionibus imperii declaratus eſſet, quod inde auxilium & ſubſidium petiturus ſit, vnde pœnam expectare debeat. Concludo ergo petitos proceſſus omnes decernendos, nec quoad mandatum inprimis auocatorium videamur requiſiti denegare id, quod non petitum ex officio decernere teneamur. Gail. *lib. 1. de pac. publ. cap. 4. nu. 2.* Saluo, &c.

D. W. Si præoccupaſſet capitulum, via iuris Electorem Colonienſem, ex allegato à dominis §. vnd nach dem bey Vergleichung ꝛc. oppugnari, officii noſtri forte fuiſſet de illius §. diſpoſitione, intellectu & obſeruatia, accuratius inquirere. Iam vero cum ipſe Elector à ſubditis ſuis & quidẽ clericis, armis vetitis opprimatur, nullo modo video, quomodo exceptiones aduerſariis, in primis in hiſce terminis aperiendi iudicii ſuggerere poſſimus, cum omnia illa, quæ ex meritis cauſę preſupponere quis poteſt, ad ipſam ordinariam cognitionem non præcluſionem huius iuſtitiæ pertineant. Neceſſitatem vero & ſcandalum, omniaque alia mala, quæ hoc caſu conſideranda, & publice extimeſcenda ſunt, ſatis puto ante me per vtrumque D. A. & P. deſignata, vnde proceſſus decerno. De vnico quidem mandato de reſtituendo ſine clauſula, dubium moueri poteſt, cum alias in proceſſibus Religionis & fractæ pacis,

com-

communiter soleant cum clausula decerni. Sed late annte annum in causa Aquisgranensi deductum est à dominis si concurrant 4. casus, mandata sine clausula sustineri, & sic obseruatum in causa **Corsey** contra **Braunschweig das Kloster Kormoden belangent**/ in qua decidenda Referens fui, &c.

*Secunda deputatio.*

D. M. Refer. Nisi à stylo in huiusmodi decernendis processibus in Camera vsitato recedere velimus, **vnd den Religionfrieden mit der Constitution des Landtfriedens vnnöhtiger weise confundiren** / nullam rationem video; quare petiti proeessus denegari possint, cum omnia requisita, quæ ad dictos processus decernendos desiderari possint, adsint. Ad mandatum enim auocatorium quod attinet, narratur, coadunatio hominum, exterorum, quod vel solum sufficiens censeri posset ad hoc mandatum decernendum, narrantur minæ, quas aduersa pars iam facto ipso executa est, easque exequi in posterum potens sit, cui Episcopus resistere non possit, narratur denique dolus ex proposito, omnia fieri **freuentlicher gewaltiamer Weiß**. Sic quoque ad mandatum de restituendo quod attinet, non solum iam dicta requisita **auff den Landtfrieden** / in altera illa supplicatione narrantur & repetuntur, sed etiam præterea omnes qualitates, propter quas vigore *tit. 23. lib. 2. ord.* mandata sine clausula decerni possunt, latè deducuntur, puta, quod factum **des Chorbischoffs** repugnet expresse constitutioni **deß Landtfriedens**. Item **daß es wider den gemeinen Nutz des Reichs** / & periculum in mora. Iam vero si in decernendis processibus iuxta receptum stylum, nudis narratis standum, neque in ipso ingressu ac limine iudicii, de meritis & causa principali, vel de persona supplicantis disputandum, multo minus constitutio pacifica Religionis (cum qua in præsenti casu nihil nobis adhuc negotii esse arbitror (cũ constitutione **deß Landtfriedens** censeri debeat, non satis assequor ego; quare petitos processus denegare debeam, præsertim cum nullum alium iudicem videam, coram quo Archiepiscopus querelam suam instituere possit. Quare concludo cum dominis, qui petitos processus decernendos putarunt.

D. R. Versamur iam in terminis supplicationum extraiudicialium: quarum narrata simpliciter & pure directa sunt **auff den Landtfrieden & die 4. Fälle** / *tit. 23. pag. 2.* sed perpensis requisitis vtriusque constitutionis, hisque collatis cum narratis supplicationum respectiue, beneficia hinc competentia prout petita sunt, recusare, tutum non erit. Non enim confundenda sunt causæ negotii principalis, & actio siue processus eiusdem negotii, cum materia nostrarum supplicationum ex facto proposito confunderetur, de quo quidem facto nobis ex narratis vt iudicibus constat, de illis vero non aliter quam diuinando, vel ex scientia priuata instruimur. Quale etiam est, si fingam realem priuationem siue exautorationem ex facto ipso resultantẽ ex religionis (nempe Archiepiscopi) mutatione. Item externum militem non offensiue accersitum, sed defensiue. Item paci publicæ nihil aduersi machinari Ducem Saxoniæ, & quæ alia in simili his annexa affingi possunt. Hæc inquam, omnia præposterè non tam vt Iudex, quam vt pars præsupponerem, cum ea potius ad negotii principalis discussionem, & partim ad exceptionum subreptionis ordinem, collocari debeant. Sicut itaque ad eiusmodi narrata contra alium quemuis in pari casu mandatum auocatorium decernerem, ita nec hic denegare possum. Sic etiam ad mandatum de restituendo quod attinet, acquiesco sententiis dominorum, repetitis eorum rationibus. Non curiosus ero de modo & qualitate executionis, impetrãtis erit prospicere de executione impetratorũ. Saluo, &c.

D. G. Ne quid in puncto iustitiæ omissum esse videatur, vtramque constitutionem de pace publica & 4. casuum, eorundemque requisita, examinabimus. Et quidem inprimis notanda est supplicationis inscriptio, quæ in ipso contextu eiusdem, & præsertim petitione diligenter repetitur, nimirum hos processus peti in specie contra Choriepiscopum ecclesiæ Colonienſis, quæ qualitas in decernendis vel denegandis petitis processibus diligenter attendenda est, sic constat supplicantem contra ecclesiasticum agere. Cum itaque supplicationis narrata ex ipsa constitutione pacis publicæ desumpta sint, de eius requisitis dicendum. Et primo an per ea quæ narrantur, publica pax fracta sit à Choriepiscopo? Respondetur secundum ea quæ in supplicatione narrantur, non fregisse. Etsi enim ciuitates, arces & oppida quædam armata & militari manu occupauit, quia tamen hoc nomine capituli, & vt Choriepiscopus & capitularis fecit, non potest dici, eum in constitutionem pacis publicæ peccasse, cum hoc quod fecit ex iure communi & constitut. imperii defendatur. Proinde quia supplicans non tantum Religionem suam mutauit, sed etiam matrimonium contraxit, vt omnibus notum est, obligatus fuit ex constitutione imperii de Anno 55. §. **vnnd nach dem bey vergleichung dieses Friedens** /&c. ad obseruantiam eiusdem. Itaque quia supplicans per matrimonii contrectationem, & Religionis veteris mutationem d. Archiepiscopatui suo, non tantum in continenti non renunciauit, sed vi & manu militari bonam partem Electoratus de facto, vi, & extraneo milite occupauit,

cupauit, & adhuc detinet, facile apparet, quis pacem publicam hoc casu violarit. Nam quia capitulum Colonienſe ab hoc ſupplicante **bey der Kirchen Fundation / Election / altem Hertommen / Gerechtigkeiten vnd Gütern nit friedtlich gelaſſen / auch** d. ſupplicans **alsbaldt** (prout conſtitutio apertiſſimis verbis iubet) **ohne einige Wiederung vnnd Verzug das Ertzſtifft nicht allein verlaſſen wil / Sondern mit Gewalt denſelben zu behalten vnterſtehet**, ſatis apparet, arma Choriepiſcopi tueri poſſe ex dicta conſtitutione & iure communi, qnæ arma cum ſint defenſiua, pro defenſione communis patriæ, & ſumpta quoque ſint voluntate, conſenſu & mandato capituli, non poteſt hoc factum Choriepiſcopi culpari. Quia enim vigore dictæ conſtitutionis per ſupplicantis Religionis mutationem, arces & ciuitates per Choriepiſcopum occupatæ, capitulo **alsbald heymgefallen / vnnd daſſelbig vnverhindert bey ſeinen Gütern vnd Gerechtigkeit gelaſſen werden ſol**: non peccauit in eo quicquam nomine capituli Choriepiſcopus, quia hoc facit, quod lex & publica ſanctio toties per omnes ſtatus in imperii receſſibus cõfirmata iubet, concedit & permittit, ſed potius ſupplicans accuſandus, & pro pacis publicæ violatore habendus eſt, qui hoc vi & armata manu facit, quod lex totius imperii apertiſſime prohibet. Neq; ad rem facit, quod
6 communiter obiicitur, arma clericorum † orationes & lachrymas eſſe, quia reſpõdetur ex iure clericis permiſſum pro defenſione eccleſiæ, & pro cõſeruatione pacis eiuſdem, vt arma defenſiue ſuſcipiant, præſertim hoc caſu contra ſupplicantem qui non attenta publica lege imperii hoc facit, quod facere nullo modo cõceſſum eſt. Quam legem quia omnes ſtatus vnanimi conſenſu ſubſeqq. imperii receſſibus in perpetuum approbarũt, eo minus eam violare debuit, q̃ ſane fecit hiſce inconceſſis modis, cum non ſit permiſſum arma ſumere, ſed in continenti **ohn einige Widerung abzutretten / vnd capitulũ vnverhindert an ſeinẽ Güter vñ Election friedlich bleiben zu laſſen**. Ipſe igitur ſupplicans & non Choriepiſcopus pacem violauit. Quæ
7 cum tam clara † ſunt, vt clariora eſſe nõ poſſint, niſi velimus in ipſa tam manifeſta veritate voluntarie cæcutire, nõ poſſum dicere Reum pacem fregiſſe, vel contra conſtitutionem aliquid feciſſe, cum hoc egerit, quod lex totius imperii non tantum permittit, ſed & iubet. Quibus ſic ſtantibus, alterum requiſitum, dolus, nimirum in hoc caſu omnino non apparet: Cum ex ſupra dictis à Iudice veriſimiliter colligi non poſſit. Præterea quia in ordinat. *p. 2. tit. 9.* §. **vnd ob ſich zutrũge** / ꝛc. habetur, **da der anſuchendt Theil / vnd der ſich des Vberzugs beſorgt / ſich gebürliches Rechtens erbieten ſolt** / (prout & ipſe ſupplicans hæc verba ex cõſtitutione deſumpta generaliter ponit) nõ poteſt hic aliquid per nos decerni, dum dictus ſupplicans quoad ſuam perſonam in ſpecie omnino nihil offerat, quod hoc caſu in Camera requiritur, per dictum §. **ob ſich zutrũge** / ꝛc. Accedit & hoc, mandatum **auff den Religionfrieden** non eſſe qualificatum ex hoc fundamedto, quia ordinat. *d. tit. 9. pag. 2.* §. 1. **ſo jemandes** / ꝛc. expreſſe loquitur de fractoribus pacis **Weltliches Standts**. Proinde cum hi proceſſus petantur contra Choriepiſcopum, & ſic perſonam mere & manifeſte eccleſiaſticam, ex vno ſatis aperte euincitur, fundatos nos non eſſe in iuriſdictione contra perſonam religioſam, qualem Reum noſtrum eſſe, ipſemet ſupplicans ex inſcriptione & ipſo contextu ſupplicationis, præſertim vero petitione repetitis vicibus fatetur. Ad hæc, quia fractæ pacis pœna eſt criminalis der **Acht** / eadem vero nõ procedit contra clericum, neque in Camera conueniti poteſt ſuper fracta pace, cum hoc fieri debeat coram ordinariis. Ita enim expreſſe diſponit conſtitutio violatæ pacis, quæ etiam in iure communi fundata eſt, cum omnes cauſæ clericorum tam ciuiles quam criminales ad forum eccleſiaſticum pertineant. *Gail. libr. 1. de pace publ. c. 1. num. 15. & ſeqq. Myns. cent. 2. obſ. 52. Iul. Clar. in pract. crim. quæſt. 36.* Ex quibus concludo, narrata ſupplicationis noſtræ ſuper conſtitutione violatæ pacis fundata non eſſe, cum omnia eius requiſita in totum deficiant. Neq; ad rem facit, ſi quis dicere velit, nudis narratis ſtandum eſſe: Ex quibus non colligitur, quod ſupplicans mutarit Religionem, matrimoniumque contraxerit, & propterea hoc non attendendum eſſe. Quia reſpondetur facti permanentis notorietatem de iure manifeſto, & noto vlteriorem non requirere probationem. Conſtat enim per totum imperium, hæc duo manifeſtiſſima eſſe, quod religionẽ mutarit, & quod matrimonium contraxerit, vt ſic locum hoc caſu non habeat, ſimpliciter nulla omnino attenta notoria fama, circumſtantia & rumore publico narratis ſtandum eſſe, cum de contrario ipſa veritas, & fatales iſti tumultus propterea in imperio excitati ſatis oſtendant, vt ſic & nobis tanquam publicis imperii iudicibus hæc omnia neceſſario ſint perpendenda, & ſine affectu non carente conniuentia conſtare debeant. Quare ſicut & ſupra dictum, ſuper fracta pace nihil decerno. Quia ſupra dictum eſt, narrata quoad propoſitionem deſumpta eſſe ex verbis conſtitut. violatæ pacis, petitionem autem reſolui in conſtitutionem 4. caſuum, *tit. 23. p. 2. ordinat.* Videndum igitur, an ſuper hac conſtitut. aliquid contra d. Choriepiſcopum decerni poſſit? dico quod non. Nam maximus hic apparet defectus ad fundandam noſtram iuriſdictionem in perſona Choriepiſcopi, quod immediate Cameræ ſubiectus non eſt, cum non conueniatur vt Princeps imperii,

(hoc

(hoc enim in supplicatione non exprimitur) quod v. ex stylo narrari expresse debet, sed accusatur vt Choriepiscopus. Deinde quia supradictum rei factum **nicht für vnrechtmässig oder straffwürdig zu halten** / cum habeat scilic. intentionem fundatam in lege totius imperii, neque etiam supplicanti **keine Beschwerdt auffgelegt** contra dictam legem scriptam, vt omnium statuum consensu approbatam, quæ supplicanti imperat, **alsbaldt vom Stifft abzutretten** / quod cum non faciat, neq; etiam facere velit, defensiua & licita arma sunt, quæ ex voluntate capituli à Choriepiscopo vt capitulari pro defensione ecclesiæ sumpta sunt. Et quia supplicans **wider den gemeinen Nutzen handelt** / vi & armata manu tetinendo Archiepiscopatum contra legem publicam totius imperii, ipsemet & non Reus pacem publicam violauit, quæ mandat, **daß er vonn dem Capitul alsbald abtretten soll/ vnnd daß ohne einige Wiederung** / &c. quæ cum non vult facere, nec adhuc faciat, requisita huius constitutionis omnia deficiunt. Præterea quia publice notum est, Cæsar. Maiestatem per suos commissarios nos præueniisse, nihil hic in causæ præiudicium decernere debemus. Itaque quia est noti iuris, quod dolo facit petendo id, quod mox restituturus est (prout nostro casu lex publica imperii iubet in continenti **abzutretten** / idque sine vlla omnino exceptione) certe hic nihil decerni poterit, vt aliquid restituatur. Concludo processus super constitutione 4. casuum denegandos.

Altera supplicatio pro mandato auocatorio, quæ priori loco nobis relata fuit, nullius momenti est. Corruente enim ex defectu † requisitorum priori mandato pœnali, hoc quoque auocatorium mandatum necessario consequenter euanescit, & sic hic nihil quoque decerno.

D. D. An fundata sit iurisdictio, in primis ambigi video? inspici ad hoc solent narrata, iisque creditur ad effectum aperiendi Iudicii. Supplicat noster Gebhardus, tanquam talis, contra Fridericum Choriepiscopum Coloniensem & Ducem Saxoniæ tanquam talem. Processus petit auocatorios sub pœna banni contra **das Kriegsvolck** / nulla alia ipsius **deß Kriegsvolcks** vel in inscriptione, vel petitione facta mentione nisi **daß er dasselbig an sich gehenckt/ vnd damit gegen jhm vnnd dem Stifft grassirt/** mandatum de non offendendo. Item de restituendo qualificatis narratis **auff den Landtfrieden** iuribus communibus & 4. casibus sub pœna arbitraria, **bey einer namhafften Peen deß abgenommenen Gelt vnd Küchenschiff/ eingenommene Schlösser vnd Stätt/ Keyserswehrt vnnd Brücl** / **vnd was er seythero mehr eynbekommen zu restituiren** / **das habendt Kriegsvolck abzuschaffen.**

In hisce terminis in inscriptionibus & ipso contextu supplicationum expressis, si maneamus non video, quid nos ad denegandum mouere debeat. Quoad supplicantis personam expedita & plana adhuc sunt omnia. Pro tali enim Archiepiscopo scilicet passim adhuc habetur, pro tali etiam à nobis habitus, in publicationibus processuum etiam nuper admodum in publica audientia ita nominatus fuit. Citandus vero, etiamsi vt ecclesiasticus aliud etiam forum habeat, eius tamen exceptione in propositis terminis nequaquam vti poterit, refragante. Gail. *lib.* 1. *de pac. pub. c.* 1. Rubrica **im Landtfrieden ob Geistliche Personen** / &c. eiusque dispositio de clericis inferioris ordinis, id est, non statibus, sed mediate imperio subiectis loquitur & disponit. Noster Reus siue in qualitate officii, siue ex persona propria, vt imperii Princeps qualis est, & vocatur tam in rubro quam in nigro scilicet **Hertzog zu Sachsen** / consideratur, ad forum nostrum omnino pertinebit. Imo vtrum in supra dictis qualitatibus reuera vterque considerandus sit, alia quæstio erit in causa principali (cum qua nihil nobis negotii) ventilanda. In nostro casu sicut Archiepiscopus ordinarius Choriepiscopi sui Iudex, secundū dictam rubr. **ob Geistlichen**. Suspectus ipsi foret, ita vice versa Archiepiscopo capitulum (de quo tamen nihil ibidem constituitur, & cuius etiam nulla fit mentio in petitis processibus) §. **vnd nachdem** / &c. Ex officio ad effectum denegandæ iustitiæ atter[illegible]re non possum, & praxis eiusdem difficilis futura videtur etiam in terminis, de quibus loquitur. Legitime enim ante omnia nobis constare oporteret vt iudicibus, **daß Archiepiscopus von der alten Religion abgetretten**. Eodem modo constare oporteret de capituli contra eum voluntate solenniter declarata, per solennem priuationem, remotionem, destitutionem, ipso facto submouendum illum, verba constitutionis non dicunt: Imo nullam omnino pœnam exprimunt, & dato quod expresse taciteve priuationem in se cōtinerent, sententiam tamen declaratoriam omnino requirerem, late Gail. *lib.* 2. *cap.* 3. *de pac. publ.* Ante huiusmodi declaratoriam, non puto etiam iussis capituli bona gratia cedere recusantem, vi armata publica offendere & expellere licere, nec dubito si in terminis d. §. versaremur, viam iuris in Reuerentiam semel electi capitis, & pro eius prouinciæ statu, prius tentatam fuisse, vel saltem debuisse, & tunc locum habere potuissent, quæ de fundanda iurisdictione ex illo §. adducta sunt. Taceo quod ex litera istius §. constat, non per omnia de eo conueniisse inter status, & quod contra declarationem Ferdinandi regis, ante & post sæpius protestatum & supplicatum, publice notum est. Quæ omnia cum ad causam prin-

cipa-

cipalem adeoq; ipsos statvs pertineant, eò reiicienda puto. Et concludo mandatum auocatorium contra das Kriegßvolck/ vti petitum propter moræ periculum, & facti notorietatem permanentem, mandatum etiam de non offendendo in communi forma (sub pœna enim pecuniaria petitum videri posset) decernendum. Quoad Kriegßvolck auocandum ipse supplicans despiciat, contra quos in cancellaria nominandos expediri velit. Omissus enim videtur vt supra indicatum, ipse Choriepiscopus principalis, prout etiam in altera supplicatione contra eundem non satis formaliter petitur. Quoad mandata restitutoria, si respectus personarum supra positus retineatur, omnia simultaneè decerni possent, si præiudiciali quæstioni statvs præiudicari putabunt domini, non displicebit separari facta, & siue Archiepiscopus erit supplicans siue non, decerno petita mandata quoad 1. & 2. caput, pecuniæ scilicet & nauis. Neutrum enim pertinet ad d. §. vnnd nach dem ꝛc. tanquam separata, & propria ipsius supplicantis. Quo ad posteria duo, ea ad causam principalem aliquatenus pertinere videntur, an impetrans eorum, vti Archiepiscopus amplius sit capax, item an præmissis solennibus, iussu, nomine & autoritate legitimi capituli, legitimo licitoque modo ea occuparit Choriepiscopus, quæ quamdiu nobis vt iudicibus, licet aliàs forsan notoria, ignota, incerta, dubiaq; sunt, mediam viam eligere malim, id est, non denegare iustitiam penitus supplicanti, nec causam principalem directo attingere per præceptum sine clausula, sed mandatú cum clausula quo ad posteriora duo capita de restituendis sc. Kayſers wort vnd Brůll/ decernere: priora duo quo ad effectum parũ differunt à mandatis cum clausulis: Satis .n. illiquida sunt quæ petuntur restitui. Quoad auferenda nihil decerno, nouis processibus opus erit. De præuentione Cæsaris iudiciali nihil puto collegialiter constare.

Sequentia altero die D. D. H. voto suo addidit. Quoniam amplior à me exigitur declaratio, breuib⁹ ita me expedio, quod omnino sentiam cum iis, qui supplicantem audiendum putant, contradictoriè vero dissentire ab iis, qui à limine iudicii repellendum existimant. Hac quæstione præiudiciali expedita, de altero facilius (vt opinor) inter nos conueniet. Pro cõfirmatione prima, repeto intitulaturas supplicationum & narrata earundem, ex quib⁹ cõstat, citando duplicem & coniunctim & diuisim tribui psonam Choriepiscopi & Ducis Saxoniæ. Duplicem igitur personam sustinet, clerici & Principis imperii, ꝙ ad fundandam contra ipsum iurisdictionem omnino sufficit. Et licet etiam appellatur quandoq; Choriepiscopus tantum, vna tamen eademque designatur persona, à potiori † denominata, non .n. adiicitur vllibi particula discretiua tanquam vel als ꝛc. Qualitas altera si præcisè eligenda esset, Ducatui potius q̃ qui statvs arma tribuerem clero in Landtfrieden von Geistlichen de mediatis loquuntur interprete etiam Dn. Gail. Loquuntur etiam de simplici natura pacis, non de bellicis tumultibus, nec penitus excludunt forum ciuile, sed prius adiri volunt Ecclesiasticum iudicem. Et constat contra grassantes † militari manu multa singulariter recepta & constituta esse, & illud inprimis, quod ipso facto sine alia declaratione in pœnas constitutionis inciderint. Recessus de anno 59. sine vlla distinctione personarum loquitur, quã etiam non admittit necessitas & vtilitas publica. Et ad quem potius quæso pertinebit exarmatio etiam clerici armis illicitis exoticis &c. grassantis, quam ad secularem magistratum. *Couarr. pr. quæst. 13. in fin.*

Non constitutio super fracta pace tantum, sed etiam 4. casuum addit forum foro, & non tantum casum casui, referendo me ad textus eorundem. *& §. si clericus. de pac. tenend. titul. vigesimoseptimo, libr. secundo, feud.* vnde nostra desumpta creditur iudicem iudici, & pœnam pœnæ accumulat, quod in fracta pace ordinarium est. §. *Episcopos, de pac. ten. inter subd. tit. 53. lib. 2.*

Ex quibus omnibus concludo, aperiendum iudicium supplicanti, & processus petitos omnes, vt petiti sunt, decerni posse. Et ne distinctio mere singularis, quo ad vltima duo capitula de restituendis scilicet, Kayſers wort vnd Brůll aliò trahatur, iustitiæque administrationem differat, omittam eam nunc penitus, vti ad merita potius, (super quibus nullatenus me intromitto) quam huc pertinentem, decernamque cum aliis Dominis omnia. Saluo &c.

D. P. Quæritur hic principaliter, an iurisdictio sit fundata? Et quamuis multa adduci possent, tum ex dispositione iuris communis, tum ex constitutionibus & Recessibus imperii, quæ ex persona supplicantis haud parum obstare viderentur, tamen quia ea partim odiosa sunt, partim causam principalem concernunt, ideo his omissis, ex alia causa Cameram non satis esse fundatam, arbitror. Et primò quidem licet constitutio pacis † publ. ita generalis sit, vt omnes omnium qualitatum personas comprehendat, tamen in Ecclesiast. personis hoc discrimen seruatur, quod exercitium iurisdictionis super hac quæstione saltem extendatur aduersus eos, qui principaliter & immediate imperio sunt subiecti; Alii vero Ecclesiastici inferiores & qui non sunt statvs imperii hic in Camera conueniri nequeunt, sed suos prælatos habent iudices. *Gail. c. 1. numero decimosexto, cum seq. de pac. publ. lib. 1. Mynſ. obſ. 58. cent. 5.* Rationem assignant. Quia Imperator ob delictũ iurisdictionem non habet, in personas Ecclesiasticas, nisi ratione Regalium, beneficiorum imperialium & Feudorum, quæ ab imperio habent. Ideoque constitutio vbi mentionem facit de extractione

processuum & pœna banni huiusmodi violatoribus infligenda, solum loquitur de personis secularibus, *Ord.p.2.tit.26.* **So jemandt hoch oder** &c. Quod autem hoc magis perspicuum fiat, sequitur deinde alia Rubrica in Recessu imperiali de anno 48. quæ inscribitur, **Ob Geistliche Personen wider diesen Fireden handelten** / ibiq; disponitur expresse, clericos super turbata pace publica coram ordinario Ecclesiastico conueniri atq; ibidem coerceri debere. Porro huic sententiæ suffragatur quoque ius commune, quo omnes causæ clericorum tam ciuiles quam criminales ad forum Ecclesiasticum pertinent, *c. si diligenti. de for. compet. §. si clericus. de pace tenend.* Nec est quod quis hic mandatũ **auff die 4. Fäll** decernendum putet. Quamuis enim in casibus qualificatis ex constitutione illa iudici hoc permittatur, vt possit à præcepto incipere, non tamen id tribuitur, vt in quosuis, sine vllo discrimine talia mandata decernere, & iurisdictionem exercere queat, sed quilibet suo foro & iudici relinquitur, & in cæteris statur dispositioni iuris cõmunis. Idq; vel maxime apparet ex eo, q̃ hoc pacis publ. ad ius cõmune non minus q̃ alia ad 4. casus applicari possint, tamen habet suos certos limites, & vt dictũ est, non indifferenter ad p̃sonas Ecclesiasticas pertinet, sed solum eas qui immediate Cæsari & imperio subsunt. Quia vero Choriepiscop⁹ Colonien sis, ratione & intuitu officii & capituli, cuius nomine hęc geruntur, immediatus non est, sed suum habet ordinarium Ecclesiasticũ Iudicem: & mandata auocatoria & de non offendẽdo, ex eadẽ pacis publ. constitutione petuntur: Igitur non video, quomodo hic conueniri posset. Deinde notum est, q̃ in ordinariis iudicibus, qui cõcurrentem habent iurisdictionem, loc⁹ sit præuentioni. Cum igitur constat Imperatorem non semel per suos consiliarios in hac causa egisse & adhuc agere,
12 meritò propter ius præuentionis, vbi res † cœpta, ibi finem accipere debet, eoq; magis quod hoc negotium tale sit, vbi de maximo præiudicio pacificatæ Religion. agitur. Itaque nisi ab ea constitutione recedere, & supplicantem contra expressum text. **§. vnd nach dem bey vergleichung** &c. in possessione defendere vellem, petitos processus decernere non possum. Saluo. &c.

D.D. Ad rem ipsam quod attinet, non inficior omnino, quin ipsa facta quæ narrat supplicans, si nuda nec vllis iustificatoriis (vt ita loquar) circumstantiis publice notis (de quibus tamen nihil disputabo) vallata forent, sic satis cũ pragmatica sanctione *de pace publ.* non violanda pugnare videri possunt. Attamẽ vtcunq; sese habeat, puto in p̃senti casu, p̃cessus omnino denegandos esse, nec vlla ratione decerni posse, idq; ideo, q̃ contra p̃sonam eius, qui facta narrata ꝑpetrasse dicitur, contra ipsum Choriepiscopũ Ecclesiæ Colonien sis, neq; peculiari neq; cõmuni constitut. nostro in iure, maxime vero **deß Landfrie-**
**dens** simus in iurisdictione fundati. Ad ius n. cõmune q̃ attinet, nouerunt Domini, nihil magis decantatum esse in vtraq; Iurisconsultorum schola, q̃ quod iudex secularis (qualis est Camera) nullo modo potest alicuius delicti occasione p̃cedere contra clericũ, qualis est Choriepiscopus per iura vulg. Quę quidẽ exceptio tantæ dicitur esse efficaciæ, vt à seipso p̃ponatur, ideoq; non teneatur clericus (qualis est Choriepiscopus) citatus p iudicem secularẽ occasione alicuius delicti, corã eo vel p se vel per p̃curatorem comparere, & exceptionem clericatus p̃ponere, vt ait Archidiaconus *c.2.15.q.1.* Et est cõmunis opinio, vt testatur Felin *in c. veniens. in fi. de accusat.* Quare si clericus in causa criminali (vt est fractæ pacis) à Iudice Laico citatus, contumax emanserit, non potest Iudex secularis contra eum p̃cedere, & si processerit, omnia sunt nulla, vsque adeo, vt ne quidẽ post sententiam clericus id allegare teneatur, prout consuluisse & iudicatum esse dicit Dec. *cons.241. in pr. Couar. pract. q.33.n.2.* quod nullum omnino dubium habet, si quid exprimatur in citatione, ex quo apparere possit Iudicẽ sciuisse, q̃ citatus erat clericus (q̃ in nostris mandatis iuxta inscriptionẽ & narrata supplicationum p̃ more Cancellariæ omnino faciendum esset) vt pote citam⁹ te presbyterũ Choriepiscopum, vel qd simile, iuxt. not. per Bar. *in l. non videtur. ff. de iud.* Quantum porrò ad cõstitutiones imperiales & qdem in specie super violata pace publ. latas attinet, facit in primis. *c. sine. §. Frid. vers. si cler. tit.29. in vsib. feud. de pac. ten. & eius violat.* cũ quo textu fere per oĩa concordat ipse textus cõstitutionis Maximil. *1. de pac. publ.* Ann. 1495. sub rubro, **ob die Geistliche Personen wider diesen Frieden handelen** / quod totidẽ verbis repetitum est in Ordinat. **deß Landfriedens** / **zu Worms** An. 1521. **auffgericht** / & rursus **im Landfriedẽ** An. 1548. **auffgericht**. Ex quib locis expresse, ac extra omne cauillũ apparet, Ecclesiasticis relictam esse iurisdictionẽ & coercitionẽ in clericos pacis publ. violatores, quod ex alio tit. sine Rubr. eiusdẽ constitut. *de pac. publ.* videre licet, nimirũ **die Peẽ deß Friedbrechers** in verb. **Weltliches Standes** / q̃ discrimen quoq; nõ sine mysterio in Ord. nostra *p.2. tit.9.* factũ videmus, vbi itidem, quia disponitur de modo p̃cedendi aduersus pacis publ. violatores expresse dicitur **Weltlichen Standts** / quod obseruarunt et ex nostris Gail. *lib.1. de pac. pub. ca.1.n.15. Mynsi. obs.58. cẽt.5.* & quotquot ego ex veustiotib. vidi, q̃ ante illos aliquid circa ordinationẽ Camerę annotarunt. Cõstat vero ex narratis exhibitarũ supplicationum & cõfessione Dominorum, q̃ supplicans omne suũ fundamentũ reiecit **auff die** constitution **vom Landfrieden** / cui cũ quo † ad iuris- 13
dictionem nostrã clerici non sint subiecti, non possum petitos processus decernere. Nec obstat, quod intricauerit supplicãs omnes fere casus, quibus de iure communi & ordinatione

nostra

nostra licet à præcepto incipere, idq; allegat. *tit. 23. p. 2.* Resp. n. quod illa constitutio neque in Rubro neq; in Nigro (vt aliquot præcedentes & subseqq. faciunt) addat forum foro, sed tantum casum casui. Quare cõclusiue omnes processus denegandos puto. Et si velit supplicans, poterit recurrere ad dispositionem **deß Reichs Abschiedt zu Regenspurgk Anno 55.** in §. **welcher massen.** §. **derhalben/** & §. **vnd damit solche wichtige Ding/** cum simil. Mihi sufficit Cameræ iurisdictionem contra clericos in eiusmodi casibus præclusam esse.

*Tertia Deputatio, ad præcedentes supplicationes.*

D. R. Ego hasce supplicationes ad Cæsarem propterea transmittẽdas putarẽ, q̃ sua Maiestas insignes Commissarios ad componendũ totum hoc Colonienſe Negotium deputauit, eosque dudum ablegauit. Sin vero Dominis maiorib. votis ita non placuerit, processus petitos etiam denegandos existimo. Iuris enim est expressi secularem Iudicem in clericũ nullam iurisdictionem habere. *c. 1. §. 2. c. si diligenti de for. comp. Auth. statuimus. C. de Episc. & cler.* Ne quidem de consensu Episcopi *c. decernimus. & c. quanto de Iud.* Imo nec Papa † vt clerici in curia seculari cõueniantur facere potest, & si faceret, minime posset Iudex secularis de clericis cognoscere. Ita Cardin. & Abb. *c. perpendimus. de sent. excõm. quem* Refert & sequitur Rõ. *singul. suis verbis. Papa. vers. quæro nunquid cũ clerici sint. c. cum Ecclesia. S. Mariæ. de cõstit.* Et ideo Princeps Laicus † nec Imperator potest concedere legẽ, quo clericus cõmittens crimẽ læsæ Maiestatis puniri possit p iudicẽ secularem. *Bal. d. loco. Iul. Clar. in pr. crim. li. 5. §. fi. q. 56. n. 23.* Cum nullã iurisd. nisi ratione Feudorũ & Regalium in clericos habeat. *Panorm. c. cum nõ ab homine. de iud.* Adeo quidẽ vt talis processus per secularẽ contra clericũ factus nullus, sentẽtiaque inde subsecuta nulla quoq; dicatur. *Spec. tit. de cit. at. §. 1. vers. sed pone.* In tantũ, q̃ nec Bannum à iudice Laico contra clericum emanatum teneat, sed plane nullũ sit dicendum, ita in particulari tenet. *Ioh. And. Ant. de Butrio & Abb. in d. c. si diligenti. Bal. in l. 1. si quis in ius vocat.* Et ideo dixit pulchre Bal. *in l. si quis ex cõsensu. vers. demũ. C. de Episc. aud.* quod citatus per Iudicem incõpetẽtem si non comparet, & sit contumax, & ex cõtumacia Iudex ipsum ponat in banno, ex hoc non debet timere, quia ex quo acta sunt † nulla tanquã facta corã incompetenti, ex illa contumacia nõ orietur aliquis pœnæ effectus. Latiss. Grammat. *d. decis. n. 3.* Contumacia .n. dicit ibi, cum sit delictũ, ideo etiam non potest secularis Iudex pœnam contumaciæ clerico infligere. *c. 1. de cler. conjug. in 6. Bal. in l. generaliter §. 2. C. de Episc. & cler. & l. si quis ex aliena ff. de iud.* Et hoc non solũ in ciuilib⁹ ꝓcedit, sed ẽt in criminalib. Immol. Dec. & Dd. *in c. at si clerico. de Iud. Bar. in l. si quis in seruitute. n. 2. ff. de furt.* Idẽ quoq; obtinet in illis clericis, qui nõ sunt stat⁹ imperii, sed inferioris ordinis, & mediate imperio subiecti. *Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 1. n. 15. Mynsc. cent. 5. obs. 58.* At Choriepiscopus Colonienſ. mediate imperio subiectus, cũ nulla feuda, priuiligia, aut Regalia, quorũ nomine princeps imperii appellari posset, habere narratur, & sic status non, sed Capitularis, atq; ita inferioris ordinis Ecclesiastic⁹ est, hinc in Camera iuxta allegata conueniri, multomin⁹ postmodum banniri aut supradictis priuari poterit.

Nec me mouet, quod sæpe d. §. **vnd nach dem** ꝛc. in q̃stionem & dubium à quibusdam vocetur. Nam neminem esse puto, qui ambigat dictam constitutionẽ, omnium ꝓcerũ & imperii ordinum tam Ecclesiasticorum q̃ secularium consensu initam & sancitam, Cęsaris autoritate confirmatam, clausulis omnib. tanq̃ perpetuò valitura munitam, adeo quidem vt si quid in præiudicium. d. constitutionis concessum, aut vnq̃ acceptatũ foret, nullarum id virium, nullius efficaciæ & momenti esse debeat, in tantum vt declaratio vel ꝓtestatio aliqua ad partem contrą d. constitutionem facta vllius sit effectus. Sed d. §. **vnd nach dem** ꝛc. non min⁹ relinquitur dispositioni d. constitutionis q̃ alii §§. adiuncti. Et sic pars quoq; corporis & æque constitutionis est, ꝓut Domini non ita dudum ex beneficio & dispositione huius §. in causa **Johan Löber** contra Archiepiscopum Treuirensem (qui vltra priuationem beneficiorũ factam, d. **Löber** graui mulcta afficere præsumpserat) mandatum decreuerunt, & sic d. §. aliquoties alleãgdo, & quidem ex mente statuentium approbarunt. Ex quib⁹ omnibus concludo, dictos processus denegandos, ne in decernendo, supplicantem in possessione contra dictam constitutionem constituere & manutenere videar. Saluo &c.

D. D. Nodus iste vindice sane dignus, vt tamẽ adhuc res sit integra, vereor quippe, ne & Cęsar diuersis iam dudum decretis, legationib. eiusdẽ cognitionem suscepisse, & Cameræ iurisdictionem quodammodo pręueniſſe possit videri. Ne itaq; in summi Magistratus messem falcem immittamus temere, imo Cæsarem sub eodem sigillo modo aientem, modo negantem, & eodẽ ore calidum frigidumq; (qui aiunt) afflantem (quo nomine cum Camera non ita pridẽ non absq; stomacho aliquo est expostulat⁹) forte introducamus, petitos processus denegare tutius iudicarem. Nihilominus si maiorib. in eam sententiam fuerit itum, vt ad Cęsarem supplicationes transmittantur, meum ego calculum non grauate adiecero, præsertim cum hanc in huius generis controuersiis viam ipse Cæsar literis suis aliquando nobis præscripserit. Saluo &c.

D. M. Processus vt petiti sunt, decernendos puto. Quia falsum est prę̃suppositum Archiepiscopum Colonienſ. de facto esse depositum, id namq; constat ex iis, quæ traduntur per Dd. adductos à Gail. *lib. 2. de pac. pub. c. 3. & lib. 1. obs. 3.*

nu. 8. quod sc. nullus, licet de facto exciderit, tamen sine p̃uia cognitione & sententia declaratoria deponi possit. Sed hoc in casu nostro factū esse non constat. Neq; §. vnd nach dem ꝛc. ad ꝓpositum nostrū quadrat, cum d. §. causæ merita, non verò eius præambula respiciat: sed iam saltem mihi dispiciendum est, an ꝓcessus petiti, ea habeant requisita, q̃ iurisdictionem nostrā fundent. Et ōnia adesse à quibusdam Dominis ante me satis deductū est. Hoc tamen me aliquo modo dubium reddidit, ꝙ sc. Choriepiscop⁹ cum suis adhærentib. Canonicis immediate imperio non subsit, & sic secundum constitutionem deß Landfriedens / §. Itē ob Geistlichen ꝛc. vt late Gail. li. 1. de pac. publ. obs. 8. coram suo ordinario ob fractam pacē conueniendus sit. Sed neq; mihi hoc obstare videtur. Nam cum ille ipse Colonien sis Episcop⁹ sit ordinarius, qui hos ꝓcessus impetrare conatur, nullum alium, nisi Imperatorem eiusq; Camerā, adhuc ab Imperatore nō præuētam, ꝙ nobis saltem vt iudicib. cōstet, inuocare poterit. quoad mādatū avocatoriū, nō solū illud decernendū esse putarē, vna cū mandato de non offendēdo, cōtra Choriepiscopū & milites eius, sed ēt contra ipsum supplicantem, si maioribus rō itum esset p rationes à D. W. relatas. Sal. &c.

D. S. Ex rationib. Dominorum adductis, qui processus decernere voluerunt, ꝓcessus decerno. Et si maiorib. placeret, nullā contra vtramq; partem mandata de non offendendo, & auocatoria ex officio decernere, hisce præsertim peri-
37 culosis temporib. Nam denegatio † præsupponit causæ principalis decisionem: secus si decernantur petita mandata. Liberum namq; relinquitur Reis id, ꝙ hactenus ab ipsis factū est cōpetentib. defendere exceptionibus. Denegatio
38 præcludit † viam iuris & approbat viā facti, satius est partes audire, q̃ obduratis aurib. omnia sursum & deorsum verti permittere. Deniq; qui deneget ꝓcessus, maxime nō prę iudiciales, causæ principali ante eius cognitionē iustitiā denegare dici potest, ꝙ nos vitio damus inferioribus iudicib. Caueam⁹ igitur ne in idem vitium incidamus. Videtur ēt magis ex autoritate huius collegii esse hæc opinio, ne videamur, q̃ ex vtraque parte de facto contra constitut. fiunt ap ꝓbare. De facto aūt omnia contra constitut. fieri in cōfesso est. De effectu soliciti esse nō debem⁹. Nā si obtemperabūt mandatis bene est: sin minus omnib. statib. constabit, nos nostro officio defunctos, & publicū bonum respexisse, maioribusq; motib. obuiā ire voluisse. Non mouet me ꝑsona Choriepiscopi, quo min⁹ decernam, cum plurimi ꝓcessus extent in Camera in quib. non tantum contra immediatos, sed ēt mediatos Ecclesiasticos ex constitutione pacis publ. & conjunctim & diuisim actum sit. Cōiunctim. D. B. contra A. zu K. & eiusdem capitulum. Diuisim. Teutschmeister contra oēs Ecclesiast. ꝑsonas totius Borussiæ an. 36. 6. Martii, q casus in terminis est. Nam cū illæ Ecclesiasticę ꝑsonę nollent eum ꝓ Domino seu legitimo magistratu agnoscere, & ille satis virium non haberet eos coercendi, in Camera ꝓcessus impetrauit. Eodē modo supplicās de Choriepiscopo cōqueritur, ꝙ propter externum & alium militē ei resistere non possit, quare cogatur hic ꝓcessus petere. Præterea nō pauca extant præiudicia, auff die constitution der Pfandung vnnd Arresten contra mediatos Canonicos, in quib. exceperunt de ꝑsonæ priuilegio, sed frustra, inspecta origine. Deniq; quotidie mandata decernimus inhibitoria contra officiales, etiamsi sint Ecclesiasticæ ꝑsonæ. Quare, vt dixi, petita mandata decernerem, & si maioribus placeret, mallem contra vtramque partem mandata de non offendendo & auocatoria ex officio decernere. Saluo. &c.

D. N. Video illos dominos, qui processus denegandos decreuerunt, præcipue duobus fundamentis niti. 1. Quod Choriepiscopus Archiepiscopū Colonien s. nostrum supplicantem wie in d Supplication geklagt stehet ꝛc. ipso iure sua possessione destituerit, vtpote qui vigore deß Religionfriedens præcipue in §. vnd dem nach ꝛc. amplius non sit Archiepiscopus Colonien sis, vt sic ex euidentia & notorietate iuris & facti processus denegandi veniant. 2. Quod in iurisdictione fundati nō simus per ea ab ipsis allegata, & quę breuitatis causa hic repetere supersedeo. Quantum ad primū fundamentum attinet, ego ꝓ mea parte eo inniti non possum. 1. Quia hoc plane ad causæ principalis discussionē pertinet, & Iudici in decernendis processibus, principalis causa in consideration em venire non debet. 2. Quia de priuatione beneficiorum: Itē Regalium & feudorum, contra Archiepiscopū à Cęsare & aliis Electorib⁹ facta, nobis nondum constat. Notorii aūt est iuris, ad omnem priuationē beneficii, in quo possessio vacua non est, opus etiam cognitione iudiciali, & sententia præuia declaratoria. *Lotharius de feudo sine culpa non amittendo.* Sancimus vt nemo miles sine cognita culpa beneficiū suum amittat. Et sic quoq; ad illam obiectionem responsum est, nempe ꝙ ipse Archiepiscop⁹ per d. §. vñ dem nach ꝛc. iam ipso iure Archiepiscopatu priuatus sit. Quia ex supradictis constat, declaratoriam præcedere debere. Facit pro hac mea sententia ipsum Archiepiscopum nondum depositum esse, siquidem quotidie adhuc in publicis audientiis pro & contra ipsum proceditur, & sententiæ feruntur. Quantum ad 2. fundamentum attinet, nos in iurisdictione fundatos non esse, sane vt verum fatear, magnum scrupulum mihi hoc ab initio mouit, ita vt procliuior fuerim ꝓ denegandis ꝓcessib⁹ sunt enim textus pro hoc fundamento allegati clari & aperti, vt facile absq; cauillatione infringi non possint. Verum respondeo, quia ipsi Domini denegantes processus plane iam præsupponunt, & in causa principali decidunt Archiepisco-

piscopum esse iam depositum, & sic amplius ordinarium seu Metropolitanũ non esse. Quod si ita est, & ipse ordinarius amplius non sit coram quo Ecclesiastici Colonienses vigore dictorum textuum conueniri debent, vt sic tanquam depositus vel etiam suspectus in propria causa contra Episcopum chori Iudex esse non possit: Sequitur nos in casu non prouiso versari. Si itaq; in eiusmodi † casu versamur, necesse 19 erit nobis, vt ad dispositionem iuris communis confugiamus. Sed constat de iure communi, clericum ibi in quibusdã casibus † determinatis coram iudice Laico quoque conueniri posse, non solum si super proprietate, sed etiam si super possessione quæstio vertatur. *Dd. c. in cæterum de iud.* ac multo maxime, quando agitur per interdicta possessoria, *Aret. d. c. cæterum num.* 24. Cum itaq; in terminis nostris, quod mandatũ de restituendo attinet, in possessorio interdicto *vnde vi*, quodammodo versari videamur, quia supplicans sibi ablata restitui petit, plane non dubito, quin processus quoad hoc mandatum decerni possint & debeant.

At licet hæc locum habeant saltem si simpliciter de possessione agitur: secus autem sit, si intentetur actio iniuriarũ vel damni passi, vel agatur criminaliter de possessione ad pœnã sicuti in nostro casu mandatum simul de non offendendo, quod sub pœna banni emanari solet, petitur. Laicus Iudex esse non possit, sed omnino ordinarius conueniri debeat. *Mynsi. cent.* 1. *obs.* 22. Tamẽ cum Dn. denegantes præsupponant, Colonienſem nostrum supplicantem, amplius ordinarium non esse vt tumultus eo facilius in imperio sedari possint, hoc petitum mandatum de non offendendo quoq; decernam, sicuti idẽ mandatum de non offendendo contra supplicantem itidem decerno. Quantum ad petitum mandatum auocatorium attinet, illud plane apud me non est dubium, quin decerni possit, & debeat. Quia, n. in genere contra milites petitur, & de nostra iurisdictione aduersus eos nobis constet, nescio quomodo hoc apud status excusare poterimus, si per maiorem partẽ hoc mandatum auocatorium denegandũ foret. Et siquidem sup. dictum primum fundamentum hic quoq; obiicitur, tamen hoc non obstat, sed rursus ex officio cõtra Archiepiscopum & ipsius militem, qui fortassis nunc breui in procinctu erit, vt prospiciatur, prout tunc ita & nunc in euentum simul decernam. Saluo, &c.

D. B. Processus hoc denegandos puto, idque per supra à Dominis ad nauseam deducta. Et dato illos ad decernendum qualificatos; tamẽ Imperatori priusquam aliquid decernerem, significarem, præsertim cũ nobis certo (licet extraiudicialiter) constet, ipsum suas partes interposuisse & commissarios deputasse. Ne itaque sub eodem Imperatoris decreto, diuersa decernantur, scriberem, vt dixi, suæ Maiestati Saluo &c.

## VOTVM XI.

*Ad supplicationem pro citatione & mandatis de relaxando, restituendo & non turbando*

**Auff den Religion Frieden/** *in causa*

**Ob rsein** *contra C. F. P.*

SVMMARIVM.

1 *Dinstinctio inter pacem publicam & pacem Religionis quæ.* 14

VIDETVR Palatinus Elector facere contra **den Religion frieden**, vellem itaq; citationẽ **auff den Religionfrieden erkennen** in communi forma; mandatum vero de restituendo q̃ petitur sine clausula, locũ hic nõ videtur habere, q̃ habetur instar diffinitiuæ sententiæ. Et quia citatione decreta cognitio causæ **darein kommen muß** nec constat ex supplicatione, q̃ adhuc sint incarcerati, vellem igitur citationẽ in cõmuni forma decernere, reliq̃ petitionem denegare, potest quidẽ mandatũ de restituendo **im Landtfriedbrüchigen Sachen** decerni, sed tamen nunquam aliter q̃ cum clausula: Aliàs bene narrat, sed male petit: putat igitur citationem decerni posse, denegato mandato de nõ turbando, quia præiudicaret causæ principali, & ita vis, quæ timetur, iam facta esset. Accedit, quod in fractam pacem diuersimode delinqui possit, sed **in Religionfrieden** tamen vna vice cõmittitur. 2. maior fundat se **auff den Religionfrieden vnd nit auff den Landfrieden**/itaq; **in Religionfrieden** delictũ est, cuius constitutio solummodo loquitur in suis territoriis: igitur citationem decernit, cętera denegat. Tertius, si constaret rem ita esse, vt petitur, citationem & mãdatũ cum clausula decerneret, quia subditus eam ob causam cœpit, quod noluerit suæ sectæ doctores prędicatores audire. Quartus, mandata sine clausula debent in pleno Senatu decerni, in quo non creditur quod ita sit, si vero integre sic esset, vellet in hac ipsa causa per omnia vt petitũ decernere: **Landfrieden & Religionfrieden** non cõueniunt in omnib. **Landfriedt** † versatur in præteritis, **Religionfrieden** in futuris. Decernit itaq; citationẽ **die vbrige Proceß/wie gebetten/abgeschlagẽ**. Si tamen mandatũ de non offendendo petiisset, illud ex tunc p̃ vt tunc vellet decernere. Quint° petuntur tria distincta mandata & citatio ad videndũ, citationem denegare nõ possum, sed in puncto citationis non potest petere, q̃ illi iam est ablatũ, & ita in totò facto ipsum nihil iuuat, etiamsi citationẽ habeat, & quia nõ solũ ad pœnam **der Acht geschrittẽ wirdt/dieweil jm mit derselbẽ nit geholffen** / vellẽ illi mandatum de restituendo cum clausula decernere, mandatum de relaxando denegare. Mandatum de non turbãdo quoque decernit vigore ordinat. *p. 2. tit. 23.* Mandatum de restituẽdo ideo decernere vult, quia in eiusmodi casu, ad restitutionẽ bonorum & damna, potest simul cum declaratione banni vel p̃ se principaliter agi, vel vtrinq; disiunctim,

ita expresse decisum est, in comitiis August. An. 48. super declaratione deß Landtfriedens. §. wir wöllen auch ꝛc. decretum: ist citatio & mandatum de restituendo doch cum clausula erkandt/ das vbrig/ wie gebetten/ abgeschlagē. Et hæc eam ob causam, qa ratione mandati de nō turbando non est fundata nostra iurisdictio, quod si petierit mandatum de non offendendo, illud putant potuisse decerni propter præiudicium der Fürsten & Pfaltz G. Churf. & quia illud in causis fractæ pacis denegari non solet.

## VOTVM XII.

### *Pro mandato* auff die *Constitution* deß Religion Friedens/ *in causa* Eustat/ *contra* Brandenburg.

SVMMARIA.

1 *Princeps quidam si in alia regione iurisdictionem habet, alius vero ius præsentandi hoc est, patronatus, in causa religionis, an principi in ea religionem mutare liceat.*

2 *Aliquis quodam in loco summam habet iurisdictionem, alter vero simplicem, ad quem ius patronatus nunc spectet.*

3 *Qui habet ius gladii, an iste religionem quoque eo in loco mutare possit.*

4 *Qui ius mixti imperii, præsentandi & patronatus quodam in loco habet, vtrum illi qui habet ius gldiia, præiudicari possit, quæstionis est.*

5 *Nobiles in Franconia nullum superiorem nisi Imperatorem vt suum Dominū saltem agnoscunt.*

REferens quandoquidem ex narratis intelligit, Episcopum ea cōditione nobili à Seckendorff feudum contulisse, ne aliam & peregrinam admitteret Religionem: inde colligit, quod Episcopus habeat ius patronatus, vnd Marggraff hohe freißliche Obrigkeit/ weil er aber also dubius, daß er nit weiß/ ob es in territorio Marggrauii vel Episcopi Eustatiensis, wölle er decernirn/ so fern der Supplicant förmblich suppliciren wirdt/ sol geschehen was recht ist.

Secundus, Marggravium habere die hohe Obrigkeit narratur, si vero princeps † in alia regione habeat iurisdictionem, alius autē ius presentandi, putat principē posse Relig. mutare. Hic autem Princeps ꝓpria authoritate se intrudit. quod tamen iure fieri non deberet. In Dubio igitur mallet mandatum decernere, q̄ denegare, Tandē auff vorbrachte narrata abgeschlagen. 1

Tertius, Marggravius habet summam † iurisdictionem, Episcop⁹ simplicem: sunt narrata etiam similiter allegata, ab Episcopo transactio, vnd ein Landbrauch/ so viel der Vertrag belägt/ kan simplex citatio erkandt werdē. Quia autem narratur, daß Marggraff die freyßliche hohe Obrigkeit habe: Episcopus autem simplicē iurisdictionē & ius p̄sentandi, vñ so Marggraff potestatē mutandę Religionis gehabt/ hette er so lāge nit gewart/ sondn bald nach publicirtē Abschiedt Religiōnem mutirt/ mādatum igitur decernit. 2

Quartus, Vtrum qui habet ius gladii † possit mutare Religionem? An vtrum qui ius † mixti imperii, ius præsentandi & patronatus habet, possit præiudicare illi qui habet ius gladii q̄ritur? Et quia Marggraff freyßliche Obrigkeit hat/ hoc est; ius gladii simplex, nō puto eum præiudicare posse illi qui imperium & patronatū habet, existimo igitur mandatū decernēdum esse. 3 4

Quintus, Wo der Marggraff alle Obrigkeit oder nur die Landfürstliche hat/ so muß einer præsentirt werden/ der seiner Religion/ da aber einer nur hohe freyßliche Obrigkeit hat & alius mixtū imperium & ius præsentandi, hoc est patronatus, puto iniquum esse, quod alii contra Religionem suam quis obtrudi debeat. Quia igitur Episcop⁹ narrat, q̄ suus vasallus habeat mixtum imperium & Ecclesiasticam iurisdictionē, item q̄ nobiles in Franconia † nullum dominum agnoscunt nisi Imperatorem decernendum puto mandatum. 5

Sextus, Befindt ex supplicatione mit keinem Wort/ dz locus siue parochia in seinē Fürstenthumb liege/ sondern er narrirt/ dz sie nit weit von seinē Lande liege vnter dē Ampt W. T. vnter deß Marggraffen hohen freyßliche Obrigkeit/ aber vnter seiner Geistlichen Obrigkeit vñ Pfarrecht/ & cum nō cōstet ex supplicatione, wo die Pfarr vnd in welches Herrn Obrigkeit sie liege/ weil er auch selbst nit weiß/ wo sie liege/ nimes zu bedencken/ sed cathegorice votando denegat, quia nō narratur quod Königßhoffen non sit in ipsius territorio, sed magis in Marggravii. Tandem abgeschlagen.

Septimus, In dubio posset mandatum decerni, & postea in processu causa deduci, nam si omnino mandatum denegaretur, esset definitiua. Ideo auff vorbrachte narrata denegare melius & tutius foret.

Vltimus, Episcopus narrat Könningßhoffen esse feudum, ab ipso nobilibus à Seckendorff cum pacto concessum, quod Marchio non difitetur, sed dicit in sua ditione id esse sitū, quod similiter & Episcopus nō negat, sed dicit, quod habeat ius patronatus & Ecclesiasticam iurisdictionem. Tandem auff vorbetrachte narrata abgeschlagen. Ita decretum est.

*Sequuntur nunc consultationes quædam dubiorum. Vt S. in materia Religionis, cum eorum Resolutionibus ac decisionibus.*

SVMMARIA.

1 *Processus qualis hactenus in causa Religionis fuerit obseruatus, & quo hodie obseruetur.*

2 *Requisita huius constitutionis religionis quæ, & qualiter narrata in ea formanda.*

3 *Cōstitutiones imperii singulæ quid speciale habēt.*

4 *Constitutiones pacis publicæ, & religionis vt causa & modo disponendi, ita processu quoque ac pœna differunt.*

5 *Differentia constitutionis religionis specifica qua.*

6 *In omni actione nō quid vel quantum, sed ex qua causa petatur, videndum est.*
7 *Pœna huius cōstitutionis quæ, qualis & quotuplex.*
8 *Quæ iurisdictio circa processus decernendos in hac constitutione attendi debet.*
9 *Quinam processus, & qualiter super hac constitutione decernuntur.*
10 *Qualitate pacis religionis non subsistente, factum recidit in terminos iuris communis.*
11 *Constitutio religionis personas & res complectitur, & publicam atque priuatā causam concernit.*
12 *In constitutione religionis factum punitur, & restitutio ablati fit.*
13 *Mandata cum citatione decerni debent coniunctim & diuisim.*
14 *Mandatum in causa religionis sub qua pœna decerni debeat.*
15 *Quomodo sub pœna banni sit mandatā petendum.*
16 *Facta certis qualitatibus distinguuntur.*
17 *Diuersæ constitutiones sub distinctis pœnis concipi debent.*
18 *Vnum idemq; factum diuerso iure censeri debet.*
19 *Status imperii nullum inter facta huius constitutionis discrimen quoad pœnam faciunt.*
20 *Pax publica præteritum & iam commissum respicit, pax religionis futurum & præsens.*
21 *An & quando cū vel sine clausula sit mandandum.*
22 *Delicta non debent impunita manere.*
23 *Quibusnam hoc beneficium religionis competat.*
24 *Personæ inter homines aliæ ecclesiasticæ, aliæ seculares.*
25 *Sub secularibus veniunt nobiles, qui sunt vel liberi, vel Landtsassen.*
26 *Sub ecclesiasticis veniunt Abbates, prælati, & monasteria.*
27 *Nobiles an sub hac religionis constitutione contineantur.*
28 *Exercitium religionis, & ius mutandi eam ex iurisdictione ecclesiastica pendet.*
29 *Religio est iurisdictionis sequela.*
30 *Religio tantū in animo cōsistit, & libera esse debet.*
31 *Emigratio in religione libera esse debet.*
32 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*
33 *Habens superioritatem in loco, religionem quoque vtram velit, instituere potest.*
34 *Homines immediati nemini sunt subiecti, nisi Imperatori tantum.*
35 *Qui sub alicuius protectione sunt, religionem mutare possunt quocunque tempore.*
36 *Ius patronatus vel inuestituræ, iurisdictionem ad effectum religionem mutandi non tribuit.*
37 *Quidam si in communione sint, & alter religionē mutare cupit, quid iuris?*

ANigitur hactenus processui inhærendum, vel nouus instituendus? Quod non. Prima est ratio, quia mutatio periculosa. 2. Quia stylus mandatur seruari. 3. Quod is optimus in hisce terminis interpres. 4. Quod hactenus hic obseruari solitus processus videatur per longū vsum consensu statuum accedente confirmatus. Quod sic, primo mandatur *ordinat. Cam. par. 2. tit. vlt.* 2. Id maxime hic locum habere debet vbi nullus, vt iam dictum est, certus præscriptus processus. 3. Nec de stylo etiam obseruari solitus. 4. Nec hactenus seruatus, vel firma ratione defendi, vel sic valere vsu aut exemplis doceri queat. 5. Sed sanctissimæ constitutiones potius per illum eludi non solū, sed etiam quod facto exoso mihi ereptum sit, me consequi nō posse, & sic frangentē publicam pacē, vel religionem melioris quam pignorantem aut arrestantem esse conditionis. 6. Stylū quotiens euidēs ratio postulat mutari posse, hoc q; in Camera quotidianum esse solet. 7. Hoc ipsam styli mutationē non religionē concerne, nec per id quicquā in dicta constitutione controuerti, sed processum concernere. 8. Nec in hoc ipso tamen certum quid decidi, sed ex debito officio statib. decidēdū vel immutandū proponere. 9. Hunc ipsum laborem seruandæ æqualitati omnino necessariū esse, & sic inter ea, quæ Cameræ iussa sunt, statibus proponere, in dubio cōprehendi. Videndū igitur de processu, quo loco præmittendū primo, qualis processus † obseruatus fuerit. Et quidē in quibusdā causis Religionis, mandata tantū decreta sunt, ac super iis processus, eaq; de restituendo vel redintegrando, nō inquietādo, &c. & quidē sub pœna pecuniaria atq; etiā cum clausula, vt in causa S. contra W. E cōtra B. L. contra Pfaltz/ C. contra O. vbi parte rea cōparēte, ordinarius processus dato libello admissis exceptionibus & defensionibus habitus est. In quibusdā vero causis decretę sunt citationes super pœna nostræ constitutionis, scil. banni, quib. subiūcta est clausula iustificatoria huic deinde annexa sunt mandata, scil. sub pœna pecuniaria, similiter cū clausula, vt in causa M. cōtra Absperg. Münster in dē Georgenthal contra die Statt daselbst / & 2. citationis Fürstenberg/ contra B. in quorū vtroq; puncto ordinarius similiter processus formatus est. In quibusdam neq; vsq; adeo pridē mandata decreta sunt simpliciter sine clausula absq; citatione, & quidem sub pœna banni, vt in causa O. contra Bayern. Est & citatio decreta cū clausula, & adiunctum mandatū de restituendo sine clausula, vt in causa T. contra Anhalt, vel L. Vnde patet, neq; certum, neq; vniformē illum fuisse. Secundo loco dictum est, constitutiones Imperii recentiores, maxime illas, vt fractæ pacis, pignorationis, mandatorū, cum vel sine clausula, auff den Religionfriedē/ arrestorū, &c. habere singulas speciale quid, quo tanquā specifica quadā differentia vna ab alia secernatur, ideoq; singularia in vnaquaq; requisita notanda & obseruanda sunt, quod ipsum, quia distinctis tēporibus latæ sunt, dicere necesse est. Alioquin enim superfluū status sumpsisse laborem confidendū esset. Ex quo sequitur vnamquamq; sibi sufficere, nec emendicatis ab alio suffragiis indigere, idq; in suo cuiusq;

iusque facto; alias enim insufficientes illas dici oporteret, & sic minime quidem illas confundendas. Et quidem de hoc discrimine patet ex §. **Vnd damit** in hac constitutione, vbi distincte ponuntur **Religionfriedt / Gemeinfriedt / In Profan vnnd Weltlichen Sachen des Reichs-Landtfrieden.**

Tertio loco commemorãda requisita huius
2 constitutionis † vel qualiter formanda narrata. Et primo quidem in quibusdam nostra hæc cõstitutio cum fractæ pacis constitut. purificatur. Deinde cum quoad vim d. constitutionis æquiparentur, & illud de maiori illa, cuius primo **im Landtfrieden** mentio fit, intelligi possit, & hoc tanquam necessarium requisitum in supplicando requiri, tamen quia etiam in constitutione fractę pacis citra vim maiorem cõmitti queat, vt ibi deducitur & concluditur, ideo quia & hęc nostra constitutio odio atque metu controuersiæ ex Religionis causa oriundæ latius etiam sese extendit, id hic magis dicendum est. Sic namque non solum verba sunt, **vergewaltigen**, sed & **in einer andern gestalt beschweren oder verachtẽ / Item Renten / Zinsen / Zehenden vnbeschwerdt bleiben / &c. Oder sonsten in vngutem gegen denselben nichts vernemmen / &c.** Quibus verbis non vis tantum, sed & iniuria venit, nec tam vindicatur, quod committitur Religionis intuitu, quã quod omittitur. Item **in Abschiedt** de Anno 41. **zu Regenspurg / §. vnnd damit.** & Anno 42. **zu Speyer. §. Vnnd damit die zeit.** & Anno 44. **zu Speyer. §. Als wir aber.** Sicut igitur diuersa in nostra cõstitutione ponuntur facta, ita certa in hoc supplicandi ratio p̃scribi nõ potest, sed dicendum ita narrata accommodanda esse, vt hoc ipsum, q̃ cõtra hanc constitutionẽ commissum asseritur, qualificetur cum suis circumstantiis **auff den Religionfrieden /** & deducatur, ita quod expresse non ex contextu tantum narratorũ, sed & qualitate petendi intelligi queat, remedio huius potius quam alterius constitutionis vti quem velle. Supra namque dictum,
3 constitutiones singulas † habere quid speciale.

Cum enim ex vno facto, plurimum ac diuersarum constitutionum, quæri possint remedia, idque ob accidentes qualitates, & modo illæ ex iure communi petuntur, modo ex specialibus constitutionibus, vt quando turbor ego, & mei molestantur, detinentur, &c. Iuris communis via ordinaria, vel mãdatorũ extraordinaria agere, vel speciali ex constitutione scilicet pignorationis vel arrestorum, quæ tendunt ad **Profanfrieden /** experiri, aut deniq; ad constitutionem
4 fractæ pacis concurrere queo, quæ vt causa † & modo disponendi, ita processu quoq; ac pœna differunt, vt igitur constitutionis huius specifi-
5 ca † differentia est, religio quæ circa factũ versatur, si quis ex ea agere velit, hanc ipsam exprimere necesse habet.

Est enim hæc qualitas, quæ iurisdictionẽ iudicis, ex hac constitutione opem ferre volentis, primũ fundat. & hoc expresse quoq; habet dicta constitutio nostra, in verbis, **Vnd damit solcher Frieden der Spaltigen Religion von wegen der Augspurgischen Confession / &c.** An vero hæc ipsa qualitas disertis verbis conceptis sit exprimenda. Fuerunt qui non vsq; adeo anxie exegerunt: Veruntamen eo maioribus votis IC. itum est exprimi debere, vt Iudici clare cõstet impetrantem super hac qualitate se fundare velle. Ex prædictis namq; constare potest, quod si de facto liquido alioquin constaret: hæc vero qualitas tanquam necessarium requisitum, fundans iurisdictionem non appareret, nihil id profuturum supplicanti. In omni enim actione † non 6
quid vel quantum, sed ex qua causa petatur videndũ. Causa vero hæc statuendi & tam late extendendi Religio est, tanquam ex qua omnium maxime & facilime turbatio pacis publicæ oriri queat. Quinimo hoc etiam addendo, vt si diceretur aliquid Religionis intuitu factum, idque disertis verbis, & iudici ex circumstãtiis rei narratæ id verisimiliter etiam non liqueret, eũ nec hoc modo adstringi ad decernendum aliquid. Cum enim grauem contineat † hæc constitutio 7
pœnam, ideo existimatum, Iudicẽ ab initio statim quales processus decernẽdi sint, diligenter cuncta rimari & ponderare debere, nec expectare, vt in processu causæ re non amplius integra, & partibus inanibus iam sumptibus defatigatis, hęc discutiantur, cum Iudicis antea omnia videre sit, an sua sit iurisdictio. Hic commode quoque dici poterat, quænam † iurisdictio cir- 8
ca processus decernendos, hic esset attendenda, de quo supra in loco 1. quod huc repeti potest. Quarto loco quæritur: quinam processus, † & 9
qualiter ii decerni possint? Et de citatione quidem, si ea petatur, minus dubium est, super pœna nostræ constitutionis eã decerni posse. Quid vero de mãdato, quod & ipsum, & maxime quidem venire hic solet? Hic prius discutiendum, an illud accessorie tantum veniat, vel per se etiã & particulariter subsistat, & decerni queat. Et accessorie venire, primo, quod ex stylo soleant quasi annecti, vt id in causis fractæ pacis videre est 2. Quod videatur punctus restitutionis quasi separatum quiddam esse, & à puncto citationis dependere. 3. Quod videatur restitutio iuri communi relinqui, & sic **den Außträgen** locum esse, ideoque Reum non cogendum hic iuri stare. 4. Præiudicium in causa **Bulaw /** contra **Stralsundt.** 5. Non subsistente † qualitate pa- 10
cis Religionis factum recidit in terminos iuris cõmunis, quo casu alio remedio opus erit. Principaliter vero venire. 1. Quod cõstitutio nostra non tam in personas, † quã res cõcepta sit, nec 11
tam publicam, quam priuatam causam concernat, id est, vt non † tam factum puniatur, quam 12
ablati quoque restitutio fiat, quo casu & mandatorum meminit. 2. Alias imperfecta consti-

tutio

rutio dici posset. 3. Ex supra memorato stylo cõstat mandatum seorsim atq; sine citatione decretum esse. Habuerunt etiam mandata decreta cum citatione processum, libellum, litis contestationem. 4. Quando cum citatione mandata † decernuntur, fit illud quoque non tantum accessorie, sed principaliter, coniunctim scilicet, & diuisim, vt ex tenore illorum processuum videre est. 5. Sunt plura præiudicia, vbi in puncto mandati seorsim quoq; est pronunciatum. 6. Nec alicubi expressum, huiusmodi mandata accessorie venire.

14 Sub qua vero pœna mãdatum † banni ne an pecuniaria sit decernendũ, dubitatur? Et quidẽ sub pecuniaria. 1 Quia de stylo antiquiore hactenus ita seruatũ. 2. Pœnã nostræ constitutionis factum ipsum respicere, & ad causam publicam potius se referre, nec restitutioni expresse impositam. 3. Graui videri in vtroque militare hanc pœnam, vt ob factum pœna banni irrogetur, & sub eadem restitutioni Reus obnoxius sit. 4. Plura minus atrocia facta cõstitutioni nostræ inseri, vt **verachten/ Renten/ Zinsen/ Zehenden/ auffhalten**/quæ, durum foret, huic pœnæ subiacere.

15 Quod vero sub pœna † banni sit mandandũ.

16 1. Sicut facta certis qualitatibus † distinguuntur, in eumque finem diuersæ constitutiones

17 sub distinctis † quoque pœnis conceptæ sunt, ita congruum est, quoties ex hac vel illa constitutione mandata procedunt, vt pœna quoque inde desumatur: aliter enim confusio sequitur constitutionum. 2. Inconueniens forte, sub pœna banni mandari posse, ne quid fiat, & emendationem ex eo ipso facto dati damni

18 iniungi nõ posse, sicq; vnũ idemq; † factum diuerso iure censeri. 3. Constitutio nostra circa facta in eadem commemorata non distinguit, sed quoad pœnam quoq; omnia eodẽ iure censet, per verba quæ dispositioni subiunguntur, **Als bey Fürstlichẽ Ehren/ waren worten/ vñ vermeydung der Peen in dem auffgerichten Landtfriedẽ begrieffen**, &c. Indque etiã in supra allegatis constitutionibus est inuenire. 4. Nullum quoque

19 inter facta huius cõstitutionis diserimẽ, † quoad pœnam status fecerunt. 5. Quod si durũ cui videbitur, sub pœna banni mandare, **daß mir einer die auffenthaltene/ Zinß/ Renten/ Zehenden/ &c. folgen laß**/ vel quid restituat, id statibus, quibus sic placuit, conqueri debet.

6 Non versatur hic geminata pœna vnius quidem rei intuitu, quia altera præteritum respi-

20 cit † & iam commissum, altera futurum, quę nõ imponitur, nisi cũ denuo quis in legem committat, vbi sibi imputare debet, quod non iussus restituit, emendat vel desistit: nam nec antea declaratio fit.

Ac licet hanc pœnam huic constitutioni peculiarem, non ideo processibus, qui hinc manant, inseri debere dicendum sit: quia cum maioribus statibus, Electoribus, &c. sub ea pœna mandaretur, id non facile declarationem, multo minus executionem inuenturum sit, & quia etiam facilius tãquam criminale illud excusari, sicque eludi posset, & imo morte Rei vltro euanescat: Ideo deliberandum relinquitur, an non satius sit, in hoc recedere, & pœnæ pecuniariæ maiori tamẽ, locum dare, cum nõ parendo ad illam banni scilicet deneniri nihilominus queat.

An vero cum vel sine † clausula mandandũ 21 sit? Et quidem cum clausula.

1. Quia sic de stylo. 2. Videtur constitutio vel punctus mandati ex veritate facti dependere, quæ in puncto citationis venit docenda. 3. Graue, ad restituendum vel faciẽdum quid, quem compelli causa nõ cognita. 4. Maxime quando clausula redintegrãdæ, qua in causis pignorationum. Reo consulitur, non sit inserta.

Sine clausula vero madari posse. 1. Quia Iurisdictio ex narratis fundatur, nõ veritate libelli.

2 Dictos supra processus ex hac constitutione non decernendos, nisi facto super eadem qualitate narrato. 3. Factis vero **auff den Religionfrieden / oder Landfrieden** omnis excusatio adempta,

4 Clausula iustificationem facti habet, & sic contrarietatem non solum, sed & illusionẽ illius importat.

5 Absurdum, iustificationẽ eius, quod iam factũ est admitti, & circa id, quod ex eo secutum est. ab eoque dependet, admitti.

6 Attento in præsenti statu res non ordinatur ad futurum euentum.

7 Fit illud idem in pignorationib. vbi narratis stando mandatur sine clausula, vt & in arrestis.

8 Et licet hic grauior versetur pœna, nec sit clausula recipiendi, tamen grauius quoque subest factum, & nihil prohibet, ad instar pignorationis clausulam illam hic quoq; inserere (quanquam in arrestis, vbi non tam, atrox factum, nec res insuper tertia versatur, & vbi iustificatio quoque facti nulla hic admittitur, & vbi in puncto quoque mandati paucissimis exceptionibus locus sit, hæc ipsa tamẽ clausula non inseritur) & pœna non nisi ad id dirigitur, quod mihi abest, vel quis facere tenetur, quã facile quis emendando effugere potest.

9 Iniquum esse in facto simplicis spolii, vel turbationis, ex quo metus tantum armorum timetur, vt in pignorationib. vel arrestis, restitutionem sine clausula impetrare, id vero in eo, quod contra hanc nostram iam cõstitutionem commissum, idque tam exosum est, illud facere non posse, sed ablatum solenni ad hoc instituto processu, petere necesse habere, & in hoc quã illo casu meliorem esse cõditionem violatoris, idque etiam vbi tertium innocens versatur, aut persona libera capitur.

10 Et sit factũ, in quo minus versatur delictum,

quod

quod alioquin excusabile est, iustificari nō posse, hoc vero posse, atque ita minus esse in facto, quo vel pax publica vel religionis turbatur, quā in quo simplex iniuria inest, in eo me hærere, & nihil coniectari hic de restitutione, illic minus posse dico. Allegatur causa, **Brandenburg** contra **Ottingen**/ vbi constitutioni nostræ contrauentum, & insuper persona carcerata ac misere detenta est, cuius liberatio aliter quam per mādatum cū clausula impetrari non potuit, ideoq; sæpius illi pereundū fuerit, antequam hic processus finem acciperet.

12 Cum tamen illlud factum versetur in iure non solum communi, sed speciali quodque hac constitutione tam seueré prohibitum, ac extra omnem insuper excusationem positum, vbi etiam vigore ordinat. *part. 2. titul. 23.* mandato sine clausula locus est. Nam quid magis prohibitum, ac primo statim intuitu iniquum dici debeat, quam quod contra hanc constitutionem committitur, non apparet.

13 Cum effectus huius constitutionis non minus in citatione, quam mandato consistat (cum dicendum sit, factum ante omnia emēdari debere, alioquin pati interim iustū, ac prius euerti omnia necesse sit) certum est, per adiectā clausulam cōstitutione in hoc posteriore plane eludi, sicq; mutilā eam fore, q̄ ipsam causam dedisse arbitror, quod relictis hisce cōstitutionibus, partes ad remediū constitutionis pignorationis confugerint, quod tamē exemplo pernicioſum est, cum † facta interim maneant impunita.

Auß jetzt erzehlten Rechtsprüchen erscheinet klärlich/ daß die Constitution oder Satzung/ so jemandts zum besten ist auffgericht worden/ nit sol zu seinem Nachtheil oder Schaden gezogen oder gedeutet werden. Dieweil dann in Religionfrieden den Vnterthanen auß Gnaden vnd zu Gutem ist geordnet worden/ daß jnen frey stehen soll/ wo die wöllen in andree Ort jhr domicilium zu verrucken/ vnd jhre Güter zu verkauffen/ So soll billich solch Gutthat jhnen nicht zu verderblichem Schaden retorquirt werden/ vnnd kan den Klägern billich nicht nachtheilig oder verletzlich seyn/ daß ex aduerso angeben wirdt/ die Geistliche Jurisdiction sey im Religionfrieden weiters nicht suspendirt/ dann so viel die Stände gegen einander betreffe/ vnd gar nicht so viel die Vnterthanen berührt/ Dañ solche Distinction befindet sich nicht im Religionfrieden/ Sondern redt daselbst indistinctè & generaliter, daß die Geistliche Jurisdiction wider der Augspurgischen Confession/ Religion/ Glauben biß zu endlicher Vergleichung der Religion nicht exercirt oder geübt werden/ sondern derselben Religion Glauben/ ꝛc. im Gang gelassen/ vnd kein hindernuß oder Eyn-

trag dardurch beschehen/vnnd also hierauff biß zu endlicher Christlicher Vergleichung der Religion die Geistliche Jurisdiction ruhen/eyngestellt vnd suspendirt seyn vnd bleiben soll/ derhalben ist solche Constitution deß Religionfriedens ins gemein zu verstehen. Quia lex & quælibet dispositio generaliter loquens comprehendit omnia, quanquam in vno militet maior ratio, quàm in alio, *l. in fraudem, in fin. ff. de milit. testamento, cum aliis addit. per Dec. in cap. sedes, num. 12. & 13. ext. de rescript. in l. seruum, num. 53. C. qui testam. facere poss. in l. ex testamento, nu. 5. & 6. C. vnde liberi, cons. 20. num. 3. vers. & in dispositione status. Goz ad. consil. 19. numero 17. consil. 3. numero 6. consil. 103. numero tertio.* Hinc sermo generalis comprehendit etiam milites: *d. l. in fraudem, in fin. Dec. in l. quanquam, numero 8. C. de test. milit.* Et fiscum vt per eundem Dec. *in l. iustam, C. de edend.* Accedit peruulgata regula; quod generalis dispositio generaliter debet intelligi, etiamsi maior ratio sit in vno casu quàm in alio, *l. 1. §. quod autem. ff. de alien. iudic. & l. in fraudem, in fin. & ibi Bald. de testamento militar. lege 2. §. ex his, in princip. de verborum obligation.* Locutio enim generalis nihil relinquit intactum. *Baldus consilio 305. verb. Principis, libro primo, & verb. generali omnia includuntur. Bald. in consilio 191. in testamento, libro 1.* Id quod etiam procedit in materia odiosa. *Angel. in l fin. col. fin. vers. tertiò quæritur, ff. de constit. princ. Dec. consilio 5. ad fin. & similiter consilio 118. in hac causa, num. 17. & Grauetta cons. 133. num. 5.* & expressum dicitur, quod sub generalitate continetur. *Baldus in l. prætor ait, in prin. ff. de nou. oper. nunciat. & in l. 1. ff. de vulg. & pupill. substit. & Grauet. in cons. 162. nobilis, num. 2.* Insuper vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, *l. quãuis, ff. de in ius voc. l. 1. generaliter ff. de leg. præstand.* Et præclarè dixit Baldus *in l. in fraudem, §. fin. per illum text. & gloss. ff. de testament. militar.* Quod vbi statutum nullum casum excipit, non debet iudex excipere, vide latius Iason. *in dicta lege, quamuis, ff. de in ius vocand. numero 1. & 2.* Denique indefinita legis dispositio æquipollet vniuersali, maximè quando est negatiuè concepta, *l. si pluribus. ff. de legat. 2. & ibi. Dd. gloss. in lege, hoc genus, ff. de condi. & demostrat. Et Baldus in lege gallus, in principe columna 2. versicul. extra gloss. ff. de lib. & posthum. &c.* Quia igitur constitutio de suspensione iurisdictionis ecclesiæ negatiuè concepta est. Sic enim sonant verba: So soll die Geistliche Jurisdiction biß zu endlicher Vergleichung der Religion nicht exerciert/gebraucht/ oder geübt werden. Idcircò consequens est, quod illa indefinita æquipolleant vniuersali, iuribus modò adductis. Auß dem allem ist schließlich eynzuführen/ daß der Beklagten Distinction vnd Restriction/ von Suspension der Geistlichen Jurisdiction im Religionfrieden nicht fundirt noch gegründet ist/ in Betrachtung/ daß davon gantz vnnd gar kein Meldung geschicht. Sed valet argumentum, hoc lege cautum non reperitur. Ergo opponi non potest, *l. in præuaricationis, §. fin. ff. de præuaricat. l. illam, C. de collat. capit. illa, Ne sede vacante, &c.* Et Et hoc modo arguit Oldrad. *consilio 102. Bart. consilio 16. colum. 2. ad fin. vers. 6.* de his plura Grauet. *in d. cons. 6. nu. 87. & cons. 25. dubia plura, & in consil. 90. num. 2. versicul. se cum, &c.* vnnd mit dem ist der ander Hauptpunct nohtürfftiglich tractirt vnnd abgehandelt.

## Der dritte Hauptpunct.

SO viel den dritten vnd letzten betreffen thut/ ist vnvonnöten davon weitläufftige Außführung zu thun/ auß Vrsach/ daß vnverborgens Rechtens/ wo ein wichtiger Punct oder dubium fürfällt/ so zuvor nit lauter determinirt oder erörtert/ dz derselbe für die Röm. Kay. May. zu bringen/ vnd jres Bescheids darüber zu gewarten. In arduis consuli debet superior, qui habet potestatem legis condendæ, *l. fin. & ibid. Dec. in 1. not. num. 1.* Omisi hic multa allegata iura & Dd. Dieweil dann diese Sach zum höchsten wichtig/ vnd nit allein zeitlichs/ sondern auch ewigs betreffen thut/ vnd dann der Religionfried davon nicht außtrücklich disponirt/auch die Röm. Kay. Mat. hochlöblichster Gedächtnuß selbst kurtz vor jhrem Ende/auff der Cantzel vnd sonsten offentlich hat außruffen vnnd verkünden lassen/ daß die Communion vnter beyderley Gestalt in jhrer Mayest. Königreichen vnd Erbländern/ männiglich frey gelassen vnd erlaubt seyn soll/ So ist gäntzlich zu verhoffen/ es werde auff jetzige Reichsversammlung durch die Kayſ. May. vnd gemeine Stände deß Reichs/der Religionfrieden also erläutert/vnd gemiltert werden/ daß die jenigen/ so das hochwürdig Sacrament nach Eynsetzung vnsers Seligmachers hertzlich begeren/ vnd sonst keiner verdampten Secten anhängig seynd/ sich derhalben keiner Relegation oder Verjagung zu befahren haben/sondern neben andern wol rühiglich wohnen/vnd ihr still/ehrbar Heymwesen haben dörffen/ in dem werde dem Allmächtigen ein wolgefällig Werck vnnd angenemer Dienst bewiesen/ auch durch die Kayſ. May. vnd gemeine Stände hochrühmlich vnd Christlich gehandelt/vnd vilen betrübten/ bedrangten Gewissen/ zum besten geholffen/auch zeitlicher Fried vnd ewige Wolfahrt trefflich befürdert/ꝛc.

FINIS.

# TITVLVS IIII.

## De Constitutione pignorationum.

*Supplicatio pro mandato & citatione,* auff die Constitution der Pfändung *& de non offendendo, in causa* E. S. *contra* Fulda.

ANwaldt gemeiner E. S. Ganerben zu S. A. ꝛc. contra B. Abbatem deß Stiffts F. supplicirt

plicando dicit, in iure communi, ordinationibus & constitutionibus imperii prouisum esse vt nemo cuiusque status & conditionis is sit, & quacunque de causa, vel quouis colore quæsito, alium in sua possessione vel quasi vergewaltige / pfände / desselbigen Unterthanen vnd Angehörige gefänglich eynziehe / zu vngebührlichen Gelübden dringe / vel aliàs extra viam iuris beschwehre / sonder ein jeder ordentliches Rechtens sich soll begnügen lassen.

Ebersteinischen Ganerben ist das Dorff Eckersbach mit aller Jurisdiction / mit ober vnnd nider Herrlichkeit / mit Gebotten / Verbotten / sampt dem iure patronatus oder Collatur in der Kirchen daselbsten / wie auch in der Capellen / so auff dem Berg der Melsenburgk genannt / im Ampt Seckgaw ligendt / zuständig / inmassen sie vnnd dero Vorfahren in possessione vel quasi vber aller Menschen Gedencken deroselbigen rühig / vnd ohne männiglchs Eyntrag (ausserhalb / was newlicher Zeit thätlicher Weiß von hochgemeldtem Fürsten de facto fürgenommen worden) gewesen / vnnd also noch billich bey solcher jhrer wol herbrachten besitzlichen Gerechtigkeit gelassen / gehandthabt vnnd beschützet werden sollen.

His non attentis, hette der Apt zu Fulda den viertzehenden Septembris jüngst absque vlla legitima causa, eignen verbottnen Gewalts / durch sein Amptknecht auff B. S. als Vogt vnd Freybotten / sampt etlichen Dorffschafften / mit gewehrter Handt in das Dorff E. B. ein vnversehenen thätlichen Eynfall gethan / vnd einen jhren Diener N. N. genannt / so vber sechtzig Jahr alt / in seinem Hauß daselbsten gefänglich angenommen / vnd mit Gewalt nach B. S. vnnd in ein vbelschmeckend Gefängknuß geführt / vnd jhn also Alten vnnd vnverschuldter Weiß vier Nächt darinnen ligen lassen. Postea verò, ob er wol durch Fürbitt deß gantzen Stammens zu Mansbach bey dem Abt in ein andere vnnd was säubere Gemach gelegt worden / so ist den zwantzigsten Tag Septembris verschienen / auff ein Bericht / so der Vogt von B. S. principi suo gethan / ein ander Schrifftlicher Befelch kommen / daß gemeldter G. H. inwendig acht Tagen zwey hundert Thaler erlegen / oder wider in die enge vbelschmeckende Gefängknuß geworffen werden soll / alles der Meynung / ihrer F. G. durch solche Eyngriff / gefängkliche Eynziehung vnnd geübte Pfändung ein vermeynte & ubiection vnd newe Gerechtigkeit / deß iuris patronatus oder Collatur halben / eygens gewaltthätigen Willens zu schöpffen.

Quæ cum ita sint, & vtraque pars imperio immediatè subiecta, ideo petit contra Do. Abbatem Mandat vnnd Ladung auff die Constitution der Pfändung / darzu auch weiln der mehr genanten Ebersteinischen Ganerben Diener sich hinfüro weniger nicht / dañ jetzund beschehen thätlicher gefängklicher Eynziehung befahren müssen wie dann jhr Diener einer / so jetzunder Vogt zu S. A. ist / auff diese Stund nicht sicher auß der Behausung ziehen darff / ein mandatum de non offendendo in communi necessaria forma zu erkennen / vnd bitt solche Proceß nicht allein wie gebetten / sondern in alle andere Weg / wie das am förmlichsten beschehen sol / kan oder mag / zuerkennen. Nobile officium iudicis, pro omni iurium remedio humiliter implorans.

M. R. cauens.

Decretum: Abgeschlagen / in consilio 4. Octobris, Anno, &c. 74. Nam supplicans non rectè narrat ratione iuris patronatus, ideoq; Refer. B. S. P. simpliciter denegarunt.

## *Supplicatio alia pro mandato & citatione, in causa E. S. contra F.*

MAIOR propositio, vt in proxima præcedenti supplicatione, Ebersteinische Erben / haben neben andern frey Rittermässigen vnnd Burggütern auch ein Dorff E. P. genant / welches jhnen mit aller Jurisdiction / ober Herrlich vnnd Gerechtigkeiten / davon nichts außgenommen / sampt dem iure patronatus oder Collatur in der Kirchen daselbsten / wie auch in der Capellen / so auff dem Berg M. genannt liget / zuständig ist / inmassen sie / vt in præcedenti supplicatione in illo articulo.

His non attentis, haben die Amptknecht auff Biberstein Vogt vnnd Freybott / sampt etzlichen Dorffschafften auß jhres Herrn Apts zu Fulda Befelch / den viertzehenden Septembris jüngst mit gewaptneter Hand in das dorff E. P. ein vnversehenen thätlichen Eynfall gethan / vnd den E. S. Erben einen Diener G. H. genannt / so vber sechtzig Jahr alt / vnd Holtzförster zu E. P. in seiner Behausung daselbst gefänglich angenommen / vnnd mit Gewalt auff Biberstein geführt / vnnd in ein enge vbelschmeckende Gefängknuß / darinnen vormals nur die jenigen / so mit Diebstal begriffen / oder sonst vnehrliche Händel begangen haben / gelegt / vnnd jhn also Alten / vier Nächt darinnen ligen lassen / allein deren Vrsachen halben / dieweil seine Junckherrn / die Ebersteinische Erben zu Eckwißbach einen eygenen Pfarrherrn angenomen / vnd da derselb auff den Sontag / so der zwölffte Tag diß verschienen Septembris, auch eben Kirchweyhe zu Eckwißbach gewesen / hat predigen wöllen / vnd aber die Fuldische Amptknecht sampt dem Pfarrherrn zu S. P. auff bemelten Sontag gleichfalls allda ankommen / vnd sie das Predigampt mit Gewalt versehen wöllen / daß er G. Herr Holtzförster jhnen solches nicht hat wöllen gestatten / sondern für Gewalt gebetten / vnd seiner Junckherrn Pfarrherrn predigen lassen / wie sich dann obgedachter Apt zu F. gleicher Gestalt in obgemeldter Capellen auff

dem Berg zu M. mit Gewalt allda predigen zu lassen/im verschienen 77. Jar/nach Sontag Decollationis Iohannis, vnnd im jetzigen 74. Jahr nach Pfingsten/ auch eyngedrungen hat/ da doch jhr F. G. eben so wenig Gerechtigkeit haben/als zu E. P. Wiewol aber gemeldter G. H. durch Fürbitt deß gantzen Stammens zu M. B. bey F. dieser schändtlichen Gefängnuß entledigt/ vnd sonst in ein sauber Gemach gelegt worden/ so ist doch den 20. Tag Septembris verschienen/ ein ander schrifftlicher Befelch kommen/ daß genanndter H. inwendig 8. Tagen 200. Thaler erlegen/ oder in die enge vbelschmeckende Gefängknuß wider eyngezogen werden sol/ dz nun bemeltem alten Mañ/ vnangesehen seiner andern gefänglichen Enthaltung/ hochbeschwerlich/ vnd zu besorgen/ solches auch allbereit erfolgt seyn/ welches alles dahin gericht/ daß hochgedachter Fürst vnnd Apt/ rc. vermeynt vnd sich vnterstehet durch solchen Angriff/ gefängliche Eynziehung vnnd Molestirung ein vermeynte Gerechtigkeit im Dorff E. W. P. vnd der Kirchen daselbst/ vnnd dann in der Capellen auff dem Berg M. zu schöpffen/ vnd mehr bemelt E. S. Ganerben/ jhrer obangezogener vralten Possess vel quasi, berührten Ober vnd Gerechtigkeit deß Dorffs E. W. P. vnd deß Iuris patronatus siue collationis der Kirchen vnd Capellen eigens Gewalts zu entsetzen vnd zu destituiren.

Dieweil dann in ord. cameræ, neben andern vnter dem titulo von Pfändung vnnd Gefangenen versehen/ welcher Gestalt/ in solchen vnd dergleichen Fällen vnnd Sachen/ so die zwo Partheyen dem Reich ohne Mittel vnterworffen/ (wie in gegenwärtigem Fall ist) zu Erledigung der Gefangenen/ vnnd Widereynbringung der Pfandt/ in camera vmb Mandat möge vnd solle angeruffen/ die erkant/ auch Weiterung verhütet werden. Ideo petit vigore dictæ constitutionis contra Abbatem mandatum auff die Constitution der Pfändung/ darinnen Abbati bey einer gewissen Peen ernstlich gebotten werde/ obermeldten E. S. Ganerben jhren Diener H. aller Verglubung vnd zugefügten Beschwehrung absque vlla mora vel exceptione, vnnd ohn alle Entgeltnuß/ doch auff gebührliche Widerstellung im Fall/ rc. zu relaxiren vnnd ledig zu lassen/ mit angehengter Ladung darzu auch/ dieweil mehr gedachte E. S. Ganerben/ vnd jhre Diener/ hinfurt weniger nicht/ dann bißhero beschehen/ gleichmässiger Molestirung vnnd thätlicher gefänglicher Eynziehung von hochermeldten jhrer F. G. obgenannten Amptleuten vnd Befelchhabern sich besorgen müssen/ wie dann jrer Ehrnvest Diener einer/ so Vogt zu S. A. ist auff diese Stund nicht sicher auß seiner Behausung ziehen darff/ auch keiner andern Vrsach halb/ dann daß er in der Capell auff dem Berg M. dem Pfarrherrn/ so die Amptleute D. Abbatis zu predigen dahin geführt/ allda zu predigen nit gestatten wöllen/ oder aber/ da er solte von dem F. bekommen werden/ 100. Thaler/ so jm zur straff abgefordert worden/ erlegen müste/ bey ernstlicher Straff zu gebieten/ die E. S. Ganerben in jhrem Dorff E. W. B. vnd der Kirchen daselbst/ auch der o Capellen auff dem Berg M. vnmolestirt zu lassen/ vnd dann wider deren angehörige Diener/ Beampte vnd Vnterthanen/ an jrem Leib/ Haab vnd Gütern mit der That vnd Gewalt/ dem Rechten vnd Reichsordnūg zu wider nichts fürzunemmen/ zu vben oder zu handeln/ vnd also sie die E. S. Ganerben/ bey jrer wol hergebrachten vralten Gerechtigkeit vnd rühigem Besitz bleiben zu lassen/ vnnd hierüber gebürliche nohtwendige Proceß/ vnd alles das jenig zu erkennen vnnd mitzutheilen/ was sich nach gestalt vnnd gelegenheit dieser Sachen vnd Handlung von wegen der Rechten vnnd deß heyligen Reichs Ordnung auch Cammergerichts Gebrauchs gebühret/ rc.

Votum: Läßt man es bey vorigem Decret bleiben/ 19. Octobris, Anno, &c. 74. Referens: Partes de iurisdictione saltem contendunt, nec ius narrant. Consentit D. P.

## *Alia supplicatio pro mandato in eadem causa.*

PRÆMISSA in euentum petitione prouenia agendi nomine Quirini von C. Ludwigen von M. B. vnnd anderer gemeiner C. S. Erben/ denuò supplicando proponitur, wiewol sie Klägere neben andern freyen Rittermässigen vnd Adelichen Gütern/ auch ein Dorff E. W. B. im Stifft F. gelegen/ haben/ welchs jnen mit aller Jurisdiction/ Ober Herrlich vnd Gerechtigkeit/ gantz vnnd gar davon nichts außgenommen/ zuständig/ dessen auch sie vnd jre Vorfahren/ länger dann sich Menschen Gedächtnuß erstrecken mag/ in continua possessione vel quasi gewesen/ vnnd billich noch seyn sollen.

His omnibus verò non perpensis, hat Herr B. Apt zu F. durch seinen Amptknecht/ Vogt vnd Freybottē zu B. S. sampt etlichē Dorffschafften/ rc. vt suprà, G. H. auff B. S. in ein vnleidenliche harte beschwerliche Gefängnuß legen lassen/ vnd solches allein darumb/ daß er in der Kläger angeregtem Dorff/ dann auch in der Capellen/ auff dem Berge M. so ein Pertinentz desselben Dorffs ist (an welchen beyden Orten/ auch sie Klägere die Collatur vnnd das ius patronatus, Item das exercitium religionis, nach der Augspurgischen Confession haben) da jhre F. G. ein Jesuiter auffstellen vnd predigen lassen/ nicht gestatten wöllen/ welcher Gefängknuß er auch nicht erledigt werden wil/ er habe dañ zweyhundert Thaler zu Straff erlegt/ alles ea intentione, dardurch in viel berührtem Dorff vnd desselben Pertinentien ein vermeinte Gerechtigkeit der hohen Obrigkeit vnd Jurisdiction/ dergleichen der Collatur vnnd exercitij religionis zu schöpffen/ sie Klägere aber derselben wol hergebrachten Possession vel quasi zu entsetzen. Dieweil dann solches nicht allein iuri com-

communi, verum etiam ordinationibus & recessibus, fürnemlich aber dem allgemeinen Religion vnnd Landtfrieden gäntzlich zu wider vnd entgegen ist / vnnd aber sonder ihn in der Constitution deß fahens vnd pfändens salubriter & bene prouisum, wie vnnd welcher Gestalt solchen vnd dergleichen gewaltthätigen Ingriffen vnd verstrickungen / so inter partes imperio immediate subiectas (vt hic est) beschehen / begegnet werden sol. Ideo petit contra Principem zu erledigung gedachts verstrickten / vnd außführung angemaster gerechtigkeit / Mandat vnd Ladung auff ermelt Constitution deß fahens / &c.

Votum: Läst man es nochmals bey vorigem Decret bleiben / 25. Octobris, eodem anno. Videtur factum intuitu religionis, quæ suam habet constitutionem & processum.

## *Alia supplicatio pro mandato in eadem causa.*

Auff abermals erfolgt abschlägig Decret / præmissa petitione pro venia agendi nomine Quirini von E. &c. bringt supplicando für / &c. vt in præcedenti, &c. alles ea intentione hierdurch viel berührtem Dorff vnd desselben Pertinentien ein vermeinte Gerechtigkeit der hohen Obrigkeit vnd Jurisdiction zu schöpffen / vnnd sie Klägere ab dero wolher brachten Possession vel quasi de facto zuentsetzen / Dieweil dann solches nicht allein iuri, &c. fürnemlichen aber dem allgemeinen Ländtfrieden zuwider / &c. Cætera vt supra.

## VOTVM AD PRÆCEDENTES quatuor supplicationes.

### *SVMMARIA.*

1 *Quando quid de facto constat, id factum absque causa esse non potest.*
2 *Constitutio religionis suas leges, stylum & processum præscriptum habet, n 5.*
3 *Ordo in omnibus rebus seruari & non turbari debet.*
4 *Vnumquodque habet suum determinatum locum.*
6 *In causa religionis non decernuntur processus super constitutione pignorationis, n. 19.*
7 *Constitutio pignorationis est extraordinaria & odiosa in præiudicium* der Außträge / *n. 21. 22.*
8 *Remedia constitutionis fractæ pacis, religionis, pignorationis, mandatorum sine clausula & arresti sunt concurrentia.*
9 *Generalia per specialia antecedentia explicari debent.*
10 *Posito vno, alterum quoque locum habebit.*
11 *Sufficit vnum exprimere, si alterum tantum sit declaratum.*
12 *Aliud est ius patronatus, aliud religionis negotium.*
13 *In causa religionis an mandata super pignoratione decerni possint?*
14 *Constitutio pignorationis in possessoriis tantum locum habet, & in causis prophanis.*
15 *Constitutio religionis ex delicto oritur.*
16 *Constitutio pignorationis super fracta pace accommodatur.*
17 *Constitutio fractæ pacis cum possessorio concurrit.*
18 *Exercitium religionis non est species iurisdictionis.*
20 *Tempore constitutionis pignorationis constitutio religionis nondum fuit.*
23 *Qui omne dicit, nihil excludit.*
24 *Verba generalia generaliter intelligenda sunt, vt omnes species sub se comprehendant.*
25 *Posito genere cum signo vniuersali videtur posita quælibet eius species.*
26 *Constitutio pignorationis hominum gratia introducta est.*
27 *Qui semel quid ausus est ex facto temerario in legis contemptum, semper talis præsumitur.*
28 *Qui verbis quid minatur, id facto conficere debet.*
29 *Causa religionis peculiarem constitutionem habet.*
30 *Constitutio pignorationis est omnium postrema, & eius verba generalia.*
31 *Requisita quartæ huius supplicationis in hac causa qua.*
32 *Non omnis impetus* vnnd einfall *iurisdictionem infert.*
33 Gebott vnd Verbott *sunt certæ species iurisdictionis.*
34 *Officialis quicquid agit, id ratione officii agit.*
35 *Subtilisare contra legem est ex errore in errorem duci.*
36 *Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus.*
37 *Qui capitur sine causæ cognitione innocenter, ei quam citissime succurri debet.*
38 *Omnis variatio in iure apertam falsitatis speciem habet.*
39 *Quod capita, tot sensus.*
40 *Vnicuique sua sententia & mos arridet.*
41 Verbott vnnd Gebott *est ius quoddam certum iurisdictionis.*

### *Summaria præcedentium quatuor supplicationum.*

PRima supplicatio: Supplicantes habent pagum E. W. B. cum omnimoda iurisdictione & iure patronatus, ex illo pago Abbas abduxit captiuum ministrum, qui postea ad intercessionem M. P. in mitiorem carcerem positus, postea auff berichtdeß Vogts zu B. S. ei iterum iniungitur, vt aut fideiubeat pro zwey hundert Thaler / aut redeat in pristinum fœtidum carcerem. Factum hoc ab Abbate quærendæ iurisdictionis & iuris patronatus causa in dicto pago, petitur mandatum & citatio auff die Constitution der pfändung / atq; mandatum de non offendendo. Decr. Abgeschlagen.

Secunda supplicatio: 12. Septembris, deß Apts Pfaff von S. B. ist kommen ins Dorff E. W. P. daselbst auff der Kirchwey zu predigen/ supplicantium Diener postea captus dicit, seine Junghern haben einen Pfarherrn angenommen/ den wölle er predigen lassen/ bähte für Gewalt. An. &c. 73. vnd 74. nach Pfingsten im Aprill/ wolte der Apt in der Capell auff dem berg gleicher Gestalt vnd mit gleichem Gewalt predigen lassen/ minister E. S contradicens captus est, idque quærendæ iurisdictionis & iuris patronatus causa, timens subditi supplicantium, præsertim der Vogt / qui etiam contradixit, ne etiam eodem modo capiantur, petitur relaxari ministrum, vnnd in seiner Gelübd ledig zu lassen.

Referens: Contendunt partes de iurisdictione tantum, läßts bey vorigem Decret bleiben/ quia non narratur ius.

Tertia supplicatio: Supplicantibus gebühre alle Jurisdiction/ wie sie denn auch nach der Augspurgischen Confession/ das ius patronatus vnd exercitium religionis haben/ Seindt immediate sub imperio, vltra memoriam hominum in possessione, facit illud Abbas quærendæ iurisdictionis & collaturæ causa, quia hoc factum contra religion vnd Landtfrieden, petitur mandatum der verstrickten zu relaxieren / vt & Abbas deducat ius suum, si quod habet, omittitur iam mandatum de non offendendo. D. läßts mans nochmals bey vorigem Decret bleiben / videtur factum intuitu religionis, quæ suam habet constitutionem & processum.

Quarta supplicatio: Auff die Constitution deß Fahens vnd Pfändens / præmittit veniam agendi. E. W. P. vnd jhre freye Adeliche Güter/ Abbas ministrum gefangē dieweil er exercitii rehalb eyngeredt / jhm ein Jurisdiction im Dorff ligionis zu schöpffen.

Refer. E. F. Videtur super hac supplicatione processus decerni posse. Narrat enim omnimodam iurisdictionem pagi ad se pertinere, & tamen Reum actum iurisdictionis voluisse exercere in pago, quem cum prohibere vellet minister Actorum, ideo eum captum, sic vt di. Reus conetur per hunc actum nouam quærere iurisdictionem, eaque Actores spoliare, & per consequens constitutio pignorationis habet locum, sed sibi referenti E. F. videntur scopæ dissolutæ, nec minor ineſt maiori. Nam etsi narratur omnimodam iurisdictionem ad supplicantes spectare, non tamen addit, quam speciem iurisdictionis tentauerit Reus, minus an Actor eam habuerit, & in ea turbatus fuerit. Genus enim absque specie in hoc casu esse potest. Nam quis iurisdictionem tanquam genus habere, alter vero eiusdem generis aliquam speciem possidere potest, ita vt non semper sequatur: habet omnem iurisdictionem, ergo etiam eius species, præsertim hic, vbi ponitur dictum pagum situm in Abbatia Fuldensi. Atque ex superioribus supplicationibus animaduertere est, maxime in secunda, Abbatem potiorem & antiquiorem esse possessorem: & quid Mansbach &c. qui sit consors supplicantium, vna interceſſerit pro captiuo, quod ibi dicatur, quasi nouiter concionator ab Actoribus constitutus.

Igitur cum in specie non exprimatur, quale ius controuersum, vel quid noui iuris Reus acquirere studeat, hic nihil possum decernere, propter iam dicta, præsertim incipiendo hic à præcepto.

His adiumento est: postquam constat de facto, id factum sane absque causa † esse nequit, quæ tamen in vltima supplicatione male & studiose omissa. 1

Cum igitur hæc ex tribus prioribus nobis ostensa & nota satis sint, adhuc censeo totum negotium sapere religionem sapere religionem vel eius possessionem, quæ vt supra quoque dixi, suas † leges, præscriptum stylum & processum habet. Fruſtra ergo implorat extraordinarium, qui ordinario remedio agere potest, nullumque tale reperitur præiudicium in causis sapientibus religionem. Ordo † non turbandus, vnumquodq; habet † suum locum. Mallet quartam supplicationem reddere procuratori sine decreto, & indicare priora decreta sufficere, daß er vnd sein Substitut der gebür sich werden wissen zu verhalten/ & alium esse referentem, sey der Zettel vngefähr darzu kommen. 2 3 4

D. P. Primam supplicationē denegauit, quia narratum factum propter ius patronatus, damit das factum captiui serui nichts zu schaffen/ est potius turbatio iurisdictionis.

Secunda & tertia supplicatio est saltem nomine religionis, † quæ habet peculiarem processum & singulare remedium: non potest allegari præiudicium auff die Pfandung in causis religionis, si esset decretum, tunc male. 5

In quarta supplicatione ius non satis specificatum, entsetzen est magis turbatio, quoad hanc audiet aliorum dominorum sententiam.

D. S. Est causa religionis, ergo non decernendi † processus auff die Pfandung ex stylo cameræ, cum nullum extet præiudicium: constitutio pignorationis est † odiosa in præiudicium der Außträg & extraordinaria, ergo restringenda. Habet remedium ordinarium, intuitu religionis in singulari constitutione. Non confundenda hæc, nec debemus nos nimium onerare. Ideo ist er seiner vorigen meynung/ vnd kan nichts erkennen/ fauore liberationis captiui, must ers wol erkennen / sed hic casus prouisus est singulari constitutione. Ergo non confundenda. Schlegts ab 6 7

D. C. Si mihi super hac postrema supplicatione

tione iudicandum esset, eo maior obiiceretur difficultas. Sed quia hæc præcedunt, quæ speciatim explicant ea, quæ hic in genere deducuntur. Ideo facilius potest se expedire. Ac primo præsupponit, cõcurrentia remedia esse cõ
8 stitutionis† fractæ pacis, religionis & pignorationis mandatorum sine clausula & arresti, cum nullo modo sint contraria sibi, & tantum in aliis plura & in aliis pauciora requisita interuenire oporteat, vt plurimis præiudiciis declarari potest, per Antecessores nostros, etiam cum factum qualificatum fuit **auff den Landtfrieden**/ tamen cum petitum fuit mandatum pignorationis, id decretum fuisse, præsertim de relaxando. Idem etiam nuper obseruatum est in 4. aut 5. præiudiciis, in causa **Ortenburg** contra **Bayern** Ref. S.

Deinde constitutio pignorationis valde est generalis, ibi, **warumb oder auß was Vrsachen allein Malefitz/** &c. Quocirca competit etiam competentibus constitutionibus aliis, vt religionis, & F.P.

Tertio ponit, rectius supplicantes petiisse mandatum pignorationis, quam processus **auff den Religionfrieden**. Nam non constat, vtrum deiectus sit de possessione, quoad ius patronatus & exercitium religionis in dicto pago, sed turbationem factam inde, quod minister contradicens captus sit. Nec minus ordinaria est constitutio pignorationis, quam religionis, cũ specialis hæc sit, illa generalior, & cum de relaxando agatur, siue qualificatum sit **auff den Religionfrieden**/ nihilominus si cætera conueniant, peti etiam posse mandatum super constitutione pignorationis. Et maxime hæc inter se concurrunt, cum ad eundem finem tendant, ad liberationem, & relaxationem captiui. Ponit etiam standũ esse narratis *l. cum quædam puella, & ibi Doct. de iurisdiction. Mynsi. obs.* 10. *cent.* 2. Item ge-
9 neralia† per specialia antecedentia explicari, *l. si seruus plurium, §. penult. ff. de leg.* 1. Addit in iuribus subalternis, cum alterum ex altero oritur, &
10 cum posito vno,† alterum quoq; locum habet,
11 sufficere exprimere † vnum, si alterum tantum sit declaratum. His ita positis, quantum ad hypothesin, putat in nostra omnia requisita interuenire. De personis constat, immediate subiectas imperio, item rem esse tertiam, & captum hominem nullum committentem maleficium qui finis est præcipuus huius constitutionis. Item interuenire non modo ius generale, sed & speciale. Nam in principio narrant supplicantes, se in possessione vel quasi non modo omnimodæ iurisdictionis, sed etiam iuris patronatus & exercitii religionis fuisse. Deinde narratur factum ideo commissum, vt pignorans sibi ius acquirat, & in pignoratione & in iure patronatus, & vt alterum destituat sua quasi possessione & iurisdictionis & iuris patronatus & exercitii religionis.

Quare cum nihil sit quod desideretur, sane oportet vt mandatum decernatur. Saluo, &c.

*Votum D.S.*

Etiamsi Abbas misisset concionatorem Augustanæ religionis, tamen **Eberstein** non admisisset in præiudicium iuris sui patronatus, repetit fundamenta D.C. **Erkendts**.

*Votum D.G.*

Quia in vltima supplicatione, ad quam ipse sit deputatus, nullum ius expressum certi alicuius iuris. Ideo nihil decernit, quoad reliquas priores supplicationes, **läßt es bey vorigem** Dominorum **Bedencken bleiben**.

Super constitutionis pignorationis generalitate talem esse posse rationem, vt & hic casus sub ea comprehendi posset propter illa remedia, quæ communia sunt & concurrentia in cõstitutionibus fractæ pacis, religionis, arresti, &c. Quia vero sibi toto hoc tempore, quo ipse hic fuit, non constat, talem confusionem diuersorum processuum vnquam factam fuisse, & ipse diuersos non libenter confundere vult.

Nota hic audiebatur hora 10. suspendimus ego sc. M. & reliqui vota nostra ad proximam.

Quarta & vltima supplicatio prioribus dominis & E.F. Referenti S. P. fuit oblata, his adiuncti sunt, DD.C.S.P.M. qui sua vota iam dixerunt.

*Votum D.G.*

Proxime saltem ad quartam supplicationem votum dedit, & mandatum denegauit, sed iam considerat etiam prioris supplicationis narrata minime qualificata ad constitutionem pignorationis.

Sic etiam in causa **Hessen** contra **Braunschweig** factum: religionis causa non potest extendi ad constitutionem pignorationis. Casus noster principaliter negotium religionis concernit, denegat petitos processus priorum omnium supplicationum, variat supplicans & ex secũda supplicatione quod antiquior possessio Abbatis, apparet **außgehaltener Kirchweyhe/ dann die Euangelischen haben keine Kirchweyhe**.

D.S. Repetit proximum votum, **erkennt es auff alle** supplicationes.

D.M. Facto ex omnibus supplicationibus collecto, processus decernendos putat, ex vltima vero supplicatione apparere, ministrum ab Abbate ex aliena iurisdictione abductum; Ideoq: narrata super constitutione pignorationis tantum esse qualificata.

Personis enim sunt immediate sub imperio, supplicantium **zu E.W.** P. omnino est iurisdictio, cuius sibi quærendæ gratia captura

ab

ab Abbate facta; & si species iurisdictionis requiratur, ea ex ipso facto apparet, sibi Reum Abbatem den Angrieff vnd Straff/als der zwey hundert Thaler acquirere voluisse. Quare super illa decernit processus, in qua nulla fit mentio Religionis, & si etiam priores in considerationem venirent, aliud enim ipse putat ius
12 patronatus, † aliud Religionis negotium, & tum si de iure patronatus controuerteretur, similiter processus decerneret.

*Votum D.P.*

Prima supplicatio. Factum non habet aptitudinem cum iure, quod sibi asserit Abbas scilicet capturam cum iure patronatus. Ideo decernit. Et hic est quæstio: An in causa Reli-
13 gionis † mandata super pignoratione decerni queant? Narrata mere causam Religionis concernunt, quia ibi expresse fit mentio exercitii religionis, hinc etiam controuersiæ ministeriorum Ecclesiasticorum.

14 Constitutio pignoris † in possessoriis tantum locum habet, & causis prophanis: Religionis constitutio secuta est illam de pignoribus, vt inde appareat pignorationis constitutionem non suffeciss.

15 Item religionis constitutio † ex delicto oritur, & sapit naturam petitorii, nec obstat, si su-
16 per fracta pace sit accommodata † constitutio
17 pignorationis, quia fracta pax plerunque † concurrit cum possessorio.

In secunda & tertia supplicatione contenditur de religione & ministeriis ac officiis Ecclesiasticis, & causa religionis fit expressa mentio exercitii religionis secundum Augustanam confessionem; Improprie dicitur possessio religionis, cum tamen quasi possideri non possit, cum sit virtus & disciplina quędam.

18 Religionis etiam exercitium † non est iurisdictionis species. Igitur processus super con-
19 stitutione pignorationis in causa † religionis non debent decerni.

20 Tempore constitutionis pignorationis † ist constitutio vom Religionfrieden noch nit gewesen. Actio competens ex Religionfrieden nascitur ex transactione, quæ magis sapit petitorium, quam possessorium: possessoria oriuntur ex delicto, vel quasi, petitorium ex contractu, vel quasi, concludit in tribus prioribus supplicationibus processus non posse decerni.

In quarta supplicatione videtur adesse omnia requisita: constitutio pignorationis est
21 odiosa, ergo † non extendenda. Non fuit mens statuum, daß sie per constitutionem die außtrag wöllen auffheben.

22 Pignoratio est † remedium extraordinarium, remedia non confundenda, &c. Accedit summum odium, ideo inuenta est res tertia, & vt narretur ius quærendum, vt discernatur à spolio, vel litigiosa possessione. Factum narrandum est non nude (vt hic in quarta supplicatione sed cum circumstantiis. Circumstantia est in superioribus supplicationibus, nempe propterea, daß er nicht hab predigen lassen wöllen / sicq; factum ex causa religionis, ex qua denegauit ipsis.

*Votum D.P.*

In duabus prioribus præsertim supplicationibus deprehendit requisita, quæ semper in obseruatione fuerunt in constitutione pignorationis adesse, primo iussum domini: secundo intentionem Abbatis, vt à iure patronatus supplicãtes excludat, ac sibi acquirat: tertio reus innocens captiuus.

Vltimo vtraque pars immediate sub imperio, petitos processus decernit, quoad alias supplicationes vacillat quidem supplicans, & obscure ad constitutionem religionis dirigit fundamentum supplicationis, & intentio retinetur, nempe vt innocens captiuus relaxetur, nihilque super religionis constitutione desideratur vel excluditur, multo minus respectu religionis principalis contentio est, sed intuitu superioritatis & iuris patronatus, quæ duo nihil commune habent cum religione.

Nam si quid petiisset in religione, debuisset narrare, quod turbaretur in conscientia.

Cum autem sub medio concludendi in omnibus supplicationibus narret, supplicantem omne merum imperium, & ius patronatus in loco pignorato habere, id etiam ab infinita hominum memoria possediss, qui omne dicit,
†nihil excludit. Et verba generalia generaliter 24
sunt intelligenda, vt sub se comprehendant omnes species: posito genere cum signo vniuersali † videtur posita quælibet eius species. *not.* 25
*in l. conuenticula, C. de episc. & cler.*

Concludit petitos processus se denegare non posse, quia de liberatione hominis innocentis agitur, vtcunque prædictæ reliquæ absint qualitates, cum maxime hominum gratia pignorationis † constitutio introducta 26
sit.

Cæterum si procurator instaret super mandato de non offendendo, & separatim peteret, hoc quoque decerneret. Quia constat Abbatem collectione hominum in alterius iurisdictionem irruisse, & vi armata hominem captiuum abduxisse, sicque legem fractæ pacis violasse, & qui semel quid ausus
est, † ex facto temerario in legis contemptum, 27
semper talis præsumitur, vt quod verbis minetur, † facto audeat conficere, *c. quod semel, de regu.* 28
*iur. in 6.*

Decernit igitur mandatum super constitutione pignorationis, & si super mandato de

de non offendendo instaret, neutiquam denegaret. D.S. In prioribus supplicationibus cur denegarit, præcipua causa fuit, quia non pertineat hæc causa ad constitutionem pignoratio-
29 nis. Quia causa religionis †habet peculiarē constitutionem & processus non sunt confundendi. Sunt hæ constitutiones extraordinariæ.

30 Constitutio pignorationis †est omnium proxima, liceat ideo verba constitutionis pignorationis sint generalia, tamen certis limitibus per stylum circumsepta, ne aliis constitutionibus præiudicetur, & earum fiat confusio.

Quo ad vltimam vero supplicationem,
31 adsunt † requisita: Immediate sub imperio, ius quæsitum, ius quærendum, captus, qui videtur esse innocens: distinguendum hoc factum capturæ, ne confundatur cum aliis ordinariis remediis.

Non inuenta constitutio pignorationis tantum, vt liberentur homines seniores, desideratunt ius, & tertium innocens.

Quod sit innocens, sumendum ex circumstantia facti, causales deducendæ ex facto narrato, quod hic non est: Nulla causa apparet, **wölle seine Meynung auffs Papier bringen** / si quis sæpius supplicat, & quædam denegantur, ipse postea ponit aliam causam & variat, tū propter variationē & mendaciū denegantur processus.

Abbas non vult admittere prædicari secundum confessionem Augustanam, & supplicantes contendunt sibi licere: Abbas mittit Iesuitam, Georgius resistit, quem postea Abbas vulciscendi causa capit.

Sunt quidem turbati **die Ganerben** / sed non apparet, quod Abbas illa turbatione velit sibi ius quærere.

32 Non omnis Eynfall †infert iurisdictionem, **mau will sich etwan sonsten bißweilen an einem Bawern rechen** / nequit hanc supplicationem decernere, nec **auff vorige** narrata.

*D.E.F. Referens.*

Quia sunt pares in votis, addit suo voto. Abbas videtur antiquior & potior possessor iuxta secundam supplicationem, videlicet si non ratione templi in pago (vt tamen putat esse propter contextum verborum in secunda supplicatione) ad minus, & certe in capella potior, (cuius tamen ratione nihil ablatum seu pignoratum, sed si actus fuerunt ante perfecti, & hic tamen vltimo facto intermiscentur, sic desuper vna processus decernerentur.) Ergo adhuc manet, preces non recte conceptas nec vbique pares esse, & minus eis à nobis deferendum, ne taceam multa extare præiudicia super constitutione religionis, vbi semper allegatur aliquem ante & post dictam constitutionem fuisse & esse in possessione Augustanæ confessionis (quod hic speciatim non dictum.) Et quamuis in eodem loco quis omnimodam habeat iurisdictionem, nihilominus tamen decerni possunt processus super **Religionfrieden** / coniuncto etiam iure patronatus. Ita factum in causa **Carmeliter Prouincial** contra **Newenar** / Anno 68.

Item **Stolberg** contra **Würtzberg** / Anno 71. Imo & olim fervebatur & communiter obseruatur, mandatum de relaxando captiuo non emanare iuxta constitutiones fractæ pacis absque clausula.

Sequitur ergo mandatum relaxationis, quod petitur hic iuxta nouam constitutionem pignorationis non contineri sub **Landtfrieden** / nec illud debere seu posse coniungi. Primo quia hic nulla est causa.

Et ratio rationis, ne causa principalis contra expressam dispositionem dictæ nouæ constitutionis de pignoratione hic trahatur, & constitutiones aliæ, quæ in Camera eam scilicet principalem causam in suis terminis admittunt, videantur superuacaneæ, quod sibi non videtur, sed quod facta secundum nostram rempubl. suam habeant legem, processum ac diuisionem, fac.not.ordin.camer. *titulo vigesimosecundo, §. nono, lib.2.*

Item posito, ratione fractæ pacis posse in pignorationibus, post modum etiam hic in principali agi, quia alias causa huc pertinet, tamen cogitandum, an statuum mens, seu ex re partium sit actum agere, scilicet post determinationem cameralium, iterum denuo agere in vna & eadem instantia, vel noua mixtura casum difficiliorem vel intricatiorem reddere.

Igitur etiam in hoc casu tanquam adhuc faciliori, & ne turbetur ordo, **vnnd daß der Proceß richtiger vnnd schleuniger sey** / non adeo sibi displicet præiudicium **Brandenburg** contra **Ottingen** / citationis ad pœnam **deß Landtfriedens** / cum annexo mandato de relaxando cum clausula **den verstrickten Pfarhern vnnd Meßner zu S. L. belangend** / Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, vbi supplicans idem dicit, quod noster, de omnimoda iurisdictione & exercitio religionis.

Nec dubitat iuxta præcedentia narrata nostræ supplicationis factum posse qualificari super **Landtfrieden** / quæ loquitur **von Gefangenen** / & propter verba hic, **durch Dorffschafften** / &c.

Imo etsi olim supplicans succumberet, posset tamen (quia alias sumus Iudices) adhuc pronunciari in mandato iuxta annotata Cameræ supra. Verius tamen esse censet ratione nostri casus, multum adhuc discrepare inter se **Prophan vnd Religionfrieden**. Et illam constitutionem (**Landtfriedens**) propius accedere ad pignorationem quam religionem, scilicet pro diuersitate causarum. Nam vna spiritualis & specialis, altera secularis & magis generalis, (plura enim capitula continet **der Landtfried.**) Illa suas

certas

certas leges præscriptas habet, quibus & in quantum illis vtendum interim statuit. Hæc vero indefinite tam communes quam veteres ac nouas leges æque admittit. Vtinam iis ipsis constitutionibus frequentius vteremur, quam separata misceremus.

Et in summa, postquam constitutio publicæ pacis est prior, vt & pignorationis, nihilominus sunt experti Principes, & viderunt propter iniqua tempora ex ea publicæ tranquillitati haud fore consultum, vt loquitur §. an. 55. **in solchem/ vers. welcher zu Erhaltung.** Ideo ne animi interim alienarentur, intuitu & respectu religionis seditiones seu tumultus publici excitarentur, & ne pax quoq; publica in posterum frangeretur, sed magis conseruaretur ac stabiliretur, super nouis seu specialibus inde factis contingentibus, & nouum seu speciale ius ex priori desumptum, huic accommodatum & vlui esse voluere, inprimis adiecta vbiq; vna eademque pœna omnium grauissima, scilicet fractæ pacis, (quæ pignorationi non statuta, minimeque quadrat.) Ergo adhuc est, quod dicamus status considerate & rebus optime ponderatis hæc statuisse, causas distinxisse, præsertim immediate & ordine suo huc pertinentes, facit præfatio ordinationis cameræ scilicet, vt quilibet relinquatur suo processui ac foro.

Etiamsi in allegatis constitutionibus hincinde habeantur & legantur verba, **vmb keinerley vrsach willen.** Nam & ex his vna tam generalis quam altera.

Sed supra dicta mihi sufficiunt, ac idem iudico vt prius in mea conclusione, maxime cum hic non solum scimus, sed etiam aperte audimus, in rerum quæstione versari diuersitatem religionis, in qua, iuxta eiusdem constitu. **gleichwol keiner den andern beschweren solle** / vt ibi habentur. Et causam facti primæuam esse veram, alteram factam seu falsam, ac ad imponendum iudici (ne plus dicam) aptam.

Ita cum & hic expresse habeamus seu inueniamus motiuam legislatorum nostrorũ, quare priores refutatæ supplicationes nobis altera vice reddendæ sint, mihi quoque non inconsultum minusque iniquum videtur, vt & earum animam, effectum & mentem veritatemque sequamur. In hoc enim ratio est mihi ipsa lex, in quam coniunctim cum iurarim, minus me mouent præiudicia, nondum tamen (vt & nuper in causa **Teutschmeister** contra **Anhalt** & consortes, vbi supplicatio tam religionem quam 4. casus continebat, noluerunt tamen processus decerni) visa, minus audita, an sint aliena, diuersa seu paria, iuribus & rationibus congrua, perfecta & non aliquando contraria, & an non hæc vt vere præiudicia postmodum interim hic cassata, vel vnanimi consensu custodita & conseruata, alias iuxta religionem præstitam ex iure & æquo mihi iudicandum fore, animum induco.

D.R. Quod ad vltimam supplicationem, (de prioribus enim iam ante decretis non est sollicitus, nec vult dominos erroris arguere) medium concludendi, nempe quam speciem iurisdictionis sibi pignorans quærere velit, nimis est generale.

Cum non sit verisimile, cum pagus sit situs in diœcesi F. ac multę sint species iurisdictionis, quod pagus ab omni iurisdictione diœcesiana sit exemptus.

Sed narratum est in tertia supplicatione, pagum situm esse in abbatia F. Et causa capturæ Reum velle iurisdictionem omnimodam quærere, nimis est generalis. Si igitur in specie exprimatur, quod ius sibi Abbas acquirere velit, processus decernerem, etsi denuo narraret, se impediri in exercitio religionis.

D.K. Quod ad priores supplicationes intrepide processus decreuissem, quia iurisdictio fundata, captus innocens, quem cœpit Abbas, & constat de exercitio iuris heredum, in quo sunt impediti.

Quoad vltimam supplicationem, quia in effectu non repugnat tertiæ & quartæ supplicationi, sed informationem & conciliationem ex prioribus capit, & patet mens supplicantium, & de re nobis constat, & præ pluribus remediis hoc mandatum constitutionis **der Pfändung** supplicãs eligit, quæ generalis est & extẽdenda, vt in principio litis narranti faueamus, in medio & fine parti vtrique, mallem prorsus decernere. Si enim male narrauit, excipietur postea, idque sæpius est, quam ei iustitiam denegare. Religionis hic nulla est consideratio, super qua non se fundant supplicantes, sed super omnimoda iurisdictione, quo ipso satis exprimitur ius quæsitum.

D.B. Repetit vota DD.C.M. & P. quibus per omnia subscribit decernendo processus petitos cum omnia requisita adsint, expressum ius, nempe omnimoda iurisdictio.

D.S. Dubium esse, an causa religionem concernat, & si de iure patronatus sit contentio, quare ab initio etiam processus decreuisset.

Quoad vltimam, cum admodum generaliter ius exprimatur, non absre esset, si illi iniungatur iuris quærendi specificatio, alioquin decreuit.

D.W. Inspiciendo vltimam supplicationem, dicit omnia requisita adesse, partes immediate sub imperio, captus alterius subditus, quantum ad ius, quod intendit sibi Abbas quærere dicit, recte in remedio concludendi id expressum. Narrauit enim supplicans, omnimodam iurisdictionem, nihil excepto, sibi competere, in minori dicit, Abbatem cœpisse ea intentione, vt sibi omnimodam iurisdictionem acquireret. Quare decernit processus. Tandem dicit quoque sibi non displice-

splicere sententiam D.L. vt specificatio iuris injungatur.

D. 1. Solum attendit vltimam supplicationem, & concludit omnia Requisita adesse, cum dicat supplicans omnimodam iurisdictionem sibi competere, Abbatem vero sibi merum imperium & iurisdictionem quærere velle.

*Votum D. L.*

Putat non attendendas priores supplicationes, sed vltimam tantum, & sentit cum Domino. R. quia ponunt ex vna turbatione alicui competere plura remedia, vtpote ex turbatione iuris, exercendæ huius vel alterius Religionis, competit beneficium, **deß Religion Frie-dens /** remedium turbatæ possessionis & constit. pignorationis, si res innocens tertia auferatur, & posse eligi vnum aut aliud. Postquam ergo vidit in primis supplicationibus nō solum deductam ius meri & mixti imperii & iurisdictionis, quod Actor sibi vendicat, sed etiam ius patronatus & exercitii Religionis, & captum subditum innocentem & rem tertiam, dubium apud ipsum nullum fuisset, quin petiti ꝓcessus decerni potuissent; cum etiam in aliis requisitis defectus nullus sit.

Nunc vero cum non amplius possessionem Religionis ꝓsequatur, sed omnem iurisdictionem, & captus sit, quia se Abbati opposuerit: Ipse scire non potest, quam speciem iurisdictionis intendat, num res tertia innocens sit, numne in terminis constitutionis pignorationis. Et vt neutram partium sua possessione destituat, iniungit supplicanti, vt in specie deducat, quod jus sibi Abbas quærere velit.

*Votum D. G.*

Cum Domino L. & R. concludit iniungendum supplicanti, specificationē iuris quærendi ad vltimam supplicationem, addat posse etiam illi significari, vt si super constitutione Religionis formaliter supplicare velit, hoc ei licere,

*Sequitur Decretum.*

**Wo ferrn der** supplicant in specie **anzeigen wirdt / was jhme der Beklagte Fürst für eine Gerechtigkeit / durch fürgenom̃ene Pfandūg schöpffen wölle / sol darauff ergehen was Recht ist.** Ex sententia DD. R.L.S.G. &.D.W.B.

*Quinta supplicatio, in eadem causa.*

Hochwirdiger/ꝛc. E. F. G. bringt Anwalt deß Edlen Herrn N. vnterthänig supplicirendt für/ vnd sagt/ wiewol er/ wie auch die vorige deß hauß vnd Dorffs S. B. Inhabere/ die Adeliche Geschlechter von N. für 10. 20. 30. 40. 50. länger vnd mehr jaren/ dann sich menschen Gedencken erstreckē mag/ in gerühigem besitz/ vel quasi, nutz vnd gebrauch deß Weydgangs mit dem Viehe von S. B. auß in deß Schopfen holtz in N. gelegen on männiglichs Turbation/ Verhinderung vnd Abtreiben gewesen/ vnd (ausserhalb was in zwey jaren hero jhm daran für newlicher verhinderung geschehe) noch seye. Derwegen er auch sampt seinen armen Leuten vnd vnterthanen der gemein zu S. B. bey solchen jren jetzt ererzehlten Rechten vnd gerechtigkeiten/ auch possession vel quasi billich gelassen werdē solt/ dz doch dessen vnangesehen auß sonderlicher beliebung/ ratification vnd befelch der Hochwürdigē/ Durchleuchtigen/ Hoch vnd Wolgebornen F. vnd H. H. N. Bischoffen zu B. vnd G. F. M. zu B. vnd H. G. G. zu C. Schultheiß/ Dorffmeister vñ Gemeind zu H. D. den 19. Maij dieses Ann. 88. stylo antiquo. als der gemein Hirt zu S. B. mit dem gehürneten Viehe/ wie von alters herkommen/ abermals in das Schopfen Holtz/ in H. D. Marckung gelegen/ getrieben/ vnnd den wolherbrachten Weydgang besucht/ in bemelt holtz mit vngestümb gefallen/ die Hirten vnnd Vieh auß dem holtz in das Feld getriebē/ vnd dem von P. H. zwo Kühe mit gewalt abgepfänd/ vnd hinweg nach H. D. getrieben vnd dieselbige auch vber beschehen ansuchen vnd bitten jm von P. H. nit wider zu gestellt werden wöllen/ keiner andn meynung/ dann durch solch thätlich pfänden/ jhne supplicanten vnd dessen arme Leut vnd Vnterthanen zu S. B. jhrer possession vel quasi der Freyheit vnd Weyd gerechtigkeit im S. Holtz de facto zu entsetzen/ vnd jnen von H. ein newe Befreyung vñ gerechtigkeit deß pfändens zu schöpfen vnd zu erzwingen. Dieweil aber jetzt erzehlte pfandung/ Anwalts klagenden principalen keines wegs zu gedulten oder nachzusehen/ auch den beschriebenen Rechten/ vnd deß Reichs Abschiedē/ sonderlich aber der Constitution von pfändungē gäntzlich zuwider/ vnd ob was zwischen den jenigen/ so dem Reich ohne Mittel vnterworffen/ geschehe/ daß an diesem Kayserl. Cammergericht/ mandata pœnalia sine clausula, zu restituirung der abgedrungenen pfand vnnd anders/ erkennt/ vnd auff massen darinn bestimpt/ procedirt vnnd gehandelt werden solle vnd möge. Vnnd dann klagender von P. so wol als hoch vnd wolgedachte F. vnd G. dem Reich ohne Mittel vnterworffen/ auch diese Sachen/ keine Malefitzen/ deren sich das Kayserlich Cammerg. zu entäussern hette berühren thun. Als ist dem allem nach/ an E. F. G. klagenden Herrn von P. H. Anwalds vnterthänig rechtlich bitten/ dieselbe wöllen jhm/ wider mehr hoch vnd wol gedachte seine G. F. vnnd H. ꝛc. ein pœnal Mandat auff obenangeregte Constitution der pfändung gnediglich erkennen/ damit jhm die zwo abgepfändte Kühe/ oder wo dieselbige nit mehr fürhanden/ der billiche wehrt darfür/ one entgelt vnd allen verzug/ schaden vñ vnkosten restituirt vnnd gut gemacht werde/ mit angeheffter gewöhnlicher Citation/ ad docendum de paritione & deducendas causas. Hierüber E. F. G. hochadelich/ miltrichterlich Ampt bester Form vnterthänig anruffend.

Decr. Jst erkennt 9. Nou. An. 88.

*Votum simile huic materiæ extat pro mandato de relaxando captiuo* auff die pfändung *in causa S. contra T.*

Abgeschlagen. Ratio decreti: & primo quidem cum narretur à duobus nominatis Electoribus & Principibus per se & simpliciter pignorationem factam: At vero in conclusione & petitione exhibitæ supplicationis, non tantum contra nuncupatos Principes mandarum de relaxando vigore constitutionis der pfändung decerni, verum etiam contra Priorem cœnobii A. & consulatum ciuitatis W. non addita causa quod vel iussu vel noti iuris acquirendi gratia J. E. subditum supplicantium carceri mancipari curarint: hoc maxime etiam considerato, quod dicta ciuitas W. sit imperii ciuitas, quæ præsumitur nihil feciſſe in capiendo sine præuia causæ cognitione. Itaque constat ex narratis supplicantium, hic locorum & personarum diuersitatem adesse, quæ & diuersitatem rationis & legis dispositionem pariunt, quam existimāt domini in consideratione habendam iuxta ea quæ tradit Bar. *in l. petenda, numero septimo, C. de tempor. in integ. rest. 1. de dilat. l. ideo, quod certo loco.* Quibus in locis traditur, quando ex diuersitate temporum & locorum inducitur diuersitas rationis, tum quoque iuris diuersitatem constitutam esse, quæ facit legis dispositionem cessare. Maxima vero diuersitas rationis & iuris in eo occurrit, cum nostri Rei curatum teddiderint per magistratum legitimum, vt est W. istum hominem capi, & in carceres detrudi non intuitu acquirendi noui iuris gratia contra tertium, sed vt cum captiuo de quacunq; causa, quæ nos latet, in iure experiantur intendisse præsumendum. Præterea requisita constitutionis pignorationis in persona captiui non sunt qualificata, nemblich daß er nicht vmb einiger Malefitzhändel/ sondern nur allein von wegen bürgerlicher Handlung zu hafften gebracht wer worden. Cæterum non releuat, quod narrando verba con-

ba constitutionis pignorationis referat, allein Malefitzsachen außgenommen / quæ sunt verba narratiua, non dispositiua in persona captiui. *Gail.obser.3.pignorat.* Postremo plus est in conclusione quam in præmissis. Quia in præmissis nihil dixerunt supplicantes, von newer Obergerechtigkeit vnd Bottmässigkeit zu schöpffen vnd zu erzwingen. Ex quo facto & ex quo iure acquirendo, cum Priorem & Ciuitatem Wetzlar concernat, cum sint generica & non specificata narrata, quæ non sunt qualificata ad constitutionem pignorationis, censuerunt domini petitos processus denegandos esse. D.P.D.H.& D.D.

*Sequuntur nunc Vota cum eorum decisionibus, relationibus & dubiis quæstionibus Cameræ Imper. ad præcedentes supplicationes de Constitutione pignorationis pertinentia.*

## VOTVM I.

In causa mandati & in puncto paritionis, der S. L. Curatorn Klägern/ contra H.L.L.H.& Consorten Beklagte.

*SVMMARIA.*

1 *Pœnalia restringi debent.*
2 *Submissio in hoc voto est duplex.*
3 *Mandatum propter iuris defectum cassari debet.*
4 *Mandato cassato, paritio quoque resolui debet.*
5 *Mandata super constitutione pignorationis sine clausula decerni debent.*
6 *Mandata super constitutione pignorationis, ante plenam paritionem, nullam exceptionem regulariter admittunt, nisi in casibus in constitutione expressis, n.7.*
8 *Exceptiones nullitatis sub & obreptionis ante paritionem an admittendæ?*
9 *Is per quem iurisdictio negatur, nullitatem obiicere debet.*
10 *Allegatis causis falsis repertis, tunc mandatum firmatur, & pœnæ declaratio ob non factam paritionem statim subsequitur.*
11 *Protestatio contraria facto quando consideretur?*
12 *Protestatio per actum facti contrarium protestationi tollitur.*
13 *Pignoratio in hac causa facta, super constit. pignorationis non qualificatur, & cur?*
14 *Pignoratio hoc loco facta non sit noui iuris quarendi gratia.*
15 *Pignoratio hac in causa facta, sit saltem ad defendendum & conseruandum ius ac possessionem vel quasi subditorum alicuius, contra iniquam aliorum turbationem.*
16 *Pignoratio absq; Principis iussu facta, non valet: secus quando iussu eius fit, n.17.*
18 *Constitutio pignorationis quando locum habet, & quatenus.*
19 *Mandatum ex falsis narratis impetratum cassatur.*
20 *Probatio citato seu excipienti quando iniungenda est.*
21 *Actori incumbit probatio.*
22 *Actor suæ probationis fundamentum probare debet.*
23 *Is qui in aliqua causa fundamentum facit, illud probare debet.*
24 *Probatio incumbit illi, qui agit, non qui negat.*
25 *Causa desiente constitutio pignorationis locum habere nequit.*
26 *Qui aliquid asserit, id probare debet.*
27 *Qui aliquid dicit, is suam intentionem probare tenetur.*
28 *Reus dum excipit, vice Actoris fungitur.*
29 *Negatiua an & quando negantem onere probandi grauet.*
30 *Negatiua à loco & tempore non coarctata, negantem onere probandi non grauare debet.*
31 *Negans quando negatiuam probare debet ad fundandam intentionem suam.*
32 *Negatiua per negantem quando probari non debet.*
33 *Negatiua quando aliter probari non potest, probata fingitur.*
34 *Negatiua, quod testamentum factum non sit, quomodo probetur?*
35 *Negatiua, quando ab aliquo dicitur, omnia bona in hereditate non esse, quomodo probetur?*

Decretum ad hanc supplicationem factum in materia pignorationis pro mandato auff die Constitution der pfandung/ 28. Octobr. Ann 86. vbi præfectus Comitum à S. contra L. H. supplicationem obtulit pro mandato der pfandung/ quia der H. Amptmann auff S. eygnem Grund vnd Boden/ da der Hirt hingetriebē etliche Schwein gepfändt/ vnd genommen/ alles darumb/ daß er J. F. G. (sic enim concepta erant supplicationis verba) ein Ober oder Gerechtigkeit auff jhrem Eygenthumb erzwingen wolt. Quamuis enim pignoratio, vt mandatum absq; clausula decernatur, debet fieri intuitu alicuius iuris, tamen cum pœnalia† sint restringenda, & hic non expresse describatur ius, cuius intuitu pignora Comitis à S. capta sunt, haben wir den bescheid geben.

Wo ferrn Supplicant das ius, welches Gegentheil auff seinem Eygenthumb sich anmassen wöllen / außtrücklich specificiren wirt / so soll alsdann auff ferrner Ansuchen decernirt werden/ was recht ist/ in conf. Refer. D.O. Correfer. D D. R.& P.

*Quæstio: An pignorato, vel pignoranti neganti pignorationem suo iussu factam, probatio sit iniungenda?*

Duplex

2 Duplex videtur esse submissio, † vna ex parte impetrantium seu pignoratorum, ratione minus sufficientis paritionis, & declarationis pœnæ, arctiorumque processuum: altera ex parte Rei, ratione cassationis mandati. Quarum prior, cum à secunda dependeat, omissa priori, de secunda tantum agendum puto. Si enim domini concluderent, mandatum propter iurisdictionis † defectum cassandum fore, plane opus non esset de sufficientia vel insufficientia paritionis, aut denique de petita pœnæ declara-
3 tione diu disputare, quandoquidem mandato † cassato, paritio etiam resoluta atque sublata intelligenda foret.

Nam etsi mandata auff die Constitution der
5 † Pfandung (cum sine clausula decernantur)
6 regulariter nullam exceptionem † ante plenam ac sufficientem paritionem admittant, nisi in
7 casibus in constitutione expressis, scilicet † maleficii.

Existimarem tamen, exceptiones quo-
8 que nullitatis † sub & obreptionis, ante paritionem recte admitti, & paritionem per eas impediri atque differri posse: veluti si citatus alleget pignoratum nō esse immediate subiectum imperio, vel pignorationem à suo præfecto vel ministro, se inscio & non iubente aut ratum habente, factam.

Tali enim casu qualitates deficere videntur, quæ immediate cameræ iurisdictionem fundant, vt ex dicta constitutione non obscure colligitur, atque ex requisitis eiusdem constitutionis (quæ omnibus sunt notissima) patet, fac. ad hoc text. *in lege quarta, §. condemnatum, ff. de re iudic. & gloss. in Clem prima, de sequestr. poss. & fruct.*
9 *in verb. Non obstante, &c.* quæ dicit: Nullitatem † obiici posse, per quam negatur iurisdictio. videatur Francisc. *in capit. dilecto, de appellat. & Ange. consilio centesimo nonagesimo quarto, incip. visa narratione facti.* & in annotationibus ad ordinat. cameræ, quæ in manibus multorum versantur, *titulo 22. libri secundi, in verb.* allein Malefitzsachen außgenommen / ꝛc. vbi habetur, si eiusmodi exceptiones, vel rationes contra mandatum obiiciantur, talem scilicet casum non esse, vbi huiusmodi mandatum decerni debuerit (puta propter defectum iurisdictionis) quod tunc huiusmodi rationes & causæ, etiam ante paritionem & relaxationem, omnino audiendæ & admittendæ sint, non tanquam pro iustificatione causæ principalis, hoc est, capturæ seu pignorationis licite vel illicite factæ, nec etiam quasi ad processum & ordinem iudiciarium impugnandum vel legitimandum: sed mere & solummodo ad docendam nullitatem huiusmodi mandati, scilicet, quod nec debuerit nec potuerit in tali casu decerni, & quod isto casu camera se vlterius suis processibus intromittere non possit, sed mandatum tanquam sub & obreptitie extortum cassari & annullari debeat. Sin autem allegatæ causæ falsæ reperiantur, tunc mandatum firmatur & corroboratur, & pœnæ declaratio † ob non factam paritionem statim 10 subsequitur.

Si vero declaratio fieret ante causas, quæ mandatum annullarent, & nihilominus easdem allegans perseueraret in parendo, & maxime easdem deinde iustificando vel probando, tunc camera non posset vltra procedere, vel si processisset, omnia deinde reuocanda forent, quod valde absurdum & pudendum esset, & hanc sententiam domini olim maioribus votis sunt secuti.

Putarem itaque ex his omnibus priorem submissionem, quæ ratione declarationis pœnæ, & arctiorum processuum facta est, pro nunc tacite omitti ac supersederi posse: si tamen domini aliquid pronunciandum esse censerent, forte decerni posset, (idque meo voto) dz man es bey gethaner Partition laß bleiben. Cum enim restitutio equi pignorati (vt impetrantes curatores ipsimet fatentur) iuxta tenorem mandati sit facta, nec dictum mandatum præter solius equi restitutionem aliquid vlterius mandet, aut vllam lignorum pignoratorum mentionem faciat, non video qua ratione Reus ad vlteriorem paritionem cogi, vel in pœnas mandati declarari, aut quo iure denique arctiores processus (cum sufficientissime paritum esse videatur) decerni queant. Hoc me quicquam mouet, quod ab impetrantibus nunc obiicitur, restitutionem equi in loco pignorationis factam non esse, prætensum quoddam instrumentum protestationis ad hoc producendo.

Eo ipso enim, quo comparuerunt & pignus ablatum receperunt, iuri suo, quod fortassis vigore constitutionis competere ipsis potuisset, tacite renūciasse, & à protestatione recessisse videntur.

Quæ protestatio cum actui imo propriæ Actorum confessioni contraria sit, qui expressis verbis fatentur, daß jr Schultheiß das pferdt ohn entgeltnuß empfangen hab/ ideo per se nullius momenti esse, nec aliquid operari posse censebitur.

Protestatio enim † contraria facto, non 11 consideratur. *Paris. consilio centesimo duodecimo, numero quinquagesimoseptimo, parte prima,* & tollitur protestatio † per actum facti contrarium 11 protestationi, *idem Paris. consilio decimo, numero* 48 *part.* 1. & de materia protestationis prolixe Bart. *in l. non solum, §. morte,* (vbi est sedes ordinaria) *ff. de oper. noui nunciat.* & hæc quoad primam submissionem. Ad alteram quod attinet, vtrum Reus L.H. pro cassatione mandati, vnica in effectu exceptione sub & obreptionis, sed in qua potissimum contendit, iurisdictionem cameræ fundatam non esse, ideoque causam hanc ad iudices deß Hoffgerichts zu M. tanquam ordinarios remittendam, per plures rationes per

eum

eum in der Anzeigschrifft ad longum deductas.

Et primo, quia pignoratio hæc facta sit inter priuatos subditos scilicet L. & Comitum à S. non inter partes, quæ imperio immediate subsint, seye ein nachbarliche pfandung/wie dieselbige zwischen den Unterthanen im Fürstenthumb H. vnd den benachbarten daselbst vmbhero gebräuchlich). Ergo auff die Constitution der †pfändung nicht qualificirt.

13 Secundo, dictam pignorationem †factam
14 non esse noui iuris quærendi gratia, sed potius
15 ad defendendum & conseruandum †ius ac possessionem vel quasi H. subditorum in loco pignorationis factæ, contra iniquam molestationem & turbationem Solmensium subditorum.

16 Tertio, pignorationem etiam †absq; mandato vel iussu Principis L. factam esse. Ihre F. G. haben nichts mit zu thun.

Quarta ratio (quam tamen ego minime attendendam puto) subditos per quos pignoratio facta est, non solius L. sed omnium L. fratrum communes esse, ideoq; præsentem hanc causam non ad ipsum solum sed ad reliquos fratres omnes spectare.

Harum omnium præcipua esse videtur,
17 quod Reus negat, pignorationem † suo iussu aut mandato factam. Hoc enim si probatum existeret, vel alio modo liqueret, tunc mandatum absq; dubio cassandum foret propter defectum principalis requisiti seu qualitatis, quæ Cameræ iurisdictionem immediate fundat, quod scilicet vtraque pars debeat esse subiecta imperio, vt ex ordinat. *tit. 22. lib. 2.* à principio aperte colligitur.

18 Quamuis enim dicta constitutio† pignorationis locum habet non solum, quando quis per se subditum vel rem alterius capit, vel pignorat, verum etiam si per alicuius subditos, officiales vel præfectos locorum id fiat, per regulam. Quod quis per alium, &c. *c. qui facit, de regu. iur. in 6.*

Tamen omnino necesse est, vt vel iubente vel ratum habente Principe vel Domino, qui imperio immediate subiectus sit, pignoratio talis fiat: Alias enim constitutio hæc locum non
19 habebit, sed mandatum† tanquam ex falsis narratis impetratum cassabitur, vt supra ostensum. Atqui cum in proposito casu Actores seu impetrantes narrent, & passim in actis contendant, pignorationem hanc per subditos atque præfectum Rei L. iussu tamen atque mandato eiusdem factam, Princeps autem, vt dictum est, hoc neget, non absq; ratione quæri potest, quid hic agendum, vel cuinam probatio sit iniungenda.

Res apud me plane dubia est, cum videam antecessores nostros in hac quæstione non parum hæsitasse. Nonnulli enim in ea fuerunt
20 sententia, vt existimarint, citato †seu excipienti probationem iniungendam esse, vt in annotationibus ad ordinationem *tit. 22. libro secundo, in prin.* videre licet. Alii vero (quorum sententia fortassis præualuit) putarunt, Actoribus † pro- 21
bationem incumbere. Ego quidem in tali dubio (dominorum tamen iudicio semper saluo) existimarem, posteriorem hanc sententiam (quamuis & prior rationibus non careat) tanquam veriorem, & in camera magis receptam hoc loco sequendam esse. Vulgaris enim & trita iuris regula, quod actor fundamentum †suæ probationis debeat probare, *l. actor, C. de* 22
*probat. l. qui accusare, C. de edend. Speculat. de test. §. 1. versicul. quid ergo. Crauet. consil. 226. numero octauo, part. 2.*

Is enim, qui fundamentum facit †aliqua in 23
causa, illud omnino tenetur probare, *est gloss. notab. in lege, eum actum, ff. de nego. gest.* Vnde necessitas probandi plerumque incumbit illi † qui a- 24
git, non qui negat, est textus expressus *in lege secunda, & in lege, verius, ff. de probat.* Sed extra dubium esse puto, quin Actores nostri, præcipuum suæ intentionis fundamentum in hac potissimum qualitate positum habeant, qua asserunt pignorationem hanc ab Hassiacis, mandato ac iussu Principis L. factam, cum vel sola hæc qualitas Cameræ iurisdictionem fundet, & causa deficiente † constitutio pignorationis locum 25
habere non possit, per supra deducta.

Ex hac igitur conclusione infertur, qualitatem hanc, tanquam substantiale requisitum & fundamentum intentionis, per ipsosmet Actores, non negatiuam per aduersarios probandam fore.

Nec enim credendum vel standum esse puto assertioni ipsorum impetrantium in præiudicium alterius: ex quo non sufficit aliquid asserere †vel dicere, sed necesse est illud proba- 26
ri, *secundum gloss. in verb. dicat. in l. 1. in pr. ff. si. quadr. paup. feciss. dic. Paris. consil. 159. numer. 9. part. 4.* fac. quod notant Doctores, in factis nec affirmatiuam nec negatiuam præsumi, sed eum qui dicit, †intentionem suam probare debere. *Corn.* 27
*post Roman. in l. si emancipati, col. 1. C. de colla. quos refert Cagnol. ibidem. nume. 79. per l. hoc iure, cum ibi notatis per Bart. ff. de verborum oblig. & Innocent. in c. super his, de accusat. & tradit Alexand. in ff. post illa ad Bar. in l. 2. §. si dubitetur, ff. quemadmodum testa. aper.*

Non puto obstare, quod pro contraria opinione hoc loco adduci posset, Reum excipiendo† Actoris vicibus fungi, ideoque suam exce- 28
ptionem probare debere, *l. in exceptionib. ff. deprobat. Crau. cons. 226. nu. 8. part. 2.* Item negatiuam probandam esse per eum, qui ei innititur, & cuius fundamentum in negatiua consistit, siue agendo, siue excipiendo, vt notant Bart. & Dd. *in d. l. hoc iure. & in l. in illa, ff. de ver. obl. l. ergo. ff. ex quib. causis maior. & in l. g. secund. C. de iure emphyt. idem Bartol. in l. si quis. C. de fabricens. libro secundo, Corne. cons. octuagesimonono, incip. viso, & cons. 87. incip. viso*

part.

*part.3.Alexand.conſ.42.vol.6.Cravet.conſ.112.nu.6. part.2.*

Ad hæc enim argumenta reſponderi poteſt, Reum noſtrum nec excipiendo, nec defendendo hic quicquam opponere vel allegare, cuius fundamentum in negatiua principaliter, vel ita conſiſtat, vt ad fundandam eius intentionem probatione aliqua opus habere videatur, cum is in propoſito nihil aliud agat, nihil aliud intendat, quam quod ſolummodo factum ab Actoribus affirmatiue propoſitum ſimpliciter ac prȩciſe negat, vt ſic de fundamento intentionis atque eiuſdem probatione fruſtra hic quæratur.

Excipiens enim tum demum probare tenetur, ſi excipiendo aliquid ponat, quod hic non eſt, *l.aſſeueratio.& ibi Barto.C. de non num.pecun.& Speculat.in tit.de except.§. 2. & idem ſub tit.de diſputat.& allegat.§ nunc breuiter, in fin.* Quibus accedit, quod is, qui factum mere & ſimpliciter negat, (vt in noſtro caſu) nec excipere nec defendere ſe dicitur ſecundum Bald. *in l. peremptorias, col.5.C.ſentent.reſcind.non poſſ.& in l.ſi quidem, C.de except.& Alexand.l.1.ff.eod* qui tenent, quod mera negatio, nec defenſio, nec exceptio proprie dici poſſit, quemadmodum nec è contrario, exceptio recte negatio dicatur. *Innocent.in c.venerabilis,& ibi etiam Felin.de except.Bald.in margar.in verb.exceptio, verſ.excipiens magis,&c.* Imo prȩciſe negans exceptiones facere non poteſt, vt dicit idem Bald. *in d.l.peremptorias, col.4. C.ſent.reſcind. non poſſ.*

Ideoque ſimplex negatiua probanda non venit. *Bald.in addit.ad Speculat in tit.de probat, verſ. 2.& ibi Speculat.in pr.Bar.& Dd.in l.in illa, de verb. obligat.* Et de hac quæſtione, an & quando negatiua grauet† negantem onere probandi, tractat
29 prolixe Felin. *in d.c.ſuper his, num.16.de accuſat.* vbi
30 inter cætera dicit: Quod negatiua non† coarctata à loco & tempore, nec habens implicitam affirmatiuam, non grauet negantem onere probandi, *vt in c.bonæ,& in clem.1.de elect.* ſecus eſſe, ſi quis ſe fundet in negatiua principaliter, opponendo crimen vel aliud quippiam. Tunc enim
31 ad fundandam † ſuam intentionem cogitur eam probare, alias ſuccumbit: facit ad hoc & alia iuris interpretum doctrina, qua dicunt, negati-
32 uam† per negantem probandam non eſſe, quãdo per aduerſarium non eſt fundata intentio: ita dicit Bald. *in l.ſi ex cautione, colu.2.C. de non numerat.pecun.* eoque minus Reo L. probationem negatiuæ iniungi poſſe cenſerem, cum ea fere impoſſibilis ſit, & alias etiam negantis factum ſimpliciter, nulla in rerum natura directa probatio eſſe dicatur, ſecundum Speculat. *in titu. de teſte, §.nunc videndum, verſ.hoc quoque, nu.18.per iura ibid.allegata.*

Vnde Dd.communiter tradunt: ſimplicem negatiuam hoc ipſo probatam intelligi, ſi per Actorem contrarium non fuerit probatum, vt tenet idem Speculat. *ſub tit de pignorat.§.1.verſ.ſed quis probat.nume.17.Bald.conſ.79.volum.2. Cravet. conſ.1.nu.10.*

Et hoc quidem caſu ius negatiuam præſumit. *Bald.in l.actor, in fi.C.de probat.Innocent. in cap. cum contingat, de offic.deleg.*

Cum enim negatiua† aliter probari non poſſit, fingitur probata, quando ex aduerſo contrarium non exiſtit probatum, vt notat Innocent. *in c.cum eorum, de offic delegat.* Ex quibus colligitur, quod, etſi domini probationem Reo iniungere vellent, nihilominus tamen per iam deducta onus probandi in effectu in perſonas Actorum recideret. Ad probandam enim negatiuam ſufficeret Reo dicere: *Nego pignorationem meo iuſſu factam, & qui aliud vult dicere, probet.* vt per plura exempla oſtendit Iaſ. *in conſ.34 numer. 1.vol.1.Ang.in l.mutuum, §.1.ff.de acquir.hered. Bart.in l.ſi conſtante, in pr.ff.ſolut.matrim.& in l.is poteſt, nu. 26.ff.de acquir.hered.* vbi dicit, negatiuam, quod teſtamentum factum† non ſit, hoc modo pro- 34
bari: dico teſtamentum factum non eſſe, & qui aliud contendit, tabulas teſtamenti proferat. Sic negatiua alia bona in hereditate† non eſſe, 35
hoc modo probari dicitur, dico alia bona in hereditate non eſſe, & qui aliud vult dicere, probet. *Bart.in l.fin.§ licentia danda, C.de iur.delib. & Iaſ.in d.conſ 34.num.1.vol.1.* cum aliis ſimilibus exemplis, quæ *in d.conſ.* habentur. Concludo igitur. Actoribus ſeu impetrantibus pignoratis per interlocutoriam iniungendum eſſe vt doceant, pignorationem iuſſu citati L. vel Conſiliariorum eiuſdem factam, quod tunc ad vlteriorem petitionem eorum fieri debeat, quod iuris eſt. Ita pronunciatum in cauſa Teutſchenmeiſters cõtra Würtemberg den Vogt zu Enßlingen belangent/ & in cauſa Comitis à Vitſch contra Epiſcopum Spirenſem 24. Ian. Anno, &c. 65. vterq; citatus negabat pignorationem ſuo iuſſu factam, &c. Saluo, &c.

D.W. Citatus allegando paritionem, & vrgendo caſſationem ſibi contrarius videtur, imo ex ipſa paritione videtur receſſiſſe à caſſatione, quo magis omittendus paritionis articulus, donec conſtet de impetratione legitima.

Alias enim nimium cito faceremus iudicis aut articuli, cuius iuriſdictio per negationem reddita eſt dubia, idque eo magis, quod ego non intellexi cum proteſtatione velin euentu paritum.

Quod autem hic impetranti probatio iniungenda narratorum fundandæ iuriſdictionis, ſunt præiudicia in cauſa Reinberg Erben contra Jäger & Comberg/ Ann.&c. 71. im Junio / Item in cauſa Sponheim contra Jäger/ an.&c.72.7.Ian. vbi de commination dubitatum eſt, alii n. ſub cõmination, dz als dann auff gegentheils fernere anſuchen ergehẽ ſoll/ wz recht iſt/ alii ſub cõmination concluſionis, hoc eſt, caſſa-

cassationis Mandati. Ad negatiua, quod attinet, non video rationem dubitandi propter ordinationem & ius commune.

D. E. concludit cum Referente.

D. W. Putat pronunciandum, sufficienter paritum, non obstante exceptione, quod non sumus fundati in iurisdictione: quia sumus fundati in hoc puncto: quo ad reliquam submissiem cum Referente.

In Sachen der Herrn S. L. Vormündern jetzo Herrn N. vnd N. gebrüder/ Graffen zu S. wider Herrn L. L. zu H. & consorten, &c. Mandati das abgepfandt Fuhr Pferdt belangent/ ist der Bescheidt/ wo ferrn L. S. Anwaldt in zeit dreyer Monaten/ so jhme von Ampts wegen darzu angesetzt/ wie Recht/ darthun vnnd beweisen wird/ daß die angezogene Pfändung auß befelch ermeldtes L. beschehen/ daß solches gehört werden/ vnd er thu das also oder nicht/ soll auff deß Gegentheil ferrner anruffen ergehen/ was Recht ist. Relata 6. August. Anno, &c. 74.

## VOTVM 2.

### *Mandati 279.* abgepfandte Garben belangent.

SVMMARIVM.

1 *Qualitates iurisdictionem fundantes ante omnia probari debent.*

In Nomine Domini, amen. Exceptum est ab N. de præcipua qualitate, iurisdictionem fundante, quod scilicet die Garben/ super quibus mandatum impetratum est, abgesondert/ vnd mit ander Frücht nicht vermischt/ auch 18. Garben gewesen/ & sic rem tertiam, quæ inter substatialia requisita numeratur, hic desiderari. Quia igitur hæc qualitas † fundat iurisdictionem, ideo licet excipiens eius probationem in continenti protulerit, quæ etiam illi iniungenda videri poterat, tamen quia communior stylus obtinet, quod impetrans eiusmodi qualitates verificari debeat, ideo sic pronunciandum.

Sententia, Ist der bescheidt/ möge vnnd wölle N. in zeit vier Monaten/ so jhme von Ampts wegen darzu angesetzt/ glaublich bescheinen vnnd darthun/ daß die in ermeltem Mandat angezogene 279. Garben abgesondert/ vnnd mit andern Früchten nicht vermischet gewesen/ daß solches gehört werden/ vnnd ferner darauff ergehen soll/ was recht ist.

## SEQVVNTVR NVNC QVÆSTIONES DVBIÆ CAMER. IMperial. cum earum decisionibus ac resolutionibus, ad præcedentes supplicationes de constitutione pignorationum pertinentes.

### *Quæstiones dubiæ super constitutione pignorationis in I. S. Interlocut. resolutis.*

SVMMARIA.

1 *Contra rationem & naturalem æquitatem est, vt aliud pro alio capiatur.*
2 *Nemo propria authoritate sibi ius dicere potest.*
3 *Nemo seipsum vindicare debet.*
4 *Vnicuique res propria in controuersia pro pignore contra ius ablata quamprimum restitui debet.*
5 *Si res tertia in pignoratione non exprimatur, quid decernendum.*
6 *Processus in pignoratione quando initium sumit ab executione. num. 50.*
7 *Nemo ante causæ cognitionem sua possessione priuari debet.*
8 *Si timor dilapidationis vel fugæ subest, rei fructus sequestrari debent.*
9 *Res tertia quæ, & quando constituatur.*
10 *Differentia inter personas captas, & res alias pignoratas. num. 51.*
11 *Res tertia cum principali iure controuerso nihil commune habet.*
12 *Paritionis punctus præsupponit factum ipso iure prohibitum.*
13 *In quibus casibus pignorationum mandata sine clausula decernantur.*
14 *Punctus citationis necessario ad causam principalem requiritur.*
15 *In causis pignorationum dubiis sufficit, quod contumax se sistat, in manifestis vero tantum requiritur satisfactio.*
16 *Nulla alia exceptio admittitur, nisi sub & obreptionis, quæ circa statum controuersiæ versatur.*
17 *Distinctio inter præcepta, quæ nituntur autoritate iudicis, & quæ nituntur autoritate legis.*
18 *Punctus paritionis pertinet ad remedia recuperandæ, punctus vero citationis ad remedia retinendæ.*
19 *Is qui iubetur pignus reddere, & prius ius suum pignorandi deducere, non minus læditur in possessione sua vel quasi, atque is qui iubetur rem ipsam reddere.*
20 *In pignoratione ratio quæ est circa res ablatas, eadem & circa captiuos.*
21 *Constitutio pignorationis iubet captiuum in puncto paritionis ante omnia relaxare.*
22 *Subditus loco pignorationis quando capiatur, & cur.*
23 *Mandatum de non offendendo simul cum pignoratione an decerni possit. num. 54.*
24 *In puncto citationis non possumus dicere de attentatis.*
25 *Distinctio inter punctum paritionis & citationis quæsit.*

26 *Significatio propria vocabuli* Pfänden *qua.*
27 *Pignus quandoque pro ipsis debitoribus rebusque eorum captis accipitur.*
28 *Pignorationem fieri quandoque sumitur pro per executionem capere.*
29 *Exceptio vti restringit, ita quoque regulam in non exceptis ampliare potest.*
30 *Turbatio nuda quando fit.*
31 *Spolium quando dicitur nudum.*
32 *Id pignus seu pignoratio dicitur, quod quis assecurationis causa capit, vt debitum vel ius suum consequatur, vel retineat.*
33 *Custodes syluarum pignorare dicuntur, cum quid sumunt, donec damnum resarciatur.*
34 *Species turbationis variæ sunt, & quæ.*
35 *Pignus in restitutionem principaliter non venit sed tantum in consequentiam per indirectum.*
36 *Nuda turbatio quomodo à pignoratione differat.*
37 *Via ordinaria quo ad litigandum, perpetua est & semper durat.*
38 *Ex duobus malis id, quod minus est eligi debet.*
39 *Constitutio pignorationis tam de pignoratione, quam de captura, alternatiue tamen est intelligenda.*
40 *Vbi eadem est ratio, ibi idem quoque ius esse debet.*
41 *Qui hominem alterius magistratus capit, is iurisdictionem vel subiectionem quærit in alterius homine seu territorio.*
42 *Iurisdictio & homines sunt connexa & inseparabilia, cum illa sine eo subiecto exerceri nequeat.*
43 *Iurisdictio an aliter defendi nequeat, nisi captura, pignoratione & similibus.*
44 *In causis pignorationum quando exceptio subiectionis locum non habeat.*
45 *Captura plus connexitatis cum collectis habet, quam cum personali aliqua præstatione.*
46 *In pignoratione cur maior affectio sit erga personas, quam res, aut earum suppellectilem.*
47 *Stylus (interpretatiuus nempe) pro lege hoc loco seruatur.*
48 *Minus non est mulctari, quam astringi aut capi, in quibus casibus mandata decernuntur.*
49 *Delicta impunita manere non debent.*
52 *Cõstitutio pignorationis quomodo hæc duo* Pfänden vnd Fahen *æquiparet.*
53 *Res tertia in pignoracione an & quomodo attendenda.*
55 *Attenta in causis pignorationum quando locum habeant.*
56 *Is attentare non dicitur, qui ius suum prosequitur.*
57 *In puncto paritionis interesse ratio an haberi debeat.*
58 *Ius quod pignorans quærit, an in specie sit exprimendum.*
59 *Res tertia innocens & non litigiosa, capta vel pignoris loco ablata, an proprie dicatur pignoratio.*
60 *Attestationes in causis pignorationum ad plenum possessorium an valeant.*
61 *Terminus ordinationis an in puncto paritionis locum habeat.*
62 *Deterioratio rei, quæ fit in fraudem legis, an in pignoratione attendi debeat.*
63 *Punctus paritionis an factum ipso iure prohibitum præsupponere omnino videatur.*
64 *Punctus citationis respicit, quod vere controuersum est, in quo nihil inaudita parte altera definiri potest.*
65 *Punctus paritionis simplicem facti prohibiti quæstionem an continere videatur.*
66 *In Camera quæritur, vtrum & qualiter res tertia sit constituenda.*

## *Votum Domini L. Referentis in his quæstionibus dubiis in I. S. interlocutoriarum resolutis.*

Quæritur primo, qualiter res tertia constituenda, & constitutio moderanda, ne per decretum mandatum, quis in iure suo lædatur, & ne infiniti processus sub huius constitutionis prætextu in Cameram irrepant? Ex hac quæstione colligo & præsuppono, apud Dominos deputatos in dubium non venire rem tertiam, & non, ipsam litigiosam ablatam esse requiri, vt illius rei restitutio statim sine vlla causæ cognitione & sine clausula mandari possit, idque vigore constitutionis *titul. Ord. 22. parte 2.* Quam sententiam ego amplector, & eam qualitatem proprie pignorationem constituere, & sic nostram iurisdictionem fundari, dico per *Auth. vt non fiant pignor. pro alijs personis. Colla. 5. in princip. Auth. Sed omnino C. ne vxor pro marito. cap. 1. de iniur. libro 6. Auth. habita C. ne filius pro patre. l. 1. C. vt nullus ex vicar. libro 10.* Et si quis dicere vellet iam allegata iura in Repræsaliis, non autem in pignorationibus loqui: Respondetur, quod eadem ratio in nostro & alio casu sit, contra scilicet rationem † & naturalem æquitatem esse, vt 1 vnum pro alio capiatur, vel vnus, pro alio exigatur. d. iuribus: vel etiam dici potest, alia iuris Regula huiusmodi pignorationes prohibitas, quod scilicet. Nemo † propria auctoritate ius 2 sibi dicere, nec se † vindicare debeat, quod si 3 fecerit, puniatur. *l. extat. ff. quod metus causa. l. Nullus. Cod. de iudæis. Specul. Late titul. de actor. numero 55.* Item quod non propria auctoritate. Quod autem per huiusmodi pignorationes omnino fieret; vnde non mirum, cum contra naturalem rationem & æquitatem & legum prohibitionem, tales pignorationes fiant, quod statim sine vlla causæ cognitione, & sine clausula restitutio mandari potest: Maxime cum hæc res inter status Imperii omnis generis tumultus, seditiones & rixas facile excitare posset. Quare status eiusmodi tumultibus & violentiis vt obuiarent, prædictam constitutionem pignoratitiam

tule-

tulerunt, qua mediante, vnicuique res propria in controuersia pro pignore contra ius ablata,
4 † vel persona etiam propter controuersam rem tertiam capta, quam primum restitueretur, vel liberaretur, & pro celeriori expeditione cõtrouersiæ, & vt iudex certus & vnus omnium esset, Camerę hanc iurisdictionem & potestatem tribuere voluerunt, certa tamen forma & modo, vt scilicet is processus summarius & præparatorius esset, ad plenarium possessorium, vt expressim ex verbis d. constitutionis apparet, licet male practicetur, & plenarium possessorium in puncto citationis discutiatur, & super eo pronuncietur, & hoc intelligo fieri ex permissione statuum speciali.

5 Secus esset, si rem tertiam † in pignoratione non exprimeremus, sed sufficeret etiam rem ipsam controuersam faisse ablatam. Nam hoc casu, quando restitutio absque causæ cognitione de iure iniungi possit, non video. Cum in d. constitutione pignoratitia interdicta retinendæ possessionis ventilentur, vbi vterq; contendit, se esse in possessione, quo casu si alter vtatur sua possessione, recipiat fructus vel decimas controuersas, iam si statim ad petitionem alterius, idem ius & eandem possessionem prætendentis, sine clausula absque vlla causæ cognitione eidem mandaretur, vt eosdem fructus vel decimas supplicanti restitueret, certe talis sua possessione eo ipso sine causæ cognitione destitueretur, & contra ordinatioem & iu-
6 ra communia ab executione † processus initium sumeret, *Ordinat. titul. 23. parte 2. Dd. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de noui operis nunc. text. & dd. in leg. prim. Cod. de execut. rei iud. l. si cum nulla ff. de re iudic. l. probatam. Cod. de sentent. & interloc. omnium iudic.*

Vnde in mera extraiudiciali appellatione, inhiberi non potest, vti etiam in possessoriis,
7 ne altera pars † ante causæ cognitionem sua
8 possessione priuetur, & in omni alio casu, quo hoc fieret, nisi timor † subesset dilapidationis vel fugæ, quo casu rei fructus sequestrari possunt, *Francus Cap. cum teneamur. colum. 2. de appellat.* Et sane, nisi rem tertiam in pignoratione constituamus, nemo turbationem simplicem à pignoratione separabit, sed facile omnes turbationes simplices, contra verba & mentem ordinationis & statuum, statim in prima instantia ad Cameram deferentur, & ex hoc fundamento non solum crebriori dominorum calculo infiniti processus denegati, sed etiam multi qui iam decreti erant, ad instantiam partis aduersæ iterum cassati sunt.

9 Constituunt autem rem tertiam, † quæ citra controuersiam, confessione ipsiusmet pignorantis alterius est, nec in ea re ius controuersum, vel eiusdem fructus vel vsus consistat, vt possessione pignorans se vti dicere possit, sed tale factum pignoratio sit, vt aliud pro alio capiatur, res innocens tertia litigiosa, nec ius controuersum in ea re consistit, vel fructus rei litigiosæ contra iuris formam, sine iudice propria auctoritate quis sibi ius dicat, licet prætendat hoc iuris sui defendendi gratia feciſſe. Nam videmus, quod licet quasi generali consuetudine Germaniæ vnicuiq; permissum sit, si pecudem alterius in suo fundo inueniat, capere eam & tenere, donec Dominus, contra quem agere vult, sciat, tum tenere donec sibi de damno satisfiat, non potest: *Specul. titul. de Actor. §. 1. nu. 59.* Ratio est, quia mihi ius dicere non debeo, sed Magistratum adire & de damno dato agere, & hæc quoad primam quæstionem dubiam, nec puto faciendam differentiam † inter personas 10
captas, & res alias cõtrouersas ablatas, per rationes à me in causa **Eberſteinſche Vormunderſchafft**/ contra Fulda deductas.

## VOTVM D. W. CORREF.

Quoad primam quæstionem, Domini, qui hanc quæstionem his verbis conceptam nobis propoluerant, principaliter videntur de duobus absurdis nos monere voluisse, quæ ex nimia facili decretione mandatorum sine clausula, præsertim circa constitutionem pignorationis, sequi necesse est. Primum, ꝙ sine causæ cognitione, iure suo saltem quoad possessionis commodum, altera pars priuatur: Alterũ, quod processus confunduntur: illud quidem & naturali & ciuili æquitati repugnat, de quo me remitto ad §. *Retinendæ. Instit. de interdict.* & quæ ibi not. de commodo possidendi *in l. 1. vti possidetis. per totum.* Hoc vero impedit, quo minus dicendi functio administrari possit, in quã sententiam multa eleganter D. Oldendorp. *in præfat. Class. suarum. §. sic itaque discretis. Instit. de action.* congessit.

Rem igitur tertiam eodem modo constituo, quo Dominus referens, quæ nihil cum principali † iure controuerso commune habeat, con- 11
firmo per ea quæ geruntur in manibus Dominorum requisitæ constitutionis **der Pfandung**/ tam in 2. requisito quoad res ablatas, quã etiam in 6. requisito quoad personas captas. Addo, ꝙ & hoc ipsum suadet ratio ex processu, quẽ præscribit constitutio desumpta. Sunt enim duo separati articuli seu puncti, alter paritionis, alter citationis. Paritionis † punctus præsupponit fa- 12
ctum ipso iure prohibitum, quale est hic oblatio rei tertiæ, quæ ab ipsa re controuersa separatur ipsismet verbis cõstitutionis, ita vt à præcepto incipi possit sine clausula iustificatoria, vt in omnibus similibus casibus, quibus mandata † sine clausula decernuntur. Alioqui enim pun- 13
ctus paritionis de iure non posset subsistere, quatenus nimirum ab executione inciperet in iure principaliter controuerso. Vnde quoad causam principalem necessario requiritur † al- 14
ter punctus nimirum citationis. Neque enim

siue in proprietatis, siue in possessionis causa, quicquam inaudita parte possumus definire, vt eleganter loquitur textus *in cap. 1. de caussa poss. & prop.* & quæ statuuntur aduersus absentem non contumacem, ipso iure non valere. *l. ea quæ C. quomodo & quando iudex.* In dubiis enim sufficit,
15 quod se sistat, in manifestis † requiritur ante omnia satisfactio. *cap. ex parte. extra de verbor. significatio.* Dubia vel manifesta hic intelligo non eo respectu, quo quæritur, an quid factum sit, sed quoad quæstionem, quæ habet implicitam iuris disceptationem: in causis Mandati sine clausula iuris disceptatio expedita est. Hinc est,
16 quod nulla alia exceptio admittatur nisi † sub & obreptionis, quæ versatur circa statum controuersiæ, quem Rhetores coniecturalem vocant. Omnes vero reliquæ causæ, in quib. quæritur, an iure factum, quem statum iudicialem Rhetores vocant, infinitas continent exceptiones, quæ causæ cognitionem ordinariam requirunt, nec via mandati sine clausula expediri possunt. *l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconf.* & causa mendica dicitur, si aliqua parte absente, non per contumaciam, aliquid fiat. Iacob. de Aren. *de præcep. iudicum. numer. 5.* allegans. *l. laudabile. C. de aduoc. diuer. iud.* vt iuris cogniti allegationes absentibus personis, si quę competant, seruentur intactæ. Idem Iacob. *nu.*
17 *11. Ibidem cum sequen.* Vbi distinguit † inter præcepta, quæ nituntur auctoritate iudicis, & quæ nituntur auctoritate legis. Illa nō nisi causa cognita valent, vt si iudex præcipiat Titio, quod discedat à possessione vel fundo Mœuij & Mœuio relinquat. Hæc vero non opus habet causæ cognitione, sed sustinetur auctoritate legis, vide Inno. *in c. cum venissent. vbi de lite pendente. alleg. text. 11. quæst. 1. cap. final. Castrens. in l. de pupillo, §. meminisse, numero quinto, Felin. in capit. Ecclesia S. Maria de constitut. numero* 28. Vbi multos DD. allegat. His ita deductis apparet, eos qui non accurate rem tertiam à principali controuersia non distinguunt, punctum partitionis & citationis confundere, punctus partitio-
18 nis † pertinet ad remedia recuperandæ, citationis ad retinendæ. In remedio recuperandæ probanda quidem est alias possessio & ablatio, sed de iis hic constat ex confessione pignorantis. In remedio vero retinendæ altior indagatio de controuersa hinc inde possessione versatur, siue de fructibus rei controuersæ ablatis, siue de dominio prætenso iure Magistratus capto agatur. Supereſt vt ad quædam, quæ solent in contrarium adduci, respondeam.

### *I. Obiectio.*

Aiunt mentem constitutionis esse, vt prohibeantur thätligkeiten (violentiæ facti) qua potentiores solent interuertere possessionem minorum.

### *Responsio.*

Sed requisita, quæ recepta sunt in Camera circa hanc constitutionem, aliud nobis innuunt, sicut etiam verba & mens constitutionis. Verba expresse ponunt rem separam aliquam á principali iure, & rationem vtriusque separatim procedi volunt: mens vero constitutionis eo tendit, vt sicut violenta ablatio rei tertiæ innocentis, sine vlla mora reparanda venit, ita & causa principalis salua vtrique parti remanet. Aliter dicentibus & superflua & iniqua erit constitutio, propter alia & salubertrima remedia recuperandæ, tam per vim publicam, quam priuatam ablata, & quæ armorum metu auferuntur, de quibus prouisum est in constitut. litigiosæ possessionis hanc proxime præcedente.

### *II. Obiectio.*

Secundo obiicitur, quod eæ res, quæ ex fructibus in iure controuersæ sunt, secerni possint ab ipso iure controuerso, & ita pro re tertia haberi, nec eo casu destitui quem sua possessione, etsi iubeatur tantisper reddere ex fructibus ablatam, donec de principali iure cognoscatur.

### *Responsio.*

Respondeo, possessionis actus exerceri in percipiendis fructibus præsertim in iuribus incorporalibus non potest, & eo pertinet supra allegatus *Canon fin. 11. q. 1.* qui de pensionibus loquitur, neutri parti incognita causa restituendis. Deinde si iubear tantisper reddere rem ex fructibus perceptam, donec in principali causa obtinexm, interim priuor commodo possessionis in eo, & cogor Actoris partes in me suscipere in puncto citationis cum mihi sufficiat, quod possideam, vt dicit tex. *l. 1. §. 5. ff. vti possid.*

### *III. Obiectio.*

Tertio obiicitur, eum, qui iubetur pignus † reddere, & prius ius suum pignorandi deducere, nō minus lædi in possessione sua vel quasi, si causam habet pignorandi, atqui eum qui iubetur rem ipsam reddere.

### *Responsio.*

Respō deo, diuersam esse rationem, quia hic modus er pignorationē defendi possessionem suam, quasi, pugnat cum iure communi per *auth. vt non fiat pignor.* Vnde non mirum, si tantisper prohibeatur, donec de iure singulari pignorantis constet, is vero qui re controuersa tanquam sua vtitur, ante causæ cognitionem eadem priuari non potest, per sæpe allega. *Can. fin. 11. q. 1.* Sicut nec inhiberi potest, si forte extraiudicialiter sit appellatum, nec facit, quod prætendit se iure Magistratus pignorare, quia hoc locum habet in causis subditorum, non in causa propria, aduersus alterum Magistratum.

Quas-

*Quarta Obiectio.*

Quarto obiicitur, Nos præsumere pro eo contra quem supplicatur, cum esse in possessione, cum potius præsumere debeamus pro narratis supplicantis, qui conqueritur partem aduersam nouum ius sibi quærere, & se immemoriali tempore fuisse in possessione.

*Respon.*

Respondeo, nos ita præsumere in vtroque puncto sicut de iure debemus, in puncto quidem paritionis ita vt in omnibus mandati causis sine clausula. Quatenus enim narratur aliquem fecisse rem ipso iure prohibitam, ita vt si factum constet, statim condemnandus veniat eatenus à præcepto incipimus sine clausula. Nec alteri parti hac præsumptione præiudicamus, qui aut fecit, quod narratur, nec superest alia cognitio, quam satisfactio vel pœna, aut non fecit, & salua est ei sub & obreptionis exceptio: In puncto vero citationis, qui disceptationem continet, de iure vtriusque partis, absit, vt inaudita altera parte quicquam circa possessionis commoda præsumendo, pro alterutro statuamus *capitul. 1. extra de causa possess. & propriet.* Ad constituendum igitur iudicium, supplicanti fauemus, non ad exequendum in re altiore indagine opus habente. Quoad captiuos, sunt, qui probabili humanitatis specie mouentur, ne idem in huiusmodi captis statuamus, quod in rebus controuersis ablatis, & hi negant maxime causam finalem constitutionis esse, ne status ad arma veniant, sed vt pax & tranquillitas in imperio seruetur: Videtur enim hoc demum belli imaginem habere, si ad capturas hominum veniatur: vtrinque verum distinguendum puto, vt supra, quia quæ ratio
20 est circa res † ablatas, eadem & circa captiuos, similiter enim aut sub itus alterius ob separatum ius quoddam controuersum, quod in persona non consideratur, capitur & locus est con-
21 stitutioni, quæ iubet captiuum in puncto † paritionis ante omnia relaxare: Aut vero capitur
22 subditus † propterea quod recusarit facere id, quod prætenso Domino præstare alioqui teneretur, & hic ex omni parte æquitas venit æstimanda, tam ratione prætensi Domini cum capientis, quam ratione subditi captiui. Attendendum enim, ne is qui se magistratum prætendit, aliquo præiudicio grauetur, inauditus relaxare coactus eum, quem habere in vinculis optimo iure sua interfit.

Idque tanto magis, quia si aliter diceremus, difficilius nos in quasi possessione iuris alicuius, quod in hominibus habemus, defendere poterimus, quam in possessione alterius alicuius rei.

Et cum illi, quæ sunt in contraria opinione, maxime vrgeant fauorem miserorum subditorum, optimum puto ad hanc rem argumentum adduci posse ex veteri interdicto vtrobi, de possessione hominis, in quo interdicto non statim ad petitionem supplicantis aduersarij iubebatur quis hominem reddere, sed ita interdicebatur. Vtrobi hic homo: *in l.1.ff. Vtrobi.*

Nec possumus hic de duritie iuris veteris cõqueri, quod propensissimum fuisse in fauorem libertatis, infinitis patet exemplis. Non possumus etiam dissimilitudinem hic allegare, quia maior ratio hodie est præsumendi pro prætenso Magistratu, quam olim pro priuato Domino: Si de atrocitate quis conqueratur, dico superesse saluberrima remedia etiam hodie, quibus subditi nostri aduersus Dominos suos etiam mãdati via in Camera expediri possunt. Ipse vero Dominus, si inaudita causa possessione destituatur, commodum possessionis non ita facile recuperare potest, præterea aduersarius supplicans habet remedium momentaneæ possessionis ex *l. si cuius. §. æquissimum. ff. de vsufruct.* & huic opinioni libentius inhæreo, quod etiam in Camera communiori calculo obseruatum. *Mynsing. centur. 2. obseruat. 10.* Expedita prima quæstione, reliquæ quæstiones dubiæ sunt plane.

*Quæstio 2. Dubia generalis.*

Quoad 2. quæstionem, puto mandatum † 23
de non offendendo simul decerni posse: futurum enim damnum Iudex semper præuio aliquo præcepto etiam sine causæ cognitione auertere potest. *Iacob. de Aren. loco quo supra, de præcep. iudic.*

3. q. De attentatis in puncto paritionis superflue quęritur, in puncto vero citationis non possumus † dicere attentari, vt nouerunt Do- 24
mini ex natura mandati *vti possidetis.*

4. q. Quoad interesse, quin res ablata cum omni causa sua veniat redintegranda, non puto quemquam dubitasse vnquam ex natura remedij recuperandæ.

5. q. Quod in specie exprimendum sit ius, quod quæritur, plane puto necessarium esse ad distinguendum † punctum citationis & pari- 25
tionis.

6. q. De attestationibus ex hodierna practica constitutionis æque manifestum est.

7. q. De termino ordinationis pro diuersitate vtriusque puncti paritionis vel citationis puto statuendum.

8. q. Vltimo similiter manifesti iuris est, ea quæ in fraudem legis committuntur, perinde vindicanda, atque illa quæ in verba legis delinquuntur, nisi forte in aliam speciem delicti factum cadat, vt si quis non quærendi iuris alicuius causa rem tertiam, siue auferat, siue perdat, vel corrumpat, sed simpliciter vel dolo vel culpa damnum det, vbi ordinaria actio locum habet.

*Votum Dn. S. in eadem materia pignorationum.*

Quæstio est, an mandatum ex constitutione der Pfandung decerni debeat, etiam iis casibus, in quibus res ipsa, quæ in controuersiam venit, vna cum iure controuerso aufertur, hoc est: vbi decimæ, ligna, gramen, aut similia auferuntur, & controuersia est de iure decimandi lignandi aut secandi gramen, &c. Quæ quæstio agitata fuit hic in causa N. N. contra W. A. Anno 71. in pleno. Vbi procurator M. tertio supplicauit, præiudicium allegans, &c. Verum nihil ibi conclusum, nisi quod causa commissa illis Dominis, in quorum Senatu interlocutoriarum supplicatio fuit relata, qui etiam pro maiori parte processus denegarunt, quia res ipsa fuit ablata: sed & iterum disputatum in Senatu interlocutoriarũ. 2. Maij Anno, &c. 73. in causa S. contra N. Vbi similiter pro maiori parte concluſum, cassandos tales processus, quamuis cõtrariam opinionem plurimis argumentis quidam Domini defendere conati sint, præsertim in pleno, ex quibus etsi cursim perlecta, hæc tamen annotare volui.

*I. Obiectio.*

Primo ex causa finali eius constitutionis, quę ex præfatione constitutionis colligitur, ne scilicet partes ad arma perueniant, quæ locum habet ex eo magis quidem, quando res ipsa aufertur, quam si instrumentum aliquod.

*II. Obiectio.*

Secundò ex ipsius vocabuli (Pfandt) significatione seu definitione, quia pignus dicatur,
26 † wañ einer sein Schuldner vmb erlaubte schuld pfändet/ in constitutione Frederici Anno, &c. 1444. Vbi dici non potest ipsum debitoré non fuisse obligatum, & tamen dicit Pfandt. Ex Budæo etiam in pand. & ita accipitur *in authent. vt non fiant pignorationes & in Cod. vt nullus ex vica. &c. lib.* 11. Vbi etiam accipitur pignus † pro ipsis
27 debitoribus, rebusque eorum captis, vt & *in l. Extat. ff. Quod metus causa.* Item ex Budæo Spiegelio. *in verbo pignoris*, pignorationem fieri esse
28 † per executionem capere videre est.

*III. Obiectio.*

Tertiò ex verbis constitut. nostræ generalibus, warumb oder was Sachen willen/ &c. allein Malefitz. Ob quamcunque ergo causam etsi tanquam suam, vel iuris sui tuendi causa quis rem ipsam rapiat, cõstitutio locum habet, quia
29 exceptio † vt restringit, ita etiam ampliat regulam in non exceptis.

*IIII. Obiectio.*

Quarto ex præiudiciis, quorum quædam allegata sunt.

*V. obiectio.*

Quinto ab inconuenienti, quia si rem tertiam constituamus eius esse debere, qui pignoratur in homine libero quid dicemus? non poterit decerni mandatũ, cum is in dominio nostro non sit, & infinitis aliis casibus, vt in subdito communi. Nec obstare putant, quod dicitur, quando ligna ex sylua controuersa & similia auferuntur, nudã turbationem esse, ideo nõ posse dici pignoratum, quia respondent illã nudam
† turbationem tum fieri, quando sine violentia 30
quid rapitur vel deterius fit, *vt in l. 9. ff. de verb. signif. & § retinendæ. Instit. de interdict.* Item per diffamationem vt exempla habet Bar. *in l.* 1. *§. huius autẽ. ff. vti possidet.* Item quando quis in libero vsu rei suæ impeditur, vt & spolium dicitur † nudũ, 31
quandocunq; non fit ob iuris conseruationem vel acquisitionem, & illo casu non decernenda mandata. Secus, quando fit iuris noui quærendi causa, etiam in re non pœnitus extranea à iure controuerso. Secundo, etiam si res tertia requiratur, quia & de lignis, & gramine idem dici poterit, separata enim ligna, gramina, &c. nõ sunt pars rei, vt ex vsucap. & præscriptio· patet. Tertio nõ referre etiam, quod in restitutionem venit, quia & pecora & in venandi iure cerui veniunt in restitutionem. Verum prior opinio, quod scilicet, vbi res ipsa controuersa aufertur inter partes, quæ in restitutionem venit post decisam principaliter causam, de iure constitutio locum non habet, probabilior mihi videtur, quod ex responsione ad superius obiecta clarum fieri puto, vltra supra dicta per D. Referentem.

*Resp. Ad primam obiectionem.*

Ad primam respondetur, generalem esse illam rationem omnium fere legum, tamen non sequitur, Ideo esse iuris remedia confundenda: & hanc constitutionem ad omnes turbationes extendendam, præsertim vbi non eadem ratio, etiam circa ipsam causam impulsiuam militat. Nam maior cõsideratio est in pignorationibus, vbi aliquis scit, quod suum est, auferri, quia tunc facilius ad arma prosiliet, & defensionem rei suæ potius vel suorum, quam vbi res controuersa esse potest, & solet, suscipiet. Hoc etiam addito, quod frequentiores fuerint pignorationes, tanquam ex generali quadam consuetudine licitæ, quam reliquæ turbationes, sicut & aliæ diuersitatis rationes extant, etiam circa rem ipsam vel materiam subiectam, vt per duos referentes. su. & infr.

*Resp. ad secundam obiectionem.*

Quoad secundũ argumentum, siquidem, significationẽ verbi pignorationis, ex iuris consultorum modo loquendi, siue ex nostra recentiorum populorum consuetudine, inuestigemus, Id pignus † seu pignoratio dicitur, quod 32
assecurationis causa quis capit, vt debitum vel ius suum consequatur vel retineat. Ita in eo qui animalia alterius includit, vt damnum sibi datum

tum in prędio resarciatur. *Ang de malesi.ver.etiam vestem. numero* 31. vel vt sibi caueatur, de quo late Capitius *decis.45.per tex.in l.quemadmodum. §.magistratum ff.ad l.Aquil. Specu. numero* 59. *de actor.in princ.* Ita in excusatione accipitur. *l. Diuus. §. in venditis. de rei vend.* Ita cum pro salario non soluto res accipitur. *Chass.in rubric.*1. §. 7. *numero* 44. Et eadem ratione iurisdictionis actus. *Guid.quæ.* 163. *numero* 1. quod vbique non significat rem ipsam debitam seu controuersam auferre, sed id quod sit loco debiti, vt id ipsum consequantur redditurі ablatum, si satisfactio fiat. Et ita custo-
33 des syluarum † pignorare dicuntur, cum quid accipiunt, donec damnum resarciatur, eodem modo ex consuetudine accipitur **im Landtrecht** *articu.27.& art.47.lib.*2. Denique ex ipsius vocabulis pignorationis, quas vocant ἐνεχυριασμους clarigationes, vel ἀνδρολη ψία, id ipsum clarum videtur, quia ibi res ablatæ ab inimicis recuperabantur, per capturam rei tertiæ. Claudius Coltureus *de iure militari lib.3.cap.* 22. vt & ex repressaliis: cum quibus pignorationes similitudinem habent, quæ interdum promiscue accipiuntur. *Tiraq. de reuoc. don. versic. susceperit, numer.* 147. sic in constitutione dict. reformationis zu Franckfurt de Anno &c. 1042. & in consuetudine Aurelianensi *cap.* 7. *&* 12. pignoratio dicitur, quando non ipsum animal nocens, sed pera vel panarium pastoris accipitur, quousque de damno dato satisfiat. Faciunt etiam notata Iacobi de Canibus *in tractat. Repress. in prin.* Ex quibus omnibus constat, quod supra dictum est. Nec obstat, quod **pfänden** dicitur, cum ipse debitor adducitur pro debito, quia ipse non est obligatio ipsa, quamuis obligatus teneatur, non ob id totus homo res ipsa est vel obligatus.

*Ad III. Obiectionem.*

Ad 3. argumentum, notum satis, omnia verba etiam generalissima ex re subiecta accipienda & restringenda esse. Ita illa generalitas, **vmb keinerley vrsachen willen** &c. ex verbo, **pfanden**/ dependet, quod proprie accipiendo non habet locum, vbi pignoratio non est, sed turbatio tantum. Ita ad id, quod dicitur ex illis verbis (**oder** &c. **Sachen wz allein Malefitz außgenommē**) exceptionem hanc in omnibus reliquis, qui non sunt **Malefitz** admitti: Concedo in similibus etiam habentibus eandem rationem, vt est regula in materia interpretationis: dissimilitudo autem apparet ex superioribus, & licet etiam exceptio firmitudinem in non exceptuatis habeat, non tamen sufficit, vt regula generalis comprehendat alia, quæ non comprehendisset non facta exceptione per not. Dec. *in reg.*1. *de reg. iur. Chass. cons.*23. *nu.*48.

*Responsio ad IV. Obiectionem.*

Ad 4. liquet ex interpretum sententia obseruantiam styli, seu cōsuetudinem iudicii esse, (maxime vbi agitur de stylo interpretatiuo, vt hic) non ex opinione vnius atq; alterius, neque ex quibusdam prędiudiciis, sed ex eo, quod à pluribus & frequentius obseruatur iudicari, Ita Curtius ostendit ex aliis *de consuetud. in principio. numero* 29. *& copiose Rebuff. in proœmio.* At constat illo casu, vbi res ipsa capta est, sæpius denegatos esse processus vel cassatos etiam. Ergo non potest dici vsu receptum, seu de stylo esse, vt in terminis non dissimilib. consuluisse videtur Dec. *consi.*11. *num.*12. Ibi maxime, vbi actus contrarii non sint subuersi, vt hic, quamuis decretum, per sententiam tamen rursus cassatum mandatum in causa **Hessen** contra **Braunschweig**/ facit Guido, *decis.*24. *n.*8.

*Responsio ad V. Obiectionem.*

Ad 5. respondeo, licet variæ sint † species tur- 34
bationis, & fieri possit etiam, cum res ipsa auferatur, quod auferens nouum ius quærat: tamē dictæ constitutionis alia sunt requisita, de quibus supra, nimirum, quod ex vocabuli significatione pignus dici non possit. Item quod non potest fieri sine causæ principalis prædiudicio, si mandetur illo casu, & summum detrimentum subesset.

Nec potest in illo dubio, vter scilicet possessor sit, vel non, illa æqualitas seruari, vt neutri prædiudicetur, sicut illo casu, vbi res tertia auferatur, vbi minus periculi, potest enim interim re quoq; controuersa vti.

Quod dicitur pignus in restitutionem venire, ideo nō facere differentiam inter turbationem. Respondeo differentiam esse. Pignus enim non venit in restitutionem † principaliter 35
sed tantum in consequentiam per indirectum: Secus est in re ipsa, quæ venit vt pars iuris controuersi & rei.

Quod dicitur, fructus separatos esse rem omnem tertiam & separatam, non puto hic conuenire, quia connexa cum iure, quod in pignore dici non potest, quia pignus nihil commune habet, neq; cum re, neq; cum iure controuerso. Concludo ergo vt supra.

Sed magis hæc probant, quod hoc communi Doctorum consensu videatur ante decisum in resolutione Assessorum, ad visitatorum proposita dubia & quæstiones de Anno 57. intitulata, **Cammergerichts bedencken auff der Herrn Visitatorn vbergebene** grauamina Ann. 56. vbi inter alia egregie in princip. ad tit. **der pfandung**/ in verbo: **Nun ist andere** / ex quibus de mente non solum & interpretatione dominorū Assess. sed etiā de vsu & stylo certo huius iudicii clarisc. cōstare puto, quæ an. post 62. p ipsosmet status sunt aliquo modo confirmata his verbis: **Was**

auff grauamina visitatorum vnnd Cammergerichts bericht/verabschiedt soll pro lege obseruirt vnd zu dem das jenig/so Anno 57. auff dem Mortalzettel so von dem Reichstag zu Augspurg de Ann 55: herkommen/vnnd in dem bericht der Herrn Cammerrichter vnd beysitzer auff grauamina gestellt/pro lege obseruirt/vnd demselben nach gelebt werden/dardurch der ander Theil ordinationis nit ein geringe declaration empfangen/Gleichwol zu noch mehrer Erklärung/wöllen sie/daß sich Assessores einer Meynung vergleichen/quod intelligo in dubiis, & vt nouis Assessoribus proponantur, vt ibi dicitur.

Secundo quæritur, an dicta constitutio intelligenda sit de iis hominibus captis, quorum causa contenditur inter dominos, ita vt quilibet sibi subditum, seq; ius habere mandandi, capiendi, &c. prętextu iurisdictionis asserat. Quidam ex dominis priori conclusioni consentientes, hic dissentiunt, idque his forte argumentis.

## I. OBIECTIO

*in hoc puncto.*

Quando res ipsa, de qua controuersia est, capitur, vel aufertur, tum pignoratio dici non potest, cum non sit res tertia aut innocens, sed potius nuda turbatio, quæ differt à pignoratione, hic vero homo est res ipsa, de qua quæritur. Ergo.

### *II. Obiectio.*

Cum constet, causam esse constitutionis, vt pax publica seruetur, sine tamen præiudicio alterius non potest id interpretari, vt alter in sua possessione turbetur, quod futurum esset, si tali casu mandata decernerentur, quia ille, qui capit subditum, in possessione iurisdictionis turbat.

### *III. Obiectio.*

Licet verba constitutionis proprie & generaliter accipienda sint, tum id fiet hoc loco, vt supra, modo ea intelligantur & applicentur hominibus, qui capiuntur ob controuersam seruitutem aliquam, veluti propter ius pascendi, venandi, collectandi, vel simile, prout casus extant, &c. quia tum homo captus est, res tertia separata ab illo iure, vt sit differentia inter eos, qui ratione iurisdictionis vel subiectionis capiuntur controuersæ, vel etiam ob personales præstationes, quia hæ à persona separari non possunt.

### *IV. Obiectio.*

Absurdum sequeretur, scilicet, quod quilibet subditus se alteri in præiudicium veri domini impune submittere posset, & causa daretur subditis ad inobedientiam.

*Respondetur ad I. Obiectionem.*

Contrarium videtur tamen concludendum, quamuis enim in casibus, quibus aufertur res ipsa & controuersa, constitutionem locum non habere existimem, quia tum nullo modo pignoratio dici potest, vt supra etiam in causa S. contra Nassaw. Secus tamen esse putarim, quando persona capitur, cuiuscunq; intuitu id fiat, excepto maleficio: quia verb. constitutionis loquuntur non solum de pignoratis, sed etiam de captura eorum, in quibus tanto magis militat constitutio, quanto personæ rebus omnibus præferuntur, idq; ea forte ratione, quia & illa innocentia subditi, qui in dubio nescit, cui potius obtemperare debeat, est vice eius, quod dicitur de re tertia: sed infra latius de hac re: ita respondetur ad primum. Nec etiam requiritur, vt captiuorum causam ad regulas pignorationis astringamus propter particulam Oder quæ disiunctiua est.

*Respondetur ad II. Obiectionem.*

Ad secundum argumentum respondetur, quomodo possit accidere, vt falsum sit præsuppositum, vt non turbetur is, cui mandatur, sed potius supplicans in sua possessione tueatur, & si quis replicet, ideo pro neutro esse præsumendum, sed permittendum, vt via iuris agat molestatus, quia quando competit ordinarium, &c. respondetur ob id ipsum, quod per ordinariam viam captiuo consultum esse non potest, præsumendum est, hoc ita statutum. Iniquissimum n. esset, subditum innocentem, quando vincenti obedire paratus est, ob controuersiam dominorum interim misere vexari, donec causa vel lis decidatur via ordinaria, quæ solet † esse 37
perpetua. Ideo verisimile est, hoc ita peculiari ratione statutum contra regulas iuris, quæ ex duobus † malis minus eligere iubent, statu- 38
entes melius esse, iudicātes ad tempus aliquem impedire iure prætenso vti, quam vt status defendendo ius, quod putant se habere, ad arma proueniant, vel etiam quod homo innocens patiatur. Neq; est, quod quis dicat, posse subditum hoc malum effugere pignoribus, aut fideiussoribus datis, quia etiam non attento, quod sæpe id difficillimum futurum sit subditis, tamen & ob id ipsum ab altero prætendente ius mulctabuntur, aut duplici subiectione grauabuntur, dum vtriusq; mandatis parere coguntur, & vno prohibente, fidem alteri datam seruare non poterunt, ideoq; nec tertium obiectum obstat.

*Respondetur ad III. Obiectionem.*

Licet enim vere & proprie magis pignorationi assimulari possit captura, quando ob seruitutem aliquam, aut ius omnino separatum homo

homo capitur, quam si iurisdictionis exercendæ vel acquirendæ subiectionis causa id fiat.

Responderi tamen potest, vt supra, quod constitutio non solum de pignoratione † loquatur, 39
sed etiam de captura alternatiue. Quod si quis instet, id intelligendum de captura tantum, quæ fit ad similitudinem pignorationis. Contrarium tamen asseri potest ex eo, quod vbi est 40
† eadem ratio, Idem ius: At in genere turbatio potest esse in vtroq; casu. Nam non minus turbatur is in iurisdictione, cuius subditus capitur, quã si ob aliud ius, vel seruitutem aliquam id fiat. Nam etiam vbi ob ius pascendi capiens hominem relaxare tenetur, turbatur, vel potest turbari, quia noluit alterum pascentem & lignantem admittere. Nec est ratio diuersitatis, vtrum impediar, meine Vnterthanen zu pfänden oder zu fahen. Item sicut pignoratio est illicita ob seruitutem prætensam, proter dubium seruitutis, ita & captura magis propter controuersam iurisdictionem. Nec refert, quod dicitur illo casu ius separatum esse, quia sicut seruitus non potest exerceri sine homine: ita nec iurisdictio: taceo, quod sæpius coniuncta sunt, vt scilicet seruitus & iurisdictio simul vendicentur.

Neque ergo facit, quod dicitur, illo casu, vbi 41
capiendo hominem iurisdictionem † vel subiectionem quis quærit in alterius homine aut territorio, meram & nudam esse turbationem. Sicuti cum gramen vel ligna auferuntur in loco controuerso, cum his casibus ius separari non possit aere: Negatur enim illa similia esse. Nam vbi gramen aufertur, non est res innocens, quæ patitur: nec tamen periculum versatur in eo, potest enim qui turbatur, quocunq; tempore vincat, suum consequi, agendo via ordinaria, sine iactura rei aut præiudicio cuiusquam, secus est in captiuo, quia cum etiam obtineat turbatus in iudicio ordinario, nihilominus interim patitur innocens, nec potest ita restitutio fieri, vt factum reddatur infectum, imo etiamsi pro turbante vel capiente pronuncietur, iterum tamen iniq; læsus fuit homo, quæ si sciuisset, aut prohibitus non fuisset, omnino obtemperasset nec se capi passus esset. Item neq; sicut totum gramen, aut sylua est res ipsa controuersa, ita totus homo controuersus dici potest, sed interdum minimũ ius aut leuissimũ in homine, nec tamen æquum quod diuidi non possit, vt ideo id principalibus quod est patiatur. Idq; confirmatur etiam ex eo, quod diuersa ratio pronunciandi foret. Nam in gramine & ligno adiudicaretur, quod ablatum est vna cum iure, secus in captura, quia illa non adiudicatur, sed vt se sistat satisfacturus præceptis domini. Leuius est illud, quod dicitur, ideo rem ipsam hic subesse, quia connexa & inseparabilia sint iurisdictio & 42
homines, cum sine † eo subiecto exerceri illa non possit. Nam non propterea sequitur, ideo simplicem esse turbationem per supra dicta: Sed vt hoc idem dicendum esset, in equo pascente aut in securi ablata, atq; magis etiam in iure collectandi, mulctandi, &c. quia ex parte pignorati nec ius pascendi sine equo vel pecore, nec ius lignandi sine instrumento aut homine exerceri potest, & vt & exercitium iuris collectandi, quod nullo modo separari potest ab homine, nisi speculatiue, sicut nec iurisdictio sine coercitione hominis, ita ex parte pignorantis non turbatur ille magis, vt supra dictum est, qui hominem relaxare, quam qui securim, aut suppellectibilem aliquam, etiam ob controuersam iurisdictionem inobedienti ablatam restituere iubetur, quia iurisdictio † vix aliter defendi potest, quam captura aut pignoratione & similibus. Et esset absurdum, si bona hominis ob iurisdictionem controuersam capta magis essent priuilegiata, quam ipse homo. 43

*Respondetur ad IV. Obiectionem.*

Minus obstat quarta illa obiectio ab absurdo vitando: posito enim fieri posse, si contra veros dominos prætextu iurisdictionis capientis mandata de relaxando decernantur, vt si forte Comitis alicuius verus subditus malit esse sub Duce, eique præcipienti in sui domini præiudicium obedire. Hic tamen abusus non efficit, quo minus constitutio locum habere debeat. Nam econtra, si nõ decernantur, accidere posset quod is, qui Ducis aut alterius iussis parere debet, se Comiti aut alii submittat, & ita qui nõ est dominus, tutus sit, vero domino hoc extraordinario remedio dest tuto: Ideo tali modo conniuendo, vbiq; eodem ludo hæsitabimus. Verum quod fr[illegible]sttanea sit, vt supra dictum est, hæc coniectura, ex eo statui potest, quod hoc seculo rustici & alii sagacissimi esse solent, vt facile intelligat quisq;, si temere alienum dominum sequatur, fore tandem, vt si verus dominus in causa obtineat, ipsum male propitium habiturus, adeoq; offensi domini inuidiam aut capitis etiam periculum (vt nunc sunt Regulorum mores) incursurus sit, solent enim tali casu periurii pœnam & rebellionis obiicere crimen; imo si penitus res inspiciatur, nullum plane locum habebit illa coniectura, quia & is subditus qui se alieno domino addicit, soluendo vel obediendo in præiudicium veri domini, impune hoc non feret, etiamsi mandata decernantur.

Videmus enim quotidie, quod pignorantes mandatis pareant momento forte, & tamen mox oblata occasione priore prætextu in duriorem carcerem coniiciunt hominem: Ideo non est præsumendum, quod in tantam difficultatem temere quis, aut vltro se daturus sit. Ad confirmandam hanc sententiam addi possent & alia argumenta, veluti quod iura & constitutiones debent applicari ad ea, quæ frequentius accidunt, &c.

Verum

Verum quod homines capiuntur, frequentius accidit, vbi iurisdictio controuersa est, quã aliud ius, vel seruitus: tunc enim quando ius lignandi, venandi, prætenditur, vestes plerumq: aut instrumenta auferri solent. Deinde si hoc casu constitutionem locum habere dicamus, facilis elusio maiorisque mali occasio præberetur.

Si enim intelligerent domini, se tutos esse, ac iura prætensa defendi posse, magis præbendo hominem mandata contemnentur, quam aliud auferendo ad id refugium omnes declinabunt. Ita plectentur Achiui.

Tertio. Quia constat in his causis pignora-
44 tionum exceptionem subiectionis† locum non habere, etiam vbi de captiuis agitur, ratione prætensæ iurisdictionis, vti attestatur Mynsing. *obseruat. II. centur. 2. & respons. 26.* in pleno decisum, idq; in captiuo ob collectas exempto, ostenditur, & ita apparet, quod vbi fuerit actum de capto ob seruitutem aliquam, seu ius separatum à iurisdictione, quia constat saltem ex consuetudine & constitutionibus Imperii coniunctim eas peti prætextu iurisdictionis omnimodæ, vt plures extant casus, **Windeßheim** cõtra **Brandenburg**/ vbi in eodem loco & iisdem personis quilibet ius collectandi habere vtrinque contendit. Item **Baumgarten** contra **B. Cardinal von A.** contra **Augspurg / verstrickte Cardinälische Vnterthanen belangen /** Anno 67. Subiectionem itaq; principaliter controuersam fuisse, patet ex illa decisione Mynsing. cum loquatur in casu, quando negatur captum esse subditum quia dicit, etiamsi negata sit qualitas, quæ principali negotio adhæret, vt superari nõ possit, quod secus esset, si ob ius seruitutis separatum captus quis proponeretur, quia tum separari potest ius subiectionis, veluti ius pascendi à iurisdictione, vt hic mirum videatur, quod quidam domini, vbi quis ob collectas capitur, mandata admittant, in reliquis, quæ non minus sunt species iurisdictionis seu subiectionis, vt in **verbott/ Gebott/ Huldigung/ bussen /** deneganda
45 esse velint, cum tamen non plus connexitatis† habeat captura cum collectis, quam cum personali aliqua præstatione.

Quarto. Quod maius periculum subesse putem, si non decernantur, quia tum vterque eorum, qui contendũt de subiectione, ad se trahet capiet, rapiet miseros homines, & impune quidem, nec vllo superioris metu, quod tamen aliquos saltem his mandatis emissis deterrere solet, sed & id ipsum etiam fiet non sine armorum metu, quæ hoc casu interuenire poterunt, si remedium extraordinarium desit pignorationi. Quo diutius enim aut frequentius subditus alicuius detinebitur, eo maior erit commotio
46 atque ira, cum maior soleat esse affectio† erga personas quam res aut suppellectilem ipsarum, quæ cessat, si remedium aliquod sit liberandi subditum. Ex quib. concludendum puto, quocunq; prætextu capiatur homo propter collectas, aut alia onera, siue ratione subiectionis, aut iurisdictionis, mandata decernenda & sustinenda: etiamsi excipiatur de iurisdictione, vel subiectione, tũ quod talis exceptio ad merita causę spectet, nec sine iis decidi possit, tum etiam propter periculum captiuorum. Nam etsi quem prædictæ rationes non moueant, quia tamen stylus† pro lege seruatur, maxime interpretatiuus, vt supra quæstione proxima dictum, & diligenter omnia acta & processus ex constitutione pignorationis, multis abhinc annis impetrati inspiciantur, facile aspici potest ab initio statim & successiue hoc in vsu fuisse, vt ratione captiuorum decernerentur mandata, quod patet ex obs. Mynsing. II. *obs. cent. 2. & d. resp. 26.* Item in causa **Nürnberg** contra **B. Hans Pfaffen verschricke belangent/** An. 59. **Solms** contra **Bura Friedberg. Fürstenberg** contra **Wirtemberg. Würtzburg** contra **Bamberg. Erpach** contra **Rinbura/ Teutschmeister** contra **Wirtemberg. Zollern** cõtra **Cardinal zu Augspurg Riedesel** contra **Fulda/** Ann. 71. **Thungern** contra **Kutten/** Ann. 63. **Hanauw** contra **Meyntz.** Et infinita alia extant præiudicia, quibus manifeste ostenditur, vix vnquam dubitatum per dominos, quin & per maiorem partem Assessorum (aliter enim coniectari, aut præsumi non potest, cum multos & varios tãto tempore interfuisse oporteat) semper decretos processus, etiamsi iurisdictio, **Gebott/ Verbott/ Straff/ Steur/** vel alia quæcunque species iurisdictionis, vel etiam ipsa subiectio controuersa fuerit inter partes, vt tot casib. recurrere non solum difficile, sed etiam periculosum videatur. Siquidem contra tam diu receptam interpretationem constitutionis omnia præiudicia infringere, processus cassare, vel iam de nouo quid statuere velimus, vt patet ex supra dictis, processus decretos, vbi etiam ius mulctandi controuersum fuit, de quo iam magis dubitant domini in causam esse, tum videatur eadem ratio. Nam si deliquit subditus, & à duobus dominium prætendentibus puniatur, sicuti fieri solet, nemo negare potest saltem ab altero iniq; grauari, & ratione duplicis pœnæ innocentem esse, idq; contra iura manifestissima, & etiamsi ob notorium delictum, **als Frefel/** puniatur & capiatur, tamẽ iniquissimum à duobus puniri quem. Quod si ideo mulctatur tantum, quia præceptum prætensi domini neglexerit, ob controuersam iurisdictionem, eo magis dicendum, quod innocẽs causam det, quod per ipsum non stet, sed per dominum impedientem, nec minus est mulctari, † quam astringi 48
aut capi, quibus casibus decernuntur mandata.

Nec facit, quod publice interfit, ne delicta † maneant impunita, quia satis est ab 49
vno puniri: non enim præsumendum, quod alter sit neglecturus fructus suæ iurisdictionis, si

mulctan-

mulctandus quis sit. Nec simile, est, quod de maleficiis grauioribus obiicitur, in quibus capitalis aut corporalis pœna esse potest, quod contra constitutionem excipiuntur, quia ibi minus periculum subesse posset impedita aut dilata executione, & nos in puncto citationis iudicis esse non possumus. Imo & tum verius dici posset res ipsa controuersa, quia delinquēs homo etiam in corpore punitur, demum & hoc ipsum, quod maleficia excipiuntur, argumenti loco est, in reliquis minoribus causis, als Freffel/ Stechen/ secus dicendum.

## *In reliquis quæstionibus dubiis huius Constitutionis consensit plerunque cum cæteris sui Senatus Dominis.*

Rationes pro re tertia, 1. In votis vtriusq; referent. 2. In voto D.S.

D.G. Vt vnicuiq; processui certa & discreta dentur requisita.

D.F. Timet ne certis regulis includi possit.

D.H Res ipsa esset turbatio potius quam pignoratio.

D.P. Pignorationem non esse nisi res aliqua pro alia capiatur.

D. F. Constituit quidem rem tertiam, sed semper obseruari posse.

D.W. Constituit quidem rem tertiam, sed exprimi non vult, ne detur occasio syndicandi: plures rationes vide in tribus votis præcedentibus.

Rem tertiam & non litigiosam in pignoratione considerandam: consentiunt cum dominis Referentibus. D D D.S.G.R.F.H.R.F.B.R. M.W.R.S.P.B.S.A.P.C.O.W.P.K.E.F.&D.I.

Domini singulares, quod res tertia non sit consideranda: D D.M.G.M.D.K.

Horum qui singulares sunt argumenta & obiectiones quinq; præcipuas, vna cum eorum responsionibus, habes in voto Domini S. Iare eadem argumenta deduxerunt in hisce votis D. M.D.G.& D.L.

## *Rationes pro captiuis.*

Generalis multorum æquitas naturalis & fauor personarum captiuarum efficit. Quod satius sit Dominum ad tempus possessione sua, quam iterum acquirere potest destituere, quam immeritum carceri mancipare.

In captiuis non ita anxie rem tertiam considerandam.

Concludunt cum dominis Referentibus, D D D.S.G.R.H.R.B.R.M.W.B.S.A.P.G.P. H.& D.I.

Domini partim singulares, partim distinguentes D D D.F.S.K.D..E.S.

Omnino rem tertiam considerandam volunt D D.M.P.L.R.W.O.

## *Quæstiones dubiæ super constitutione pignorationis vna cum resolutione D D.I.S.*

Qualiter res tertia constituenda est? constitutio moderanda venit, ne per decretum mandatum tutus, in suo iure lædatur, & ne infiniti processus sub huius constitutionis prætextu in Cameram irrepant. In hoc puncto Referentes in dubium non vocant, rei tertiæ, & non litigiosæ restitutionem mandari posse per constitutionem pignoratitiam ordinationis, *tit. 22. p. 2.*

Ne sine causæ cognitione quis possessione sua destituatur, & processus ab executione †initium sumant. 50

Constituunt autem rem tertiam eam esse, quæ citra controuersiam, confessione etiam ipsiusmet pignorātis alterius est, vel saltem esse non negatur, quæ nihil commune habet cum iure controuerso, quia in ea re nec ius controuersum, vel eiusdem iuris fructus, vel vsus consistit, vt eo facto pignorans iure suo vti libere possit, sed tale factum proprie pignoratio est, quando aliud pro alio capitur, Res innocens, id est, tertia, non litigiosa, nec ius controuersum in ea re ablatum consistat, vel fructus sint rei litigiosæ, ne contra iuris formam sine iudice, propria auctoritate sibi quis ius dicat, licet prætendat hoc sui iuris conseruandi gratia fecisse.

Et licet quidam dominorum putarint, id etiam omnino statuendum in hominibus captis, quod in rebus controuersis ablatis, & nullam prorsus faciendam †differentiam propter iden- 51
titatem rationis, quæ ita militat in personis, sicut in rebus, si exercitium & possessio vel quasi iuris prætensi non extra personam, sed in persona ipsa tantum consistat, puta coercitio personæ, **Gebott vnd Verbott.** Et quia constitutio æquiparat †hæc duo, **pfänden vnd fahen**/ & si a- 52
liter diceremus, facile, vltra quod quis destitueretur sua possessione, sequi posset hoc absurdum, **Daß kein Herr seine Vnterthanen / darauff er Gebott vnd Verbott/ so sich derselben gebott vnd verbott wider setzen/ straffen möcht/** eosque etiam in carcere coercendi ius haberet. **Dann die muthwilligen Vnterthanen würden sich leichtlich an einen andern Herrn hencken/ vnd also der billichen Straffe entfliehen wollen/ Da doch der Vnterthan/ wo jhm vnrecht geschehe/ auch der Herr/ so sich dessen anneme/ auch andere ordentliche** Remedia **hat/ dardurch nicht als bald einem oder dem andern** in prætensi iuris possessione sine præuia causæ cognitone præiudicirt **würde.**

Tamen

Tamen crebriori calculo dominis nostri S.
53 placuit, non ita anxie rem tertiam † attendendam in personis captis, & hoc fauore personarum, ne forsan innocens subditus, qui in dubio nescit vtri potius obtemperare debeat, patiatur, & interim dum domini de iure disceptant, misere vexetur, minusque periculi esse liberare carcere subditum, & dominum ad tempus possessione sua destituere, quam vt miser subditus vel in hoc saltem innocens, forsan crucietur, & hanc sententiam tanquam benigniorem multis præiudiciis stylo & vsu Cameræ receptam esse.

### *An cum hoc processu mandatum de non offendendo etiam decerni possit.*

54 Mandatum de non † offendendo cum hoc processu pignorationis, quod secunda quæstio dubia fuit, decerni posse censent, cum compatibilia sint & ad diuersa tendant, vt etiam patet, ex vno facto posse impetrari mandatum super constitutione der Pfandung / & etiam citationem ad videndum super fracta pace, cuius rei plura extant præiudicia.

### *Attentata in causis pignorationum an habeant locum?*

55 Ad tertiam † quæst. quod attinet, Respondetur, quod aut consideramus punctum mandati aut citationis. Si punctum mandati, tunc quot facta & pignorationes fiunt, tot mandata decerni possunt. Si vero punctum citationis, & sic causam ipsam, tunc aliud statui circa attentata non potest, quam in aliis causis simplicis turbationis & possessorii interdicti vti possidetis. In quibus causis, quid iuris, domini nouerunt. Quod scilicet in concernentibus causam principalem, nec inhibitio, nec remedium attentato-
56 rum locum habeat, cum attentare † non dicatur, qui ius suum prosequitur, continuando suam possessionem, fructus percipiendo, seu veteri iure vtendo.

### *An hic & in puncto mandati de restituendo*
57 *seu † paritionis eius interesse ratio habenda, quod à re ipsa causatur & producitur, non solum naturaliter, sed per vsum, ad quod vnum quodque destinatum est?*

Putant domini Referentes in hoc puncto, quod sic. Hocq; in odium pignorantis, & violentiam inferentis, ex qua ratione etiam iuramentum in litem, ratione æstimationis rei ablatæ admittitur, per rationes *l. extat. ff. quod metus caus. arg. l. sed & Paul. ff. eod.* Ita iudicatũ in causa Pfaltzgraff Georg Hans cõtra N. von Wiltpatg.

Concordant præterea cum dominis referentibus in sequentibus quæstionibus dubiis Domini reliqui, vt sequitur:

Secundam decisionem approbant, D D D. F.H.K.B.R.M.M.S.P.G.R.S.H.P.S.O.W.D P.K.E.S.F.& D.I.

Alii distinguunt, vt tum demum decernatur mandatum, Wann das factum auff den Landfrieden qualificirt/vnnd fractæ pacis wer, ꝛc. DD D.W.B.A.K & D.S.

Tertiam decisionem approbant omnes domini prædicti communiter, cum dominis Referentibus concludentes.

Decisionem quartam iidem domini omnes excepto domino K. qui subscribente W. distingui voluit inter interesse, & sumptus in pignorando factos, vt in hoc præcedat opinio dominorum Referẽtium, secus in interesse seu commodo medii temporis, cum de eo an iuste vel iniuste petatur, non nisi in discussione causæ constare possit, & alioquin si iustam causam foueat pignoratus, res cum sua causa ei restituenda venit, hoc est, cum commodo & interesse. Dominus P. quoq; putauit interesse peti posse, in genere, sed per maiora conclusum est cum dominis Referentibus.

### *An ius quod pignorans quærit, in specie exprimendum?*

Putant domini Referentes, quod sic, † licet 58
olim non semper, nec perpetuo obseruatum sit ad hoc sc. vt certius intelligatur, Nam res tertia
† innocens, & non litigiosa capta, vel pignoris 59
loco ablata, & sic proprie pignoratio sit.

### *Attestationes in causis pignorationum an valeant ad possessorium plenum?*

Frustra hæc quæstio † inducitur, cum plena- 60
rium possessorium in causis pignorationum discutiatur, disputetur, & sententia desuper feratur.

### *An in puncto paritionis locus sit termino ordinationis?*

Distinguendum censent domini inter punctum † citationis & paritionis, concludendo 61
in puncto paritionis terminum locum non habere, sed statim in puncto paritionis de paritione doceri debere, quod si non fiat sub euentuali comminatione ex stylo præfigi breuem terminũ: in puncto vero citationis secus esse, cum ibi procedatur, vt in aliis causis possessoriis.

### *Deterioratio rei quæ fit in fraudem legis quomodo sub pœnam huius constitutionis trahenda?*

In hac constitutione dubium non est, in legem

62 gem † committere eum, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem, nec pœnas legibus insertas euitabit, qui se contra iuris sententiam sæua prærogatiua verborum fraudulenter excusat *per text. l. non dubium. C. de legibus. l. contra legem. ff. eodem tit. & iuribus vulgat.* præsertim cum hic casus sit decisus per status in comitiis August. Anno, &c. 66. §. Als auch/ in 22. articul. iuncto versicul. sequ. Da auch/ fol. 38. fa. 2.

Quintam omnes approbant, excepto D. O. M & D. P. quam multum conferre putant ad sententias diffinitiuas concipiendas.

Sextam, septimam, & octauam, similiter omnes approbant cum Dominis referentibus.

Incidenter quærebatur, Cum constitutio der Pfandung mandatum, seu iussum domini requirat, eius autem probatio sit difficillima, an vt hactenus factum, Actori iniungenda sit.

D. T. qui primus hoc dubium mouit, est in ea opinione, quod alia probatione non sit opus, sed arctior paritio iniungenda sit, si subditis manus auxiliatrices dominus præbuerit, facto subditorum annuerit requisitus: & summarie de negotio informatus pignoris restitutionem non mandauerit, vel alias de ipsius interesse agi saltem secundario constet.

Huic opinioni subscripserunt, DDD. R. B. M. & D. K. ad deliberandum, consentiente D. K. probato interesse, probatum putat etiam iussum domini, ideo tali casu mandatum iniungit D. I. tunc de iussu constare putat, si vel expressa, vel tacita ratihabitio subsequatur. D. D. distinguit: Aut enim non diffitetur dominus factum, sed improbat tantum, nec habet interesse, hoc casu non daret arctius mandatum: Aut diffitetur, de ratihabitione verò tacet, quo casu decerneret, præsertim si euincatur vtilitas aliqua, quam inde caperet, vel alias de ratihabitione verisimiliter constet.

Quærebatur & illud: Si res tertia & res ipsa in pignoratione concurrerent, an esset in decretis distinguendum, an verò propter connexitatem mandatum decernendum?

Quod mandatum simpliciter decerni possit propter connexitatem placuit D. F. D. M. D. R. D. R. B. S. & R. Cæteri tum temporis de voto suo non fuerunt requisiti; erat enim quæstio seu dubium incidens obiter.

## RESOLVTIO.

### *Plenaria dictarum quæstionum Dubiarum.*

AD primæ quæstionis resolutionem maioribus dominorum votis in eandem sententiam itum est, considerandam rem tertiam, & intelligendam eam esse, quæ citra controuersiam ipsiusmet pignorantis confessione alterius est, nec in ea re ius controuersum vel eiusdem fructus vel vsus consistat, vt possessione sua pignorans se vti possit dicere. Exempli gratia, si vel instrumenta vel pecora, vel homines propter ius lignandi, pascendi, venandi capiuntur, locum habeat constitutio. Si verò ipsos fructus controuersi fundi, syluæ, pratarum, ipsas feras, aues, pisces, prætensus prædii vel talium iurium possessor auferat, vel etiam plane aduersarium deiiciat, ad alia remedia litigiosæ possessionis, vel spolij, supplicans recurrat.

Elegans exemplum controuersæ decimæ suppeditant, si quis promiscue non separatos ad decimam aceruos abstulerit, pignorasse dicitur, contemplatione frugum, cum decimis, in quibus ius prætendit, nihil commune habentium. Pro hac sententia amplectenda hæc potissimum fundamenta adducta sunt.

Primo, proprietas verbi pignorationis, quod significat, aliud pro alio capere, rem extra controuersiam alienam pro litigiosa, contra iuris formam sine iudice ius sibi propria autoritate dicendo, *Auth. vt non fiant pignorat. l. vnic. C. ne quis in sua causa. cum infinitis aliis.* Qui fundum ingredientes homines vel bestias eiicit, vel fructus ab ijsdem asportatos recuperat, propter dubium possessionis ius in longe alia causa esse visus est, quam vt ei absenti sine clausula inhiberi debeat. In interdicto retinendæ, nec in extraiudiciali appellatione inhibetur eadem ratione. Nemini enim imputatur, quod possessionem suam contineat, *text. & D d. in l. 1. C. de exec. rei iudic.*

Secundo, ponderatus ad hoc fiat processus, quem præscribit constitutio, distinguens inter punctum citationis & paritionis: ita quidem, vt paritionis punctus † omnino videatur præ- 63
supponere factum ipso iure prohibitum, quale est, ablatio rei tertiæ, nihil commune habentis cum re controuersa, sic vt eius intuitu recte a precepto sine clausula incipi possit. Punctus vero citations respicit, † quod vere controuersum 64
est, in quo nihil possumus inaudita altera parte definire, *l ea quæ. C. quo. & quand. c. de caus. poss. & proprie.* Rursus paritionis punctus † continere 65
videtur simplicem facti prohibiti quæstionem, vt si factum esse constet, statim parere necesse habeat, vnde sub & obreptionis sola fere admittitur exceptio. Punctus vero citationis implicitā habet iuris disceptationem, varias continentem exceptiones, quæ causæ cognitionem requirunt, nec via mandati expediri possunt nec debent, *d. l. nec quicquam. §. vbi decretum, de offic. proconf. & toto tit. C comminat. epist. program.*

Tertio: Eodem tendere visa est etiam mens constitutionis ex verbis & præscripto processu, vt modo attigimus, desumpta. Vt enim verba ponunt, rem aliquam separatam à causa ipsa & ratione vtriusque separatim procedi volunt: Ita mens eo videtur spectasse, quo & oblatio rei extra controuersiam alienę statim redin-

tegraretur, & ipsa causa sine alterius præiudicio in re disceptaretur.

Quarto. Suadere hãc distinctionem visus est continuationis ordo, qui ab initio statim constitutionis nostræ verbis innuitur: quod sicut præcedens cõstitutio cauet, ne circa ipsam possessionem principalis iuris metus armorum existat. Vnde alteruter, quid detrimenti capiat, ita hæc addit reparando specialiter ea, quæ intuitu possessionis præter rem ipsam eiusq; fructus pignorando ablata vel capta sunt.

Quinto. In considerationem consequenter venit confusio quædam, quæ ex non obseruata superiore distinctione videtur enasci, nimirum primò, confusio separatorum punctorum partionis & citationis, si de eadem re vtrobiq; agatur. Distinctio enim circa formam procedendi, videtur præsupponere diuersitatẽ materiarum, circa quam ita quidem vt in re à principali iure, eiusq; fructibus separata requiratur ante omnia satisfactio, in re vero dubia sufficiat. *c. ex parte. & l. extra. de verb. sign.*

Deinde, confusio etiam aliorũ processuum, simplicis turbationis & spolij, indeque inexplicabilis quædam coaceruatio infinitorum processuum, quibus Camera sub huius constitutionis prætextu in distinguendo grauaretur. Quæ res tandem etiam vniuersam iustitiæ administrationem non parum conturbare visa est.

Sexto. Omniũ maxime dominos mouit præiudicium, quod alteri parti inauditæ infertur, si circa rem ipsam vel eiusdẽ fructus, sine vlla exceptione restituendos ad libellum supplicantis subscribendo aliquid decernatur, contra iura in primo & secundo fundamento adducta: facit in terminis *l. 5. & vlt. C. comminat. program. epistolas & text. opt. caus.* 11. *quæst.* 1. *can. fin.*

Septimo: Eadem ratione non minus periculosum existimatur hac in parte pro supplicante, qui oppositum possessorem ex narratis præsumeret. Quod genus præsumtionis nec in extraiudiciali appellatione, neque in vllo possessorio iura admittunt. Hoc enim dato inter contendentes de possessione potius erit, quod qui callide præoccuparit, cõceptis in hanc rem operose grauissimis querelis, iudicẽ ad decernendum quid sine clausula permouere, quo alter ad agendum possessione destitutus cõpellatur. Impetrans vero securus eadem fruatur, semper ad eandem viam reuersurus, quotiescunq; aduersarius pendente lite actum aliquem controuersi iuris exerceri voluerit.

Octauo: Quod læso aliis remediis consuli possit sine iniuria partis aduersæ: vt enim communis finis est huius & præcedentis constitut. pax & tranquillitas, ita media quibus eò peruenitur, diuersa, suis quæq; factorũ generibus, ita distincta & accommodata, vt non distrahatur ab vllius iustiore petitione officio iudicis.

Vltimo: Distinctio rei ipsius & tertiæ ex traditione maiorum, præsertim ab Anno 56. crebriore obseruatione, receptis quoque in eandem sententiam requisitis quibusdam inualuit, quod & proposita quæstio nostra ab initio non obscure innuit. Non enim quæsitũ amplius in nostro collegio, vtrũ, sed qualiter constituenda † sit res tertia. Item qualiter moderanda constitutio, monendo simul de duobus inconuenientibus, quæ pariat extẽsio. Adeo autem hæc sententia præualuit, vt inter consultandum à nonnullis singulariter sit propositum: Non sufficere rem tertiam, nisi factum pignorationis respectum habeat ad ius, quod quæritur, vt si quis narret, se habere venandi ius, & addat currus onustos lignis pignoratos esse, vel se habere ius pascendi, vel patronatus, & aduersarium canes pignori cepisse, quod tamen non est apud plerosque expeditum. 66

*Diuersa sententia fuit eorum, qui rem tertiam vel plane non attendendam, vel non prædicto modo probare nituntur his sequentibus fere argumentis.*

Primo, quia nulla conster de re tertia mẽtio.

Secundo: propter generalitatem verborum constitutionis, & vnicam additam exceptionem allein Malefitz Sachen außgenommen.

Tertio. Ex causa finali, quæ respicit motus, turbas, quæ non minus, imo magis etiam circa res ipsas, quã propter vilissima pignora excitari possunt, vbi & hoc absurdum mouetur, pignoratis paratã esse restitutionẽ rei sæpe leuissimæ, de facto verò temerarie læsis minus consuli.

Quarto; quod quis pignore super executionem caperet, & id de rebus ipsis obnoxiis quoq; capiatur. Allegatur ad hoc const. Freder. III. de An. &c. 1444. de debitore pignorato. Allegatur etiam gl. *in verb. & alia leges. cum gl. seq. Auth. vt non fiat pignor. in princ.*

Quinto, quod res tertia sine diuinatione, & si certo constitui non possit, quo pacto namq; sciri possit ex narratis, res ablatas extra controuersiam alienas esse.

Sexto, ꝙ constitutio salutarem suum vsum habere possit, etiam sine tali distinctione, nec metuendam confusionẽ processuum litigiosæ possessionis vel spolij; quia hic agitur de violenta ablatione fructuum, quas supplicans suo prætenso iure iam cœperat, non de ea turbatione, vbi quilibet separatim actus suos exercet.

Septimo, concesso, quod res tertia constituenda, alio tamen modo constitui eam posse, vt fructus ipsi vel aliæ res connexæ separentur à iure principali. Quo pertinet, quod quidã mouerunt, in cõtrouersiis iurium incorporalium pignorationem & turbationem coincidere.

Octauo: Quod pro supplicante præsumendum in hisce casibus, vbi plurimum facti versetur propter periculum moræ & scandali.

Vltimo,

Vltimo denique propter plura præiudicia, vbi sine distinctione decreti processus.

His tamen non obstantibus, maiora inconuenientia, non obseruata distinctione inter rem ipsam & tertiam, consequi, visa sunt, quæ etsi in fine causæ reparari videantur, tamen propter litis ordinariæ protelationem, & eiusdem dubium euentum, durum censeri potest id statuere.

Quod vero ad captiuos attinet, crebrioribus dominorum votis placuit, supra dictam differentiam non attendendam. Etsi enim nonnulli hic quoque præiudicium vrgerent, quod in controuersia iurisdictione alteri, cui sine clausula mandatur, relaxatio imponatur. Benignius tamen visum, subditorum rationem habendam, quod plerunque innocentes ob dominorum controuersias plectuntur, & sic cuiuscunq; iuris respectu (excepto maleficio) homo capiatur, supplicanti mandatum decernendum, ex hac constitutione concluſum.

Fuere tamen alij, qui hic quoq; varia incommoda subesse animaduerterent, vt de eo qui capit subditum suum in non dubia omnimoda iurisdictione sua, qui tamen supplicantis sit homo proprius. Hoc casu allegata præiudicia cassatorum processuum. Alii hanc limitationem addendam censuerunt, vt si capiatur subditus ab alterutro de iurisdictione contendentium ob delictum aliquod ciuile, hoc est, Freuel/ quod nondum is punitus, Hic cum aliquid deliquerit subditus, deficere rationem, quæ se fundat in innocentia captiuorum, & insurgere contra eundem, ne scilicet delicta maneant impunita. Vnde processus denegandos, ne causa incognita controuersiæ iurisdictionis actu priuetur, qui præuenit delinquentem capere. Decisionem ad cæteras quæstiones dubias huius constitutionis, vide latius supra.

## *Aliæ quæstiones dubiæ* von Pfändung.

WJewol hiebevor vber die Constitution von Pfandungen / viel Zweiffels von den Partheyen/oder jren Aduocaten erweckt/vnd bey den Beysitzern ingefallen / welche auch dieselbige etlicher massen erlediget / vnd den Ständen zukommen lassen/So haben sich doch hernacher andere bedenckliche Fäll weiters zugetragen/auch bey etlichen davor angesehen worden / daß dieselbigen in angeregter Resolution nicht gemeynt/oder denen dardurch gäntzlich abgeholffen sey.

Dann sonderlich ist gleichwol ein alter / doch jederzeit erweckter Streit vnd Zweiffel/wie man in Pfandungs Sachen rem tertiam verstehen / vnd in Achtung nemmen sollen.

Demnach etliche das jenig pro re tertia gehalten / so ausserhalb deß streitigen Guts / oder Gerechtigkeit/vñ derselbē Abnutzungen von dem Pfänder hinweg genommen wirt / vnd allein im selben Fall Proceß erkennen wollen. Andere aber vermeynt/da gleich das jenig/so streittig ist / entführt wirdt / daß demnach die Constitution statt haben / vnd die Proceß nicht zu verweigern seyn solten/ꝛc.

Als nun beyderseits allerhand Vrsachen vnd Rechtsgründ sich befunden/hat man diese Ding nachmals sammentlich erwogen / dieweil es sonderlich durch die Ständt deß Heyligen Reichs auch die Nohturfft / damit desto beständiger gleichheit gehalten/ erfordert/ auß erheblichen bewegnussen sich endtlich dahin verglichen / vnnd nach gelegenheit auff den Weg entschlossen/daß allein in denen Fällen/da/wie anfänglich gemelt/ Res tertia, die nicht streittig ist/ abgenommen wirdt / Mandata mit angeheffter Citation zu erkennen/als da man Viehe/Pferde/einer streittigen gerechtigkeit halben/als Jagens/Weydens/ behaltnuß vnd dergleichen/ Pfandsweiß hinweg nimpt/vnd nicht was streittig Holtz/Graß/ oder anders auß erzehlter Zehend entführt wirt. Dann ob wol bedacht/daß die Constitution general/vnd deß falls mehr auff die Thätlichkeit/widerwillen/ vnd Empörung gesehen/so sich gleich so wol/vnd etwa mehr circa rē ipsam, als circa rem tertiam, zugetragen/So ist doch obgemeldt Concluß/dieweil man befunden / daß die Pfandungs Sachen/da res tertia nicht eygentlich in achtung genommen/sich abermaln dermassen häufften/vnd fast alle turbationes vnnd spolia zu denselbigen/ deren ohne das sehr viel hieher gezogen würden werden / für rahtsamer vnd nützlicher angesehen worden/ in fernerm Bedencken / daß diese Meynung der Eygenschafft einer Pfandung mehr ähnlich/vnnd keinem Theil dardurch vorgegriffen/Auch der Supplicant / da er in andere Weg turbirt/ sonst sein ordenliche Mittel/ Aber im gegenFall ein jeder leichtlich seiner Possession/nicht allein entsetzt seyn / Sondern auch der ein lange Zeit entrahten müste / weil man das plenarium possessorium nun mehr herbrachtem stylo nach allhie außführt/vnd da er vnter deß sich Hand zu haben vnterstünde / jhm durch fernere Mandata gewehret würde.

QVOAD definitionem seu potius † significationem vocabuli illud, alij latius, alii strictius † in constitutione nostra intelligunt: Latius, quod scilicet quodlibet impedimentum, quo quis impeditur, nec rebus suis liberè vti, aut eas suo arbitrio auferre, vel transportare, vel etiam domum suam libere transferre possit, vt non sit aliud quàm verſperren / thätlich auffhalten / Jnntrag thun oder verhindern. Ita vt etiam comprehendat rem effectam litigiosam, vel controuersam; Item spolia, quæcunque detentiones, retentiones &

quæ-

quænis impedimenta. Ratio huius intellectus
3 assignatur, quod dicta constitutio † fauorabilis est, & ex iisdem motiuis & rationibus de-
4 scendit, atque † ad eundem finem tendit, sicuti altera illa constitutio de pignorationibus, & ambæ generales & ita assimilatæ, vt quo casu vni ex his locus esse nequeat, alteri locus
5 sit; vt tam arrestatis quam pignoratis † subueniatur ex æquo, per mandata sine clausula, quia iniquum foret, si quis ante causam iure decisam, sua possessione vel quasi destitueretur, ac propria auctoritate arrestans ius sibi diceret. Item quia paria sunt † arrestiren vnd
6 auffhalten / vt ex verbis deß Religionsfriedens euincitur: & in hac sententia fuerunt tres domini.

7 Strictius autem † (vt quatuor ex dominis voluerunt) quod concepta solum modo propria & genuina significatione vocabuli & communi vsu loquendi (hoc est, vbi quis vel mediante magistratu siue iudice, vel vbi is qui iurisdictionem in loco habet, propria auctoritate per se vel suos officiales, personam, res vel ius aliquod, vsque ad præstationem vel solutionem, quam sibi deberi asserit, vel donec negotium lite aut quauis alia ratione decidatur, & sic limitato modo & ad certum tempus saltem; detinet siue impedit, & non quando quis alio animo, vtpote rapiendi, spoliandi & alio modo destituendi aliquem suo iure, sine possessione. Item rem tanquam suam propriam prosequendi, retinendi siue recuperandi, purè & simpliciter ista fecerit) quæuis aliæ turbationes excludantur, præsertim spolia, vt si quis excipiat, se nihil arrestasse, sed rem suam propriam accepisse, seu ad se transtulisse, vt quibus non conueniunt verba neq;
8 dispositio, & quæ nomine differunt, † ea etiam re separentur. Item vt cuitetur sic aliarum constitutionum, de litigiosa possessione & simplici spolio coercitio, vt in ordin. *tit.* 8 *p.* 2. vbi loquitur von Außträgen/quę hac ratione tollerentur, (quod tamen hic non est dispositum) & tam iudices quam partes prima instantia & ordinario iudice priuarentur, sicut etiam aliis iuribus & remediis ordinariis; tantisper enim persona, res vel ius aliquod impeditur, donec exempli gratia, debitum, census, decimæ, &c. soluantur, vel lis finiatur. Cum alias in simplici turbatione res plerumque purè & absolutè tanquam sua, suo iure vel sibi debita auferatur, persona capiatur, ius vel possessio occupetur, veroque domino vel melius possessionem, vel quasi probanti adiudicetur. Nec putant domini, generaliter omnem siue quamcunq; violentiam sub dictis duabus constitutionibus comprehensam esse sed singulas constitutiones suas proprias habere qualitates & requisita, imo etiam diuersos effectus, virtutes atque officia propria, nusquam etiam extensio nobis concessa & demandata est, sicuti de mente quoque statuentium nihil constat, nec affirmari potest. Taceo quod si super infinitis casibus & quouis spolio ac generaliter super omni turbatione processus decernerentur, cameram circa multas disputationes, maximè in puncto exceptionum, occupatã esse oporteret: Imò consequeretur quis ante sententiam vel causæ cognitionem, quod vix per sententiam obtineret, cum etiam de iure spoliatus non semper † per omnia veniat restituendus. Vnde 9
domini hanc dubiam quæstionem ad status deferendam putant, aliàs domini in eo conueniunt, quod hic aliquid vltra interpretum constitutionem, hoc est, quod non tantum loquatur constitutio † de illis arrestis, 10
quæ per magistratum vel iudicem fiunt, sed etiam de iis, quæ per statusmet in proprio territorio, vel per alios immediatè imperio subiectos, eo loci, vbi iurisdictionem habent in propria persona vel per suos officiatos imponuntur, & sic quando quis propria auctoritate, neglecto iudice ordinario sibi ipsi ius dicit. Item quod arrestum specialius; turbatio autem generalius quippiam sit, sicque non omnis turbatio dicitur arrestum, † licet 11
omne arrestum turbatio dici possit, & per consequens vt genus & species sese habeant. Propterea quod arrestum tanquam impedimentum & interdictum minus sit: turbatio autem tanquam prehensio, captura siue carceratio (quoad personas) vel tanquam comprehensio siue occupatio (quoad possessiones, res vel bona) plus sit; hæc enim variis modis inducitur, scilicet per sequestrum ex locatione, per appositionem variorum in iudicio, cum negant nos possidere. Item per quamcunque aliam vim turbatiuam; facta igitur & narrata bene esse distinguenda putant ad processus vel denegandos vel decernendos: sed etiam narrata expresse vel tacite reddunt factum qualificatum, quod Domini magis pro arresto quam pro simplici & nuda turbatione tenent. Vnus ex dominis sic distinxit, quod aut quid arrestatur vel detinetur propter debitum vel aliam quamuis causam proprii interesse, & processus decernit, aut nullam aliam ob causam, quam quod sua propria sit quam vel occupat, vel detinet & tunc processus denegat. Dubitatur etiam quid faciendum, si nomine der Nachsteuwer vel Leibeygenschafft/ fiat arrestum: vide rationes, in voto E.

## Secunda Quæstio dubia.

An & qualiter † hic quoque res tertia sta- 12
tuenda? licet in pignorationibus & repressaliis aliud pro alio sumatur seu detineatur: & res tertia innocens necessariò constituatur: secus tamen est in Arrestis, vbi res tertia in-

nocens neque in rebus neque in personis necessario requiritur.

In omnibus quæstionibus huius materiæ dubiis consentiunt sequentes domini, partim quia referentes, partim quia eiusdem S. in quo hæ dubiæ quæstiones relatæ & disputatæ sunt, partim quia aliàs simpliciter transeunt: D. A. Referr. D. H. Correfer. DD. H.R. W. S. & D. D.

In prima dubia quæstione quidam ex dominis in pleno acceperunt vocabulum Arresti, strictè, vt DDD. F.B.G.S.P.K.&I. Late. vt DDD. P.R.B.W.G.O.& R.

Nec latè nec strictè sed in sua genuina significatione, vt DD.F.M.S.R.W.& D.P.

In secunda dubia quæstione rem tertiam simpliciter considerandam D.F. & D.S. D.B. in eo solum singularis est quod arresti nomen latè intelligit.

Non ita considerant DDD. F.B. M. M. G. R. W.S.G.K.O.W C.P.K.& D.I.

Limitant: D. P. qui rem tertiam non considerat, exceptis gabellis debitis Nachſteuwer/& similibus. D.F. absens. D. P. qui & ipse accepit quidem & admittit rem esse innocentem, non tamen necessarium esse putat, vt narretur rem esse innocentem, vt quia plerunq; in re & persona ipsa nobis obligata siue affecta & nocenti vel litigiosa arrestū committitur, sicut & innocenti & minimè litigiosa, & quæ de iure aut consuetudine arrestari non potest nec debet, licet de facto fiat: potest etiam esse, quod ratione diuersitatis rei vel facti quodammodo res tertia insit, vtpote sibi ius nouum quærendo, vetus augendo, alteri suum diminuendo.

## Tertia Quæstio dubia.

*An ad decernendum mandatum de relaxando arresto requiratur documentum oblatæ cautionis; an verò in processu offerri sufficiat.*

13 Quòd procedere debeat cautio, † rationes dubitandi sunt. Primò, propter verbum Angebott / bis repetitum, iuncto verbo gebührlich. Item quia sequitur ibi verbum alsdann/ꝛc. Secundò, vt melius arrestanti sit cautum, cum 14 Reorum † sit fugere. Tertiò, quòd aliàs citatus arrestans posset obiicere: si talis aut talis, vt nunc; oblata fuisset cautio, arrestum statim fuisset relaxatum, sed quia non factum, posset petere absolutionem cum expensis. Quartò, quia ita primitus hic obseruatum fuit: sed conclusum maioribus votis, non requiri documen- 15 tum † in decernendis processibus, sed sufficere narrata, quod antea oblata fuerit cautio, vel quod iam offeratur de præsenti, nisi dubia vel minus idonea sit illa cautio, quo casu in decretis apponi debet clausula. doch auff vorgehende / gnugsame / oder wirckliche Caution. Secus si pro paritione instetur, quia tunc præcedere debet verificatio & præstatio oblata sufficientis cautionis. Rationes sunt: Prima, quia ita obtinuit in camera. Secunda, ne maior causa detur Reo † quærendi subterfugia. Ter- 16 tia, quia iudicis est desuper cognoscere, an sufficiens sit. Quarta, quia legis beneficio † cen- 17 setur indignus, qui contra ipsam legem patrauit. Quinta, quia faciliores esse † debemus in 18 processibus decernendis.

In tertia quæstione dubia, plerique dominorum transeunt cum maioribus votis Referentium, non requiri scilicet documentum cautionis in decernendis processibus, sed credi simpliciter narratis, DDD. R. F. B.M. G.M. R. W S. G. P. R. K.& I.

Contra cautionem simpliciter requirit D O. Alij domini distinguendum censent. D.F. requirit cautionem quidem oblatam à parte, iam ante p iusquā iudex Cameræ adeatur, sufficere tamen hic in camera saltem in supplicatione factam cautionem iam ante, non autem per documentum cogitur asserere supplicans. D.S. oblationem cautionis requirit quidem, iustificationem tamen eiusdem reseruat ad processum D. C. stat quidem narratis in supplicatione quoad cautionem, in puncto tamen paritionis probationem eiusdem putat esse necessariam.

D. E. Referens & D. W. putant istius quæstionis dubiæ resolutionem statibus reseruandam, & quid hac in re statuere velint expectandum.

Quare denegamus, præsertim vbi reo non præiudicatur, isque scit vel scire potuit, tam ex constitutione, quam ex ipso mandato, quando parere teneatur. Sexta, quia standum est narratis † ad fundandam intentionem. 19

## Quarta Quæstio dubia.

*An constitutio etiam referatur ad casus præteritos?*

Pro negatiua parte † & quod futura tantùm 20 respiciat, tres domini concluserunt. Ratio prima: Propter verbum futuri temporis in constitutione positum, arrestirt werden/ꝛc.

2. Quia iuris, quod statuta & constitutiones non ad facta præterita, sed futura tantum referantur.

3. Quod in comitiis nonnulli status difficulter in hanc constitutionem consenserunt.

4. Quod non constat de mente statuum, quod voluerint ad præteritos casus constitutionem referri.

5. Ita super simili quæstione ante aliquot annos in pleno conclusum.

6. Quia

8. Quia possent hac ratione lites excitari de rebus ante aliquot annos arrestatis, quæ sine summo statuum præiudicio restitui non possent.

Affirmatiua autem pars plures habet dominos consentientes, cum tali distinctione, quod si super facto præterito lis non penderet, sicque res adhuc integra sit, tunc constitutioni † locum esse, cum tale grauamen tractum habeat successiuum, & qui in arresto detinentur, adhuc quotidie & de præsenti grauantur. Item quando constitutio est confirmatoria & quasi declaratoria iuris scripti vt hic, tunc latius intelligi & extendi potest ad præterita: Secus si est correctoria anteriorisiuris, & sic exorbitans. Si autem lis iam ante penderet, fortè iam mediante mandato cum clausula; tunc aliud mandarum sine clausula, & sic contrarium priori, non debet decerni, prout denegatum in causa R. S. contra S.P.Anno,&c.74.17.Augusti.Huc facit *l.vbi acceptum. ff. de iudic.*

In quarta dubia quæstione, vota minora negatiuæ partis approbarunt domini sequentes, D.F.B.M.W. M.S.S. P. & ita iam ante in pleno conclusum esse retulerunt, eandem opinionem amplectentes, D.F.& D.P.

Vota maiora & affirmatiuam partem secuti sunt DD. K.P.R.G D.& D.C.

Approharunt eandem opinionem affirmatiuam limitatiuè: D. R. in iis quæ non habent tractum successiuum, aliàs consentit cum dominis negatiuæ opiniomis. D.W. Si arrestum durans sit, in cameram, tamen nondum deductum, concedit arrestum etiam in præteritis, alias negatiuam opinionem amplectitur. D.I. Si res adhuc sit integra. ad præteritos extendit arresta, in aliis casibus consentit cum iis, qui in futuris tantum, non in præritis locum habere putant.

## Quinta Quæstio dubia.

*Qualiter hæc constitutio certis limitibus includenda & moderanda sit, ne super ea sicut in pignorationis constitutione fit, infiniti processus decernantur?*

22 Breuiter hic quatuor † obseruanda veniunt. Primo: Requisita in decernendis processibus huiusmodi sunt. 1. Quod vterque sit immediatè sub imperio.

2. Quod arrestati vel subditorum personæ, vel bona arrestata sint.

3. Quod Arrestans ipse, vel alius suo iussu aut ratihabitione arrestauerit.

4. Quod cautio sufficiens oblata sit, vel offeratur.

5. Quod causa sit ciuilis.

6. Iuxta votum vnius ex dominis, quod bona arrestata non sint effecta nec litigiosa.

Secundo: Veniunt obseruandæ exceptiones sub- & obreptionis, quarum paucæ quæ dicta requisita potissimum conseruant, admittuntur, vtpote Prima: Cautionem non sufficientem, non oblatam, & non præstitam esse. Secunda: Reum nihil arrestare curasse,& quod non iussu nec ratihabitione eius (licet à tertio fortè nominato vel ad instantiam eiusdem) factum sit. Tertia: Factum non sapere tantum arrestum,sed etiam turbationem vel violètiam, vel si quis dicat, rem esse suam propriam, impetrantem nullum in ea ius habere, & hæc iuxta illorum dominorum sententiam, qui stricte vocabulum arresti accipiunt.Quarta:Competentia, hoc est, vnam vel alteram partem non esse immediate sub imperio. Quinta: Bona subditorum nõ esse in territorio supplicantis, sedalio in loco sita vbi ille nihil iuris habet, sed dominus territorii, quia exempli gratia in quasi possessione iuris fortè collectandi vel similis est, esse dicitur. Sexta: Causam esse criminalem, si tamen talis causa sit, vt vel persona vel res ad præstitam cautionem sufficiat.

In quinta quæstione dubia, quoad sex requisita, quidam ex dominis simpliciter illa omnia approbant, quales sunt DD. B. M. S. P. S. O. C.& D.K.

Quidam inter illa non distinguunt, sed ex præcedentibus colligi volunt, DD.F.M.&.I.

Quinque priora approbant, D.F. sextum admittit in der Nachsteuwer. D. R. qui sextum omnino reprobat, & ideo non considerat, quod ad causam principalem pertineat. Tria ex requisitis admittit D. W. secundo addit respectum domini, quintum & sextum omittenda censet.

### *Quidam omnino probant limitatiue tamen.*

D. G. dummodo constent ex narratis. D. P. dummodo doceant arrestum iure factum. D. W. addit, si quis per se siue per suos arrestet, alias cessare constitutionem. Idem in publicis iuribus vult considerari rem affectam, vt in Zollen & similibus, alias non.

Exceptionum requisita subsequentes approbant simpliciter, DDD.M.M, G.P.R.W.S.G.S. P.K.O.C.P & D K.

Non approbant simpliciter, D. K. quoad numerum. D. W. 7. non attendit D. A. F. 2. non obstare putat præiudicium in causa Herrn Schultheiß & consort. contra Episcopum S. 3. arbitrio iudicis committit. 4. 6. & 8. euidentes esse putat cum limitatione tamen 6. & 5. est satis ambigua. 7. habet pulchram speciem, præsertim im Zoll Frey Gütern / sed timet, vt subditi nimis grauentur.

Ideo

Ideo in Nachſteuwren & ſimilibus non admittit, quod oblata occaſione omnes inter ſubditum & tertium non diſtinguunt, de iure relaxanda veniat (prout ex facti narratione ſine exceptionibus aduerſarii deprehendi poterit) tunc nihilominus paritio iniungatur: ſeptima iuxta vnius ex dominis ſententiam, rem eſſe effectam litigioſam vel controuerſam. Vnde die zollbarn / bettbarn / ſtewrbarn Güter/ & de quibus decimæ vel ſimilia debẽtur, ſi arreſtata fuerint, non relaxanda eſſe per viam huius conſtitutionis, ſed per ſolutionem, vel præſtationem telonij, decimarum, onerum vel per diffinitiuam, quo etiam pertinet exceptio ratione der Nachſteuwer vnnd Leibeygenſchafft. 8. Arreſtum eſſe iudiciale, vtpote per interlocutoriam, vel executoriales obtentum. 9. Quod ad inſtantiam tertii factum, quam exceptionem alii non attendunt, niſi res extranei immobilis vel ſimilis ſit, (vt quia actione reali quis conuenitur vbi res ſita eſt) alii autem attendunt quia ordinaria via relaxatio petenda ab illo Iudice.

Tetiò veniunt hic obſeruandi termini & comminationes, tam in puncto exceptionum quàm paritionis, vt tales ſint vt quatenus fieri poteſt, omnia celerrimè expediantur, exempli cauſa: Si in primo termino non doceatur paritio, & petatur adhuc tempus ad docendum, abbreuietur illud ſub euentuali, vt ſcilicet caſu quo non docetur de paritione, ad inſtantiam partis aduerſæ fieri debeat, quod iuris eſt.

Quartò & vltimò: Obſeruetur & caueatur ne in cauſa principali partes vel articulando vel excipiendo, explicando & offerendo, vel quacunque alia diſputatione hic audiantur, ſed exceptiones ſeu producta & allegata in primo termino ſtatim ad referendum dentur, (niſi aliàs dum de certa concipiunt expediri queant) accuratè examinentur & iam dicta in diffiniendo & pronuciando obſeruentur.

### *Vltima quæſtio dubia.*

Damnum vel deterioratio rei arreſtæ qualiter veniat circa reſtitutionem? Quidam ita
23 ſentiunt, † quod circumſtantiæ tam ratione temporis, ſcilicet emanati mandati & cautionis, quo die & tempore, &c. quam etiam ratione qualitatis dictæ cautionis conſiderandæ.

In eadem quinta quæſtione dubia, quoad terminos & cõminationes: Omnes reliqui domini cum referentibus & aliis dominis deputatis concludunt ſimpliciter.

In eadem quæſtione dubia. Quæ domini Referentes de cauſa principali in hoc puncto non diſcutienda mouerunt? Omnes domini ſimiliter ſententiam ipſorum communi voto, quantum quidem ego obſeruare potui, approbarunt: diligenter ponderanda & iuxta illarum varietatem omnia ſunt diſtinguenda & dijudicanda, hoc eſt, quod illorum damnorum reſtitutio (quæ ante mandatum illata ſunt) minimè adiudicari debeat; ſecus quæ poſt mandatum ſuperuenerunt. Similiter ſi cautione ſufficienti oblata (etiam ante mandatum obtentum) nolit fieri relaxatio, ſimul etiam illa damna reſtituenda hic venire, quæ à tempore dictæ cautionis ſufficientis acciderunt. Sin autem non ſufficiens † offe- 24
ratur ſeu præſtetur cautio, tunc nec illa quidem damna reſtitui debent, quæ etiam poſt mandatum ex arreſto potius quàm in cautione præſtanda, negligentia defectus, & culpa propria arreſtati reperiuntur. Quantum ad ius enim arreſtans ſcit, vel ſcire debuit, arreſta eſſe prohibita, tamen vice verſa & arreſtatus ſcire debuit, ad relaxationem requiri tam cautionem ſufficientem, quam mandatum, maximè cum iuſtificatio arreſti coram iudice competente facienda, adhuc dependeat à futuro euentu. (vbi etiam de futuro periculo, damnis, expenſis & intereſſe rectè agi poteſt.) Et præter relaxionem, certis ſolummodò concurrentibus qualitatibus ſiue requiſitis modificatum nulla nobis ſtatibus data fuerit poteſtas, imò nec etiam in mandatis aliud præcipitur, quam rei relaxatio, nulla penitus damnorum vel æſtimationis (prout fit in pignorationibus) facta mentione, niſi quod quædam mandata habeant adiectam clauſulam, ohn ferrner Entgelt/ quæ futura reſpicit, ita quod vnius † incluſio ſit alterius ex- 25
cluſio.

Attamen prædictæ qualitates, ſolemnitates & circumſtantiæ, vbi interueniſſe reperiuntur ſtatim vna cum è principali relaxanda etiam damna poſt moram ſubſecuta vti acceſſoria, futura & ſequela ſui principalis veniunt reſtituenda. Ex quo ſcilicet arreſtans inceperit eſſe in mora & contumacia, & deſierit negligentia vel culpa arreſtati.

In vltima hac quæſtione dubia quidam expenſarum nullam rationem habendam putarunt: Qua in opinione fuit Doctor Kamel.

Quidam etiam contra ad tempus facti arreſti extendi voluerunt: Huius opinionis fuerunt D.G. & D.S.

Quidam extrinſecum intereſſe tantum, non autem extrinſecum in conſideratione habendum putarunt: Hæc ſententia placuit D. O. cui nemo quod ſciam ex dominis ſubſcripſit, ratio eſt, quod periculum interitus in aduerſarium feratur. De iis autem damnis, quæ ante oblationem, vel realem præſtationem cautionis acciderunt, alia ſunt remedia coram inferiori iudice, ſicuti etiam actio iniuria-

fariatum propter arrestum iniquè impetratum: alij autem maioribus votis concluserunt, quòd expensæ, damna & deteriorationes meritò & indistinctè circa restitutionem in considerationem veniant, illaque omnia hic ventilanda & adiudicanda sunt. Ratio prima est, quòd pretium succedit loco rei, cum aliàs 16 arrestum † non possit dici relaxatum, si res iam perempta esset vel deteriorata, nisi damnum & interitus rei præstaretur. Secunda: 17 Relaxare est † in pristinum statum restituere, hoc est, in totum, non pro parte, plenè, non semiplenè, siquidem relaxare seu restituere cum omni sua causa accipiendum est, de iure communi, & relaxatio cum effectu & integra fieri debet. Item res reddita dici non potest, quando corrupta, scissa vel fracta redditur, *l. Labeo, de verb. signifi.* Tertia: Arrestans in sua contumacia vel facto illicito perseuerans, facile posset omnia deperdere, vel res perire sinere nullam scilicet curam adhibendo, quo illæ custodiantur, seu conseruentur, seu debito modo tractentur, tantum, vt sic mandatum effugeret, constitutionem eluderet & officium nostrum contemneret. Quarta: Argumento nobis est constitutio de pignoratione, quibus arresta status ipse æquiparatunt, & præsertim facit processus de Anno, &c. 66. §. als auch/ & § da auch: vbi statuitur, vt in posterum apponantur verba ohn Endtgeldt/ &c. Item si culpa & negligentia pignorantis res deterioretur vel omninò pereat, vel ad præcauendum illud pecunia redimatur per pignoratum, (es sey gleich vor oder nach erhaltenem Proceß) pignorans tenetur ad iustum pretium, & sic ambæ constitutiones illæ sibi inuicem adminiculantur, cum pari iure censeantur ratione grauaminis, & illa de pignorationibus per nostram de arrestis extendatur, damna adhuc peti in processu possunt.

Damna & interesse meritò & indistinctè in consideratione habenda voluerunt, DDD.F. F.B.M.M.P.R.W.S.G.C.P.R. & D.I. imò vbi constat de bono iure partis, potest iudex etiam super damnis & expensis implicitè petitis pronunciare & victori adiudicare. Sexta ratio: Si sine debitore arrestetur, tenetur creditor ad interesse & damna. Septima ratio: Quod causa arresti in hoc puncto non inspicienda, siue bona, siue mala sit, sed magis factum prohibitum, id est, arrestum ipsum, quod causam damni dedit. Octaua ratio: In odium fraudulenti, hoc est, qui sciens facit contra legem venit relaxatio cum omni sua causa ad cognitionem iudicis. 9. Propter verba, ohn Entgeldt/ quæ ex stylo, & ad similitudinem pignorationum mandatis inseri solet. 10. Iudicia talia maximè in Camera non facilè sunt diuidenda, sed magis ad ordinariam nostram iurisdictionem hic pari cursu tractanda & definienda, & frustra fit per plura quod † per pauciora expediri potest. 11. Concessa 28 principali cognitione supra relaxationem arresti, conceditur & de incidenti nempe de expensis, damnis. 12. Damna arresto planè sunt connexa, cum ex eodem fonte emergant, & nemo rectius ac facilius de illis potest iudicare, quam camera. 13. Damna, quæ occasione arresti † proueniunt, cum principali causa nihil 29 commune habent, quoad damna tantùm arrestatus, quoad principale arrestans Actor est. Si ergo arrestans nunquam hic agat, damna cum principali discuti non poterunt, & sic exigitur sæpè damni causa, vt nouus processus coram alio iudice, maiore incommodo & damno instituendus sit. Decimaquarta & vltima ratio: Arrestatus duplici onere grauatur; primo, impetrando mandatum in camera; secundò, nouam instituendo litem coram iudice inferiore ordinario, ratione, damnorum.

## *De eadem arrestorum materia votum domini M.E. Correferentis.*

Ego hic non ero anxius de illis duobus vocabulis, cum sub vtroque tam res quàm personæ comprehendi possint in arrestando, seu repressaliis concedendo. Similiter cum ista pariter nostris legibus fieri interdicantur, satis mihi erit, præsertim hoc loco, breuiter citare auctoritates, quibus docetur; An repressaliæ de iure diuino, gentium, statutario seu consuetudine, & an de iure ciuili atque communi sint licitæ, aut illicitæ. Videatur igitur ea de re, *canone dominus noster 23. quæst. 2. glossa, cap. vn. de iniur. in 6. gloss. nouell. 52. vt non fiant pignora. Angel. §. ius autem gentium, Institut. de iur. natural. l sed omnino. C. ne vxor pro marito. Baldus, Salicet. addatur Bartol. de repressal. quæst. 3. Angel. Perus. in leg. fin. si famil. furt. fecis. dic. Guido. Papæ decis. 32. 34. Paris de Put. in tractat. de syndic. verb. repressaliæ, capit. dilectis filijs, de appell. Innocen. Bald. capitul. postulasti, de for. compe. Felin. numero 2. leg. si alius, §. bellissimè, quod vi aut clam. Bartolus in lege prima, de ijs qui deiecer. leg. hostes, de rapt. & postlim. Rebuff. in const. reg. titul. de hominis obligat. articul. 6 gloss. 3. numero quadragesimo & quinquagesimo quinto.* vbi tractat de consuetudine arrestorum in Italia, Francia, Hispania, &c. De iure vero ciuili ac communi, quod æquè arresta & repressaliæ sint prohibitæ, clarum est, ex dicta *nouell. 52. & dicto capitulo vnico.* ac multum facit, pro studiosis & cameralibus, *Authentic. habita, Cod. ne filius pro patre. Bartolus dicto loco, de repressal. l. quæstio, numero septimo, l. 3. C. de mag. milit. gloss. Paris de Puteo de gabellis, folio 365. ordinat. Cameræ*, Anno, &c. 95. §. Wo deß Cammergerichts/ &c. Item Regimentsordnung anno, &c. 500. tit. alle so in/ &c. *lib. 1. ord. tit. 49.* imò ex hac

ipsa

ipsa nostra constitutione constat eam non concessam.

Quare longius non digrediar, sed potius ad nostram constitutionem nouam, aliis super habitis me conferam: & vibebo, an forsitan ex ea, vel ex mente statuentium secundum nostrum forum arrestum definiri aut describi potest. dicendo arrestum esse quoddam illegitimum † præceptum, factam in proprio territorio per magistratum seu eius officialem, immediate Cameræ subiectum, respiciens pariter immediate subiectam personam, eorumq; respectiue subditos, siue horum bona aut facultates quod interdictum, quamuis condigna offeratur cautio, iudicio sisti, iudicatumque solui, tamen non tollitur minus personæ vel res relaxantur, vt quis libere agat, seu re sua commode aut pro libitu vti frui liceat: ac redeundo ad definitionem, puto primo satis liquere, dictum præceptum haud legitime fieri, cum & olim nullæ repressaliæ concedebantur, nisi magistratus esset requisitus loci, in quo quis deterioratus seu damno affectus fuerit, isque iustitiam facere recusarit. Et quoque vt talis magistratus non habeat seu recognoscat superiorem, ita refert Bartol. communiter tenere D D. dicto loco de repressaliis, vti fas erat, & cassabat regia manus concedendo seu petendo repressalias inprimis superueniente iure ciuili, *l. 2. de orig. iuris.* Quanto igitur fortius dicendum esset, factum illud illicitum, si non adito prius superiore, nec eius adhibita authoritate, etiam ad nullius instantiam (vt parce loquar) affectu seu motu proprio principe haud digno, quandoque sine iusta causa contra doctrinam Bar. *d. numero quarto, & decimo, Rebuff. d. loco, de verborum obligationibus, numero* 41. & 58. vel ad instantiam proprii subditi, siue etiam cuiusdam exteri personæ vel res arrestentur, quousque cupiditatibus nostris satisfiat, vel vt breui manu quasi executio fiat, quod tamen nec ciuitas certis pactis protectioni se submittens contra aliam ciuitatem facere potest *dicto loco, numero nono, & sequentibus.* vnde & sunt in multis partibus hinc inde Vnterzügevsitatæ inter ciuitates spreta curia nostra, ac via iuris, qua speratur iustitia (Spec. *de iurisdict. omn. iudic.* vult puniri contemptores præceptorum) quæ tamen nemini clausa, nec inuia, sed omnibus aperta, publica & trita est, maxime cum & Status imperii in hoc summum tribunal consenserint, ac ordinariam iurisdictionem in nos transtulerint, vt eo rectius quoque ortæ controuersiæ & lites discuti & finiri queant, facit *d. non.* 52. argumento supra d. gloss. ad hæc ibidem. Dec. *consilio 72. numero secundo, & dicto loco. Rebuff. numero* 62. vbi dicit si arrestans appellet ad senatum Parisiensem, dicitur hic esse in protectione superioris, non minus igitur & ii esse debent, qui ad nos etiam in simili casu veniunt. Et non in absimili dicit idem: Arresta, saltem fieri aut dari à supremo senatu nec literas ciuiles, id est regias contra arresta inferiorum iudicum concedi, sed opus esse appellatione. Vnde non obscure dici potest, etiam alias in arrestis superiorem adeundum, cum ad eum communiter quoque appelletur seu prouocetur. Rebuff. *eod. & de literis ciuilibus in princip. & articul. vndecimo, glossa tertia. & sequentibus.* Vnde si dominus nobis inferior, per se vel iussu suo, seu ratificatione tanquam per præceptum datum officiato, personas vel res alienas, præsertim mobiles, etiam, in quibus dominus siue subditus, vel extraneus sibi ius aliquod competere dicit, in proprio territorio vult arrestari, pignorari, detineri aut seruari, hunc vel talem existimo contra nostram constitutionem quid agere. Videtur enim inprimis velle constitutio, quod & ipsa iura communia volunt, neminem sibi † ipsi ius dicere debere, de hoc Bartol. *in princip. capit cum venissent, de iud. Abb. numero sexto, fac. l. si non sortem. §. si centum, de cond. ind. Iaf. numero decimo, in princip. Pet. Rain. in alleg. iuris, vers. res seu retentio, c. cum in l. de offi. deleg. & ib. Innoc. l. ob maritum, C. ne vxor pro marito,* Bal potissimum, non adeundo superiorem, vel coram eo procedendo dictis supra iuribus, nec quenquam à præcepto incipere, aut alteri normam iuris reddere difficiliorem, etiam in præstando cautionem pro libitu arrestantis posse, præsertim nondum lite orta seu capto iudicio, *fac. l. 5. §. meminisse. de nou. op. nun. Bar. Alex d. loc. vers. præceptum.* Nam quamuis & olim, si vicinus non desistebat ab iniuria facienda, ipsius homines poterant capi, quousque condigne satisfacerent, sicque licebat sibi ius dicere, vt refert Bald. *dicto capitulo dilectis.* Hodie tamen, vt scitur, secus est ob constitut. pignor. Ac siue itaque quisquam iam de nouo, etiam cuiuscunque rei gratia id fiat, siue etiam vt ius aliquod nouum ratione alicuius iurisdictionis sibi quærat, vel vetus in mei meorumve detrimentum, vel præiudicium superioris, vel iudicis competentis (quod tamen facere non potest, *argument. l. 4. §. duas, de dam. infect. l. iubere. de iurisdict. omn. iud. Bar. d. loc. de repressal. numero decimo,*) innouet, mutet, transferat, seu aliud quid facere, & ideo quid arrestet, retineat, sane non aliud facit, quam quod sibi ipsi in propria prouincia ius dicat, cum & vice versa per præceptum tale aliis impediatur dominii translatio, maximumque inde sequatur ita impedimentum, secundum Bartol. *in l. si quis filiumfam. 117. §. diui, de leg. 2. numero decimosexto,* sed hic retinetur res, quam quis dicit suam, vel quæ est controuersa, nec quia ea de causa vult iudicem adire, vt sæpius experientia testatur, sicque iudicium ordinarium, quod alias ex trib. personis cõstat. Actore modo & iudice constabit, immemorq; erit dicti: Tibi ꝙ tu † nõ vis fieri alteri ne feceris, vel dato, seu concesso, hoc debere tolerari, facile tamen nostris iniquis temporib. aduersarius

simi-

simile quid faceret, & sic ars eluderetur arte, contra Bart. *in d. quæst. de repressal.* Quemadmodum & aliàs videmus, plus iusto miseros dominorum vexari subditos, respectiue tam in Arrestis quam in pignoribus. Igitur hisce grauaminibus fallariis contraire seu præuenire status voluisse censeo, vt conseruetur pax, & cessent inter status rixę ac tumultus periculosi, sicque vt maneat aliquis superior, ne quis grauetur vt supra dictum. Non tamen hic dico arresta prouincialia in proprios subditos seu personas subiectas, inuicem prohibita esse; nam respectu horum dominus prouinciæ est superior, & merito. Possunt & hic cum dicitur de retentione, aliquam in considerationem venire verba constitutionis: **Welches ja so beschwerlich / als das thätliche Pfänden /** quasi velit dicere, vt & non est, pignoratio-33 nem † magis in externo facto consistere quam arrestum, ita vt eo minor sit differentia statuenda inter retentionem alicuius rei arrestatæ, quam alter ad se pertinere ait, & rem habere cupit per mandatum huius constitutionis, supra dictis locis Rebuff. *de lit. obl. num.* 53. & summopere videtur hisce patrocinari. §. **Als wir aber.** vers. **auch kein Standt oder Glied.** In recess. Imperii An. 44. vers. **Nicht abstricken noch auffhalten. Item.** §. **Dagegen** & §. **Vnd als solcher.** in Recess. de Anno 55. in vers. **Mennizlich folgen lassen. Item** §. **nicht arrestiren noch auffhalten /** quod meo iudicio est retinere. Idcirco concludo, mentem legislatorum dici posse, omne arrestum seu impedimentum, quo quis in alterius territorio libere agere seu inde exire, & domum reuerti, vel suum consequi non possit: offerendo tamen dictam cautionem, sub hac constitutione comprehendi, & processus inde decerni posse. Hæc tamen intelligenda præcipue iuxta dispositionem nostræ constitutionis, tam ratione personarum, quam rerum ibidem contentarum, & cum narrata supplicationis expresse vel tacite reddunt factum qualificatum, puto id magis ad arrestum quam nudam & simplicem turbationem pertinere.

An res tertia sit consideranda? ex ante & iam dictis, non necessario (vt & Referens) eam considerari existimo. Nam plerunque (vt vsus docet) in re ipsa id, quod hac lege prohibitum est, committitur, potest tamen etiam esse, vt ratione diuersitatis rei aut facti, quodammodo res tertia insit. *l.* 1. §. *per hanc ff. de rei vendic. Bart. ibi.* scilicet sibi quærendo ius nouum, vel vetus augendo, aut in proprium commodum & aliorum incommodum mutando aut reformando. Quare considerationem per se non necessariò requiri.

34 An requiratur, quod oblatio † cautionis prius sit facta, quam processus decernantur? Videtur ex verbis & conceptu constitutionis eam procedere, & non demum post obtentos & reproductos processus sequi debere, ppter verb. Angebott. bis ibidem repetitum, iuncto vocabulo **gebürliche /** idq; etiam propter communem & vulgarem intellectum, quasi etiam extraordinario quodam actu, seu prius facta requisitione super relaxando arresto, exhibita tamen cautione decenti, seu speciem quandam legitimam cautionis habēte. Tum etiam quod eo loci sequitur vocabulum **als dann**: id est, tunc demum possunt peti & impetrari processus præmissi, ante positis requisitis obseruatis. *Spec. de instr. edit.* §. *videndum. num.* 3. Item quod regulariter restitutionem fieri alicuius rei præsupponit, & de ea causa cautionem dari debere, quo melius illi, qui proprium factum reddit infectum, sit cautum ad obtinendum illud, quod sibi deberi asserit. Ac aliàs quoque sit Reorum magis fugere quam iuri stare, nisi bona nomina sæpius interpellentur, seu obtorto collo ad iudicem ducantur. Item quod citatus postea facile possit dicere, si realis (**wirckliche**) & talis, vt iam, oblata fuisset cautio, arrestum statim relaxassem, sed cum hoc ante non fuerit factum, ideo dico mandatum non persistere, ac peto absolutionem cum expensis, & ita primitus obseruatum fuit, vt documenta oblatæ cautionis in supplicationibus admitterentur; Tamen cum deinceps domini in hoc variarint, huius contrarium est receptum, & magis obtinuit, Saltem in supplicatione narrare cautionem oblatam esse, vel quem in camera legitime cauere velle, ac deinceps tale instrumentum sufficientis cautionis in processu producere saltem pro eius iustificatione. Idque forsitan & ea ratione, cum Reus priuatus ea habeat agere seu cognoscere, quæ pertinent ad publicam seu iudicis cognitionem, tum etiam ne maior causa detur Reo quærendi subterfugia, exhibendo exceptiones, quare mandato non teneatur patere, dicendo: Si cautio dilata fuisset, legitima & sufficiens, non opus fuisset mandato: (maxime si hic dicatur eam insufficientem, & sufficientius cauendum esse) igitur peto absolutionem cum expensis. Item & alias ac nihilominus quasi necessariò cautio oblata hic foret disputanda, an sufficiens esset, an non? Ne igitur aliud agatur, aut negotia protrahantur, ni fallor, sufficere visum fuit legitime non persequendo hoc suo loco & simul illa perficere. Item quod & legis beneficio censeatur † indignus, qui contra ipsam legem 35
facit, qualis est Reus arrestando alterius personam seu res: Haud enim æquus † in po- 36
sterum erit, qui ab initio satis fuit iniquus, legitime non persequendo ius suum, ne taceam illum egre culpā agnoscere velle. Et satis quoque est tertium, nos potius faciliores, quam difficiliores reddi, seu esse debere ad processus

iuxta narrata concedendos, quam refutandos, præsertim tali casu, vbi Reo nullo modo præiudicatur, sed allegatum ius conseruatur, & illi adhuc est integrum, cum & videamus nostro peruerso seculo multas oppressiones subditorum, & homines iniuste facientes. Igitur concludo satius esse, si antequam instetur pro paritione iuxta constitutionem offeratur cautio.

37 An ad præterita † seu saltem futura constitutio referenda, neminem puto amplius dubitare, cum & super hac quæstione ante aliquot annos satis sit notatum in pleno (videantur quoque supplicationes & earundem inscripta decreta) & ii norunt, qui comitiis hic habitis interfuere, quam difficulter aliqui status in hanc constitutionem, & ne plus dicam, quasi valde nouam consenserint, nisi & maior & senior pars eandem æquissimam dixisset & obseruandam statuisset. Ne igitur irritemus crabrones ob præterita, & vt amor proximi posthac magis reuiuiscat, sufficiat & nobis constitutionem de futuris, non de præteritis intelligendam, præsertim cum non audiamus, nec intelligamus statuum voluntatem esse aut fuisse, talia præcepta sine clausula ad facta præterita referri propter verbum leuede ibid. concluf. constitutionem respicere futura.

De limitibus vero huius constitutionis quid dicam? arbitror in hoc stylum multum facere, postquam enim in constitutione pignorationis, exceptiones sub- & obreptionis sunt in vsu & admittuntur, nec hic excluderem, sed eas considerarem, tam ante, quam post processum. Et præter cætera primò ob iurisdictionem non fundatam. secundo malificii. tertio preces veritate non niti, sed falso impetratos processus, in quo sane membro pręclara pondera venirent.

An exceptiones inde proficiscentes ob alias ac præcedentes constitutiones, seu etiam ob iura communia debeant attendi an non? ad impediendam scilicet vel iniungendam paritionem, quo eo cautius ambulemus, neve in vno plus, in altero minus forsi an quid fiat, partesque hinc inde grauentur.

In his ob breuitatem tum temporis, tum ordinarios labores, & quod multi casus sunt futuri seu restant, vnde dictorum terminorum constitutionis declaratio seu definitio erit sumenda, profecto iis hac vice parere non possum, & pro regula statuere magis incertum quam certũ. Imo & secundum casum seu facti speciem eiusque diuersitatem quanquam periculosum & damnosum futurum esset. Cum enim & alias quæ volumus, facile & libenter credimus, sane & hisce axiomatibus seu reuulgatis quisque sub iis casum suum contineri seu decisum esse diceret, vel nescio quæ tentaret. Quod ad species vero facti à Referente adductas, ad hoc repeto supra dicta & votum meum. A. in causa B. statuendo † Arreſtiren vñ auffhalten paria esse. Necessum enim est, vt inter partes ibidem tertius seu iudex intercedat, maxime cum fere in simili statutum ecclesiasticis seu personis catholicis, die Renten/ Zehenden/ Gerechtigkeitẽ vnweigerlich folgen zulassen/ vnd nichts daruon arreſtiren noch auffgehalten werden soll/ iuxta §. dargegen & §. vnd an solcher. In constit. imperii, Anno 55.

In altero vero casu ideo sustinerem mandatum, quia tam H. quam N. male imposuit seu concessit arrestum, cum H. dicatur constitutus possessor reditus, & quod iuerit non ad superiorem, sed ad inferiorem, qui & a præcepto incipere minimè poterat, dictis iuribus Bart. d. tract. 3. const. num. 5.

Occurrunt modo tamen & inter aliquot sequentes constitutiones in praxi seu præmanibus, quæ quodam modo argumento aliarum constitutionum decidi possunt, vt quod ante statutum est in pace religionis. §. Wo aber von der Nachstewr vnnd Leibeigenschafft. Idem quoque in hac materia statuendum sit, veluti si subditi tractent *tit. de migrando*, vel ex vna prouincia ad aliam tendant, vt id fiat absque præiudicio suorum dominorum seu superiorum, teneanturque iis ante omnia debita præstre iura, prius quam cum affectu hic sint audiendi, ne & in decisis fere casibus aliud nunc à nobis respondeatur, & vt dixi in causa H. G. G. super arrest. cum valde durum sit, non solum carere homine, qui discedit, eiusque seruitiis, item oneribus, quæ ratione bonorum solus sustinet, sed & decimationis ac pensitationis causa in nostra patria frequentissima, sicut & aliquibus in locis non minus die Leibeigenschafft gebräuchlich novum processum contra duriorem seu potentiorem aduersarium instituere, eiusque finem quasi ad Nestoreos annos expectare. Et ne occasio maior detur hominibus aufugiendi oder außzutretten/ & contra proprium magistratum insurgendi. Hoc enim æque vt constat, expresse prohibitum argumento constit. §. Vnnd damit vers. Es soll auch in verb. betrug oder ziehen. in recess. Imper. Anno 41. §. Es soll. & §. Solches alles. de constit. Religionis. *tit. 14. li. 2. eod.* Et si hæc in criminalib. obtinent (quamuis & aliæ causæ non excludantur) quanto magis in ciuilibus idem dicendum videtur. Sic igitur in his constitutionibus quædam harmonia seu mutua compassio in omnibus tendens ad æqualitatem, finemq; salutarem, sed quia in hac ipsa specie facti contrarium ante obseruatum, mallem & hanc interpretationem ad ipsos legislatores seu status deferre, vt suam desuper dicant sententiam.

Eodem argumento statibus significarem quid faciendũ, ratione der Leibeigenschafft/ videlicet

licet, si contentiosus supplicans narret, se habere quosdam proprios homines in aliquo pago, cuius tam alius quam ipse sit superior, hic vero collectas operæ vel alia ab iis postulet, quibus refutatis, eorum bona fecerit arrestari superior An propriorum hominum † dominus loco suorum processus impetrare possit? & videtur quod non, exemplo constitutionis pignorationum. Nam etsi quis capiat alterius proprios homines in sua propria iurisdictione habitantes: non tamen ideo contra talem decernetur dictus processus, ita factum in causa N. contra N. Anno 51. 28. Aug. per annotata cameræ *lib. 2. ord. ad. lit. 22.* & obseruat. Minsingeri. Tales enim subditi non ita sunt serui, vt quoque possint esse alterius serui, sub cuius sunt scilicet iurisdictione, & proprie dici † subditum qui subest, non inferiori sed superiori. Nam & hic si habet principaliores species superioritatis, clarum est, eum facile superare dominum propriorum hominum, tanquam inferiorem seu minimam speciem alicuius iurisdictionis habentem: tum etiam quod vsus & vocabula docent, magnam esse differentiam † inter Vnderthanen vnd Leibeigen / separataque inuicem sunt iura, quæ si in nostra Repub. confunderentur, nihil aliud fieret, quam si cœlum & terra commutaretur. Si ergo hæc considerãda prius, quam in hoc quid decernatur, quanto magis sunt animaduertenda, processibus iam impetratis ac reproductis, inprimis cum non diffiteatur. Nachsteuer vnd Leibeigenschafft. Ac vt non solum dominatorum, sed & possessiones, vel quasi, iuraque partium sint hinc inde certa, distincta, firma ac inconcussa, statibusque conseruentur: igitur eo quo supra me refero, & infra dicam de actionibus realibus.

Similiter ab hac re non videtur aliena dubitatio; An si iussu superioris, sicut in ciuitatibus & oppidis ad Ripam Rheni & circumiacentibus locis, sæpius vsu venit, super persona seu bonis alicuius tertii extranei, vel de non recedendo, vel de non euehendis seu transferendis bonis, præceptum per officiatum fiat, nisi caueat, quod sub dicto superiore seu ipsius iudicibus iuri stare velit, vel etiam si fideiussores cogantur eo loci dare ad expectandum ibidem quod iuris, etiam in personalibus actionibus, An scilicet locus sit constitutioni? & quamuis responderi possit quod sic, quia nec is liber dici possit, qui nõ habet liberam facultatem domum redeundi, ibidemque permanendi, *argument. §. ferè. Inst. de rerum diu.* vel qui inuitus de domo sua, iuxta ll. antiquas abrogatas, extrahitur ad territorium seu tribunal alienum, eiusque certe conditio in hoc valde deterioratur litigando seu decretum expectando à iudice incompetente, seu coacto & non suo. Quare si mens legis, vt fieri debet est inspicienda, possit dici & in hunc casum euenientem debere. Hoc tamen puto verum dici posse, nisi persona immediata, seu huius subditus non inierit factum, seu contractum, vt & alibi seu vbicunque conueniatur. Nam & hanc allegationem admitterem: iuri enim & æquitati maxime † consonum, pacta & contractus vt seruentur, nec priuatorum pactis ius † superioris minuitur aut læditur, præsertim cum nos loquamur, vbi non legitime, sed via facti vel aliàs illegitime proceditur. Acius, quod ex facto oritur, non potest dici iniuria, sed melius ac verius iustitia † vnicuique tribuens, nemi- nemque lædens.

Sed quid iuris, si dominus ad instantiam tertii seu mediati, subditi tamen alicuius immediati alterius, ac similis conditionis tertii personam, seu bona arrestari fecerit, in proprio territorio, vt si Elector in alterius Electoratu principis alicuius bona seu res arrestet ob aliquam causam, vel si ciuis Augustanus Noribergæ ciuis Colonienſis bona arrestari curet, an postmodum arrestans audiendus, allegando se id solummodo ad instantiam tertii, non pro sua persona fecisse? Et videtur primo quod non. Nam vtrobique ratio, quando & qualiter iustitia administranda sit, par esse videtur, tam quoad immediatum, quam mediatum, nempe vti arrestans Elector principi non habet præcipere, ita quoque Norinberga supra personis seu bonis Colonienſis quid statuere non potest, quo exterus grauetur, sed cum tali distinctione seu temperamento tantum, vt non solum contra Electorem arrestantem, sed & cõtra eum qui causam arresti dedit processus impetretur. Et hoc primum ex eo, quia arrestans, contra constitutionem facit, cum non sit omnium superior per supra dicta. Ac vt eo melius & rectius in puncto cautionis possit procedi. Quid enim si postmodum arrestans inter cætera exceptiones suas ponat. Neque ego cupio cautionem, sed citetur principalis ea de causa, vt non opus sit, illum de nouo citare vel processus confundere. Quamuis & videatur in præcedenti casu seu simili contra principalem mandatum peti posse, quasi causam dantem facti, & sic huic caueatur per se tolli arrestum, vel ipsius voluntate: in proximo vero casu de ciue, opus sit præcise, vt arrestans & causam dans simul ad iudicium, veniant (cum hic vnus alteri non subsit, sicut in persona Domini & officiati iuxta pignorationis constitutionem,) Quia non essemus fundati in iuris dictione si causam dans veniret: Altero vero comparente, non satis fieret constitutioni, quæ requirit cautionem, quam forsitan si hic

non peteret: foret arrestans absoluendus. Ac præfata iterum fallere existimo, si res extranei immobilis, seu similis, ob aliquam causam, vt quod onera non præstentur, seu non soluantur collectæ, præsertim priuilegiatæ, arrestetur.
45 Nam cum certum sit quod quis actione † reali possit conueniri, vbi res sita est, *l. fin. Cod. vbi in rem actio.* & hic etiam quamuis cauerit iure id postulante *d. l. fin.* Igitur quoque merito talem exceptionem audirent, & ad competentes Iudices seu suum forum negotium remitterent. Ac hic repero id quod supra dixi de propriis hominibus superiori subiectis, videlicet si & hæc immobilia sint sub superioritate, idq; absque controuersia, sitque in quasi post collectas, quid autem, si vt supra dixi, non quasi de facto, sed contra aliquem in forma quadam iudicio sit processum; an in hoc deinceps lata sententia, executioni seu retentioni sit locus, vt non offendatur nostra constitutio. Exempli gratia, si aliquis princeps citet aliquem per mandatum continens mulctam, citatus vero declinet forum, post à pronuntiatione competentiæ appellat, antequam tamen priori iudici inhibeatur, Reus declaratur in pœnam, statimque emanant executoriales ad officiatos super bonis rei iudicialiter arrestandis, donec executorialibus pareatur. Quæritur, an factum nostrum iuxta processum arrestorum sit qualificatum, vt arrestum relaxetur, & æque videtur constitutioni locum non esse. Hæc enim tacite vult partes vt legitime audiantur; illa vero species facti aliud nihil habet, quam iudicialiter actum atque processum esse, in qua vtrique parti, si est grauata, sua supersunt competentia & salutaria remedia, qui-
46 bus vtendum & non facile † ab executione inchoandum vt supra dixi, hoc altiori tamen indagine indiget.

Vltimo dubium & hoc videtur esse. An
47 damna † emergentia hac constitutione comprehendantur, vt iudicialiter peti & obtineri possint? & puto primo hic distinguendum inter damna & rem ipsam arrestatam, ac deperditam ac deterioratam.

48 Ac statuo etiam hoc casu pretium † succedere loco rei. *c. pretium non diminuitur. de repressa. in 6. gl.* & alleg. per referen. in §. Als auch. cum sequ. recess. imperii Anno 66. Cùm
49 relaxare † sit restituere. Nam is qui paritur re-
Præmiſſis præmittendis, &c. Vnd dan vnſer vnnd des H. Reichs auffgerichte Cammergerichtsordnung der ſtreittigē Poſſeſſion halben / neben andern auch vnſerm Kayſ. Camergericht auffgelegt / in ſolchen vnd dergleichen fällen auff auff der Partheyen anruffen / oder für ſich ſelbſt ex officio gebürliches vnnd rechtliches eynſehens zu thun. So iſt auff ſolches / zuverhüten fernere vnwillen empörung / vnraths vñ thatlicher handlung an berührtem vnſern Kayſ. Camergericht von ampts wegen inhibition an ſtatt der Sequeſtration ſo viel die angezogene Jagt belangt / vnter dato diß erkennt worden. Darumb von Röm. Kay. Macht vnd Ampts wegen / ſo gebieten wir euch Grafen zu Stolberg vnd deiner L. bey Peen 40. Marck lötigs Golds / in vnſere Kayſ. Cammer vnabläßlich zubezahlen / hiemit ernſtlich vnd wöllen / daß jr vnd D. L. ſampt vnd ſonderlich der quaſi poſſeſſion des Jagens biß zu fernerer vnſers Kayſ. Cammergerichts erkantnuß euch haltet / auch derohalben gegen einander zu thätlicher handlung / auffruren vnd angreiffen nicht kommet in einig weiß / oder wege. Daran thut jr vnd D. L. vnſere ernſtliche Meynung. Wir heiſchen vnd laden auch euch vnd D. L. ſampt vnnd ſonders / von berürter vnſer Kay. Macht / auch rechts vñ ampts wegen hiemit / daß jr vnd D. L. auff den N. tag / den wir euch vnd deiner L. für den erſten / andern / dritten / letzten vnnd endlichen Rechtstag ſagen vnd benennen peremptorie, oder aber da derſelbige nit ein gerichtstag ſeyn würde / dē nechſten Gerichtstag hernach ſelbſt / oder durch einen vollmächtigen Anwaldt an ermeldtem vnſerm Kay. Camergericht zuerſcheinē / beyderſeyts ewer angemaſte Gerechtigkeit berührter quaſi poſſeſſion des Jagens in Articul geſtelt / auch Namen der Zeugen / ſo darauff zuverhören / fürbringet / darauff ſummariē ohn einigen proceß oder weitleufftige außführung der ſachen zu handeln / vnd euch durch bemeltes vnſer Kayſ. Cammergericht erkandtnuſſe entſcheiden laſſet / welchem Theil ſolche ſtreittige quaſi poſſeſſion einzugeben oder zu inhibiren ſey / euch derſelben biß zu ordentlichem außtrag deß endlichen vnd ordentlichen rechtens in poſſeſſorio oder petitorio enthalten / vnd alſo ſolcher ſachen biß zu gantzer Summariſcher erörterung derſelben außwartet.

## Sequuntur Vota cum eorum deciſionibus & relationibus ad præcedentes Supplicationes Camer. Imper. de conſtitutione litigioſæ poſſeſſionis pertinentia.

## Votum I. in cauſa Burg. vnnd Rath der Statt N. contra Die von N. N.

*Lite ſuper poſſeſſione turbata pendente non inhibendum.*

### SVMMARIA.

1. *Attentatorum remedium quando locum non habeat.*
2. *Continuans poſſeſſionem iuris venandi, nihil attentat, ſed veteri iure vtitur.*
3. *Nemo tenetur demittere ius ſuum vel deſiſtere à proſecutione poſſeſſionis ſuæ propter aliquam cōtradictionem vel appellationem.*
4. *Lite pendente non debet quis ſua poſſeſſione priuari.*
5. *Vſus Forenſis Germaniæ, Galliæ, Hiſpaniæ, & Brabantiæ interdicto vti poſſidetis lite ſuper poſſeſſ. turbata pendente, eſt, vt is in poſſeſſ. maneat, qui tempore motæ litis vere poſſidebat.*
6. *Recredentia Gallorum.*
7. *Interim Hiſpanorum.*
8. *Vſus hic an in omni interdicto locum habeat.*

Submiſſum in puncto ſupplicationum, pro inhibitione, item pro mandato de non offendendo, de relaxando & reſtituendo. Conſtat ex libello actum interdicto vti poſſidetis retinendæ poſſeſſionis. Quoniam vero lite pendente Rei in turbatione bonorum perſiſtunt, ideo Actores petunt, ſe in poſſeſſiones iuris venandi, immemoriali, continuata, & huc vſque quieta vſque ad cauſæ deciſionem, oportunis iuris remediis, tueri & manu teneri. Quæſtio ergo in eo verſatur, *an poſſimus lite ſuper turbata poſſeſſione indeciſa pendente, Reis quæcunque inhibere?* Et iuris eſt notiſſimi, quod remedium attentatorum non † habeat locum, quoties attentata concernunt principalis cauſæ deciſionem, 1 & quoties attentata non poſſunt reuocari citra præiudicium cauſæ principalis. *c. 2. & ibi Gl. in verb. electionē. de in integr. reſt. Innoc. c. 1. in pr. vt lit. pen. Zaſ. conſ. 13. nu. 60. vol. 2. Cap. deciſ. 72. per tot.*

itaque

Itaq; in præsenti causa, vbi supplicatum pro mandatis inhibitoriis, ego in dubio processus ex prædicta ratione denegarem, quia huiusmodi processus & inhibitiones ad decisionem causæ principalis pertinerent: tum etiam, quod actores continuando † possessionē iuris venādi nihil attentent, sed veteri iure vtantur. *gl. & Dd. hi supra.* Nullus enim tenetur, aut † dimittere ius suum, vel desistere à prosecutione possessionis suæ propter aliquam contradictionem vel appellationem, imo desiperet, qui hoc saperet. Ita decidit Rota *dec. 44. n. 1. & 2. de appell. in nouo.* Ceterum, quia Actores pro huiusmodi mandatis inhibitoriis supplicarunt, vix video, qua ratione ipsis decernere possimus. Lite enim pendente † non debet priuari quis sua possessione, *l. si. C. de rei vend. l. 2. C. de prob. gl. fi. c. 2. de in integr. rest. gl. 1. vt lit. pendens. glos. Imperator. verb. ab aduers. de appellat.* Nisi velimus dicere eorū possessionē nondum probatā esse, atq; hoc ipsum in controuersia positum est an possideant, & sic discutiendum esse. id, quod in causa principali discutiendum foret. Quo facit quod *d. l. fi. C. de rei vend. & d. l. 2. C. de probat.* loquantur de eo, qui vere possidet, & contra quem intentatum iudicium rei vendicationis. Cum itaq; Actorū possessio adhuc cōtrouersa sit, mallem commuem casum & stylum Cameræ sequi, præsertim causa principali ad conclusionem perducta, & potius processus in vniuersum denegarem, cum ab inhibitione eos separare nequeam.

Quod si vsus & stylus Cameræ admitteret, pronuntiarem ex officio vtcunque in ea possessione defendendum, quam tempore litis obtinebat absq; præiudicio, tam possessorii, quā petitorii, idq; ex æquitate. *l. æquissimum de vsufr.* ne scilicet partes ad arma venirent. Quid enim facilius, quam turbare? Quid iniquius, quam ob solā contradictionem aliquem fructu suæ possessionis priuari? Ideo in aliis Curiis Galliarum † & Hispaniarum. Item Brabantiæ, & fere vbique in inferiori Germania, receptū est, vt breui cognitione is in possessione maneat lite pendente, qui tempore motæ litis vere possidebit. Galli hanc practicam *Recredentiam* vocāt, vt tradit Masuer. *in sua praxi tit. de poss. num. 2. & 24.* vbi dicit, quod † recredentia adiudicentur illi, qui ostendit potiora iura *per l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* Hispani *Interim* † vocant, *Didac. Couarr. pr. quæst. cap. 17. per tot.* vbi hoc late prosequitur, & tradit, practicam esse, vt habita summaria cognitione iudex interloquatur, Actorem vel Reum pendente lite in ea possessione defendendum, quam tempore motę litis obtinebat, sine præiudicio tamen possessionis & proprietatis. Qui quidem forensis vsus æquissimus est, & fundatus supra *d. l. æquissimum*, ne scilicet partes alias ad arma venire contingat. Et confirmatur talis vsus *c. cum venissent de Institutionibus*, quo in loco extat interloculoria sententia ad hoc, vt lite pendente ille defendatur in possessione penes quem est ipsa possessio. *Abb. & alii d. c. cum venissent.* Quoniam autem prædicta † practica vigore ordinationis, *tit. 21. p. 2.* locum solummodo habet in litigiosa possessione, **in sachen der streittigen Possession**, ex ratione *dict. leg. æquissimum. de vsufr. Guid. decis. 578. per tot. Ferrar. in summa sequestri, num. 3.* Et non in omni interdicto possessorio retinendæ, veluti in simplici turbatione, vbi non est metus armorum, ideo seruandum existimo stylum Cameræ vsitatum, receptum hactenus & in iure quoque communi fundatum, *per iura & rationes supra ad hoc allegatas.* Concludo itaque, inhibitionem cum petitis mandatis denegandam. Saluo, &c.

*Sententia.*

**In Sachen Bürg. vnnd Rahe der Stadt N. wider N. N. ist D. N. sein beschehen begeren hiemit abgeschlagen/die Gerichtskosten derohalben auffgelauffen/ auß bewegenden Vrsachen gegen einander Compensierendt vnnd vergleichendt/ vnd mögen sonsten die Partheyen in der Hauptsachen fortfahren.**

## Votum 2. In causa T. H. L. Et Consorten, Contra A. H. L. Et Consorten. Momentaneæ possessionis ex l. fin. C. de edicto D. Adrian. tollendo.

### Summaria.

1 *Lite pendente nihil innouandum.*
2 *Iudex vbi recipit appellationem, potest inhibere Iudici à quo, ne procedat.*
3 *Iudex non potest cognoscere super re in iudicium non deducta.*
4 *Iudex non debet impertiri officium suum super rebus non petitis.*
5 *Possessionem decennalem nemo dimittere cogitur propter alterius contradictionem.*
6 *Possessio translata non censetur conditione non existente.*
7 *Iudicis est lites dirimere.*
8 *Appellari non potest in causa momentanea possessionis.*
9 *Appellatio à mero executore non admittitur.*
10 *Possessorium non adfert perpetuum grauamen, sed tale, quale in petitorio reparari potest.*
11 *Finis possessorii est principium petitorii.*
12 *L. fin. C. de edict. D. Adr. toll. quando habeat locum, & cui competat. num. 15.*
13 *Obtinere in iudicio debet is, qui potiora iura habet.*
14 *Titulus quem quis habet à defuncto etiam absque possessione, ad impediendam immissionem in possessionem sufficit.*

15 *Heres ab intestato non habet beneficium l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*

16 *Confessio partis æquipollet instrumento.*

Cum lis in hac causa super libello Appellationis contestata, & sic causa deuoluta sit, Regulam, *lite pendente † nihil innouandum*, locum habere, non est dubium. Nam vbi Iudex recipit † appellationem potest inhibere Iudici à quo ne procedat, *c. Rom. §. quod si obiiciuntur. de Appellat. in 6. Innoc. in c. dilectus. d. rescript. Rota dec. 412.* Itaque videndum, an à Iudicibus à quibus post interpositam appellationem, quid attentatum sit. Aiunt appellantes se fuisse in quieta possessione domus ꝓm B. sitæ & nunc demum, non attenta appellatione per sequestrationem pensionis & arrestationem rerum mobilium in eadem existentium molestati & turbari, eaque ratione attentatum.

Appellati, quamuis in exceptionibus contra supplicationem in puncto inhibitionis diffiteantur, sequestrationem post interpositam appellationem factam, tamen hoc in replicis fatentur, sed negant propterea quicquid attentatum esse, eo quod dicta sequestratio non sit facta ex causa petitæ immissionis, sed ex capite nõ seruatæ transactionis, per quam transactionẽ ipsis Appellatis possessio dictæ domus, in euentum violatæ transactionis integra & illæsa seruatur, referentes se ad copiam transactionis.

Igitur in hoc puncto considerandũ existimo: an hæc causa sequestrationis aliquid cum præsenti commune habeat; an vero noua lis & separata causa sit. Et quidem mea sententia concludo, aliam & separatam causam esse, nihilque cum præsenti communi habere. Constat enim ex allegatione appellatorum, & exhibita copia transactionis, dictam sequestrationem non ratione præsentis litis, sed vt dictum, ob non seruatam transactionem factam esse. Quo facit litem super dicta domo contra S abinis F. adhuc indecisam pendere, id quod ab appellantibus nunquam expresse negatum est. Si igitur ratione domus alias lis instituta, quæ adhuc pẽdet, consentaneum est, inhibitionem hic desuper decerni nõ posse. Neq; n. domus in iudiciũ deducta est, & iudex non potest cognoscere super † re in iudicium non deducta 3 *l. de quare, de iud.* quia nõ debet † impartiri officiũ super reb. 4 non petitis *l. 4. §. hoc autẽ iudiciũ. de dam. infect.* Ergo in præsenti multo minus inhibere poterit. *c. non solũ. de appel. in 6.* Hoc amplius concesso, esse, ꝙ dicta sequestratio præsentẽ causam appellationis aliquo modo concernat, propter hereditatẽ fratrũ defunctorũ, quæ dictã domũ cũ appellantib. ꝓ indiuiduo possederũt (vt in cõclusionib. appellãtiũ allegatur) idẽ tamẽ adhuc dicẽdum putarẽ, ratio, quia causa principalis quodãmodo in ea quæstione vertitur, quo casu certũ est inhibitionẽ fieri nõ posse. *Guid. decis. 27.* Non obstat allegata decẽnalis possessio, quod nemo eam † dimittere cogatur propter alterius contradictionem *Rota decis. 44.* Quia vigore transactionis vera possessio nunquam apud appellantes fuit, sed tantũ conditionalis. Cõditio autem suspendit actum in euentum conditionis. Ergo conditione non existente non censetur etiam possessio † translata, cum sola spes sit in 5 6 obligatione *c. verũ. vbi Pan. de cond. appel.* Concludo ergo inhibitionem esse denegandam.

*In causa principali.*

Et quoniã ad officium † iudicis pertinet litẽ 7 finire, putarem nos ex officio reiectis grauaminibus & causa pro cõclusa acceptata, in principali pronunciare posse, quod illa in iure plane, non in facto cõsistat. Constat enim ex actis, immissionem ab appellantibus ex constit. *l. fin. C. de edict. D. Had. tol.* petitam, eamq; per sententiã Scabinorum appellatis tanquam legitimis contradictorib. existentib. denegatã & ab ea denegatione ad Camerã appellatũ esse. Nũc iuris est notissimi, in causis † Momẽtaneæ possessionis, 8 vt hæc est, appellari non posse. *l. vn. C. si de mom. pos. appel. vbi Bal.* tametsi secundum commnem opinionem definitiua sit *Bar. in d. l. vnic. post glos. & ibi Alb. Bald. & alii in l. post sentent. C. de sent. & interloc.* Responsio, quia remedium *d. l. fin.* est possessorium executiuum: in executiuis autem non admittitur appellatio. Nam à mero executore † non appellatur, *l. quisq; C. quorum app. non recip. Ias. in d. leg. fi.* Præterea possessorium in iudicium parui est momenti, etsi res de qua controuertitur, Magni sit ponderis. Nam non adfert perpetuum grauamen, sed tale, † quod in 10 petitorio iudicio potest reparari, *d. l. vni. si de mo. pos. Bar. in l. admonendi de iureiu. Imol. in l. 2. §. fin. C. vbi in rem act.* Nam finis possessionis † est prin- 11 cipium petitorii. *Bal. in l. 1. C. vti possi.* Hinc apparet male à iudicibus primæ instantiæ ad nos appellationem delatam esse. Quorum sentẽtiam confirmandam censeo, quoad denegatam immissionem, non ideo, quia appellabilis nõ fuit, sed quod beneficium † *d. l. finalis* non habet lo- 12 cum, quoties legitimus contradictor existat per *d. l. fin.* In præsenti legitimas contradictiones interuenisse dubium nõ est, sicut ipsi appellantes fatentur in responsionibus ad defensionales. Et hæc potissimum obtinent, si contradictor aliquis compareat, qui se quoq; possidere dicit, producendo alium titulum similem titulo petentis, vrputa aliud testamentum. Quo casu iudex pronuntiabit, nõ esse locum huic summariæ cognitioni ex constit. *d. l fin.* sed agendum ordinario aliquo iudicio, in quo is † obtinere de 13 ber, qui potiora iura habet. *Bar. in d. l. fin.* Et appellati non solum titulum testamenti allegant, sed etiã apprehensionẽ hereditatis pro quota ipsorũ in bonis testatoris. Nam in 57. art. ponitur ipsos per Scultetũ ꝓ E. immissos esse in possessionẽ hereditatis defuncti, eamq; immissionem appellantes non impugnant, sed per

exce-

errorem factam asserunt, eo quod tunc temporis de legitimis & solemniter confectis fratrum testamentis non constiterit.

Quæ allegatio plane impertinens est. Nam ad impediendam immissionem in possessionem & cognitionem summariam etiam suffi-
14 cit, si quis ostendat se titulum habere † ab ipso defuncto, licet non possideat, *l. 1. C. quor. legat. l. 1. §. redigimus. eod. Bart. in d. l. fi.* Ergo siue possideant Appellati, siue non possideant, dummodo titulum à defuncto habeant, proculdubio impeditur immissio. *Bart. d. rubr. vt supra.* Sed Appellatos titulũ habere iustum à defunctis fratribus ex actis notissimum est. Sequitur ergo, quod legitimi sint cõtradictores, & quod immissio propterea locum habere non possit. An vero solemnitates per omnia in allegatis posterioribus testamentis vbiq; obseruata sint, non ad hanc causam immissionis, sed petitorii iudicium petitionis hereditatis pertinet. Non obstat Appellatos ex Nuncupatiuo, appellantes autem ex scripto testamento heredes esse, quia ex communi opinione Dd. *d. l. fin.* non solum obtinet in scripto, sed etiam Nuncupatiuo
15 testamento. Sed ab intestato † heres non habet beneficium, *d. l. fin. Bald. cons.* 317. Hoc tamen inter vtrunque Testamentum interest, vt testes, qui nuncupationi interfuerunt, priuatim examinentur & eorum dicta publicentur secundum *l. publicati. C. de testament. glos. in d. l. fin.* quod sequitur Bart. & Alex. *ibi* vbi dicit ex sententia Baldi, quod remedium *dict. leg. fin.* etiam locum habeat, quando de nuncupatiuo testamento constaret per confessionem partis,
16 quia confessio æquipollet † instrumento, *l. fin. C. de fide com. l. cum te. C. de transact.* Atq; in præsenti casu de nuncupatiuo confessione partium constat. Concludo ergo nos in principali pronunciare posse. Saluo, &c.

## Votum 3. Recuperandæ possessionis, vmb ein Achtel Jährlichs Korns betreffend, in causa des Stiffts zu N. contra N. von N.

### Svmmaria.

1 *Actio in factum competit loco interdicti vnde vi & recuperandæ.* (*iure suo.*
2 *Spolium committitur, quando quis impeditur vti*
3 *Spoliato certis reditibus, seruitiis, vel iuribus competit interdictum vnde vi, vel vtilis conditio.*
4 *Remedium cap. redintegrandæ, omnium recuperandæ possessionis remediorum plenissimum est & cum omnibus aliis concurrit.*
5 *Interdictum vnde vi, & beneficium c. redintegrandæ quid differant.*
6 *Iudex ex deductis apud acta eam actionem eligere potest, quæ Actori magis competere & expedire videtur.* (*testas.*
7 *Clausulæ salutaris, omni meliori modo, vis & po-*
8 *Practica c. redintegrandæ.*
9 *Interdicti vnde vi requisita.*
10 *Spolium non committitur sine possessione: nec enim aliud, quam qui possidet, deiici potest.*
11 *Libri rationum seu registra quando probent. Scriptura priuata quando probet.*
12 *Libro antiquo censuali creditur, si conseruetur & reperiatur in loco non suspecto.*
13 *Libri Historiarum & chronicis, quibus à maioribus semper fides adhibita est, credendum.*
14 *Libri antiqui, etiam lapides & columnæ inciſæ inducunt plenam probationem.*
15 *Libri monasterii continentes solutionem censuum aut pensionum probant: modo ita consuetum esse dicant per decennium.*
16 *Probationes semiplenæ per famam vel vnicum testem sufficiunt in possessorio iudicio. & n. 30.*
17 *Possessorii finis est principium petitorii.*
18 *Cumulari ne possint possessorium & petitorium in interdicto recuperandæ.*
19 *Dominii probatio difficilis est.*
20 *Iudex non tenetur super petitorio & possessorio simul pronuntiare, si de vtroque ei non constat.*
21 *Remedium c. redintegrandæ datur cõtra quemcunque successorem singularem & vniuersalem, bonæ vel malæ fidei possessorem, siue cum, siue sine titulo, & n. 5. interdictum vnde vi solum contra spoliantem & eius heredem, non contra singularem successorem.*
22 *Possessio præsumitur continuata ex vnico actu possessionis ante spoliationem.*
23 *Exceptionẽ præscriptionis an iudex ex officio supplere possit.* (*tum ope exceptionis.*
24 *Præscriptio non tollit actionem ipso iure, sed tan-*
25 *Præscriptio centenaria solummodo currit aduersus Romanã Ecclesiam: contra reliquas vero quadragenaria.* (*batur.*
26 *Præstationibus annuis quanto tempore præscri-*
27 *Fructuum & damnorum quæ hic habenda ratio.*
28 *Possessor violentus tenetur ad omnes fructus non solum perceptos, sed etiam eos qui percipi potuerunt.*
29 *Iuramenti suppletorii forma. & n.*

Intentatum interdictum recuperandæ possessionis, siue actum actione in † factum quæ 2
competit loco interdicti vnde vi & recuperandæ. §. *fin. Instit. de inter leg.* 1. §. *fin. gloss. ibi verbo, in factum ff. de vi & vi arm. Petr. Iac. in sua part. de actione in factum ex interdicto vnde vi.* Spolium enim † committitur, quando quis im- 2
peditur vti iure suo. *c. querelam, de Elect. Bald. leg. si conductionis. numer.* 2. *C. Locat. Soc. sen. consil.* 87. *numer.* 15. *volum.* 2. vbi dicit, si quis certis † reditibus seruitiis vel iuribus, puta colligen- 3
di pedagium, vel iure patronatus spoliatur, competit ei interdictum vnde vi, vel vtilis condictio. *leg. si quis in tantum. C. vnde vi.* Atque Actores in libello concludunt ad spolium, quod à Reo iniuste spoliati sint possessione decimarum in *Thalum.* Posset etiam dici, actum ex *cap.*

*Redinte-*

*Redintegranda 3. quæst.* 1. Ideo quod sit omnium
4 remediorum † recuperandæ possessionis plenissimum, concurrens scilicet cum omnibus
5 aliis. Interdictum enim † *vnde vi*, personale est, sicque competit solum contra eum, qui spoliauit, & eius heredem, non autē singularē successorem. *leg.* 3. §. 1. *ff. de vi & vi arm. Ferrar. in for. lib. in causſa spol. possess.* §. 1. *num.* 6. Ad beneficium *d. c. Redintegrandæ.* datur contra quemcunque successorem singularem & vniuersalem, bonæ vel malæ fidei possessorem, siue cum, siue sine titulo possideat, siue res mobilis sit, siue immobilis, *vt plene tradunt Alexand. & Socin. in l. rem, quæ nobis ff. de acquir. possess. Pan. c. ab eodem de Rest. spol. Mar. dist.* 7. *p.* 4. *nu.* 22. *vsq; ad nu.* 50. vbi *nu.* 22. remedia recuperandæ possessionis recenset & tradit Ferrar. *vbi sub num.* 6. Hoc autem beneficium siue remedium ex cap. *redintegrandæ* cum Actoribus longe vtilius sit, & Iudex eam actionem (si nulla expressa est, maxime si libello adiecta est clausula salutaris, *omni meliori modo* &c. vt in nostro casu) ex deductis
6 apud † acta eligere possit, quæ Actori magis competere & expedire videtur, *iuxta not. Ias. §. omnium. nu.* 149. *Institut. de act. & Ang. ibid. nu.* 7. *circ. fin. Pan. c.* 2. *nu.* 52. *de ord. cognit. Dec. cons.* 14. *nu.* 13. *vol.* 1. Concludo intentatum remedium
7 ex Cap. *redintegrandæ.* Tantæ † enim potentiæ est clausula illa ad finem libelli adiecta, *omni meliori modo*, quam DD. salutarem volunt, vt per eam videatur omnis actio & omne remedium, competens & resultans ex narratis, in iudicium deductum. *Ita Angel. d. §. omnium. & Ias. ibid. n.* 149. *Fel. c. cum super. de off. deleg. nu.* 11. Vnde consulit, vbi supra, vt in facto dubio & ancipiti, obscuroque iure, ita vt ignoretur, quæ actio competat, semper adiiciatur dicta clausula, *o-*
8 *mni meliori modo.* Periti tamen † aduocati in materia spolii in petitione libelli qualitatem dicti remedii ex *c. redintegrandæ.* verbo aliquo exprimere solent, scilicet, petendo restitui & redintegrari possessionem, prout notat & consulit etiam ad euitandam omnem cauillationem Ferrar. *in for. libelli, in causa spol. poss. §.* 1. *num.* 10. quæ tamen qualitas & periphrasis in nostro libello omissa est, sed tamen vigore *d. cap.* concludo, vt supra.

*An probata.*

Notum est hoc interdicto duo potissimum
9 extrema ad † obtinendam restitutionem probari oportere, possessionem, & deiectionem, *c. cum olim de causſa poss. & propriet. c. cum ad sedē. vbi gl. verb. diutius, de Rest spol. c. consultationibus cum gl. verbo possessio. de offi. deleg. Boer. decis.* 238. *n.* 3. *p.* 2.

Ergo de primo requisito, an Actores articulatam possessionem decimarum probarint: si-
10 ne possessione † spolium non committitur; nec enim alius deiici potest, quam qui possidet, *l.* 1. *§. si quis. vers. interdictum ff. de vi & vi arm.* Eam autem probare conantur ex libro quodam censuali antiquissimo, aliisque rationum libris in originali cum copiis collationatis hic in Camera iudicialiter exhibitis. Hoc an consecuti sint videamus. Quod ad certas mensuras siliginis, puto, rem esse extra dubitationem. Nam vbique in omnibus copiis annotatum habetur, quod maiores Rei nobiles, N. dent & soluerint 5. octalia siliginis annua. Id primum constat ex Copia A. B. de anno 1493. & seqq. annis. Deinde ex copia *num.* 1. *vsque ad n.* 7. *inclus. quia sc.* continua annorum serie Rei maiores dictas mensuras soluerint. Quod vero ad reliqua octalia siliginis attinet, an ea per N. N. nomine & ex parte nobilium N. soluta sint, plus habet dubitationis: quam tamen (vt breuis sit resolutio) sublatam puto verbis discretis & expressis in copiis num. 2. 3. 4. 5. de annis 1455. 56. 57. 58. 64. 65. in quibus hæc verba annotata reperiuntur. Item N. von N. debet octalia ex parte N. N. N. superioris. In copia num. 8. de anno 1530. habentur hæc verba. *Thalum* 20. Octobr. quorum N. N. 10. Octobris modo N. N. filius, & origo præstationis & solutionis decimarum. Patet ex copia inuestituræ, de dato. 1474. quod scilicet Actorum antecessores decimas maiores *in Thalum* Rei maioribus iure perpetuæ locationis pro 20. octalibus siliginis & 10. octalibus tritici annui concesserint. Ex quibus concludo, Actorum possessionem probatam si modo eorum libris rationum & registris tanquam scripturæ priuatæ fides sit aliqua adhibenda. Et licet regulariter † priuata scri-11 ptura non probet, *l. rationes l. exemplo. C. de probat.* Illud tamen in antiqua priuata scriptura non obtinet, quæ propter antiquitatem iuris quadam præsumptione etiam plenam fidem facit *cap. ad audientiam de præscript. & ibi Pan. Fel. & communiter Dd. & in cap. cum causam de prob. Bartol. leg.* 1. *num.* 22. *si cert. pet. Spec. de instrum. edit. §. nunc dicendum & §. videndum. vers. nam qui libros. de probat. Crauetta de antiq. temp. §. viso, num.* 2. *cum seq.* Atque id multo magis in libris censualibus & registris officiorum & reditum obtinet, si modo tales libri conseruentur à personis fide dignis, & in loco non suspecto, sed in Archiuo publico, quo casu priuatam scripturam fidem facere etiam inter alias personas traditum est *per text. c. ad audientiam, & ibi Panorm. inquit.* Credi libro censuali † antiquo, dummodo reperiatur & 12 conseruetur in loco non suspecto. Idem Pan. *c. cum causam. num.* 1. inquit, hoc procedere, etiamsi agatur de magno præiudicio, si talis liber vel scriptura sit, cui ab antiquis nostris communiter creditum est, & ad hoc communiter Doctores allegant. Ex quibus infert, libris Historiarum † & Chronicis, quibus à maiori- 13 bus semper fides adhibita fuit, credendū esse *gl.*

*c. inter*

*6. Inter dilectos. de fide instr. verb. magis.* Et Spec. *d. §. videndum. de probat.* dicit, quod per libros antiquos & per scripturas antiquas etiam lapidibus
14 &† columnis incisas, inducatur plena probatio. *Crauett. de antiquit. temp. §. octauo datur. num. 12. cum alleg. ibid.* Idem obtinet in regestris, si sint bene custodita, & reperiuntur in Archiuis Authenticarum personarum, puta eorum, qui habent potestatem Authenticas scripturas faciendi. *Innoc. c. 1. in fin. de procurat. per illum text. & per d. c. ad audientiam. Fel. d. c. ad audientiam.* Quod
15 libris † monasterii continentibus solutionem censuum aut pensionum fides detur, tenet etiam Rom. *cons. 127. num. 1. per text. d. c. Census. de probat. & Dec. cons. 146. num. 10. vol. 1. Boer. decis. 105. num. 11. p. 1. Crauett. d. tract. num. 80.* Quod maxime procedit, si conseruentur huiusmodi libri rationum, inter alias scripturas publicas per officiales ad hoc deputatos, & agatur de modico præiudicio, vt in nostro casu. Doctores, vbi supra, maxime Crauetta, qui ad hoc multas autoritates adducit. Accedit doctrina *Bal. l. fin. numer. 9. C. sine censu vel reliquis*, dicentis, quando per libros censuales apparet, quod ita est consuetum per decennium, non esse aliud inquirendũ, *per d. l. census. & l. 1. tit. C. de Agric. & cens. lib. 11.* Idem Bald. *l. si certis annis, C. de pact. num. 7. cum seq.* docet, quod ex qualitate prestationis oriatur quædam præsumptio pro creditore, quantum ad retentionem soluti. *l. cum de indebito. ff. de solut.* sed quantum ad futuram præstationem, requiruntur præsumptiones continuatæ ex præstatione longi temporis, ex quibus augetur effectus simplicis præstationis, & transit præsumptio in speciem probationis ad agendum. Et hoc notatu dignum putat pro Emphyteutis, qui perdiderũt instrumenta Emphyteutica, nam qualis apparet solutio, talis præsumitur precessisse concessio.

In nostro ergo casu propter antiquitatem scripturæ, & locum, in quo publice tãquam in Archiuo capituli, huiusmodi libri vna cum aliis publicis scripturis adseruantur propter tot annorum præstationes, propter originem cõmunem, de qua ex transuersali *numero 33.* comstat, quod de modico præiudicio agatur. Concludo, huiusmodi rationibus & regestris fidem adhibendam. Et hoc maxime in iudicio possessorio, in quo nos modo versamur, vbi
16 † etiã semiplenæ probationes, per famam vel vnicum testem sufficiunt. *Bartol. l. 1. num. 10. C. quor. bon. Dec. consil. 58. in pr. & cons. 663. nu. 2.* Causa enim possessorii parui est præiudicii, etiamsi res, de qua controuertitur, sit maximi momenti: eo quod non adfert perpetuum grauamen, sed tale, quod in iudicio petitorio recuperari potest. *l. 1. C. si de moment. poss. & ibi Castr. in pr. Bartol. l. admonendi. num. 55. de iureiur. & l. 2. §. fin. in pr.*
17 *vbi in rem actio.* Finis † enim possessorii est principium petitorii. *Bald. l. 1. numer. 2. C. vti possid. Bartol. d. l. admonendi.* Posset tamen secundum cõmunem opinionem Dd. in interdicto recuperandæ † possessionis, vtrumque iudicium petitorium cũ possessorio cumulari. *l. cum fundum. ff. de vi & vi arm. Ferr. in for. lib. pertur. poss. verb. ad Cassand. nu. 9. DD. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess.* Sed hic factum non est, & recte, propter difficultatem probationis. Dominii enim † probatio difficilis est. *Dd. l. si possidetis. C.* 19 *de probat. Boer. decis. 42. per tot. p. 1.* quanquam iudex non teneatur † super vtroque pronunciare, 20 si de vtroque ei non constat, sed tantum super possessorio, *prout latius distinguit Ferrar. loco cit. nu. 10 per iura ibi allegata.*

Quod ad altetum requisitum attinet, in confesso est, Reum petitas decimas possidere, sed an ipse spoliarit in actis non apparet, quia non constat, an vnquam solverit ipse dictas decimas. Puto satis esse, si probent Actores de simplici detentione in hoc interdicto, maxime si dica- 21 mus intentatum remedium d. c. † *redintegranda*, quod non tantum contra singularem, sed etiam vniuersalem successorem, & quemcunque possessorem competit, vt initio dixi, sufficit etiam spoliatum possedisse per tempus aliquod ante spoliationem. Nam hoc probato, præsumitur † continuata possessio, & sequens pos- 22 sessor præsumitur clandestinus violentus, nisi probet titulum suæ possessionis. *Innoc. c sæpe. num. 2. de Rest. spol. l. non ignorabit. C. ad exhib. Ferrar. in for. lib. huius actionis. verbo sæpius. num. 2. vbi plures allegat.* Satis igitur est, maiores rei soluisse, & Actores modo à Reo tanquam singulari successore turbari, nisi quid de suo titulo doceat. Concludo igitur, hoc requisitum scilicet spolium probatum. Vnicus adhuc occurrit scrupulus, cum apud acta non habeamus documenta solutionum, ab Anno 1487. vsq; ad annum, 1530. an huic præstationi præscriptum sit? Hæc exceptio præscriptionis à Reo non est opposita. Quæritur, an † Iudex supplere, & eam 23 ex officio attendere possit? Variant ea in re Dd. *vt plene per Boer. decis. 344. num. 1. 2. 3. in vtramque partem. Guido decis. 221. per tot. p. 2.* Concluditque quod non eò, quod præscriptio † non tollat a- 24 ctionem ipso iure, sed tantum ope exceptionis, *per gl. 6. sicut, verb. facultatem, de præscr.* Contrarium tenet Panor. *d. c. 1. ad aures. de præscript. per illum text.* quod scilicet præscriptio tollat ipso iure actionem, & sic à iudice ex officio attendenda sit, quam opinionem Camera. sequi attestatur Mynsi. *obs. 28. cons. 3.* Vtut sit, & dato, quod attendi debeat, videndum an obstet Actoribus? Certum est, contra Romanam Ecclesiam † solummodo currere cẽtenariam præ- 25 scriptionem, *auth. quæ actiones. C. de SS. Eccles.* contra reliquas vero quadragenariam, *d. auth. quas actiones. c. de quarta. c. ad aures. c. illud. de præscript. Guid. in decis. per tot.* Subducto igitur calculo ab Anno 87. vsque ad annum 1530. constat

tempus 40. annorum effluxisse, & sic huic præstationi præscriptum. Breuiter, in hac facti specie putarem, dictam præscriptionem, Actoribus præiudicare non posse, eo, quod secundum communem & receptam Dd. opinionem, *l. cum notiss. §. fin. C. de præscript. 30. annorum*, annuis præstationibus non præscribatur, tam in contractibus, quam vltimis voluntatibus, *d. §. fin. Cyn. latis. ibid.* quia tot scilicet præscriptiones, quot anni. Huiusmodi
26 † autem præscriptiones ad futuros annos & futuras pensiones se non extendunt, nisi cessatum sit spacio 100. annorum, *vt pulchre tradit Guid. decis. 406. um 2. seqq.* vbi dicit, Secundum eam opinionem, quæ fuit Martini glossatoris antiqui, *vt refert Accurs. d. l. cum notissimi. §. si verbo cuiusque anni.* in omnibus curus iudicatum fuisse, quam & Mynsi. *obs. 3.* in Camera receptam attestatur. Concludo itaque possessionem Actorum probatam esse, & præscriptionem non allegatam, sed tamen ex actis apparentem, non obstare, ad futuras præ-
27 stationes *Dd. vbi supra.* Itaque † fructuum & damnorum rationem hic à tempore recusatæ solutionis, & sic cœptæ litis habendam arbitror, *l. 1. §. ex dictis. ff. de vi & vi arm.* Violen-
28 tus enim possessor † tenetur ad omnes fructus, non solum perceptos, sed etiam eos, qui percipi potuerunt. *c. grauis, & ibi gl. verbo fructus. de rest. spol. c. conquerente vers. præceptis. eod. tit. c. cum causa. in gl. in fi. de off. iud. deleg.* Præterea damna plenarie resarcire tenetur propter d. *c. grauis.* Concludo actionem probatam & non elisam. Pronunciandum secundum petitionē Actorum. Saluo &c. Alij putabant, Actorum possessionem sufficienter non esse probatam, & ideo ipsis Actoribus iuramentum suppleto-
29 rium † deferendum, quod mihi non videtur necessarium, cum ex rationibus allegatis, tum potissimum, quod in possessorio iudicio etiam semiplenæ probationes, veluti per fa-
30 mam vel † vnicum testem, sufficiant. *Bartol. d. l. 1. num. 10. Quor. bon. & l 2. §. fin in prin. C. vbi in rem actio. Dec. cons. 56. in prin. p. 1 & cons. 663. num. 2. p. 5.* Idque maxime procedit in interdict. recuperandæ possessionis, cum sit priuilegiatum odio spoliatoris. *l. si quis ad se fundum. vbi Bartol C. ad l. Iul. de vi pub. c. pastoralis. de causa poss. & propriet. c. cum ad sedem. de Rest. spol.* Eo tantum non attento, maioribus votis fuit concluſum, iuramentum suppletorium esse deferendum. Pronunciatum vt sequitur.

*Sententia præambula.*

IN Sachen vnser lieben Frauwen Stifft zu N. Clägern eins/ wider Weilandt N. vñ N. jetzo desselben Erben in Actis benandt/ ist der beschluß N. Tag beschehen hiermit rescindirt, vñ von amptswegen der bescheidt/ wöllen vnd mögen gedachte kläger durch sich selbst/ oder durch jhren volmächtigen Anwaldt/ schweren einen Eyd zu Gott/ das Weylandt N. N. deß beklagten Vatter/ oder der beklagte selbst die streitige zehen achtel Korn bezahlt vnd entrichtet haben/ daß solches gehört vnnd ferner darauff ergehen sol/ was recht ist.

Postea exhibito speciali mandato ad iurandum, & Pronunciatum in sachen vt supra, ist D. N. zu angebottenem Eydt hiermit zugelassen.

*Forma † iuramenti.*

IHr als Anw. Dechand vnd Capitels zu vnser lieben Frauwen Stifft zu N. N. contra Weylandt N. N. Jetzt desselben Erben in actis benannt/ solt schweren einen Eydt/ &c. In die Seele euwer Partheyen/ daß Weylandt N. N. deß beklagten Vatter/ oder der beklagte selbst die streitige zehen achtel Korn bezahlt/ vnd entrichtet habe/ ohne alle gefehrde.

Sententia lata 18. Ianuarii. Anno 66.

*Sententia definitiua.*

IN Sachen/ vt supra, ist allem fürbringen nach vñ auff erstatten Eydt zu Recht erkañt/ daß gedachtem beklagten nicht geziemet noch gebürt/ sie die kläger jhrer possession vel quasi der jährlichen in actis angezogenen 10. achtel Korns geklagter massen zu spoliren vnnd zu entsetzen/ sondern darinn zuuiel vnd vnrecht gethan habe/ derhalben jnen den klägern solche possession vel quasi gemelter jährlichen Zehen achtel Schönkorns sampt dem auffstandt/ vñ Zeit an beschehener Entsetzung zu restituiren vnd ein zuantworten/ darzu die Gerichtskosten derohalben vffgelauffen nach rechtlicher Ermessigung zu entrichten vnnd zu bezahlen schuldig seye/ als wir jhne darzu hiermit condemniren vnd verdammen.

## Votum 4. In Causſa der N. Kinder Vormunder/

*Contra.*

## Burg vnd Rath der Statt N. Mandati executorialis.

*Immissio in possessionem decreta à Camera lib. à senatu Sp. impugnatur.*

*SVMMARIA.*

1 *Ad actum præiudicialem omnes citandi sunt, quorum interest.*

2 *Missio in possessionem iudicis autoritate facta in re per alium possessa, non nocet possessori non citato eumque possessione non priuat.*

3 *Immissio causa cum cognitione fieri debet, alias non valet.*

4. Missio

4 *Missio in possessionem inordinate fit duobus modis.*
5 *Iudex, qui sine causæ cognitione procedit, nullo iuris ordine seruato, spoliare dicitur, & ita spoliatum ante omnia restituere debet.*
6 *Spoliatus non potest regulariter à iudice restitutionem petere, eo quod pro eius processu præsumatur. Fallit in processu extraiudiciali.*
7 *Iuste possidet, qui prætore autore possidet.*
8 *Iudici extra officium iubenti impune non paretur.*
9 *Ius dicenti supra iurisdictionem impune non paretur.*
10 *Defectus iurisdictionis reddit sententiam ipso iure nullam.*
11 *Prædo etiam in sua possessione manutenendus, & spoliatus ante omnia restituendus.*
12 *Territorium potest esse sine iurisdictione, & econtra.*
13 *Immunitas munerum patrimonialium in iure fundata est, & ea merito gaudent Camerales.*
14 *Personæ si non sunt subditæ, res quoque eorum immunes sunt.*
15 *Clerici à laicis collectari non possunt, etsi bona in eorum territorio habeant.*
16 *Clerici exempti sunt à iurisdictione laicorum.*
17 *Tutor datus à iudice, sub quo est pupillus, habet etiam administrationem in rebus extra territorium suum sitis, si scilicet nullus sit contradictor.*
18 *Iudex officium suum imploranti impartiri debet.*
19 *In officio iudicis, quod loco actionis imploratur, etiam libellus & litis constitutio requiritur.*
20 *Metuens, ne alius suam possessionem inuadat ad consequendum iudicis interdictum faciat fidem de possessione in libello, non seruato ordine iudiciali.*
21 *Filii sunt iusti heredes patris.*
22 *Mater est vsufructuaria bonorum paternorum.*
23 *In notoriis ordo iuris non requiritur, & nu. 29.*
24 *Officium iudicis latissime patet, & implorantibus illud impartiri necesse habet.*
25 *Pupillorum fauore multa contra regulas iuris recepta sunt.*
26 *Pupillæ, viduæ & miserabiles personæ possunt recurrere ad principem & declinare proprios iudices ordinarios, etiam per viam simplicis querelæ.*
27 *Priuilegio pupillis, viduis & miserabilibus personis, miserationis intuitu indulto, renuntiari nequit.*
28 *Continuandi animum habens non acquirit de nouo.*
29 *Cautela abundans in iure non nocet.*
30 *Aduersarius possidens in iure est potior.*
31 *Filia heres instituta petens se mitti in possessionē, mittitur etiam in possessionem rerū feudalium, nec agnati masculi erunt legitimi cōtradictores.*
32 *Spolium sine possessione non committitur.*
33 *Amitti non potest, quod acquisitum non fuit.*
34 *Priuatio præsupponit habitum.*
35 *Aliud est possidere domum, aliud esse in domo.*
36 *Colonus, qui est in possessione, habitare dicitur nō possidere.*
37 *Colonus inspecta veritate possidet naturaliter, non interpretatione iuris.*
38 *Possessio rerum hereditariarū non nisi apprehensione acquiritur.*
39 *Parte fundi apprehensa, dicitur totus fundus apprehensus.*
40 *Vna re apprehensa cæteræ non censentur apprehensæ.*
41 *Ius oritur ex facto, & qui in facto errat, ius quoq; falsum vt inferat necesse est.*
42 *Articuli erronei non admittuntur, nec probati quicquam releuant.*

Quæritur, an immissio rite decreta sit nec ne? Pro ratione dubitandi quædam in iure præmitto. I. Quod ad omnem actum præiudicialē citandi † sunt omnes, quorum interest, *l. de vno* 1 *quoq; ff. de reiud.* II. Quod † missio in possessio- 2
nem Iudicis autoritate facta in re per alium possessa, nō noceat possessori non citatio, eumque possessione non priuet. *Bal. l. 2. num. 5. C. ne vx. pro mari. Inn. c. quoniam. vt lit. non cont.* Debet enim immissio † cum causæ cognitione fieri alias nō 3
valet, adeo quidem vt inuadens possessionem superioris autoritate temere impetrata, incidat in constitutionem, *l. meminerint. C. vnde vi.* Ita vt ab omni suo iure cadat. *l. fin. C. si per vim alio modo. Ripa. l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 59. cum seq. de acquir. poss. Zas. l. Pomponius. § si iussu. nu 9. cod. tit. Bal. l. fi. nu. 11. C. de edict. diu Adriani toll.* vbi dicit, quod missio † in possessionem inordina 4
te fieri dicatur duobus modis. I. Possessore non citato, & tunc debet reuocari, constitutione de possessione. II. Non facta discussione iurium contradictoris, & tunc reuocatur sine alia probatione. *Bald. l. si pacto. n. 2. de pact.* vbi dicit, quod tali casu reuocari debeat, etiam sine partis, aduersæ citatione. III. Prætermitto, quod † iu- 5
dex, qui sine causæ cognitione processit nullo iuris ordine seruato, spoliare dicatur, ita quod eo modo spoliatus ante omnia sit restituendus, *text. c. conquerente. de Rest. spol. & ibi Panor. num. 3. Boer. decis. 238. num. 4. cum seq. p. 2. Ripa d. l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 5. cum seq. Mar. in 1. dispu. num. 30. facit d. l. fin. C. per vim vel alio modo.* Nec obstat, quod regulariter spoliatus † non possit 6
à Iudice petere restitutionem, eo quod pro eius processu præsumatur, *c. præsentiam 7. qu. 1.* Et iuste possidere † dicatur, qui prætore autore possidet, *l. iuste ff. de acquir. poss. l. qui autore. ff. de reg. iur.* Quia illud non obtinet, quando extraiudicialiter de facto sine causæ cognitione processit, quia tunc loco priuati est, &, vt dixi, spoliare dicitur, *d. c. conquerente. vbi Bart. pulchre numer. 3. & 6.* Nam iudici extra officium iubēti impune non paretur, *Zas. d. l. naturaliter. §. nihil cōmune. de acquir. poss.* IV. Præmitto † quod ius 8
dicenti supra iurisdictionem impune non pa-

reatur, *l. fin. & ibi Bart. Alex. & communiter Dd.*
10 *de iur. om. iudic.* quia defectus † iurisdictionis reddit sententiam ipso iure nullam, *l. 1. §. hæc autem verba ff. quod quisque iur. l. 1. & ibi Bart. in pr. C. de ped. iud. & tot. tit. C. si à non comp. iud.* V. Præmitto, quod prædo etiam in sua possessione
11 sit † manutenēdus, & spoliatus ante omnia restituendus, *c. in literis. de rest spol. l. 1. §. quia me ff. de vi. & vi arm.* His præmissis redeamus ad propositam quæstionem.

### *An Fundata iurisdictio?*

Et primo omnium videndum est de iurisdictione, an in ea simus fundati. Quod ad me attinet, dixi, & adhuc sub correctione dominorum dico, quod sic, non solum ratione tutorū & pupillorum, verum etiam bonorum. De tutoribus & pupillis dubitatio nulla est. Quod ad bona attinet, cum sint sine contradictione pupillorum, necessariò sequitur, ea quoq; saltem quoad exercitium iurisdictionis & fori competentiam Cameræ subiecta esse. Non sequitur, *res sita est in meo territorio.* Ergo iurisdictioni meę subiecta est, quia alterum sine altero etiam esse
12 potest, territorium sine † iurisdictione & econtra. *Bart. l. 1. n. 15. de iurisd. om. iud.* vbi Ias. *n. 12. &*
13 *seq. ordin. imperii. tit. 49. §. 1. p. 1.* expresse nos † vnà cum rebus nostris à iurisdictione ciuitatis eximit, immunitatem quoq; munerum patrimonialium tribuit, **daß wir Vngelds/ Zolls vnnd anderer Beschwerden / auch anderer Gerichtszwäng frey sollen seyn /** quæ quidem immunitatis concessio, quantum ad extraordinaria munera, quæ incertam habent præstationem, & ratione personarum rebus imponuntur, in iure quoque fundata est. Nam si personæ non sunt
14 subditæ, res † quoq; immunes erunt, *gl. ad rubr. C. eod. tit. Ias. l. placet n. 5. C. de SS. Eccl fac. l. liber-*
15 *tus. §. sola ff. ad muni.* Hinc est, quod † clerici à Laicis collectari non possunt, etsi bona in eorū
16 territorio habent, quia † exemptiā iurisdictione Laicorum sunt, *text. Auth. nulla communitas. C. de Ep. & Cler. c. nō minus. de immun. Ecclesiarum. c. 1. eod. tit. in 6. Alex. cons. 68. n. 2. vol. 2.* Moueor etiam præiudiciis, quod pupillis tutores & curatores adultis, qui principaliter rebus dantur, quotidie constituamus & ordinemus, bona describi, annotari & obsignari faciamus, & sine contradictione senatus mandamus. Ergo non tantum ratione personarum, sed etiam terum saltem quod ad exercitiū iurisdictionis attinet, fundatam habemus iurisdictionem. Accedit
17 quod † tutor datus à Iudice, sub quo est pupillus, habeat etiam administrationem in rebus extra territorium suum vbicunque sitis, *Bart. l. legitimos. nu. 5. in fi. ff. de leg. tutor. Alex. l. fin. num. 12. de iurisd. om. iud.* Quod tamen ita accipiendum est, si nullus contradictor sit. Nam si contradictor sit, ita quod necessario immissio sit facienda in possessionem per ministros Iudicis, nō sufficit licentia Iudicis, sub quo pupillus est, sed scribi debet illi Iudici sub quo res sitæ sunt, ita restringit d. doctrinam Bart. *d. l. legitimos. nu. 12. & Bald. l. fi. n. 46. C. de ed. D. Adr. toll. per text. l. cum vnus. §. is qui possidere ff. de bon. Auth. iud pos-sid. & ibi Bart. in prin.* Concludo igitur iurisdictionem nostram fundatam, atque etiam in pleno senatu antea quoque, si recte memini, conclusum fuisse, arbitror sub correctione.

### *Ratio decreti.*

Nunc ad decreti rationem accedamus, Fundamentum decreti non consistit in petitione hereditatis vel interdicto, *Quorum bonorum*, aut beneficio, *d. l. fi. C. de ed. D. Adr. toll.* Sed in imploratione nobilis officii Iudicis, quod per se stat, siue hoc suo motu exerceat, siue ad instantiam partis, *Bar. l. 1. n. 12. de iurisd. om. iud.* de quo officio nobili late Ias. *§. 1. n. 54. Inst. de act. Zas. l. vi-num. n. 6. ff. si cert. pet.* Item consistit in possessione pupillorum. Quod ad primum attinet, iuris est certissimi, Iudicem officium † suum implo-8 ranti impertire debere, *l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de dam. inf.* Hic imploratum est officium pro immissione. Ergo impertiendum illud fuit. Quæritur modo, an cum causæ cognitione hoc fieri debuit? Et licet regulariter in officio Iudicis, quod loco actionis † imploratur, etiam li-9 bellus & litis contestatio requiratur, *Bart. l. nec quicquam. §. vbi decretum. nu. 3. ff. de off. procons. & leg.* tamen hoc non procedit, quando contra incertam vel nullam personam officium interponitur, & Iudici verisimilis de vacua vel etiam apprehensa possessione fides facta sit. Quo casu potest ad imploratiōnem & supplicatiōné partis, iuris ordine non seruato, de pleno procedere, & immissionem decernere, per doctrinam Bart. §. 5. *vbi decretum. n. 3. Specul. de of. om. iud. §. iudicis. n. 14. cum seq. & Specul. de lib. concept. §. nunc dicendum. n. 7. Bal. d. l fin. nu. 21. C. de ed. D. adr. toll.* vbi dicit, si aliquis metuat, ne † alius suam pos-10 sessionem inuadat, sufficit ad consequendum Iudicis interdictum, facere fidem de possessione in libello, non seruato ordine iudiciario, *fac. opt. l. liberis. §. fin. ff. de liber. causa.* Iam in præsenti, Iudici non solum in libello supplicationis, verum etiam ex propria militis confessione fides de possessione & iure pupillorum facta est, vbique enim in omnibus suis supplicationibus fatetur expresse, si nihil iuris habere vel prętendere in bonis paternis, iam quoque notorium est supplicantes esse filios. Ergo † heredes pa-11 tris, *l. in suis. ff. de lib. & posth.* Mater dum viueret † vsufructuaria, *l. fœmina. C. de secund. nupt.* pos-12 sessionem nomine pupillorum apprehendit, quam postea dati tutores continuarunt per actum aditionis & innentarii confectionem. Secundus maritus miles noster fatetur, vt dixi, bona paterna pleno iure esse pupillorum,

sequo

seque nihil in iis habere iuris aut prætendere. De præmissis omnibus fides Iudici facta fuit. Hæc autem cum sint notoria, in quibus ordo iuris † non requiritur. *c. ad nostram. de iurerur. c. † pastoralis. de iudic. Specul. de lib. concept. §. & nunc dicendum. nu.* 10. cur Iudex imploratus in re minime controuersa, nullo apparente legitimo contradictore, officium suum nobile, quod alias latissime patet. *l. 1. ff. de iurisd. om. iud.* impartiri non posset? Accedit, quod multa fauore pupillorum contra regulas iuris communis recepta sint, prout *not. Mar. Anton. Patu. tract. suo de fauore pupill.* Et quod ad præsentem casum attinet, optime fac. *l. vn. C. quando Imp. int. pup. &* 26 *vid.* vbi habetur, quod pupillæ, viduæ † & miserabiles personæ possint recurrere ad Principem, & declinare proprios iudices ordinarios, etiam per viam simplicis querelæ. *Ita not. ibid.* 27 *Bald. num.* 1. 2. & 3. Quod adeo † verum est, vt huic priuilegio renunciari non possit, eo quod illud indultum sit miserabilibus personis miserationis intuitu. *Bald. d. l. vn. nu.* 3. Si igitur de iure communi, fauore pupillorum, illud obtineat in omnibus pupillis cuiuscunque fori, quanto magis in pupillis immediate, & sine controuersia nostræ iurisdictioni subiectis, vt in casu præsenti, vnde vel hoc solo fundamento habemus iurisdictionem fundatam ex beneficio constitutionis. *& d. l. vn. C. quando Imp. inter pup.* Porro obiici forte posset, si fuerunt pupilli in possessione, quorsum opus fuit immissionem postulare? Respon. non ad acquirendam denuo possessionem, sed ad continuandam eam acquisitam: aliud est acquirere, 28 aliud continuare. Nam † qui habet animum continuandi, non acquirit de nouo. *Bald. d. l. si. num.* 21. *Bart. l. si finita. §. Iulianus. num.* 22. *ff. de dam infect.* vbi dicit, quod missio etiam potest fieri ei, qui possidet rem ad effectum scilicet ne turbetur. Adhoc est text. *l. si proprietarius. vers.* 29 *ergo d. tit.* Et notum est in iure, † abundantē cautelam nō nocere. *l. non solent. ff. de reg. iur.* De bonis maternis nulla quæstio est, sed facta immissio ad ea non pertinet: refero me ad tenorem commissionis. Habet miles de facto, quod petit, omnia scilicet bona materna, tam mobilia, quam immobilia, prætextu allegatæ cuiusdam consuetudinis Sp. an iure vel iniuria cognitionem non desiderat, quod ad nos non spectat, sed ad ordinarium dicti militis, hoc est, senatum Sp. Et per præd. 1. 2. & 3. præmissa satis confutata esse puto. In notoriis, vt paulo ante dixi, nulla causæ cognitio requiritur. Si nemo possidet, nemo est de necessitate citandus, sed agere eum oportet, qui aliquid contra ius factum esse allegat. Nam cum aduersarius pos- 30 sidet, † ipse debet esse potior. *§. commodum. Inst. de interd. Bald. d. l. fin. num.* 6. *C. d. edict. D. Andr. toll.* Ad quod optime facit, *quod notat Io. Andr. ad Specul. tit. de testam. §. sequitur. num.* 40. *verbo personam*, vbi dicit, quod † filia heres instituta, 31 petens se mitti in possessionem, mittatur etiam in possessionem rerum feudalium, nec agnati masculi erunt legitimi contradictores. Ita tenet Bald. *c. 1. de controu. int. masc. & fœm. in prin.* vbi dicit, quod onus probandi imponitur agnato, & non filiæ, quia qui confirmat, debet probare. Idem tenet. *Alex. d. l. fin. num.* 3. Sic in præsenti, si miles immissionem non rite factam esse velit, aut si aliás quid iuris in bonis hereditariis prætendat, agat ipse. Non debet in casu notorio ipsos pupillos Actores constituere, eosque commodo possessionis priuare, maxime cum ipse intus habeat, quod petit, omnia bona scilicet materna. Quid amplius requirit? nunquid etiam vt paterna simul in cinerem fumumque redigat? res est profecto commiseratione dignissima. Non obstat quartum præmissum, quia meo iudicio, vt supra concluſi, tam personæ, quam bonorum ratione, satis in iurisdictione fundati sumus, nihil nobis vnquam negotii cum milite fuit, nihil iurisdictione contra illum exercuimus. Non obstat quintum præmissum, quia si furtim 32 tenendus in sua possessione, multo magis possessores. Spolium † non committitur sine possessione, *l. 1. §. si quis. vers. interdictum. ff. de vi & vi arm. Dec. cons.* 125. *in prin. vol.* 1. *t. cum olim. de causa pos. & propriet.* Miles nunquam possedit bona paterna. Ergo spolium allegare non potest, quia amitti † non potest, quod acquisitum 33 non fuit, *l. non videtur ff. de reg. iur.* Priuato † enim 34 præsupponit habitum. *l. diem ff. de verb. oblig.* Non sequitur, *est in domo.* Ergo *possidet.* Quia aliud est possidere domum, † aliud esse 35 in domo, quemadmodum aliud possidere, aliud esse in possessione. *l. cum meo. ff. de acq. pos. Schurff. cons.* 35. *in fin. cent.* 1. Colonus † est in 36 possessione, sed tamen non possidet, habitare enim non possidere dicitur. *l. si duo. §. cum inquilinus. vti possid. l. si quis domum. §. habitatores. ff. locati l. si quis ante ff. de acquir. pos. Alex. cons.* 51. *num.* 5. *in fi. vol.* 1. Nam possessio quandoq; sumitur pro detentatione etiam sine animo. Sic † Co- 37 lonus inspecta veritate possidet naturaliter, sed iuris interpretatione non possidet. *Raph. Cumanus. l.* 1. *numer.* 12. *cum seq. ff. de acquir. poss.* Licet igitur miles inspecta veritate naturaliter detineat domum, iuris tamen interpretatione non possidet. Et quod neque animum possidendi habuerit vnquam, constat ex multiplici ipsius confessione in supplicatione ad iudices Cameræ & Senatum Sp. **daß er mit den N. Gütern nichts zu thun habe.** Imo constat, tutores nomine pupillorum etiam viua matre in possessione bonorum fuisse paternorum, aut saltem post mortem eius, per ingressum domus, & actum confectionis inuentarii. Item exhibitionem & custodiam **der Güldbrieff.** Et sine dubio sic censentur apprehendisse possessionem

sionem domus, in qua est miles. Dominium omnium rerum paternarum statim à tempore additionis fuit penes pupillos *l. cum hæredes ff. de*
38 *acquir. poss.* Possessio † vero rerum hereditariarũ non nisi apprehensione acquiritur, *d. l. cum heredes. & ibi Zas. in prin. Idem Zas. l. 3. num. 27. de acquir. possess.* Quibus locis eleganter docet Zas. an apprehensa vna re hereditaria, censeantur omnes res hereditariæ apprehensæ, sicut in feu-
39 do receptum est. Apprehensa † parte fundi, dicitur totus fundus apprehensus, *d. l. 3. de acq. poss.* sed in hereditariis reb. concludit contrarium,
40 quod scilicet vna † re apprehensa, cæteræ non censeantur apprehensæ, *l. 1. §. veteres. vi Ias. Alex. Zas. ff. de acq. poss.* In præsenti veroquod ad domum attinet, non solum dominium per additionem, *d. l. 1. §. veteres. d. l. cum heredo*, verum etiam possessio per apprehensionẽ acquisita fuit. Ex quibus omnibus plane perspicuum esse puto, Reorum articulos in iure & facto erroneos atque falsissimos esse. Fundant illi suos articulos in pseudo militis subditi, cum quo nobis nihil negotii fuit. Nos contra Reorum bonis & bonis pupillorum ex rationibus prædictis. Fingunt militem possessorem domus, nos pupillos etiam ante immissionem possessores fuisse asseueramus. Conqueruntur se turbata sua iurisdictione. At sane si accuratius Reorum indignitatem consideremus, magis in contemptum Cæs. Maiestatis, & statuum, hæc facta puto. Cum igitur in facto errent, falsum
41 ius quoque vt inferant necesse est, quia ex † facto ius oritur, *l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil.* Concludo itaque immissionem ex nobili scilicet Iudicis officio, ad instantiam tutorum in fauorem pupillorum in re paterna iam ante possessa, minime controuersa, personis & rebus nostræ iurisdictioni subiectis, nullo apparente legitimo contradictore, ad propriam militis confessionem, rite decretam fuisse & esse, Nunc de mandato executoriali, conclusum in pleno senatu, decretum illud immissionis manutenendum. In primis senatus Sp. solemniter à Iudice, & Assessoribus requisitus est, vt pupillos nostræ iurisdictioni subiectos in re, vt dixi, non controuersa, hereditaria & paterna contra militis violentiam defenderent, id quod facere non solum derrectarunt, sed etiam militis patrocinium in se susceperunt. Cur igitur ad extremum, non liceret nobis iurisdictionem Cæsaris & statuum mandatis pœnalibus defendere, in facto notorio, in causa pupillorum, in rebus iurisdictioni nostræ subiectis? *tot. tit. ff. si quis ius dic. non obtem. & ibi latissime Dd.*

Concludo, executoriale mandatum iuri, honestati & æquitati conforme & consentaneum esse: articulos vero Reorum tanquam irreleuantes, in facto erroneos, non admittendos, sed reiiciendos, quia probati † nihil releua-42 rent, *l. ad probationem 2. & ibi Bart. nu. 1. C. de probat.* & vlteriorem partitionem finaliter Reis iniungerem, sub forma sequenti.

*SENTENTIA.*

IN Sachen weilandt D. N. N. hinderlassen Kinder Vormunden / in actis benendt / Klägern wider Burg. vnnd Rath gemelter Stadt Beklagten / seyn die articulirte Einrede den 21. Febr. jüngst fürbracht / als vnerheblich nicht angenommen / sondern erkendt / daß gedachte beklagte / nachmals in zeit eines Monats / so jnen von Ampts wegen darzu angesetzt / glaublich anzeig thun / daß dem außgangenen Verkündten / vnd reproducirten Kayß. Executorial Mandat alles seines Inhalts gehorsamlich gelebt sey / mit dem Anhang / wo sie dem also nicht nachkomen werden / daß als dann der gebetten declaration Pœnæ halben endtlich ergehen soll / waß Recht ist. Concepta fuit hæc sententia 20. Martii anno 64. non tamen fuit publicata, sed sequens. Relata autem fuit hæc causa in pleno Senatu m. Ref. 22. Febr. Anno 64. continuata & nocata per alios D. Assessores 16. & 18. Mart. Anno eod. Omnes vnanimiter mecum concluserunt, exceptis duobus, qui sane ex grauissimis rationibus in contraria fuerunt sententia, quas hic adscribere nolo. Fit iustitia non vt pereat, sed vt conseruetur mundus. Sequens sententia publicata est in hac causa 22. Mart. Anno 64.

*SENTENTIA.*

IN Sachen ꝛc. seind die articulirte Einreden den 20. Febr. jüngst fürbracht / als vnerheblich / nicht angenommen / sondern erkandt / daß gedachte beklagte den außgangenen Verkündten / vnd dem reproducirten Kay. Executorial Mandat / nachmahlen vñ in zeit N. Monat bey Peen darin̄ bestimmet / würcklich zugehorsamen schuldig / mit dem Anhang wo sie solchem nicht nachkommen werden / daß als dann auff gemelts ferner anruffen endlich ergehen soll / was Recht ist.

## Votum 5. In eadem Causa præcedente.

*SVMMARIA.*

1 *Hominum genus in ciuitate triplex.*
2 *Incolæ sunt, qui sedem fixam alicubi habent re & facto, ibique larem rerum ac fortunarum summam constitutam habent, commodisque ciuitatis vtuntur.*
3 *Aduenæ generatim accepti subiiciũtur quoad iurisdictionem ciuitati, si ibi contrahunt, vel conducunt aliquid.*
4 *Camerales coloni sunt vel quasi metatores, illuc missi*

*huc missi & destinati ab Imperio, non vt ciuitati subiicerentur, sed vt ibi, velut in loco commodiore, iurisdictionem exercerent.*

*Camerales viuunt secundum leges & consuetudines eorum, non ciuitatis, cuius fidei & protectioni commissi sunt.*

*Camerales non adstringuntur vllo muneri, vel personali, vel patrimoniali ciuitati, nec res eorum.*

*Camerales, si emant proprias ædes an respectu earum ciuitati subiiciantur.*

*Cameralium iurisdictio in tutoribus dandis, iis, quorum parentes iurisdictioni Camerali subiecti fuerint.*

*S. Cameralium iurisdictio nõ solum ad personas pertinet, sed etiam ad res.*

5 *Inuentatio omnis prætore autore fit, vel per Iudicem eius loci ordinarium.*

6 *Adsessores, vel alii quicunque Cameræ subiecti in nulla vel generali totius imperii, vel particulari collatione pro damno, quam possident, contribuunt.*

7 *Census rei inhæret, & cum eo transit.*

8 *Vsufructuario mortuo vsusfructus ipso iure cum proprietate consolidatur.*

9 *Vsusfructus peti debet ab herede, si is sit in possessione, & num.* 10. & 11.

Duo sunt in hac causa fundamenta. Vnum iurisdict. fundatæ. Alterum causæ iustitiæ. Et contra duo sunt fundamenta. Exceptionis iurisdictionis non fundatæ, & causæ iniustitiæ. De iurisdictione adhuc permaneo in ea sententia, de qua initio nemo dubitauit. Quia qui postea id mouere cœperunt, magis mihi videntur dubitásse propter adiectam qualitatem, quam de iurisdictione per se considerata. Quia tamen post factum controuertitur, perpauca adea, quæ D. Ref. pro hac sensentia explica-
1 uit, addenda censui. In ciuitate triplex † hominum genus est: aut originarii sunt, aut incolæ, aut aduenæ seu peregrini. De originariis clarum est, non esse nos tales in hac ciuitate, nec incolæ sumus. Ratio ex variis ll. in promtu est.
2 Non † enim sedem fixam hic habemus re & facto. *l. censoria. l. pupillus. §. incola. ff. de verb. obtig. l. assumptio ff. ad municip.* Non hic larem rerumq; ac fortunarum summam constituimus. *l. ciues. C. de incol. lib.* 10. Non commodis ciuitatis vtimur. *l. eius. §.* 1. *ff. ad municip. l. sciendũ ff. de excus. tut.* Sequitur ergo nos aduẽas & peregrinos esse. *d. l. pupillus. §. incola. l.* 1. *§. hospes ff. qui deiec. vel effud. l. heres absens ff. de iudic.* At non simpliciter
3 tales sumus. Nam aduenæ † generatim accepti subiiciuntur quoad iurisdictionem ciuitati, si ibi contrahunt vel conducunt aliquid *d. l. heres*
4 *absens.* Verum arbitror nos colonos esse vel quasi metatos, vtpote, qui huc missi & destinati sumus ab Imperio, nõ vt ciuitati subiiceremur, sed vt hic tanquam in loco commodiore iurisdictionem imperii exerceremus, nostris legibus & iure vtentes. De his Colonis in iure nostro non nisi in paucis ll. fit mentio. *leg. eius qui. ff. ad municip. leg. pupillus. §. decuriones ff. de verb. sign.* Duæ tamẽ sunt ll. de metatis. *l. idem. Vlpianus. in text. græco ff. de excus. tut. l. certa forma. C. de iurefisci. lib.* 10. quæ tamen ad rem parum faciunt, sed ex historiis res illa est manifesta. Doctores quoque non improprie quidem in his personis, sed in similibus hanc materiam in multis locis explicant. *l. conuenerit. §. si nuda. ff. de pign. act. l.* 2. *l. prouinciales. ff de verber. sign. l.* 1. *ad municip. c. Rodolphus. de rescript.* Ex quibus sane hanc doctrinam capio, quod secundum ll. & consuetudines nostras viuere debemus. Non enim ciuitati adiuncti sumus, sed fidei & protectioni eius commissi, quod nec nos, nec res nostræ in vllo munere, vel personali, vel patrimoniali ciuitati adstringimur. Item si ius prehensionis aut manuum iniectio contra ciuitatem hanc decernatur, non nos, nec bona comprehenduntur. Sed forte de his rebus nemo dubitat. At de eo inter nos non conuenit. Si hic emimus ędes proprias, an non respectu earum ciuitati subiiciamur? In qua quæstione hos duos text. habeo. *l. libertus. §. sola. ad municip.* Sola ratio possessionis, possessorio muneribus iniungendis idonea non est. Item sola domus possessio, quæ in aliena ciuitate comparatur, domicilium non facit. Idem iisdem fere verbis dicitur, *l. cum neque. C. de incol. lib.* 10. Ex quibus difficultas nostra solui videtur. Et tane vsurpatum id audio. Nam non puto, quemquam eo magis se ciuem putare, quod hic domum habeat, aut eo magis se adstringi ad ciuilia munera. Quod quia verum est, consequi videtur, se etiam non eo magis iurisdictioni ciuitatis subiici. At potius vt reliquæ res nostræ Iudici nostro subiiciuntur: ita etiam domus. Intelligo autem quoad vnam domum, quam hic aliquis nostrũ emit, necessitate quadam inhabitandi. Si enim huc cõmigrare nos oportet, habitatio necessaria est, non minus quã quælibet suppellex. Non æque commode alienæ, quam nostræ inhabitantur ædes, eoq; pertinere puto prædictas leges: vt or etiam argum. *l. cunctos. l. maximum. C. de excus. mun. l.* 1. *&* 2. *C. de priuileg. eorum qui in sac. pal. milit.* Si quis enim dicat, nos aut locum veterum senatorum in Imperio obtinere, aut consistorialium, aut adsessorum, personarum illustrium, non omnino mea sententia aberrauerit. Cæterum si præter necessitatem aliquam domum quis emeret, putarem nos versari in d. l. *heres absens. ff. de iudic.* nec eo vsq; iurisdictionem nostram extendendam. Hoc etiam ordinatio videtur exprimere, ne quæstum hic facere videamur.

Vrgebo hunc locum vnica quæstione, si controuersia fiat inter duos vicinos subiectos Cameræ, qui proprias habent ædes & contiguas, ex edicto de damno infecto, & cum alter

cauere nolit, quis immissionem faciet in non cauentis ædes, à quo petam manuteneri.

Ex iis, quæ dixi, ex facti constitutione videtur à Iudice Camerali fieri debere. Ex quo sequitur, quod nostrum imperium ad se trahat iura generalia illa, vbi in rem agi oporteat, vbi depossessione *titul.* 15. & 19. *C. lib.* 3. Possunt etiam res meæ, item domus mea ab omnibus iis, quæ diximus, libera esse, & tamẽ iurisdictioni alterius subiici. Quod res meæ liberæ sint, personæ est beneficium, & ab iis omnibus libera sunt, quæ ratione personæ inferuntur. Iurisdictio vero dici potest rei inherere, non minus atque cætera realia, *per iura vulg.* sed probabile est, eam mentem Imp. & statuum fuisse, tum etiam ipsius ciuitatis. Nam postquam huc destinati receptique sumus, ea lege, vt nostro iure viueremus, voluisse & permisisse ipsos nobis, vt quemadmodum reliquæ res nostræ ipsorum iurisdictioni eximuntur, ita etiam domus, quam necessario inhabitamus: alioquin horum respectu possemus impune contumeliis & damnis affici. *arg. leg* 2. §. *sed si agam. de iudic.* Hoc imperium multis actibus, necessariisque illationibus comprobatur, quorum primus est ꝙ tutores damus & curatores omnibus iis quorum parentes nostræ iurisdictioni subiecti fuerunt, qui actus non solum † iurisdictionis necessarius est. *l.* 1. *C. de tutor. & curat. illustr. person.* Sed vt quidam volunt meri imperii *Bartol. leg.* 1. *ff. eius cui mand. est iurisdictio.* Quia specialiter competit *l. muto.* §. *tutelæ datio. ff. de tutel.* Communior opinio, quod mixti imperii, quod magis est, quam iurisdict. *Dd. ad* 5*l*, 1. *de iurisd. omn. iudic.* Nec † solum ad personas pertinet nostra iurisdictio, sed & res, ex eo, quod curatores etiam damus, qui principaliter rebus dantur. *Dd. ad l. vn. C. vbi petantur curat. l.* 1. §. *quoties ff. de ven. in poss. mitt.* Secundus actus est, quod res defunctorum (siue illi ex nostris sint, siue aduenerint litigandi causa) omnes illas, qualescunque sint, siue mobiles, siue immobiles inspicimus, describimus, vel in inuentarium redigimus, etsi illa sint in ædibus ciuium custodita, qui actus similiter realis est, & iurisdict. necessariæ. Omnis enim huiusmodi
6 inuentario † prætore autore fit, vel per Iudicem eius loci ordinarium. *l. cum plures ff. de bon. autor iud. poss. l. tutor. qui repertorii. & ibi gl. verbo repertorium. l. Chirographus. & ibi gl. verbo tutores. ff. de adm. tut.* Tertius actus est, quod res illas sigillamus aut adsignamus, & si opus est, in custodiam nostram recipimus, quod clarius est, quam vt negari possit, quin sit realis & iurisdict. necessariæ. *l. sancto ff. de off. præsid. l. si iniuriæ ff. de iniur.* 1. *Codic. vt nemini liceat sine iudi. sig. rebus imp.* Quartus actus est, quod nunquam auditum est,
7 quod vllus Assessor, vel † alius quicunque Cameræ subiectus, in vlla vel generali totius imperii, vel particulari collectatione, pro domo, quam hic possidet, contribuerit, cum tamen allis in locis pro suis rebus conferre teneatur, qui actus quoq; realis est. Exemplum est *in leg.* 1. *C. de indict. lib.* 10. & *l. fin. C. de muner. patrim.* Et ita seruatur. Quod obiicitur de censibus, qui ex ædibus singulis annis persoluuntur, aliam habet rationem. Nam rei inhæret, & † cum ea transire solet. *l. si diuina domus. C. de exact. tribu.* 8 *lib.* 10. *leg.* 1. *C. vt nemo ad suum patrocin. lib.* 11. Omnes hi actus, etsi ab acutiore aliquo, vti diuersæ species ab immissione, eneruari queant, quasi possit altera sine altera subsistere & acquiri loco à separatis, hoc tamen negari non potest, tendere illos ad eundem finem, scilicet quod nos, liberi, & viduæ, nomina, tum etiam res nostræ qualescunque, quas necessitate commigrationis & habitationis hic possidemus, quemadmodum in hac quasi Colonia agimus, ex voluntate Imperatoris, cui hęc ciuitas subiecta est, tum etiã cum consensu populi huius vrbis, ab omni onere & munere populari liberi sunt, & sacro sancti. Malo quoque in hanc partem leuiuscule errare, & euentum expectare, quam me, viduam, & liberos meos istorum hominum voluntati & libidini subiicere, ac perinde concludo iurisdictionem fundatam. Quæ de pupillis adferuntur, vix puto, quod illæ prouinciæ permittant, sed quia pupilli nostræ iurisdictioni subiecti sunt, firmissimum argumentum præbent, generalia in his beneficia apud nos permanere. Refero me ad ea, quæ ab aliis dicta sunt. Venio nunc ad aliud caput, in quo, quantum valeat officium Iudicis nobile à tutoribus imploratum, quãtum etiam priuilegium pupillorum, sufficere puto ea, quæ D. Ref. attulit. Item quæ de possessione ipsorum dicta sunt, hoc addito, quod etiam ipsi liberi per se bona paterna possederint: Nam quo tempore mater ad secundas cõuolauit nuptias, ea ætate fuerunt vt possidere potuerint. *leg.* 1. §. *furiosus. ff. de acquir. poss.* simul etiam naturaliter ædibus insederunt, de quibus modo est cõtrouersia. Etsi enim communior opinio, de possessione vsufructuarii naturali, vera esse posset *l. naturaliter. d. t.* quod negant omnes eruditi nostri temporis, tamen non sic matri relictum vsumfructum arbitror, vt non cum liberis communicetur. Vtcunque sit, matre mortua † vsusfructus ipso iure cum proprietate consolidatus est. *leg. idem Neratius, ff. de vsufr. accresc. l. si fructuarius, ff. vsufr. quemadmodum caueat.* Quo tempore ipsi liberi in ædibus erant, atque hoc modo bonis parentum insederunt, cum & potuerint & voluerint, non ipsi solum, sed etiam eorũ tutores & curatores. Quæ causę nos vnanimiter ad ferendum primum decretum impulerunt. Sed quia hic status causæ est, *An immissio decerni potuerit?* 1. Præmitto, quod hæc immissio necessarium consequens sit prioris decreti, & quasi ipsius executio.

Permi-

permissimus tutoribus, vt omnia bona patetna auferrent sine discrimine. Resistit miles. Quia resistit, petunt tutores immissionem. Si illam nego, quid aliud facio, quam quod communiter concluſum euerto? permitto obligationem, tamen modum nego, quo istud fieri potuit. Nam quid aliud immissio est, quã vt per hanc ad obligationem perueniatur, sed hoc difficultatem non soluit, tantum facit, vt quæ nobis cognitio sufficerit in causa principali, illa etiam sufficere debeat in adiuncto vel consequenti. An autem illa sufficiens fuerit, hinc sciri poterit: inprimis constitit nobis, quod liberi nõ solum patris heredes, sed & ante & post mortẽ matris in possessione bonorũ patris fuerint ciuili & naturali, & quod adhuc in eadem sint. *l. clam. l. perege. ff. de acquir. poss.* Deinde q eo tempore miles non modo non possidebat, sed nec detinebat, quia nulla voluntas erat detinendi. Sponte n. propria coram suo magistratu (ne quis extra iudicialem confessionem existimet, quæ nobis tradita est,) confessus est, se nil prætendere iuris in bonis paternis. Si ergo iurisdictio nostra fundata fuit, quomodo hic potest amplior cognitio desiderari? quæ aliæ partes nostræ, quam vt iis, quos curatores dedimus, bona minorum permittamus? Inde patet iustitia illius decreti, quoad bona paterna. De bonis matris modo tacere volo, nec tamen minus pars illa decreti in iure fundata est per gl. & Dd. *l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cog.* Pergamus, vbi decretũ exequi volumus, resistit miles, an ergo audiẽdus? quia hic fit cõtradictor? Dico quod ita auditus est & sufficientissime. Rogatus causam, quare bona paterna auferri non permittat? Iterum fatetur, se nil iuris prætendere, sed illa se retinere velle, donec vsumfructum in bonis maternis consecutus fuerit. Hęc contradictio visa est nobis iam ante finita. Nam causæ cõtinẽtia postulabat immissionẽ petitam, vt supra ostendi. Deinde repetitur eadẽ confessio: adiecta qualitas sui cognitionem ex iure secum adfert: nam eodẽ scripto apertè fatetur se nõ posse cautionẽ pstare de nõ amouẽdo. Ergo bona materna ex nostro decreto nondũ ipsius sunt, sed si constare nobis volumus, debẽt adhuc ab ipso amoueri. Ad quid ergo ius retẽtionis obiicit in re aliena; cum de iure, cuius respectu hoc facit, nondũ cõstiterit, *contra l. cũ vitiose. ff. de pignor. Dd. l. 1. d. tit. l. si non sortem. §. si certum ff. de cond. indeb.* Vnde putarim, ipsum magis incidisse in pœnã. *l. extat. ff. quod met. causa. l. si quis in tantam C. vnde vi.* sed hoc modo non quærimus.

Secundo liberi sunt iuris heredes matris, insederunt etiam nonnunquã, non minus, quam ille, bonis maternis & apprehenderũt. Vtrum ergo ille Actor constituendus est, an pupilli, & an ille ab iis vsumfructũ petere debeat, an ipsi ab eo proprietatẽ? Et credo iuris esse expressi, si heres sit † in possessione vsumfructum peti ab herede deberi. *l. vsusfructus. ff. de vsufr. l. 1. ff. vt in poss.* sed nondum petiit. Ergo vsumfructum nondum consecutus est. Hoc ẽt propria ipsius confessio iuducit, nam vt vsumfructũ in bonis matris consequatur, prętendit ius retentionis in bonis paternis. Si ergo vsumfructũ non habet, iure agat cũ pupillis, non vi. Sed an potuerit bona matris iure apprehendisse, propterea, quod quasi in possessione istorũ bonorũ viua illa fuerit, vel autoritate consuetudinis. De iure aũt multa alia requirũtur, quę hoc loco mouere necesse nõ est. Attamen illud extra omnẽ controuersiam puto, quod propria autoritate sine vllo Iudice apprehenderit & nunc bona paterna. Hoc constitit ẽt nobis ex ppria confessione. Ex iure vero didici, eum qui propria † autoritate aliqd possidet, non habere retentionẽ, *l. si non inducta. C. in quibus causis pign. vel hypoth. tac. contr. vbi glo. & Dd. ad longum.* Hæc cognitio mihi visa est satis ad id, quod nos fecimus, hoc est, quod consequẽter immissionem in bona patris decreuimus. Intelligat quilibet immissionẽ quamcunq; volet: perinde n. habeo, ac si quorum bonorũ petita fuisset. Apud me tamen nihil fuit nisi species cognitionis ex nobili officio, vel violentiæ euersio & conseruatio possessionis & iuris pupillorum. *secundũ l. meminerint. & l. momentanea. C. vnde vi. arg. l. 1. C. si per vim vel al. modo.* Et cætera iura alleg. per D. Ref. Cognitionum n. species plures sunt, leges vero illæ mihi præscripserunt, vt summarie & de plano cognoscerem, quod quidem sufficienter factum est. *Dd. ad l. ne quis quam. §. de plano ff. officio proconſ. l. à diuo Pio. §. si super rebus de re iudic.* Sed vt non fuerit hæc cognitio satis: videamus quomodo decreta sit immissio, vtpote cum hac conditione, si aliquis se opponeret, vt hoc faceret intra dies sex, (legatur commissio.) Si miles voluisset agere, suspendisset immissionem, sed expresse dixit, *nõ velle se*, atq; ita perfecta est immissio. Ergo non stetit per nos, quo minus plenius cognosceremus. Sed dicit aliquis, quod nõ tenebatur coram nobis comparere, hoc nego: iurisdictio nostra est, quoad immissionem, & ex iusta causa immissionem decreuimus. Qui ius detẽtionis prætendit, hoc probare debet. Ergo actor. Actor vero forum rei sequitur. Concludo, quod etiã in hoc capite iusto immissio sit decreta? Et proinde exceptiones ciuitatis reiici debeant.

Tandem Cæsar in hac causa suas partes interposuit, mandauitq; Sp. vt mandato executoriali parerent, quod quidẽ Cæsaris mandatum cõmissarius eius in visitatione, Anno 64. ad Senatũ Sp. retulit, qui repetitis grauaminibus, prouocationibus, & ptestationibus, tandem ad extremũ mandato acquieuerunt, clauesq; tutoribus vltrò & extraiudicialiter tradiderunt. Et sic hęc difficilis causa finem accepit.

Votum

## Votum VI. in causa Frawen A. gebornen von B. Gräfin vnd Frawen zu W. Klägerin.

Contra

P. vnd A. fratres von B. M. Beklagte.

SVMMARIA.

1 *Articuli parte aduersa reluctante, an ad probandum admittantur.*
2 *Defensionales an ita generaliter, rationibus in cõtrarium adductis non obstantibus, ad probandum admitti debeant vel possint?*
3 *Veritas quo magis oppugnatur, tanto clarior in lucem progredi solet.*
4 *Is dicitur ferro viam aperire, qui per contrarium scandit.*
5 *Articuli in dubio positi, admitti debent, & cur?*
6 *Iudex illam viam in dubio semper eligere debet, quæ partibus minus est præiudicialis.*
7 *Dubio inter partes existente, an appellari ab eo possit.* (neganda.
8 *Defensio legitima est iuris naturalis, & nemini de-*
9 *Iudex nihil bonis moribus contrarium facere debet.*
10 *Defensionem tollere, repugnat iuri diuino, naturali atque æquitati.*
11 *Articuli & positiones quando dicantur pertinentes, & quando non.*
12 *Positio pertinens quæ dicitur.*
13 *Melius est mille capitula impertinentia admittere, quam vnum pertinens reiicere.*
14 *Pertinentes dicuntur, si articulanti quid prosunt respectu possessorii.*
15 *Petitorium quando simul cum possessorio institutum censeatur.*
16 *Clausula, quouis meliori modo, cuius sit efficacie.*
17 *Conclusio quando attenditur, & non narratio.*
18 *Vocabulum verbi, Restituere, est ambiguum.*
19 *Verba* pleno iure, pertinere, spectare, restituere, *& similia, ex sui natura ostendunt vtrumque iudicium esse intentatum.*
20 *Verbis libelli ambigue positis, censetur tunc generaliter esse conclusum.*
21 *Exceptio dominii quando non reiicitur.*
22 *Spoliato super petitorio & possessorio simul agente, tunc de dominio opponitur.*
23 *Si super spoliatione incorporalium agatur, quid iuris?*
24 *Possessorium quando à petitorio non separetur.*
25 *Exceptio dominii quando in interdicto recuperandæ admittatur. & nu. 26. & 27.*
28 *Spoliatio quando non dicatur violenter esse facta.*
29 *Exceptio proprietatis an & quãdo locum habeat.*
30 *Exceptio qualitatis feudalis an & quando locum habeat.*
31 *Interdictum quorum bonorum in quibus petitioni hereditatis assimiletur.*
32 *Interdictum quorum bonorum pro quibus rebus competat. num. 98.*
33 *Conuentus possessorio iudicio de suo dominio non excipere possit.*
34 *Differentia inter possidere & detinere, quænam? num. 102.*
35 *Aliud est possidere, & aliud in possessione esse.*
36 *Possessione deficiente spoliatio non contingit.*
37 *Exceptio in dubio finita, an & quando admittenda sit.*
38 *Articuli an & quando reiiciendi sunt.*
39 *Aliud est possessionem colorare vel iustificare, aliud proprietatem probare.*
40 *Hereditatis aditio animo etiam fit.* (crosa.
41 *Pro aditione in dubio hereditas præsumitur lu-*
42 *Hereditati se immiscere suorum est, adire vero extraneorum.*
43 *Possessio quando vitiosa esse dicatur.*
44 *Violenta possessio iusti fieri non potest.*
45 *Exceptio notorii dominii quando excluſa non censetur.*
46 *Ordo iuris in notoriis relaxatur.*
47 *Exceptio dominii in possessione redintegrandæ ante causæ restitutionem non admittitur.*
48 *Exceptio dominii in possessorio recuperandæ restitutionem non impedit.*
49 *Distinctio inter Dominium notorium & non notorium.*
50 *In notoriis iuris ordo seruari debet.*
51 *Exceptiones notoriæ in genere quæ dicantur?*
52 *Exceptio probata & non probanda quando admittitur.*
53 *Proprietatis exceptio quando non reiici debet. num. 55.*
54 *Exceptio quando solummodo per instrumentum probari debeat.*
56 *Actore non contradicente articuli admittendi sunt.*
57 *Interdictum quorum bonorum dominii exceptionem non impeditur.*
58 *Agnatus an & quando exceptionem de iure suo incontinenti probare intelligatur.*
59 *Exceptio quando ad impediendam immissionem probari illico dicitur.*
60 *Requisita quæ legitimi contradictoris in possessorio adipiscenda.*
61 *Vitiosa possessio quæ dicatur.*
62 *Possessione antiquiore probata, spoliatio etiam dicitur probata. num. 65.*
63 *Clausulæ, omni meliori modo, effectus qui?*
64 *Iudex quando quid supplere dicatur.*
66 *Nemo causam possessionis sibi mutare potest.*
67 *Causa intrinseca accedente, possessorio iure familiaritatis dicitur mutata.*
68 *Possessio an & quando in heredem suum continuetur.*
69 *Possessio filii continuata dicitur eo modo, quo pater eam habebat.*
70 *Heres maxime suus, vna eademque persona cum defuncto dicitur.*
71 *Habens titulum in re quadam, dicitur eam possidere proprio nomine.*

72 Pos-

72 Possidens bona communia dicitur possidere pro rata sua.
73 Possessio ad quem in dubio spectare debeat.
74 Impossibile est, quod duo eandem rem in solidum possident.
75 Tutor, atque ipse dominus, cuius nomine possidetur, verus possessor esse dicitur, nu. 104.
76 Defensio nemini denegari debet, & iuris est naturalis nu. 77.
78 Frustra admittitur id, quod admissum vel probatum non releuaret.
79 Libellatus declarationi an in dubio credendū sit.
80 Aliud est possessionem iustificare, aliud proprietatem probare.
81 Possessorium quando ex proprietate vel titulo roboretur.
82 Articuli proprietatem tangentes quando ad iustificandum possessionem dentur.
83 Quod in alicuius fauorem fit, id in eius odium retorqueri nequit.
84 Possessorium quando dicatur habere annexam causam proprietatis.
85 Interdictum, quod non competit nisi domino, sapit causam proprietatis.
86 Violentia cessante, exceptio proprietatis in possessorio recuperandæ quoq; reiicitur.
87 Exceptiones altiorum indaginem requirentes in vtroq; interdicto quorum bonorum, & recuperandæ, non admittuntur.
88 Filia interdicto quorum bonorum agēs, an etiam in possessionem feudorum sit mittenda.
89 Filia possessionem bonorum feudalium, quam nunquam habuit, an ab agnatis auocare possit.
90 Exceptio notoria quæ dicatur.
91 Non omnis vox iudicis autoritatem iudicati continet.
92 Arbitrator concordiam partium tantum attendere debet.
93 Magis potens trahit ad se minus potens.
94 Mixtum, naturam sui simplicis, quod magis fauorabile est, assumit.
95 Possessorium recuperandæ magis priuilegiatum est interdicto retinendæ.
96 Exceptio dominii agenti interdicto vti possidetis rectè opponitur.
97 Exceptiones altiorem indaginem requirentes nō admittuntur, sed ad petitorium reseruantur.
99 Interdictum quorum bonorum etiam, pro corporalibus datur, item pro vsufructu, aliisq; seruitutibus, num. 100.
101 In possessorio recuperandæ admittuntur exceptiones substantialia eius destruentes.
103 Possessio in suum heredem non continuatur sine corporali apprehensione.
105 Clausula salutaris libello adiecta, quouis meliori modo, quid operetur.
106 Vnicuique suffragandum est, vt id quod suum est, consequatur.
107 Error causæ translationem dominii non impedit.
108 Error actionis sententiam non impedit.
109 Interdictum quorum bonorum quam late se extendat.
110 Apprehensione possessionis detentatio quoque venit.
111 Interdictum recuperandæ & quorū bonorum inter se penitus sunt cōtraria & incompatibilia.
112 Agens interdicto recuperandæ dicit se possedisse, & sua possessione nunc esse spoliatum.
113 Interdictum quorum bonorum præsupponit Actorem nunquam possedisse.
114 Hoc interdictum heredi non datur, qui semel possessionem apprehendit.
115 Aliquis actum in se repugnantem non producit.
116 Domini & quasi domini in persona vnius sunt cōtraria.
117 Agens in libello suo contraria & repugnantia deducere potest.
118 Sententia fertur secundū id, q̄ ex actis apparet.
119 Vtile per inutile vitiari non debet, num. 174.
120 Spoliato sua possessione, plura remedia ad recuperandam possessionem competunt.
121 Prator quo remedio violenter spoliatis prouiderit, vt rerum suarum possessionem recuperent.
122 Requisita interdicti quorum bonorum quæ?
123 Additio hereditatis autoritatem Iudicis non requirit, sicut agnitio bonorum possessionis.
124 Heres defunctum fuisse dominum bonorum hereditariorum probare tenetur, nu. 176.
125 Interdicto quorū bonorum an & quando hic locus sit, & pro quibus rebus id competat. n. 126.
127 Interdictum quorum bonorum an pro rebus incorporalibus detur.
128 Hoc ad instar petitionis hereditatis contra titulo possidentem non datur. Hoc æquiparatur quoq; petitioni hereditatis, nu. 129. Datur etiam ad res singulares. nu. 130. & 131.
132 Directum dominium datur ei, qui ad vniuersam hereditatem agit: vtile vero ei, qui ad rem particularem.
133 Exceptio dominii ad petitorium reseruatur.
134 Interdictum recuperandæ & adipiscendæ an in vno eodemq; libello cumulari possint.
135 Nulla probatio firmior est, quam propria alicuius confessio.
136 Sola deambulatio possessionē probat cū insistētia.
137 Possessio acquiritur sola insistentia.
138 Beneficiū inuito non confertur, nec acquiritur.
139 In lucrosa hereditate additio facile præsumitur.
140 Occupandi res hereditarias præsumitur animus adeundi & voluntas possidendi.
141 Animus ex euentu subsecuto probatur: & ex posteà gestis prius gesta declarantur, nu. 142.
143 Actus quando fieri potest nomine proprio & alieno, tunc specialiter dicitur factus nomine proprio.
144 Qualitas, quæ in materia, de qua agitur, nihil operatur, consideranda non venit.
145 Vna parte fundi possessa, totus fundus dicitur possessus.

146 *In corporalibus possessio sine apprehensione non acquiritur.*
147 *Adeptio possessionis extendit se ad connexa & pertinentia.*
148 *Probatio possessionis super principali ad pertinẽtia & accessoria trahitur.*
149 *Præscriptio possessionem requirit.*
150 *Præscribens fundum, censetur quoq; seruitutem in eo præscribere.*
151 *Appellatione pertinentiarum qua comprehendantur.*
152 *Pertinentia in quibus iuam consistant.*
153 *Spoliatio probata dicitur, probata antiquiore possessione.*
154 *Possessio per negotiorum gestorem & absque mandato nobis acquiri potest.*
155 *Possessio per solam agrorum culturam probatur.*
156 *Ex simplici locatione possessio non probatur.*
157 *Ex mercedis solutione an possessio probetur: item ex fructuum perceptione, nu. 158. Ex perceptione pensionis. nu. 159.*
160 *Pensionis perceptio est loco fructuum.*
161 *Ex vsu rerum incorporalium possessio probatur: item ex actibus iurisdictionalibus. nu. 162.*
163 *Impossibile est duos eandem rem vere insolidum possidere.*
164 *Perceptio fructuum vel similis actus quando aliquem possessorem esse probet.*
165 *Illud quod commune est, meum quoq; esse dicitur.*
166 *Priuatio præsupponit habitum.*
167 *Nemo id, quod nunquam habuit, continuare potest. Non entis nullæ sunt qualitates.*
168 *Heres hereditatem adeundo statim à morte defuncti, ei successisse intelligitur.*
169 *Possessio proprie non dicitur, qua animo vel corpore ab aliquo occupata reperitur.*
170 *In iudicio possessorio recuperanda quid pronunciandum.*
171 *Liquidum per illiquidum protrahi vel differri nõ debet.*
172 *Spoliatus in omnibus & per omnia semper restitui debet.*
173 *Spolians nisi personæ spoliatæ violentiam fecerit, ad fructus qui percipi potuerunt, non tenetur.*
175 *Intentatum possessorium adipiscenda, seu quorum bonorum an probatum sit.*
176 *Probatio dominii hic necessaria non est.*
177 *In interdicto quorum bonorum Rei ad fructuum restitutionem an condemnari possint.*
178 *Interdictum quorum bonorũ dicitur adipiscenda, non quidem proprietatis, sed possessionis.*
179 *Non entis nulla potest esse possessio vel qualitas.*
180 *Hereditas fructibus augetur.*
181 *Discrimen inter interdictum quorum bonorum, & petitionem hereditatis.*
182 *Fructus an interdicto quorum bonorũ de natura actionis veniant.*
183 *Fructus à tẽpore litis contestatæ an adiudicentur.*
184 *Verbum, Restituere, plenam significationem habet.*
185 *Sententia cum nihil excludit, omnia inclusa videntur.*
186 *Non debet, cui plus licet, quod minus est non licere.*
187 *Fœminæ de consuetudine Germaniæ, ex pactis familiarum nobilium & ipsa iuris feudalis dispositione nihil prætẽdere possunt in litteris antiquis feudalibus.*
188 *Iudex fatuus esse dicitur, qui vltra petita pronunciat.*
189 *Venditor empti iudicio an cogi possit.*
190 *Rei in exceptionibus dicuntur esse Actores.*
191 *Instrumenta hereditatis communia debent esse apud digniorem heredem, & reliquis fit copia ex illis.*
192 *Rei fauorabiliores Actoribus esse dicuntur.*
193 *Omnis exceptio æquitate nititur.*
194 *Dolo facit qui petit id, quod mox restituere debet.*
195 *Reconuentio in possessorio recuperanda locum non habet.*
196 *Agens ex spoliatione reconueniri nequit, nisi prius restituatur.*
197 *Reconuẽtio in causis possessoriis non admittitur.*
198 *Priuilegiatus ratione spolii non vtetur priuilegio suo contra pariter priuilegiatum.*
199 *Interuenientes ratione sui interesse, quam in petitorio iudicio iure proprietatis & dominii prætendunt, num admitti debeant nec ne?*
200 *Acta in vno iudicio facta, in altero fidem non faciunt inter diuersas partes.*

*Diuino auxilio implorato.*

Decem in præsenti causa submissiones habemus. Prima in puncto articulorum defensionalium, an scilicet parte aduersa reclamante ad † probandum sint admittendi nec ne? Secunda in eodem puncto defensionalium, ratione petitæ Commissionis ad perpetuam rei memoriam Reis decernendæ. Tertia in puncto executorialium siue paritionis den freyen vff vñ abzug/auch gelübt vnd aidt deß Gesindes vff N. bel. ꝛc. Quarta in puncto additionalium & commissionis, ratione clausulæ, ad transsumendum & communicandum Actrici literas & documenta auff N. Item deputandi Commissarios vlteriores in hoc puncto. Quinta submissio est in puncto editionis seu contrariarum executorialium, & in euentum compulsorialium, Reis decernendarum ad edendum ein Haupt verschreibung vber 800. gülten bey J. vñ P. von N. aliaq; mobilia per Actricem exarce N. ablata. Sexta in causa reconuentionis, vtrum exceptionibus Actricis non obstantibus debeat admitti. Septima in puncto oblatæ dotis. Octaua in puncto Mandati & paritionis die 14. oder 15. tausendt Gülten beim Juden zu F. betr ꝛc. Nona in puncto p interesse ratione interuenientium. Decima & vltima submissio est ratione recognitionis sigilli, attestationibus in puncto additional. impressi. Harum omnium submissionum præcipua mihi videtur esse

quæstio

1 quæstio; An defensionales † generaliter & vniuersaliter (prout per Reos petitum est) rationibus in contrarium adductis non obstantibus, ad probandum debeant, vel etiam possint admitti? Qua in re pro clariore resolutione operæ pretium esse puto hanc quæstionem (præsertim causæ huius grauitate cogente) in vtramq; partem examinare, vt veritas eo facilius haberi possit. *Roland. à Valle. consil. 68. vol. 1. & cons. 100. vol. 2. nu. 2. Idem cons. 96. nu. 1. vol. 3.*

3 Veritas enim † quo sæpius examinatur, quoq; magis controuertitur & oppugnatur, tanto clarior in lucem progredi solet. *Paul. de Castr. cons. 23. vol. 1. Cranet. cons. 135. nu. 18. Roland. cons.*

4 *66. in princ. volum. 2.* Et ferro viam † aperire dicitur qui per contraria scandit. Sunt verba Baldi, *in l. precibus. C. de impub. & aliis substitut. quem allegat ad hoc Roland. d. cons. 66. volum. 2.* Deueniendo igitur ad partem affirmatiuam, prima facie dicendum videtur, dictos Defens. pariter omnes & indistincte ad probãdum admittendos fore, idq; ex sequentibus rationib. & argumentis. Et imprimis assumo mihi pro fundamento huius partis, communem ac generalem illam Dd. conclusionem, qua dicitur,

5 quod in dubio † articuli debeant admitti, tanquam quid minus præiudiciale partibus, vt probari videtur per not. Castrens. *in leg. 1. ff. si quis caut.* vbi dicit, notandam est bonam regu-

6 lam, quod iudex in dubio semper † debeat viam illam eligere, quæ absolute partib. minus est præiudicialis, qui ad hoc allegat Roland. á Vall. *cons. 33. nu. 1. & 2. volu. 3.* Et ideo si dubitetur, an appellatio sit deserta nec ne, in dubio iudicandum est, desertam non esse, quia hoc modo ius alicuius non læditur, quod secus esset si pronunciaretur deserta. *Iason. in d. leg. 1. (vbi communiter Dd.) n. 17. ff. si quis caution.*

Accedit, quod quando dubium est inter

7 partes, an † possit appellari vel non, Iudex in tali dubio appellationi debet deferre, vt tenet Ias. *in d. l. 1. numero 17. ff. si quis caution.* Allegans Specul. *in §. nunc dicamus. vers. 1. ff. de appellat. Deci. consil. 28. & consil. 49. colum. penult. vers. Quarto suadetur.* Et in terminis de admissione articulorum voluerunt Ioan. de Imola, & Hostiens. *in cap. per tuos. de testibus. Ias. in d. leg. 1. numero 18. ff. si quis caution. Curt. Sen. consil. 70. Deci. consil. 162. & consil. 517.* Et hoc maxime ita obseruandum dicit Roland. à Valle *in d. consilio 34. numero quinto, volum. 3.* Per ea quæ dixit Curt. *in l. 2. §. Quod obseruari. C. de iureiur. prop. calum.* vbi inquit, quod hodie inoleuit generalis practica per totum orbem, quod Iudices in dubio admittunt capitula ac positiones, & cogunt partem respondere omnibus positionibus, saluo iure impertinentium & non admittendorum, quod ita obseruant D. assessores secundum Angel. *in leg. si quis libertatem. ff. de petit. hered. Ias. in d. leg. si duo. §. idem Iulianus.* Vbi est sedes ordinaria, *numero 31. ff. de iureiur.* Et posuit hanc practicam Bart. *in leg. fin. in fin. C. Qui leg. pers. hab. stand. in iud. Iason in leg. in speciali. ff. de rei vendic.*

Secunda generalis ratio, cur dicti defens. admittendi veniant, hæc esse potest. Quod legitima defensio † quæ à iure naturali pro- 8
ficiscitur, *l. vt vim. ff. de iust. & iur.* nemini deneganda. *leg. defensionis facultas. & ibi Bartolus C. de iure fisci. libro 10. & l. vnius. §. cognituru, ibi, defensione quocunque tempore, postulante Reo, negari non oportet. ff. de quæstion. capit. cum inter, extra de exception.* Quod adeo verum esse dicitur, vt nec diabolo, si in iudicio esset, deneganda foret. *Rota decis. 16. alias 364. incip. cum iura clamitent. num. 3. de dolo & contum. & decis. 15. alias 201. licet in causa de procurat. in nouis.*

Et hoc quantumuis iudex liberam & absolutam habeat potestatem, quia ex hoc non debet † facere quicquam quod bonis mori- 9
bus aduersetur. *Afflict. decis. 391. fuit dubitatum. num. 2. & 5. Et melius Alex. consil. 65. incip. habita. num. 2. lib. 1. Et Dec. consil. 651. incip. primo in fine.* Tollere enim defensionem † omni æquitati 10
ac iuri naturali & diuino repugnat, vt declarat Bartolus *in extrauagant. ad reprimendum in ea figura, & gloss. in verb. defensionis. in Clem. sæpe. de verbor. signific. prolixe Van. sub tit. de nullitate ex defectu citationis à principio*, &c. Tertio quod admittendi sint, probari videtur alio medio. Nam communis est Dd. conclusio, quod quando capitulum siue directo siue quocunque modo facit ad causam tanquam pertinens debeat admitti. *Ias. in d. l. si duo. §. idem Iulianus. nu. 12. 13. & 14. ff. de iureiur.* vbi habetur. Quando articuli & positiones † dicantur pertinen- 11
tes & quando non, allegat Bald. *in leg. ad probationem. 1. in 3. notab. C. de probat. Et tenet idem Bald. in cap. 3. Quoniam per illum textum, in verb. aliquid te destib.* vbi dicit, quod pertinens dicatur † positio non solum, quæ directe & prin- 12
cipaliter facit ad causam, sed etiam quæ qualitercunque adminiculatur, etiam ex leui præsumptione. *Corneus consil. 18. volum. 3. Deci. consil. 84. columna final. & in capitul. dilecti. numero 4. de exception. Curt. in consilio alleg. consilio 70. columna penultima, vers. non insisto.* Vbi post Albertum ibi per eum citatum inquit, Melius esse † mil- 13
le capitula impertinentia admittere, quam vnum pertinens reiicere.

Quod autem Reorum art. defens. faciant ad causam, patet ex hoc, quia tendunt ad exclusionem Actricis, tam super possessorio recuperandæ, quam etiam retinendæ & adipiscendæ. *Paris. consil. 31. numero 53. volum. 4.* Petit enim Actrix separatim ad bonorum controuersorum possessionem restitui, atque in ea manu teneri. Pro parte enim per interdictum

*Quorum bonorum* immitti, Rei autem contradicunt, se esse & fuisse in antiquiore & iustiore possessione dictorum bonorum, offerendo se probaturos possessionem Actricis (si quæ sit vel fuerit) fuisse & esse iniustam, clandestinam, & recentiorem, intendunt præterea per deductionem proprietatis & dominij ostendere, Actricem in reliquam partem bonorum, quorum possessionem ante nō habuit, de iure immitti non posse, vnde cum dicti defensionales tendant ad iam dicta, videntur tanquam pertinentes admittendi. Iure enim cautum est, quod nedum in interdicto retinendæ vel adipiscendæ, sed etiam (quod fortius est) in interdicto recuperandæ, admitti debeant articuli tangentes proprietatem,
14 & pertinentes †dicantur, si aliquo modo possint prodesse articulanti respectu possessorii. Doctrina est Baldi *in l. vnic. C. si de moment. possess.* Quod si Iudex non admitteret tales articulos super dominio, diceretur grauare Reum. Ad quod est bona doctrina Angeli *in l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi publ. & per Innoc. in capit. super hoc. num. 4. de renunc.* Ex quo tales articuli dicuntur facti ad iustificandam possessionem, de qua agitur, vt per Bartol. *in l. si duo. à princip. numero 4. ff. vti possid. Bald. in leg. ordinarij. C. de rei vendic. & in leg. post sententiam. versi. venio ad secundam. Cod. de sentent. & interloc. Paris. consil. 31. num. 56. volum. 4.* Vnde qualitercunque consideretur iudicium per Actricem intentatum, siue dicamus actum possessorio recuperandæ; siue interdicto retinendæ, siue adipiscendę, resultare videtur firma conclusio, articulos Reorum (vtcunque proprietas in iis deducatur) esse pertinentes, cum ad euacuanda & eneruanda interdicta possessione per Actricem intentata fuerint exhibiti. *Paris. d. consilio 31. numero 36. volum. 4. & cons. 60. nu. 7. volum. 3.*

Sed & præter argumenta in genere hactenus deducta, alias rationes speciales Rei in Replicis 30. Ianuarii Anno 72. exhibitis adferunt, quibus in specie ostendere conantur, dictos defensionales pariter omnes siue possessorium siue petitorium concernant, tam in interdicto recuperandæ (licet id præ cæteris priuilegiatum sit, *Felin. in capit. significauerunt. num. 12. versi. considera de except.*) quam etiam in possessorio retinendæ & adipiscendæ admittendos fore, de quibus singulis videndum. Et inprimis quoad possessorium recuperandæ, præmittunt Rei non merum ac solum possessorium, sed simul etiam petitorium iudicium per Actricem intentatum esse, idque tam ex conclusione & narratis libelli, | præsertim in 7. 9. 18. 19. 25. 26. |29. vsque ad 37. articulum inclusiue, in quibus solummodo ius suum hereditarium expressis verbis ad longum deducit, quam etiam ex art. defens. 14. Aprilis. Itidemque ex Replicis 3. Octobris Anno 67. per Actricem exhibitis satis aperte colligi posse. Nam cum per Reos contra dictos Additionales esset exceptum, quod libello exhibito non reperirentur conformes, Actricis procurator his formalibus verbis replicauit: Daß die Additionales der intendirten Klag anhängig / daß es würde in gemein alle vnd jede Verlassenschafft / weiland H. von V. M. seligen nichts außgenommen oder hindan gesetzt (darunter auch die bestimpte dritthalb tausent Gülden begriffen weren) vermittelst der intendirten Klag begert vñ gefordert. Et paulo ante: Derwegen / inquit, zu liquidirung vnd beweisung deß jenigen / so in berührte V. M. Erbschafft gehörig / hat Anwaldt die / Additionales articulos vbergeben wöllen / wo nun mit Recht außgeführt / daß die gantz vniuersal Erbschafft Actrici als H. seligen einiger hinderlassener Tochter vnnd Erbin zuständig / so muß hierauß schließlich folgen / dz auch benante 2500. Goltgülden so in der streitigen Erbschafft befunden / J. G. allein gebüren. Cum enim remedium intentatum sit vniuersale, dubium non est, quin omnes res hereditarias corporales & incorporales, imo etiam eas, quæ hæreditariæ non sunt, quarum tamen periculum ad heredem pertinet, (quales sunt res pignori datæ defuncto & commodatæ depositæve) comprehendat.

Hactenus Actricis procurator. Ex his Rei inferunt, Actricem nō tam possessorium † per 15
interdictum *Quorum bonorum*, quam petitorium per hereditatis petitionem intentasse censendum. Ex quo interdictum, *Quorum bonorum* tantū pro illis rebus, quę tempore mortis Testatoris, in bonis Testatoris fuerunt, non etiam pro rebus per defunctum tantum possessis aut detentis competat, licet secus sit in possessione hæreditatis, vt sentire videtur Angel. *in §. Quadrupli. nu. 28. vers. Quæro pro quibus. Inst. de action.* Vrgent præterea Rei clausulam illam salutarem in calce libelli annexam, qua Actrix omni meliori modo ius & iustitiam administrari petit. Nam ex communi sententia inrerpretum dicta clausula in fine libelli † posita operatur, quod vtrumq; iudi- 16
cium tam Petitorium quā possessorium censeatur intentatum, quia prædicta clausula potest complecti vtrumque, licet conclusio in solo possessorio sit facta. Ita Hugo Celsus Cabilonensis *in tract. clausularum, in clausula libellorum petens ius & iustitiam administrari, pag. 688.* allegat Calderinum, *in cap. cum dilectus. de ord. cognit. Francisc. Bursat. cons. 27. n. 2. Prolixe Roland. à Valle, cons. 41. n. 82. & 26. vol. 3. Aym. Crauett. in responso pro genere. num. 215. & n. 217. Felin. in c. licet Hely. de Simonia in 29. limit.*

Optime

Optime de hac clauſula Cæſar Contard. *in l. vnic. C. ſi de moment. poſſeſſ. appell. fuerit. quæſt. 13. nu. 45. & 46. Et notauit poſt alios Iacob. Menoch. in tract. recup. poſſeſſ. in prælud num. 16. & 17. Mynſing. reſp. 11. num. 39. & reſp. 18. n. 11. decad. 2.* Nam licet
17 alias † concluſio attendi debeat & non narratio. *l. certi condictio, vbi Iaſ. in princip. ff. ſi cert. petat.* Tamen virtute dictæ clauſulæ etiam narrata attenduntur, & ſuper his probatio fieri poteſt. *Dec. in c. 1. in 1. not ab. de off. deleg. Rol. d. conſ. 41. nu. 10.* His addi poteſt, quod Actrix in concluſione libelli, non tam poſſeſſionem bonorum hereditariorum, quam res ipſas hereditarias ſibi reſtitui petit his verbis: Vnnd auch die berührte Erb vnd fahrende Haab/ſo ſie auff angeregtem Hauß D. zu jhren Händen genommen/vnd dann was ſie ſonſt von dem anderen oberzelten/weylandt H. von V. ſeligen Erb/Haab vnd Güter empfangen vnd eingenomen/medio iuramento abzutretten/vnd der Frauw Klägerin in jre gewehr zu antworten. Quando enim narrata reſpiciunt tam petitorium quam poſſeſſorium, & peratur rem reſtitui, poteſt dici vtrumque iudicium ſimul intentatum,
18 quia verbum † RESTITVERE ambiguum eſt, & vtrumq; iudicium complecti poteſt, vt per Iacob. Menoch. *in prælud. ad tractat. recuperandæ. nu. 12. & per Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 187. ff. de acq. poſſeſſ. Felin. in c. inter dilectos. num. 2. de fid. inſtrum.* Sunt enim quædam verba, quæ ex vi propria, & ſui natura oſtendunt vtrumque iudicium intentatum eſſe, ſi in concluſio-
19 ne ponantur, prout eſt verbum † PLENO IVRE PERTINERE, SPECTARE, RESTITVERE, & ſimilia, de quibus copioſe tractat Cæſar Contard. *in d. quæſt. 13. nu. 34. vſque ad*
20 *nu. 42.* Facit quod quando verba libelli † ſunt ambigua, tunc generaliter concluſum cenſetur, prout tradit Socin. *in c. ſignificant. nu. 65. de libell. oblation. & Contard. d quæſt. 13. n. 42.*

Accedit his omnibus, quod Actrix ſuper d. libello & ſic ſuper vtroq; iudicio abſque vlla proteſtatione, quod in ſolo poſſeſſorio procedere vellet, litem eſt cõteſtata; Teſtes præterea tam ſuper interrogatoriis Reorum ſimiliter vtrumq; iudicium concernentibus, quam ſuper principalibus & additionalibus articulis examinati, aliásq; ad vlteriora proceſſum, vnde dicendum ſequitur, nunc tandem vnum iudicium ab altero (cum in vtroq; teſtium dicta publicanda veniant) ſeparari minime poſſe. Proteſtatio enim ante litem conteſtatam in actione poſſeſſorij recuperandę non facta, locum præſtare dicitur in iudicio ſuper proprietate. *Afflict. deciſ. 193. n. 1 Et Menoch. remed. 1. recup. num. 161. & multis ſeqq.* Vbi dicit, exceptionem
21 dominij † reiiciendam non eſſe, quando ſpoliatus paſſus eſt litem tractari ſuper cauſa dominij, vel ſi contra non fuerit proteſtatus.

Præſuppoſito igitur ex hactenus præmiſſis, vtrumque iudicium tam petitorium quam poſſeſſorium ab Actrice intentatum eſſe, iam non male á Reis inferri videtur, quod & ipſi ſuper petitorio audiendi, & articuli pro parte eorum producti, licet proprietatis cauſam concernant, ſint admittendi. Cõmunis enim Dd. eſt concluſio, quod quando ſpoliatus † agit 22
ſuper petitorio & poſſeſſorio ſimul, tunc opponi poſſit exceptio de dominio, vt dicit eſſe communem Iacob. Philipp. Port. *in ſuis concluſ. Reg. Spoliatus ante omnia reſtituendus. nu. 44. verſic. tertio limita. libro 2. per cap. ſollicita. vbi gloſſ. de reſtit. ſpoliator. Paul. de Caſtr. in leg 2. in fin. Cod. de edict. diu. Hadr. toll. Socin. in fallent. reg. 379. Spoliatus ante omnia, in tertia fallentia. Zaſius in l. naturali. §. nihil commune. verſi. 7 fallit. ff. de acq. poſſeſſ.* Et hoc caſu, quando vtrumque iudicium ſimul intentatum eſt, etiam probata ſpoliatione, non debet fieri reſtitutio. *capit. cum dilectus. de cauſ. poſſ. & propriet. Lanfranc. de Oriano in repetitione eiuſdem rubricæ in 9. limitatione regul. quod ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus.* His accedit, quod Actricis allegata poſſeſſio vel quaſi omnium pertinentiarum deß Hauſes N. B. habere videtur annexam cauſam proprietatis, ex qua ſub nomine pertinentiarum petuntur, non tantum multa corporalia bona, tam feudalia quã allodialia; ſed pleraq; iura incorporalia, als Obrigkeit/Gebott/Verbott/adminiſtratio arcis, Amptsverwaltung/Jagt/Fiſcherey/Schäferey/Zehendẽ/Penſion/Zinß vnd dergleichen Herrligkeit/Dienſtbarkeit vnd Gerechtigkeit/ꝛc. Prout hæc omnia in 9. 14. 17. poſit. ad longum ſpecificantur. Quando enim quis dicit ſe ſpoliatum eſſe quaſi poſſeſſione itineris, † aquæductus, penſionis vel ſimilis a- 23
licuius iuris incorporalis, petens ſe ad eam reſtitui, tunc poſſeſſorium dicitur habere annexam cauſam proprietatis, & dominii exceptio tali caſu admittitur, *arg. l. 3. §. hoc autem. ff. de itinere actuq; priuato. & l. 2. §. quædam. ff. de interdict. ſiue extraordinar. Actionibus.* Vbi textus dicit, quædam interdicta rei perſecutionem cõtinent, veluti de itinere actuq; priuato, nam proprietatis cauſam cõtinet hoc interdictum: Item ea quæ iuris ſui tuendi cauſa competere diximus, vt non ſit mirum, ſi quæ interdicta ad rem familiarem pertinet, proprietatis non poſſeſſionis cauſam habeant, quem textum ad hoc allegat Zaſius *in repetit. l. naturaliter. §. nihil commune. numero 57. de acquir. poſſeſſ.* his verbis: Septimò fallit, quando ſpoliatus reſtituendus eſt in poſſeſſorio, quod habet cauſam proprietatis, quia tunc obſtat exceptio dominij, & meritò. Nam ſine dominio agi non poteſt, vt ſi ego te ſpoliem quaſi poſſeſſione itineris vel aquę ducendę, tu agis contra me poſſeſſorio recuperandæ. Ego ſtatim

excipio, tibi nihil competere iuris nisi doceas te Dominum, quod seruitus tibi competat iure dominij, *l. 2. §. quædam. ff. De interd.* Et expressius Dom. de Rota *in decis. 3. aliàs 11. De rest. spoliat. in antiquis. nu. 2.* Ibi similiter in tali casu, qui dicit se spoliatum pensione præterita, oportet, quod doceat de iure suo, antequam pensio præterita adiudicetur. Quia isto casu
24 tale possessorium † à petitorio separari non potest, quia non restituetur possessorium, quin restituatur petitorium, cum possessio in talibus incorporalibus haberi non possit sine Iure, & copiosissimè de interdictis possessoriis causam annexam proprietatis habentibus, tractat Cæsar Contard. *in d.l. vnica. C. si de moment. poss. appell.* & limitat ratione mixturæ. §. 7. *per tot.* vbi *à num. 2. eisque ad finem* plura exempla recenset.

25 Tertia specialis ratio, Cur exceptio † dominii in hoc interdicto recuperandæ admitti debeat, esse potest. Quod Actrix in aliquibus punctis nequaquam vim expulsiuam seu violentam spoliationem, sed solummodo prætensam quandam clandestinam occupationem & compulsionem allegauit, prout ex 41. posit. & multis aliis seq. videre licet. Sed iuris, quod vbi non tam agitur de vi expulsiua seu violentia & vera spoliatione, quam de clandestina apprehensione vel compulsione, tunc admittatur exceptio dominii, maxime si incontinenti probari possit. *Philip. Port. in conclu. reg. 44. vers. 20. limit. Menoch. in 1. remed. recup. nu. 102. & 138. cum seqq.* Ergo.

Quartò posito, solum possessorium recuperandæ à petitorio penitus separatum nudè & simpliciter intentatum esse, adhuc tamen exceptio proprietatis in nostro casu irreleuans censeri non posset, cum pleraque bona, quorum restitutio petitur, à Reis feudalia esse prætendantur, vt sic Actrici tanquam mulieri feudo um notoriè incapaci, non tantum exceptio dominij, optimo iure obiici possit, sed & iuris feudalis expressa dispositio eidem resistit, per ea quæ tradunt Dd. *in cap. ad decimas. de restit. spol. lib. 6. Facit cap. 1. §. filia De feud succes. & ibi gloss. & cap. 1. §. si clientulus. Vbi Bald. & alij de alien. feud. Afflict. decis. 324. & in tapit. 1. §. illud quoque, n. 19. & 22. De prohib. feud. alienat per Frid. Aluarot. in cap. sui. Si de feud. fuer. controuers. & Panorm. in cap caterum. De iudiciis versic. ex quo ergo agitur de feudo licet possessorio; debet tamen agi coram Domino, si quæstio est inter vasallos, vel coram paribus. Si quæstio est inter Dominum & vasallum, maxime cum possit excipi contra agentem respectu proprietatis feudi. Et Alciat. consilio 409.*

Ex his igitur sequitur, Defensionales illos, in quibus hæc deducuntur, quales sunt 26. 29. 40. 65. 66. 67. 68. 69. & 70. etiam in possessorio recuperandæ pro irreleuantibus censeri non posse. Quintum speciale fundamentum Reorum sumitur ex allegatis pactis iuratis, testamentis, statutis familiarum, patriæ consuetudine, recessu Hassiaco, & desuper secuta confirmatoria sententia Cameræ, aliisque ordinationibus & dispositionibus vim legum habentibus, quibus inferre conantur, petitam restitutionem etiam quoad bona allodialia (obstante scilicet exceptione notorij defectus proprietatis ex parte agentis, & euidentis dominij ex parte Reorum:) decerni non posse, sed articulos in quibus hæc omnia deducuntur: (quales sunt 7. 64. 70. 183. 184. vsq; ad finem defensionalium) tanquam pertinentes & releuantes ad probandum omnino admittendos esse. Constat enim plerosque ex iuris interpretibus in ea esse sententia, vt existiment possessorium † recupe- 26
randæ, per exceptionem euidentis dominij & notorii defectus proprietatis perimi posse. *Socin. reg. 379. in 11. fallent. & Lanfranc. in rep. tub. de causa poss. & prop. vers. Secunda limitatio.* vbi dicit, notoriam esse exceptionem, siue sit notoria per confessionem Actoris, siue per euidentiam facti, siue per aliam speciem notorietatis, & siue sit notoria Iudici tantum, siue aliis personis tantum & non Iudici. Zas. plene, *in l. naturaliter. §. nihil commune. numero 5. versic. Tertio fallit in eleganti & notabili casu.* vbi hanc sententiam verissimam dicit, & Panorm. *inc. 1. versic. nota si quod per testes. de rest. spoliat.* tradit, Si per testes admissos, vel confessionem partis constet pro Reo de iure proprietatis, quod tunc deneganda sit restitutio? Et hoc idem probat Iacob. Philip. Port. *in conclu. ad regul. 44. limit. 4. 11. & 12. lib. 2.* Quod si spoliatus patiatur fieri probationes super dominio, & exillis vel alias per confessionem partis vel euidentiam facti, vel per instrumentum publicum, vel per sententiam constet de dominio rei, & de non iure petentis, quod tunc restitutio fieri non debeat. De qua re plene etiam per Menoch. *in remed. 1. Recuperand. poss. nu. 186. vsq; ad nu. 205. inclusiue, & Soc. in d. reg. 379. in 10. fallent. tenet.* Exceptionem dominij † admit- 27
tendam esse, dummodo de ea in continenti fides fiat, quod tum minus dubitationis habet, quando spoliatio † non est violenter fa- 28
cta, vt per Port. *d. reg. 44. vers. 20. limit. & per Dec. cons. 191. n. 19. ver. Nono etiam. & cons. 517. n. 8. Ripa in c. sæpe. n. 80. de rest. spoliat.* Vbi tradunt, possessorem qui reperitur habere dominium, non esse cogendum ad restitutionem possessionis per alium petitæ. Quam sententiam etiam refert & approbat ad longum Menoch. *in rem. 15. recuperandæ. n. 479. cum similib.*

Ad possessorium autem retinendæ quod attinet: Res minus adhuc dubii habere videtur

tur, cum iuris sit, quod eo casu, quando possessorium retinendæ (prout à Reis proponitur) intentatum vel petitum est, vt possessio confirmetur, opponi possit exceptio dominii, vt tradunt omnes *in leg.fin. C. de ed. D. Hadr. toll. Expresse Menoch. remed. 1. recupe. numero 142. Zas. in l.naturaliter.§ nihil commune nu.44.ff.De acq.poss.Dyn.in cap.qui ad agendum n.5.de reg.iur.in 6. Bartol. in l.si coloni num.2.C.de agricol.& censit. lim.11.Socin. reg.124. in fallentiis. Lanfran. in repet. rubr. de causa poss. & proprier.in §. nunc esse transeundum ad quadam fundamenta possessorij retinendæ, & communem dicit esse Soarez in commun. opinionibus in verb.possessionis retinendæ numero 189.* Facit quod quando vtraque pars possessionem allegat, tunc inuestigatio & discussio euidentioris possessionis, non possit otiosa aut irreleuans censeri *cap.licet: De probat. Kling. in cap.1.De rest.spol.Achil. Person.in tract. Quorum bonorum num. 544. circa med.* Cum igitur in hoc nostro casu, vtraque pars potestatem prætendat, & Actrix inter cætera Reos ad cautionem præstandam compelli petierit, quod scili. Actricem in possessione arcis N. B. & pertinentiarum amplius molestare nolint, sequitur dicendum etiam in defensional. non tantum de possessione, sed etiam de iusta, vitiosa vel precaria possessione & defensione respectiue tractari, tamq; proprietatis & dominij quam possessionis defectum Actrici optimo iure obiici potuisse.

Sic etiam quoad possessorium adipiscendæ: res satis planum ac tritum esse videtur. Excep-
29 tionem scilic, proprietatis † obiici posse, si eadem vel notoria sit, vel incontinenti probari possit *Zas. in d. §. nihil commune nume.43.de acquir. poss. Achil.Person.in tracta.quorum bonorum numero 473. & Cæsar Contard in leg.vnica.C.Si de moment.poss. appell.fuerit limit.12. num.5. pag.376. Socin.in d.reg.124. & Iafred. decis. 75.* Nec opus est de mente quorundam, vt offerens se incontinenti probaturum, habeat probationes in sacco paratas, dummodo non petat dilationes longi temporis, sed eam rem Iudicis arbitrio committat, vt dicit Roman. *in consilio 244. cum simil.*

03 Secundo iuris. Si cognati offerant † se probaturos incontinenti prædium esse feudale, quod tunc fœmina non sit mittenda in possessionem secundum Isern. & alios *in capit. 1. §. inter filiam, si de feudo defuncti contentio sit inter Dominum & agnatos Vasalli.Cacheranus,prolixe in decis. Pedemontan. 23. numero 19. & decis. 26. numero 1.* vbi in finitos allegat. Cum igitur Rei in dictis defensionalibus & alibi se offerant probaturos incontinenti, daß die B. H. G.die Grafschafft R.vnd das Gericht B.M. W.D.vnd R.S.Manlehen.que ad ipsos Reos iusto ac legitimo (feudali scilic.)titulo peruenerit. Præterea etiam Actricem, tam vigore vniuersalis cõsuetudinis Comitatus VV.quam propter particularem consuetudinem, statuta & pacta iurata familiæ V. testamenta & alia fundamenta in defensionalibus deducta, non magis bonorum hæreditariorum & allodialium, quam etiam feudalium capacem esse. Econtra autem Reos pro veris hæredibus communi fama reputari illis in locis, vbi bona controuersa sita sunt haberi, vnde sequitur eiusmodi exceptiones in interdicto adipiscendæ minime impertinentes aut irreleuantes dici posse.

Præterea etiam iuris, quod interdictum quorum bonorum † ad instar petitionis hæ- 31
reditatis, contra eum qui neque pro possessore nec pro hærede, sed alio titulo possidet (prout Rei nostri bona à patre suo profecta) Item bona feudalia, nec non bona in 20. posit. & pleraque alia in libello specificata bona non pro nudis possessoribus vel pro hæredibus H. sed aliis titulis possidere se dicunt) intentari non possit. *Ang.in §. quadrupli numero 26. versic. & datur. Instit. de act. & in §. sequens diuisio. num.1.de interd. Achill. Person.in tract. Quorum bonorum num.483.Bartol. cum gloss. in l.1. in princ. ff. quorum bonorum.*

Insuper constat hoc interdictum competere tantum, pro rebus corporalibus † quæ 32
in bonis defuncti fuerunt, & per Reum possidentur vel detinentur, non etiam pro rebus, quæ in bonis defuncti nunquam fuerunt, nec etiam per reum possidentur, vt per *Angel.in d.§.quadrupli. numer.26. de action.& in §. sequens diuisio. de interd. & per Menoch. remed 1. Adipisc. num. 48. & num. 78. Achil. Person. in tract. quorum bonorum numero 465.* Quemadmodum nec pro rebus incorporalibus hoc interdictum competere dicitur per *l.2. ff. quorum bonorum & notat.Bartol. in l.1.num.11. C.eod.Sali. in rubr.C.eod.tit.numer.4. Papiens.in form. libelli. quo petitur hæreditas ab intestato in verb. coram vobis numero 2. Achill.Person. in tracta. quorum bonorum num.473.* Atque ex libello Actricis præsertim in nono 14.17.21.22.23.24.98.107. & aliis positionalibus apparet, pleraque bona tam corporalia quam incorporalia per dictam Actricem petita esse, quorum possessionem Rei negant apud defunctum H. vel etiam apud semetipsos vnquam fuisse, vel etiam nunc esse, prout ex 16.17.18.19. aliisque defensionalibus videre licet. Ergo iam iterum dicendum videtur, impertinentes vel irreleuantes censeri non posse.

Ad aliquas Defensionales merum ac solum possessorium concernentes quod attinet, planè nullum dubium superesse videtur, quin & ipsi pariter omnes ad probandum admitti debeant. Manifesti enim iuris est, in

possessorio etiam recuperandæ admittendas esse exceptiones, quæ substantialia eius (possessionem scilic. & spoliationem:) destruant. Atque adeo, vt licet dispositio omnes exceptiones tollat, non tamen videantur illæ exceptiones sublatæ: quæ veniant ad detrahendam vel destruendam illam qualitatem, super qua dispositio in tollendis exceptionibus se fundat. *Panormit. in capit. Item cum quis. De rest. spol.* Facit quod notat Vitalis *in tract. clausularum, in clausula nulla exceptione obstante numero 6. circa medium*, vbi dicit: Quod licet omnis exceptio per principem vel statutū prohibeatur, nihilominus tamen opponi possit exceptio, quæ possessioni ipsius agentis detrahit, vel prætensam spoliationem impugnat & destruit. vt notat Panormit. *in c. in literis colum. pen. versic. si agatur recuperandæ. De restit. spoliat. Capic. decis. 39. circa finem. Socin. regul. 379. in 7. fallent. Port. in communibus opinionibus. concl. 44. versicul. Septimo limita. Corset. in reg. Spoliatis ante omnia limit.* 18. 44. & 50. vb inter cætera recensēt verba Imolæ *in c. 1. de rest. spol.* Quod quando regu. facit articulum contra agentem possessorio, quod ante prætēsam spoliationem reorum pluribus rationibus à dictis reis inficiari pariter ac impugnari prout (quantum ad possessionem actricis attinet) ex 37. 39. 42. 47. 52. 63. 85. 86. 92. 99. 101. 102. 103. 104. 105. 108. & multis aliis vsque ad 152. Item ex 228. 229. 230. 231. 232. 233. articulis videre licet, in quibus nedum actricis possessio confutatur, sed & reorum antiquior & verior possessio eiusque apprehensio & continuatio ad longum deducitur.

Nec videtur hoc loco irreleuans censeri posse, quod Rei de tutoris sui H. administratione in quibusdam articulis mentionem fecerunt, præsentiamq; Actricis in arce N. B. ad meram ac solam detentionem vel precariam ac iure familiaritatis concessam possessionem restrinxerunt; cum manifesti iuris sit. Quod non tam tutor aliquis & administrator, quam ipse Dominus, cuius nomine possidetur vnus possessor esse censeatur. *Paris. consi. 98. n. 18. vol. 2. Bart. in l. 1. in prin. n. 20. ff. de acq. poss. l. quædam mulier. ff. de rei vendicat.* Hinc fit, quod tutore seu administratore defuncto, Dominus absens solo etiam animo possessionem retinere possit, per *l. clam. possidere. §. qui ad nundinas vbi Ias. de acquir. poss. & per eundem Iasonem in l. 1. in princ. num. 45. ff. eod. Rebuff. in præfat. tit. de materiis possessoriis num. 8. & 9. Alex. in l. possessionem pupillum 29. ff. de acquir. poss. Facit l. peregre. 44. §. quibus l. si colonus l. qui vniuersas. §. quod per colonum. Ibi retinere in animo possessionem possumus. Et est clarus textus in l. 3. §. quod si seruus. ff. de acq. poss.* vbi textus inquit: Quod si seruus vel colonus, per quos corpore possidebam, decesserit, vel solo animo retineo possessionem. Et est bonus textus *in l. si de eo fundo* 40. §. *si forte colonus.* Vbi Iacobus Concenatius *in addit. ad Bartol. in verb. naturalis. ff. eod. tit. de acqui. poss.*

Prout etiam iuris, quod apprehendens possessionem rei suæ vacantem, † possessio- 33
nem non iniustam habere dicatur, quodque is possessorio iudicio conuentus de suo dominio excipere possit. *Corset. in d. reg. Spoliatus ante omnia. limitat. 15. Zas. in l. naturaliter. §. nihil commune num. 65. vers. 14. Fallit.* Idque tum maxime locum habet, quando pupillus rem suam per tutorem vel administratorem aliquandiu detentam ad se recipit. Neque enim hoc casu aliquem illicite spoliare, sed potius pristinam suam possessionem licite continuare censetur, ita vt eo nomine interdicto recuperandæ conueniri non possit, vt tradit Schurff. *cons. 3. centur. 2. num. 12. 13. & 14. Paris. cons. 145. num. 6. vol. 4. Menoch. remed. 1. recup. nu. 143.* Præterea etiam iuris, quod restitutionem petenti obiici possit, ipsum non habuisse veram possessionem, sed solum detentionem, *capi. olim. de restitut. spoliat. Speculat. de petitor. & poss. in vlt. ver. vicesimus sextus cum spoliatus.* Item quod restituendus non sit, qui ex gratia vel precario possedit *Corset. d. reg. Spoliatus. versi. lim. 27.* Sic quoque iuris, quod inter possidere † & 34
detinere maxima sit differentia, *Couarru. in re pet. c. malefidei possessor. parte 2. relectionum ab initio num. 2. & 4. circa finem. Afflict. decis. 403. nu. 13.* Aliudque sit possidere, † & aliud in possessio- 35
ne esse. *l. officium. §. fin. ff. de rei vendicat. l. si quis ante. ff. de acq. possess. Capic. decis. 55. num. 6. Prolixe Achill. Person. in tractat. de petit. hæredit. 11. nu. 712. pag. 516.* Quodque possessio in suum hæredem non continuetur, vt pulchre deducit Roland. à Valle, *cons. 16. num. 26. 28. 36. vol. 2. Alex. in l. in suis. ff. de liber. & posth.* Vbi hanc dicit esse communem, & per Corn. *consil. 18. incip. visa. volu. 1. vers. nec illam.* Vbi vult etiam filiis non competere remed. *Canon. redintegranda*, siue sit ab eis possessio corporaliter apprehensa, vt prolixe Paris. *consilio primo, nu. 160. part. 1.*

Et quamuis per eiusmodi argumenta, non tantum primum substantiale interdicti recuperandæ (prætensa scil. possessio Actricis, sed & alterum quoque requisitum prætensa scil. spoliatio Reorum penitus sublatum & eneruatum esse videatur, cum possessione deficiente † spoliatio contingere non possit, *Afflict.* 36
*decis. 331. num. 2. & decis. 96. numero 2. quem refert Roland. cons. 46. num. 23. 24. & 25. volu. 2.* Nihilominus tamen Rei pro maiori cautela prætensam etiam violentam spoliationem in plerisque articulis expresse negarunt, eamque multis argumentis pariter impugnarunt, prout ex 5. 6. 8. 11. 12. 14. 15. 18. 23. 39. 42. 104. 122. 123. 125.

132.

132. 136. 140. 143. 169. 170. 246. & plerisque aliis articulis colligi potest.

Ex quibus omnibus iam satis ostensum atque deductum esse videtur, in præsenti causa, Defens. Reorum siue petitorium siue possessorium concernant, pariter omnes indifferenter ac indistincte, saluo tamen iure impertinentium & non admittendorum, ad probandum admittendos fore. Idque eo magis cum Dd. in hoc communiter concludant, quod quando dubium est, an exceptio sit
37 † admittenda, Iudex eam cum petitione, saluo iure impertinentium, admittere debeat. *Panormi. in capitul. cum contingat. De offic. & potestat. Iud. dele. Octauian. Vestrius in pract. capit. 14. De posit. & articul. numero sexto, libro quinto,* & latius dixi supra in primo & tertio fundamento generali.

Quibus tamen non obstantibus, forte verius & rectius quis dixerit in casu, de quo agitur articulos vel nullos (De Impertinentia Articulorum) vel saltem numero pauciores (vt distinguendo postea dicetur) admittendos esse. Nemini enim dubium est, quando articuli notoriè sunt impertinentes, vel quando de illorum impertinentia facile apparere potest, tunc Iudex (ad instantiam præsertim & petitionem partis) eos omnino reiicere, nec aliquo modo etiam cum petitione saluo iure impertinentium admittere vel reseruare debeat, vt est gloss. notab. *in dicto capitulo cum contineat. in gloss. 3. super verb. nihilominus de offic. deleg.* quæ singularis est secundum Bald. ibi, & per plura comprobat hanc theoricam Grammaticus (qui omnino videndus est:) *in decis. 45. à numero 4. vsque ad 8. inclusiue. & Decius consilio 161. alias 162. & in capti. In nomine Domini. numero 35. De testibus.* Quinimo (quod fortius est) si statutum diceret, quod Iudex admittere posset omnes probationes & Exceptiones saluo iure impertinentium & non admittendorum, quod tamen non possit admittere Exceptiones euidenter impertinentes, vt voluit Imola *in l. 4. §. Prætor dit per illum textum. ff. De dam. infect. Grammat. in d. decis. 45. num. 8. Et Iaf. in l. si duo. §. idem Iulianus. numero 84. ff. de iureiur.* Subdens hoc bene notandum & Mynsing. *cent. 2. obseru. 90. in Camera sic obseruari testatur.* Et licet nonnulli velle videantur, quod Iudex vti possit cautela in admittendo articulos cum clausula saluo iure impertinentium, vt notant Hostiens. Baldus & Abb. post gloss. *princ. in d. cap. cum contingat. De offic. Deleg.*

Melius tamen secundum quosdam faceret, si tali cautela non vteretur, sed impertinentia articulorum prius & antequam testes examinarentur discuteret, vt inquit Angelus *in l. in speciali. ff. De rei vendicat. quem refert Grammat. in dicta decisione 45. numero quinto. & tenet Rolandus à Valle in consilio 35. numero 13. volumine tertio.*

Quis enim non videret hoc magis expedire partibus, ne tot immensis sumptibus ac laboribus frustra vexentur, dum super impertinentibus testes recipiuntur, & deinde (erogata tamen prius pecunia) an articuli & receptæ † eius probationes reiici de- 38
beant, nec ne, demum discutiatur, vt notat Grammat. *ad Vestrium. d. cap. 14. De positionib. & artic. nu. 26.* & animaduertit Dec. *in d. c. in nomine Domini. num. 15. de testib.* Et ideo talis cautela (vt inquit Cardinalis *in d. cap. cum contingat. de offic. delegat.*) Romæ nequaquam seruatur. Quod idem notat Dec. *in d. c. in nomine Domini. num. 15. de testib. Paris. consil. 67. num. 38. vol. 4. & alij quos refert Roland. à Valle d. consil. 46. nu. 13. volum. 3.* Et hanc cautelam nec hodie seruandam putat Grammaticus, ad Vestrium in loco allegato, vbi reprehendit Iudices, qui plerunque Andabatarum more, clausis oculis articulos qualescunque cum d. clausula admittunt. Etsi (inquit) periti Iudices Deumque timentes, id minimè agant, sed synceris oculis an pertinentes vel ne sint respiciunt, impertinentesque quamprimum expungunt atque reiiciunt.

Quod autem d. defensionales (præsertim quatenus quotam & bona per eum solum possessa concernunt) sint notorie impertinentes, pluribus rationibus demonstrari potest. Ad maiorem autem euidentiam & faciliorem huius puncti resolutionem, præmittendum puto, solum possessorium in nostro casu per interdictum scil. recuperandæ & adipiscendæ *numero nonagesimo secundo*, non etiam petitorium ab Actrice intentatum esse, id quod ex conclusione libelli non minus, quam ex propria Actricis declaratione ac protestatione sæpius repetita, satis colligi potest, vt postea suo loco, maxime vero vbi ad confutationes contrariorum argumentorum peruentum fuerit, satius deducetur ac comprobabitur quo breuitatis causa, ne bis idem repetem, me refero.

Præterea in facto etiam præmitto, maiorem partem dictorum Defensionalium, super mero petitorio fundatam, eosq; magis ad deducendam proprietatem, quam ad iustificandum vel colorandum possessorium exhibitos, prout ex dicto articulo à primo vsq; ad centesimum secundum inclusiue, nec non à centesimo octuagesimo tertio vsq; ad finem videre licet. In quibus fere (paucis exceptis) nihil aliud, quam Exceptio transactionis vigore recessus Hassiaci. Item exceptio quod bona sint feudum: consuetudo præterea generalis Comitatus Waldecensis, statuta itidem & pacta

iurata familiæ Viermundianæ Burgfrieden / Testamentum auitum aliaque id genus fundaméta solum ac merum petitorium seu proprietattis causam concernentia deducuntur, sicuti postea in specie satius dicetur.

39 Certum est autem aliud esse †possessionem colorare vel iustificare & aliud proprietatem probare, vt notat Cæsar Contard. *in l. 1. C. si. de moment. poss. appell. fuerit lim. 2. §. 7. numero 15. pag* 237. Neque etiam hic aliquo modo dici poterit, Dominii siue proprietatis exceptionem ad iustificandum possessorium deductam esse, cum vel ex propria confessione rei conuinci possint, prætensam ipsorum possessionem fuisse & esse clandestinam ac vitiosam, vtpote propria autoritate filia herede in possessione iam existente adeptam, vt postea ostendam : Vitiosa enim dicitur possessio, quam agnatus vel contradictor propria autoritate apprehendit. Dec. *in l. fin. num. 48. vers. Si autem. Et ibi etiam Hubertus Zuchardus numero 395. vers. si probat. & 397. C. de edict diu. Adria. toll. Et idem Dec. cons. 467. num. 17. Cravett. consil. 134. num. 23. Achill. Person. in tractat. quorum bonorum. numer. 489.* Quia non licuit ei propria authoritate capere, vt inquit text. *in l. si ex stipulatione. ff. de verbo. oblig.* Quod verum est, etsi possessio fuisset vacans ab hærede nondum apprehensa, vt notat Bartol. *in leg. final. num. 10. C. vnde vi. Quem ad hoc allegat Zuchard. in d. l. fin. num. 395.* Et hoc ampliatur, vt procedat, etiamsi hæres pendente controuersia hæreditatem adiisset. per *l. heres quandocunque. ff. de acqui. hered.* Nam retro fingitur edita à die mortis defuncti. *Zuchard. in d. l. sui. num. 398. vers. Et hoc ampliatur. C. de edict. diui Adr. toll.* Et per consequens possessio in nostro casu capta per Reos post mortem fingitur violenta vel vitiosa, veluti de re hæreditaria hereditate adita, vt per eundem Zuchardum notatur in terminis, *in d. l. final num. 395. vers. Nec etiam obstat si dicatur.* Et quamuis non desint, qui putant, quod hæres quoq; hæreditatis additionem probare teneatur. *Paris. cons. 41. in prin. lib. 1. Socin. Iun. cons. 75. lib. 1. n. 10.* Et saltem apparentem *Bald. d. l. fin. numero 16. C. de edict. diu. Adr. toll.* Sunt tamen & alii, qui ab hac opinione prorsus dissentiunt, quia hæres petendo se in bonorum possessionem defuncti admitti, censeatur hoc ipso hæreditatem
40 illius adire, cum hæreditatis aditio † animo quoque fiat, *l. gerit pro hærede. ff. de acquir. hæred. & ibi Dd.* Et talis hæreditatis aditio sufficit ita fieri, vt est gloss. *in d. leg. fin. in verb. legitimo, versicul. Idem differt, & ibi Bartol. num. 9. C. de edict. diu. Adr. toll. Refert & sequitur Person. in tract. de adipiscen. num. 173.* Præterea etiam aditione præsenti nostra causa hoc ipso satis probata esse videtur, Quod hæreditas, de qua contenditur, fuit & est lucrosa & opulenta, vti ex actis haud obscure apparet, vnde verisimile non est, Quod Actrix hæreditatem tam amplam ac lucrosam sibi delatam non adire, vel ius suum iam quæsitum iactare voluerit, *per leg. cum de indebito. ff. de probat.* Vnde Dd. communiter concludunt, quod in hæreditate lucrosa de facili præsumatur hæreditatis aditio, secus in damnosa. *Decius in capitulo dilecti filij. & 2. in notabil. de appellatio. Corneus consilio trecentesimo vigesimo, columna secunda, ad fin. libri tertij*, quem refert & sequitur Grauetta, *consilio trigesimo tertio, numero duodecimo, parte 1.* Et pro aditione in dubio † hereditas 41
præsumitur lucrosa, *leg. 1. §. lucratiuas cum gloss. Cod. de imponenda lucratiua descriptione, libro decimo, leg. hæreditate. ff. mandati. Brun. consilio decimoquinto, numero decimoseptimo, Franciscus Bursatus consilio 101. numero 11.* Sed quid longiori disputatione hic opus est, cum hæreditatis aditio per corporalem Actricis apprehensionem, & sic per actus externos, vti requiritur satis probata existat, vt inferius dicetur, *Alex. in leg. pro hæred. ff. de acquir. hæred. Bald. in leg. certis annis columna final. C. de pact. Villalob. in commun. opinion. in verb. hereditatis aditio. in suis hæredibus* omnino non requiritur cum sint necessarij hæredes patris, ideo sic dicti, quia omnino siue velint siue nolint tam ab intestato, quam ex testamento legis 12. Tab. hæredes fiunt, licet Prætor officium abstinendi ipsis concedat. §. *Sui autem, versicul. Sed sui quidem. Institut. de hæreditat. qual. & differen. Bartolus & alij leg. necessarius. ff. de acquir. hæred.* Et est pulchrum consilium de hac materia *Rolandi à Valle consilio 20. volumine primo*, vbi vulgare illud dictum. Filius ergo hæres eleganter declarat & per Baldum *in capitulo primo, an agnatus vel filius defuncti.*

Vnde hæreditati se immiscere † suorum esse, adire vero extraneorum esse dicitur, §. *extraneis vero. institut. de hæred. qualitat. & diff. Bartolus & alij in leg. 2. glossa in l. ait prætor. 7. §. hodie. ff. de minor.* 42

Præsuppositio igitur ex iam dictis & infra latius dicendis, possessionem Reorum † esse 43
vitiosam, sequitur eam nullo vnquam tempore corroborari aut iustificari posse, vt in terminis interdicti recuperandæ notat Zuchard. *in dict. l. final. num. 164. Cod. de edict. diu. Adrian. toll.* vbi dicit, quod probationes peritorij bene admittuntur ad corroborationem possessorij, præterquam in possessorio reintegrandæ per *leg. si quis ad se furdum. C. ad leg. Iul. de vi public.* Quia violenta possessio † non po- 44
test iustificari.

Idem etiam notat Zuchard. *d. fin. numero ducentesimo vigesimo tertio, & nu. 320.* Quem refert & sequitur Menochius *remedi 1. recuper. numero* 184. Ex quibus omnibus infertur petitorium

ad pro-

ad probandum proprietatem magis, quam ad colorandam vel iustificandam possessionem Reorum vitiosam, in dictis defensionalibus esse deductum. At verò constat articulos super peritorio (nisi quatenus ad colorandum aut iustificandum possessorium proponuntur,) vt per Paris. *cons.* 61. *num.* 7. *volu.* 3. Et prolixe per eundem, *cons.* 31. *num.* 55. & 56. *volum.* 4. & per Zuchard. *d. l. fin. n.* 163. *cum seq de edicto diu. Adr. toll.* in interdicto recuperādæ omnino esse impertinentes ac irreleuantes. Idque in iure satis tritum & cognitum esse arbitror. Communis enim Dd. est opinio, quod quando Actor proponit possessorium recuperandæ, & Reus excipiat de dominio seu proprietate, tunc Reus omnino audiri non debeat. *Anchor. cons.* 205. *visis Actis & actitatis numero* 5. *Afflict. dec.* 98. *num.* 3. *in fin. Chacher. cons.* 45. *num.* 13. *Bertran. cons.* 142. *numero* 9. *part.* 1. Idque siue agens spoliatus sit per vim siue clam. Vtroque enim casu exceptio proprietatis reiicitur per textum clar. *in l. si coloni. Cod. de agricol. & censit. libro* 11. Nam ibi violentia nulla aderat, & tamen ante omnia serui restitutio fit, reiecta dominii exceptione, & hoc etiam locum habere potest ob generalitatem, *c. redintegrāda. 3. quæst.* Quod capitulum loquitur siue spoliatus per negligentiam, siue per vim à sua possessione ceciderit, siue per quamcunque causam. Ergo patet, quod violentiam, possessorio recuperandæ etiam cessante, proprietatis exceptio regulariter reiicit per *capitul. item cum quis. vbi Abb. num.* 1. *de restit. spoliat.* Idque secundum magis communem verioremque Dd. opinionem, vt habetur per Iason. *in leg. rem quæ nobis. num.* 19. *ff. de acq. poss.* Iuxa quam asserit se sæpissimè consuluisse, & ibid. etiam Socin. *num.* 20. *versic. Sed circa prædicta dubitatur. Dec. consil.* 57 *num.* 6. *Alex. in l. naturaliter § nihil commune, num.* 15. *& sequ. ff. de acqu poss. Bald. in tract. præscript. in* 4. *parte principal. versi.* 24. *num.* 3. *& seq. Paris. cons.* 107. *nu.* 36. *lib.* 1. *Socin. iun. cons.* 68 *n.* 129. *lib.* 3. Quos omnes refert & sequitur Person. *in tract. adipisc. numero* 376. Comprobatur quoque hæc conclusio pluribus rationibus *in resp.* 1. *num.* 69 & 83. à consiliariis Imperatoris Ferdinandi in causa Finarien si reddita. Et quamuis Ripa *in d. §. nihil commune. numero* 36. *& Menoch. in remed.* 1. *recup. num.* 138. recedendo à communi opinione videantur sentire clam spoliatum ante omnia restituendum non esse, sed hoc casu exceptionem proprietatis admittendam, Res. Person. *in loc. iam alleg. vers. Ripa autem.* hoc verum esse, si spoliatus fateretur se à Domino Rei spoliatum esse, nam ob eius confessionem in iudicio emanatam non aliam probationem requirentem, constaret notorie & liquido proprietatem rei spoliatoris esse; merito igitur in hoc casu proprietatis exceptio in *Canon. redintegranda.* admitteretur, regulariter autem (inquit) proprietatis exceptio reiicitur. Et hæc conclusio locum quoque habere dicitur, etiamsi spoliator incontinenti de suo dominio plenariè se probaturum offerat, nisi prius possessio spoliato restituatur. *Soc. in fallent. reg. & idem in l. rem quæ nobis. num.* 20. *circa medium. ff. de acq. possess. Bart. in l. naturaliter. § nihil commune. nu.* 3. *& ibi etiam Alex. nu.* 10. *Iaf. nu.* 43. *ff. eod. & ibid. Iaf. in l.* 1. *num.* 1. *C. de edict. diu. Adr. toll. Roll. cons.* 1. *num.* 26. *libro* 1. Et quamuis Paris. *cons.* 1. *num.* 171. *libro* 1. dicat, Dd. vario modo in hoc articulo locutos esse, videtur tamen de iure verior & communior esse opinio, proprietatis exceptionem in possessorio recuperandæ admittendam non esse, per text. clar. *in c. literas. § præterea. de restit. spoliat. & habetur prolixe in d. responso.* 1. *numero* 69. *& 70. in causa Finarien si.* Nec puto multum ad rem facere, vel dictos defensionales (quatenus proprietatem concernunt) ideo pertinentes vel releuantes dici posse, quod Rei plerisque in locis præsertim verò *numero* 183. *&* 184. *cum multis alijs seqq.* defensionalibus. Item in replicis contra acceptationes vers. so viel auch das possessorium adipiscendę, & vers. dieweil dann in diesem fall. ostendere conantur, oppositam à se dominii seu proprietatis exceptionem, ratione generalis consuetudinis patriæ, nec non vigore particularium statutorum p.ctorumque iuratorum familiæ V. in hac nostra causa planè notoriam & euidentem esse. Nam etsi plerique volunt, exceptionem proprietatis redintegrandæ quoque non reiiciendam esse, si ea notoria sit, prout sentit Ripa *in d. l. naturaliter. § nihil commune. num.* 7. *& Zas. ibid. num.* 50. *ff. de acquir. possess. Dec. consil.* 191. *numero* 9. *versi. incip. Quarto Ruin. consil.* 27. *num.* 5. *versicul. & prædictæ numero* 8. *lib.* 5. *Paris. cons.* 1. *num* 169. *& sequen. & cons.* 10. *numero* 68. *lib.* 1. *Curt. iun. cons.* 175. *num.* 5. dicens hanc esse communem. Marant. Socin. Iun. idem tenens, *cons.* 48. *num.* 13. *lib.* 2. *Crauet. consil.* 248, *numero* 6. *versic. Nec obstat.* Dispositio enim quantumcunque generalis & expresse elusoria exceptionum, nunquam intelligitur exceptiones notorias excludere. Et licet in ea sit ratio, non tamen censetur excluſa exceptio † notorii dominii ipsius Rei, ita Abb. expresse, *in d. c. literas. extr. de rest spoliat. Felin. in cap. ex parte, & c.* 2. *num.* 7. *de off. & potest. iud. deleg. & Bald. in rubr. C. de probat.* In notoriis enim † iuris ordo relaxatur. *Dec. in consil.* 506. *num.* 4. *Ripa in dict. § nihil commune, numero* 186. *in fin.* Ratio supradictorum assignatur, quia possessorio recuperandæ agens cōtra verum dominum (siue is directus siue vtilis sit) videtur in euidenti calumnia esse: si petat possessionem, quam

45

46

rei

rei vendicatione, vel alio iudicio petitorio cogitur restituere *per reg. iur. in 6. dolo facit.* & latius deducitur, *in dict. resp* 1. *n.* 76. *& 77. in causa Finarien si.*

Non desunt tamen, qui putant exceptio-
47 nem Dominii seu proprietatis † in possessorio redintegrãdæ ante restitutionem causæ admittendam non esse, etiamsi notoria & apertissima esset, ita videtur sentire Alex. *in cons. 33. in prin. lib. 6. Dec. in cons. 57. circa finem. Ripa in cap. sæpe num. 37. & Socin. de rest. spoliat. qui ad hoc allegantur in 3. responso. num. 29. & 30. in causa Finarien si reddita.* Ratio est, quod exceptio domi-
48 nij in possessorio † recuperandæ ( vtcunque ea notoria sit ) restitutionem non impediat. Ex eo sumi potest, quod iura simpliciter disponunt possessionem instituendam non obstante exceptione dominij, nec distinguunt
49 inter dominium † notorium & nõ notorium. Ideoque nec nos distinguere debemus, *l. de pretio. & ibi Bart. de public. in rem act.* Et de hoc est in specie textus, *in capit. porro ext. de diuortiis* Vbi mulier erat à marito reiecta propter parentelam, quæ publica erat & notoria, & tamen restituebatur, vnde glossa ibi dicit in
50 notoriis † etiam iuris ordinem seruandum esse. Et quod exceptio non obstet quantumuis notoria, est bonus textus *in cap. cum dilectus. extr. de ord. cognit.* de quibus omnibus videatur d. responsum in causa Finarien si. *numero* 83. *& aliquot sequ.* & dixi latius in causa Kalenberg contra Kalenberg. Sed quicquid sit, siue hanc siue priorem opinionem ( quæ fortè communior est ) sequamur, vtroque tamen casu dicti defensionales ( quatenus proprietatem concernunt ) vix pertinentes aut releuantes dici potuerunt, ex quo oppositæ per Reos exceptiones tales non sunt, quæ inter exceptiones notorias referri possunt, quod vel ex eo facile colligi potest, quod Rei ad probationem allegatæ consuetudinis & statutorũ se denuo offerunt, prout in Replicis contra acceptationes §. dieweil dann in diesen Fällen videre licet. Quod quidem necesse non esset, si exceptiones proprietatis oppositæ euidentes & notoriæ dici possent. Notorias enim exceptiones in genere eas esse dicunt, quę iam probatę exi-
51 stunt, non quæ probatione vlteriore opus habent, per ea quæ notat Francisc. Curt. Iun. *consilio 127. incip. Noua & ingeniosa quæstio. num. 6. in fin. & per Alexander in d. l. naturaliter. §. nihil commune. in 10. fallen. de acquir. poss.* vbi volunt, quando exceptio dominii non requirit probationem vlteriorem facti, quod tunc tanquam notoria admitti debeat in possessorio recuperandæ. Vnde Dd. communiter con-
52 cludunt, exceptionem probatam †‖ & non probandam in hoc iudicio admittendam esse, vt prolixe per Achil. Person. *in tracta. adipisc. num* 81. *& 82.*

Et licet in specie quoque pluribus rationibus exceptio dominii ex parte spoliatoris notoria dici possit, taliter, quod in iudicio redintegrandæ non reiiciatur, velut si spoliatus narret, se à Domino spoliatum esse; cum enim confessio ita in iudicio facta notoriissime dominium spoliatoris probet, mirum non est, si hoc in casu exceptio proprietatis admittatur, vt habetur *in c. significasti. de diuortiis. & in c. ad decimas. de restitut. spoliat. & notat. Paris. cons.* 10. *numero* 68. *lib.* 1. *Alexan. in d. §. nihil commune. nu.* 27. *Dec. cons.* 191. *nu.* 9. *in fine.* vel secundo, quando præsumptio de iure communi est contra agentem, *d. c. ad decimas de restit. spoliat. Alexand. in d. §. nihil commune. num.* 27. *Grammat. consil.* 2. *num.* 10. Ita tamen, vt talis præsumptio sit, quæ non solum possessionem spoliatoris iustificet, sed ex parte quoque Actoris iniustitiam ostendat, vt declarando sentit Ripa *in d. §. nihil commun. enum.* 78. *& ibid. & Zasius numero* 50. Vel tertio, quando exceptio proprietatis per instrumentum tantum probari potest, nec aliqua facti probatio requiritur, tunc enim illa exceptio erit notoria, & in iudicio quoque recuperandæ admittitur. *Curt. Iunior. in allega. cons.* 127. *num.* 6. *Alexand. in d. §. nihil commune* 28. *Abbas in cap. in literas. numero* 29. *de restitut. spolia.* Quia dicitur exceptio probata & non probanda, vt per Achil. Person. *in dict. tract. de adipisc. nume.* 380. Vel demum, quando exceptio proprietatis oppositа, est admissa & probata, parte nec reluctante nec protestante. Hoc namque casu, probationibus super dominio factis, in actisque apparentibus, resultat firma conclusio, Dominium rei spoliatæ ad spoliatorem spectare, quia acta rem notoriam faciunt, *cap. cum olim. vbi Abbas. de verbor. signific. Dec. in cons.* 191. *nume.* 9. *versic. Quarto. Paris. consil.* 1. *numero* 170. *libro* 1. *Cravet. cons.* 302. *num.* 6. Meritò igitur si proprietatis exceptio non reiiciatur, cum eo in casu sit exceptio probata, non probanda, *cap.* 1. *de restitut. spoliat. Bald. in l. fin. num.* 42. *versic. eneruando. C. de ed. dim. Adr. toll. Abb. in d. c. in literis. num.* 29. *de restit. spoliat. Ias. in d. §. nihil commune num.* 43. vbi asserit hanc esse communem. Neminem tamen dominorum esse puto, qui ex relatione Actorum facile non videat, neutram harum rationum seu limitationum ad præsentẽ nostrum casum rectè inferri aut applicari posse. Ad primam enim quod attinet; cum ex actis nil minus colligi possit, quam quod aduersarios suos spoliatæ arcis N. dominos non esse fateatur, sed potius se ipsam vnicam heredem & dominam dictis Arcis eiusque pertinentiarum esse contendat, violenterque iisdem à

Reis

Reis se spoliatum conqueratur, certe dicendum est, eam in hac nostra hypothesi locum habere non posse.

Minus ad rem facit, quod secundo diximus, exceptionem proprietatis † non reiiciendam, si præsumptio aliqua de iure communi sit pro Reo spoliatore contra agentem: Nam vt maxime ponamus aliquas præsumptiones ex parte Reorum cõtra Actricem adesse (quarum tamen ego nullam inuenio) vtiq; tamen fatendum est, eas quidem in proposito tales vix esse posse, quæ vel per vnicam sanè contrariam iuris præsumptionem (Filia, ergo hæres) tanquam fortiorem non facile elidi possit. *Paris. cons. 160. n. 28. vol. 4. Cravet. cons. 8. n. 9. Abb. in cap. Accedens de crimine falsi.* habet enim filia fundatam intentionem de iure, quia est hæres, & ideo debet conseruari in possessione rerum hæreditariarum, quas defunctus possidebat tempore mortis, donec discutiatur de iuribus aduersarii, cum enim defunctus censebatur Dominus, ergo & ista filia quæ est hæres, per *l. siue possidetis, & quæ ibi notantur C. de probation.* Sunt verba Aluaroti *in c. 1. §. inter filiam. n. 1. Si de feud. defunct. controuers. sit inter Dominos & Ag. vasall. in vsib. feu.* Quibus addendum est, quod supra dixi, non sufficere sc. spoliatorem aliquam iuris præsumptionem pro se habere, sed requiritur, vt talis præsumptio, quæ & iniustitiam possessionis ex parte spoliati attendat, & spoliatoris possessionem simul etiam iustificet, quod vtrumque copulatiue requiritur. *Zas. in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 50. & ibi etiam Ripa n. 78. de acq. poss. 379. circa finem.* Iam cum in nostro casu neutrum horum adsit (vt ex iam deductis apparet) dicendũ sequitur, secundam limitationẽ quam supra apposuimus, ad propositum applicari minime posse. Sic quoque parum iuuare poterit Reos tertia limitatio, vbi Dd. concludunt, quod quando exceptio per Instrumentum † tantum probatur, tunc illa exceptio tãquam notoria in possessorio recuperandæ debeat admitti. Illam enim conclusionem Dd. communiter ita intelligunt veram esse, si spoliatus nihil contra instrumentum excipiat, neq; probet, alias secus, vt tenet Cravet. *consil. 299. nu. 8. & cons. 302. n. 6. vers. Quod ipsum tamen putarem præcedere. Quem sequitur Person. in tract. de adipisc. poss. n. 380. & tradit prolixe Menoch. in 1. remed. recup. n. 196.* Etsi igitur in nostro casu Rei maiorem partem suæ intentionis per instrumenta, inuestituras & alia documenta se probare offerant, tamen cum ab Actrice contra opponatur, eaq; in controuersiam vocentur, exceptio notoria dici non potest, ideoq; etiã ad probandum admitti non debet, vt clare ostenditur per Bart. *in l. si causa cognita. num. 4. & ibi Alvarot. n. 9. Neuiz. cons. 64. n. 13. & 14. Cravet. d. cons. 299. n. 8. & cons. 302. num. 6.* Denique parum vel nihil ad rem facit, quod quarto loco diximus, exceptiones super proprietate † tum etiam admittẽdas esse in iudicio redintegranda, quando nec contradicente, nec protestante aduersario fuerunt admissæ & probatæ. Ex actis enim manifestissimè constat, Actricem non tantum contra defensionales Reorum; præsertim vero illos, qui proprietatem concernunt, sæpius protestatam fuisse, sed etiam manibus, pedibusque (vt dici solet) admissioni eorundem sese opposuisse, vnde iam satis clarum esse puto, exceptiones proprietatis per Reos oppositas in nostro casu locum habere non posse, & consequenter etiam articulos super dominio fundatos in possessorio recuperandæ, nequaquam admittendos esse. Nec huic conclusioni obstat, vel Reos in aliquo releuare potest, quod nonnulli videntur velle, articulos super dominio factos, per Reum se defendentem etiam in interdicto recuperandæ admitti posse, vt non dicantur omnino impertinentes, prout sentit. Bald. *in l. vnic. n. 8. C. si de moment. poss. Appell.* vbi dicit, Quod si Iudex non admitteret articulos super dominio contra agentem spolio, diceretur grauare Reum, quia (inquit) Iudex tales articulos debet admittere in possessorio recuperandæ, etiam quod præiudicent agenti, quem ad hoc allegat & sequitur Paris. *cons. 31. num. 55. lib. 4. & Afflict. decis. 7. n. 2. & 3.* Ad hoc enim refert Cæsar Contard. *in d. l. vnic. limit. 2. §. quinto, num. 4. & 5.* dicens, hanc doctrinam Baldi & Afflicti tunc veram esse, quando articuli per Reum producuntur Actore spoliato vel expressim vel tacite consentiente, secus si eo inuito & reclamante (prout in præsenti nostro casu) exhibeantur, *per c. 1. de rest. spoliat.* vbi Cardinalis, Zaborella Bellamera, alter *in princip.* & alter *in fin.* nec non August. Ber. *ibid. num. 20.* id notant, vnde verisimile est (inquit Contardus *in loco allegato*) Afflictum hoc respectu dixisse, articulum huiusmodi non esse omnino impertinentem, quia ad causam conferat. Actore enim non contradicente † admittendus est & non reiiciendus, vt in terminis declarat Bart. *in l. si duo. 5 idem Iulianus. nu. 9. ff. de iureiur.* Actor igitur debet replicare contra excipientem de proprietate, alias sibi imputet. *Sabin. in l. moment. in 6. oppos. C. Vnde vi. & in l. incerti. numero 12. C. de interd. Menoch. in remed. 1. recuper. numero 166.* Quod cum ab Actrice nostra tam protestando quam fortiter etiam opponendo & resistendo sit factum, certe adhuc concluſiue sequitur, articulos super proprietate in hoc interdicto recuperandæ pertinentes dici nõ posse. Sed nec interdicto adipiscendæ seu quorum bonorum d. defensionales, qua-

quatenus proprietatem concernunt, admitti posse arbitror. Constat enim interdictum
57 quorum bonorum † per Dominii exceptionē regulariter non impediri, sed eam ad petitorium reseruari, per text. clar. *in l. final. C. quorum bonorum. Dec. in cons. 424. num. 20. & cons. 467. num. 14. Paris. cons. 41. num. 1. & seq. lib. 1. Ioan. dilect. Dur. in tract. de arte testandi. tit. 11. caut. 20. num. 7. post medium. cum n. seq.* Quæ conclusio eousque procedit, vt hæres in possessionem quorum bonorum feudalium per defunctum tempore suæ mortis possessorum vel detentatorum mittendus sit, non obstante agnati contradictione vel exceptione, cum is non sit legitimus contradictor ad impediendum hæredem in bonorum possessionem feudalium mitti, *per c. 1. §. inter filiam, Si de feud. defunct. content. sit inter Dom. & agnat. vasal. Zuchard. post alios communiter in l. final. num. 111. vers. mihi magis placet. C. de edict. diu. Adr. toll. Curt. Iun. cons. 30. num. 10. Paris. consil. 41. num. 2. & sequent. lib. 1. Dec. consil. 488. num. 11. Maria. Socin. iunior. consil. 75. nu. 28. lib. 1.* Quibus addo Cacheranum *in decis. Pedemont. 26. num. 13. & seq.* Idque donec de iure illiusque proprietate ordinarie in petitorio cognoscatur. *Ioan. dilectus Durant. in tract. de arte testandi, titul. 3. caut. 20. nu. 4. Dec. cons. 424. num. 10. & cons. 588. n. 9. Maria. Socin. Iun. cons. 75. nu. 28. lib. & Roland. vt supra.* Nec obstat huic Regulæ, quod Rei nostri exceptiones suas in continenti se probaturos offerunt. Nam etsi dicta regula plerunque à Dd. ita limitetur, vt non procedat, si probationes offerantur, statim & in continenti, put omnes affirmant. *Bart. in l. 1. num. 3. ff. Quorum legatorum, & in leg. vlt. C. quorum bonorum & ibi. Bald. & Salicet. ad finem. & idem Salicet. in l. incerti. num. 12. vers. in possessorio vero adipiscendæ. C. de interdict. & prolixe Achill. Person. in tract. Quorum bonorum, nu. 473. & Menoch. in 1. remed. adipisc. nu. 102. vbi plura allegant.* Non tamen Reorum exceptiones tales esse puto, quarum probatio incontinēti fieri posse dicatur, cum ēt prætensa consuetudo (cuius probatio per se difficilis est) & allegata statuta pactaque iurata familiæ V. Burgfrieden / testamentum auitum, aliæque id genus exceptiones proculdubio altiorem indaginem requirant, & non facile, nisi per testium examinationem, instrumētorumque productionem probari possint, quæ quidem probatio difficillima & longissima discussione opus habebit, vt in terminis pulchre tradit Marian. Socin. Iun. *consi. 75. nu. 19. & 20. lib. 1.* vbi omnino videatur. Fateor equidem hanc quæstionem, an & quando agnatus in-
58 telligatur † exceptionem de iure suo in continenti probare, iuxta crebriorem Scribentium sententiam in mero iudicis arbitrio positam esse, eumque arbitrari posse illud in continenti dici, quando longa dilatio danda non esset, vt late post Bald. *in l. 2. C. de edict. diu. Adr. toll. refert. Neuizan. in cons. 56. nu. 3. & 9. lib. 1. & Zuchard. in d. l. fin. n. 322. C. de edict. diu. Adr. toll.* Aliud tamen dicendum arbitror, quando eiusmodi exceptiones obiiciuntur, quæ altiorem indaginem requirunt, & ad quarum discussionem necesse est testes examinare, vel instrumenta antiqua super quibus disputandum est, producere (vt in nostro casu opus erit) tunc enim nullo modo dici potest probatio in continenti oblata, vt per Salyc. & alios, *in d. l. 2. C. de edict. diu. Adr. toll.* & prolixe per Cæsarem Contard. *in 12. limit. num. 8. & 9.* vbi dicit, quod quando agitur de probando in continenti per scripturam, intelligatur, quod debeat offerri scriptura liquida, quæ non exigat probationes extrinsecus pro eius declaratione & verificatione. Aliàs enim exceptio tanquam altiorem indaginem requirens non admitteretur, sed agnato ius suum agendi ordinarie in petitorio conseruaretur, si aliquod ius in feudo sibi competere putarent. *Achill. Person. de adipisc. poss. num. 112. & in tract. quorum bonorum, num. 496. per l. fin. C. Quorum bonorum. Zuchard. in d. l. fin. num. 399. Dec. cons. 424. num. 19. Grammat. decis. 58. decis. 13. Socin. Iun.* (qui omnino videndus est) *in cons. 75. num. 18. & seq. lib. 1. Roland. d. cons. 1. num. 71. & seq. lib. 1. Cacher. decis. Pedemont. 26. num. 16. & 21. vers. Ex præmissis.* Et in terminis huius quæstionis, quando exceptio dicatur † in continenti probari ad 59
impediendam immissionem tradit Menoch. *de arb. iud. quæst. casu 12. lib. 2. cent. 2.* Sed etsi ponamus (citra tamen veritatis præiudicium) exceptiones Reorum in continenti probari posse, adhuc tamen articuli super proprietate in proposito casu † ad probandum admitti nō 60
possent. Nam vt in possessorio adipiscendæ sit legitimus contradictor, qui hæredem in possessionem immitti impediat, tria præcipue apud Dd. requiruntur. Primò, vt possideat bona de quibus agitur. Secundo, quod non vitiose possideat. Tertio, quod de iure suo in continenti probet, vt in effectu voluit, Bart. *in l. filiam fratribus. ff. ad Trebell. quem ad hoc allegat. Marian. Socin. iun. in d. consi. 75. num. 18. lib. 1. & Ripa in l. hoc interdictum. num. 12. ff. Quorum bonorum. Personal. in tract. quorum bonorum, numer. 459. circa medium.* Sed ex supra dictis clarum est, & infra latius adhuc demonstrabitur, quod Reis à V. secundum requisitum desit. Siue enim dicamus possessionem Arcis N. eiusque pertinentiis per dict. Reos statim post mortem defuncti I. fuisse præoccupatam, siue ponamus, filia hærede in possessione iam existente, eandem per Reos propria autoritate apprehensam esse, vtroque casu dict. Reorum possessio clandestina ac

vitiosa

vitiosa censebitur. Vitiosa enim dicitur pos-
61 sessio † quam quis propria authoritate occupat, per text. clar. *in l. si ex stipulatione, quam ad hoc omnes allegant. ff. de acquir. possess.* Quia non licuit ei (inquit textus) propria authoritate capere. Videatur Decius *in d. leg. final. num.* 48. *vers. si autem, & ibi etiam Hubert. Zuchard. nu* 395. *versic. 5. probat. & num.* 397. *Achill. Person. in d. tract. Quorum bonorum, nu.* 489. Et hanc conclusionem veram quoq; esse affirmant, etiamsi possessio tempore apprehensionis fuerit vacans, dummodo per hæredem adita, prout in nostro casu factum esse supra ostendi, quæ omnia breuitatis causa huc repetita esse volo, notatur per Bart. *in l. cum quærebatur. quæst. vlt. nu.* 10. *vers. quæro vtrum. C. vnde vi. & per Zuchard. in leg. fin n.* 395. Et hoc quoque procedit, etiamsi hæres demum pendente controuersia hæreditatem audiisset, *per l. hæres quandocunq; ff. de acquir. hared.* Nam retro fingitur adita à tempore mortis defuncti, vt per Zuchard. *d. l fin. n.* 398. *vers. Et hoc ampliatur.* Cum igitur ex his apertissime constet, Reorum possessionem vti post mortem H. propria authoritate occupatam fuisse & esse vitiosam, tanquam de re hæreditaria per filiam hæredem hæreditate adita vt per eundem Zuchardum in terminis notatur. *in d. l. fin. num.* 395. *versicul. Nec etiam obstat si dicatur*: merito igitur talis vitiosa possessio dictis Reis non prodest, vt per Bald. *in l.* 1 *nu.* 16. *C. De Seruitut. & aqua. Paris. cons.* 113. *n.* 35. *lib.* 1. *Zuchard. d. l. fin. n.* 397. *& seq.* Sed Actrix heres tantisper mittatur in possessionem, donec de Iuribus Reorum in iudicio petitorio ordinarie cognoscatur. *Marian. Socin. Iun. consil.* 75. *num.* 26. *& seq. lib.* 1. *Dec. consil.* 424. *num.* 10. *Curt. Iun. consil.* 108. *num.* 14 *Person in tract. quorum bonorum. nu.* 489. Ex quibus indubitanter concluditur, possessorium adipiscendæ per exceptiones Reorum ratione proprietatis oppositas, impediri non posse, tum quia Rei de iure suo incontinenti probare non possunt, vt supra ostendi, tum etiam, quia possessio eorum vitiosa est, vt hic ex quibus requisitis secundum Bart. *in d. l. filiam fratribus. ff. ad Trebell. quem refert Socin. Iun. in d. cons.* 75. *num.* 18. *vol.* 1. Secundum & tertium deficiunt. Vnde conclusiue sequitur, dictos Defensionales, quatenus proprietatem concernunt, tam in possessorio adipiscendæ, quam in interdicto recuperandæ, nequaquam admittendos esse. Pari ratione & reliquos Defensionales, quia merum ac solum possessorium respiciunt, in hac causa (omnibus circumstantiis mature consideratis) vix admitti possunt, præsertim vero illos, in quib. sola H. quota dimida pars sci. d. Arcis N. eiusq; pertinentiarum deducitur, prout in 105. vsq; ad finem d. Defensionalium factum apparet (idque si rei veritatem potius, quam subtilitatem in modo agēdi attendamus, vt vult textus expressus *in c. dilecti filij, ibi ne ita subtiliter, sicut à multis fieri solet, eiusmodi actio intentetur inquiratis. De Iud. Quē tex. ad hoc allegat Guid. Pap. cons.* 24. *n.* 4.) quę sequūtur argumēto dilemmatico seu à partium enumeratione & diuisione satis demonstrari posse existimarim. Aut enim Rei concedunt, Actricem in possessione fuisse priorem, & tum certum est possessionem Reorum censendam esse vitiosam. Ideoque per Interdictum recuperandæ eandem restituendam fore. Possessione enim antiquiori † probata dicitur spolia- 62
tio, adeo vt Reus ad relaxandum d. possessionem condemnari possit, secundum Bald. *in l. pen. circa fin. C. Si à non comp. Iud. Innocen. & Dd. in c. sæpe. De rest. spoliat. Paris. consil.* 145. *num.* 5. *part.* 4. *Alex cons.* 5. *volu.* 3. *& consi.* 91. *volu.* 5. Vbi hanc attestatur communem inter consilia feudalia. Et communem quoque dicit Francisc. Viuius *in communibus opinionibus in verb. spoliatus. versic. possessorio recuperandæ egens. Et tenet Afflict. decis.* 327. *& 363. nu.* 3. *cum similibus.* Aut negant Rei Actricem in vera possessione dictæ domus N. eiusque pertinentiarum; vnquam fuisse. Et hoc casu iterum fateri oportet, Actricem tanquam filiam vnicam sicque vniuersalem hæredem, per interdictum saltem quorum bonorum, nedum in possessionem d. Arcis, sed & in vniuersam hæreditatem paternam (quatenus ea per Reos occupata reperitur) plenarie immittendum esse, per ea quæ ad longum notat Achill. Person. *in d. tracta. quorum bonorum. n.* 469. *& plerisque alijs seqq.* Ex quibus colligitur, Defensionales, quocunq; nos vertamus tamquā impertinentes ad probandum admitti non posse. Quod si Domini hoc loco putauerint d. Argumentum quod aliàs in iure frequens est, validum & necessarium, vt dicit *Rol. consil.* 31. *num.* 15. *Marian. Socin. Iun. cons.* 14. *n.* 2. *lib.* 3. & notat ad longum Euerhard. *in locis legalibus in loc. à partium enumeratione seu diuisione, per totum.* in nostro casu ideo non procedere, quia Actrix tam in narratione quam petitione Libelli expresse ponit atque contendit, se semel in possessione d. arcis N. eiusque pertinentiarum fuisse, ex quo videri posset interdictum quorum bonorum Actrici nostræ ad realem immissionem nil penitus opitulari posse, cum de Iure certum sit, hoc interdictum ei qui semel in possessione bonorum fuit, & ab ea cecidit minime competere, prout est textus ad literam. §. *Adipiscendæ. ibi, Itaque si quis adeptus possessionem amiserit eam hoc interdictum ei inutile est. Inst. De Interdict.* Vnde Person. *in tracta. quorum bonorum. numero* 497. admonet hæredem vt in articulis seu probationibus suis cautus sit, ne dicat vel fateatur se rem petitam possedisse & ab illa cecidisse, quia hoc Interdictum ei non competeret. Idem notat Rol. *cons.* 75. *num.* 20. *& seq. lib.* 2. *Salyc. in rubr. quorum bonorum. num.* 6. *circa medium.*

*Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 2. ff. De acq. poss. & plures alii, quos refert Pers. in tract. Quorũ bonorũ. n. 497. supra allegato.* Ad hæc ego paucis respondeo, ponderandam esse clausulam illam salutarem libello annexam, qua Actrix nõ solum restitutionem petit, sed alio quouis meliori modo Ius & iustitiam sibi administrari petit. Hæc n. clausula eius † effectus est, vt videatur Actor omne ius suum in specie deduxisse, prout Dd. cõmuniter *in c. cũ dilectus. de ord. cognit.* vbi Panormitanus præ cæteris, & *in c. 2. De off. ordin. Ias. post Angelum in §. Actionum. Inst. de Action. & in l. petens C. de pact.* Item hæc clausula operatur, quod Iudex in iudicando solũ rei gestę veritatem, quæ ex actis constat, non petitionem Actoris respicere debeat, vt docet Guid. Pap. *cons. 4. n. 3. & seq. cons. 49. n 6.* vbi dicit: Quod propter hanc clausulam Iudex potius respicere debet ad ius, quam ad petitionẽ partis, allegat Innoc. *in c. examinata. de iudic.* Imo etsi hæc clausula non esset appositа libello Actricis, tamen Iudex hoc facere posset propter theoricam, qua dicitur quod Iudex † supplere possit, tam in iure quam in facto, quando sibi factum ex actis clare apparet. glos. & Bald. *in l. 1. C. vt quæ desunt aduo.* Item Bald. & post eum Afflict. *in c. 1. §. sacramentum. de consuet. rect. feud. n 6. & 7.*

63

64

Cum igitur ex actis & meritis præsentis causæ (in eo iudicio) clare constet, possessionem non tantum d. arcis N. sed & reliquorum omnium bonorum paternorum saltem pro dimidia parte, quam Rei fatentur, apud defunctum H. tempore suæ mortis fuisse (de altera enim dimidia, quam Rei per patrem suum pro indiuiso & postea per d. H. tutorio tantum nomine possessam, vel potius administratam fuisse prætendunt, hic non loquor) Actrici nostræ tanquam vnicæ filiæ, sicque vniuersali hæredi patris, aut per remedium *Canon. redintegrandæ*, aut per interdictum certe quorum bonorum restituendam esse, sicuti postea, vbi ad Actionem ipsam peruentum fuerit, latius ostendetur. Ideoque sane putarem in præsenti negotio, non tam ad modum agendi, siue ad petitionem Actricis, quam ad factum ipsum, & ad rei veritatem attendendum esse, per iam deducta. Et facit elegans textus *in d. c. dilecti filii. de iudic.* Vbi Papa dirigendo verba ad Iudicem inquit, prouideatis attentius ne tam subtiliter, sicut à multis fieri solet eiusmodi actio intentetur iniquitatis, sed simpliciter & pure factum ipsum & rei veritatem secundum formam Canonum & sanctorum patrum instituta inuestigare iuretis. Præterea etiam posito, has rationes sufficientes nõ esse ad hoc vt Actrix per interdictum: *Quorum bonorum* in possessionem d. arcis N. immitti queat, obstante scil. petitione, & assertione eiusdem, de qua supra, tamen apud me dubiũ non est, quin ea saltem ex primo capite Dilemmatis per interdictum sc. recuperandæ restituenda veniat. Ex propria namque Reorum confessione iuxta 108. & 128. defens. aperte constat, Daß sie zur zeit H. von V. seligen absterben / nicht auff N. sondern zu S. vnnd am C. F. C. Hoffe absentes gewesen. Cum econtra in confesso sit, Actricem tam tempore mortis d. H. quam & ante & post mortem eiusdem in reali & corporali possessione d. domus N. fuisse. Ex qua sola confessione, absque aliis probationibus vel testium depositionibus, & antiquior Actricis & Reorum vitiosa possessio, & consequenter etiam spoliatio satis mihi probata esse videtur, cum antiquiore possessione † probata, re ipsa intelligatur probata spoliatio per iura supra adducta. Nec me mouet quicquam, quod Rei d. possessionem Actricis ad precariam quandam & iure familiaritatis tantũ concessam possessionem vel potius habitationem eines sondern Gemachs restringere conantur, ex eo inferendo, quo talis possessio vel potius detentatio Actrici prodesse non possit. *per l. qui iure familiaritatis. vbi notant Bartol. Alexan. & fere omnes. ff. de acqui. poss. Rebuff. sub titul. de mater. possess. in præfation. num. 24. Menoch. remed 3. retinendæ. n. 566.* quodq; supradicta ipsorum confessio, sine expressa hac qualitate annexa acceptari non possit. Cum iuris sit, confessionem in positionibus factam, præsertim in vno eodemque capitulo, non temere pro parte acceptari & pro parte reiici posse. Vt sentire videtur Nicol. Bellonus *in cons. 46. n. 10. Bar. Soc cons 208. n. 1. circa finem. vol. 2.* Hæc n. qualitas seu potius restrictio Reorum, vt per se absurda est, & neutiquam præsumenda, sic quoque in proposito minime attendenda veniet. Præsuppositо n. (idque ex propria Reorum confessione vt dixi) Actricem vnicam esse filiam defuncti H. sicque vniuersalem & necessariam ipsius hæredem; qualis & nomine & effectu ipso iure esse dicitur, vt est text. expres *in §. sui autem. Inst. de hær. qual. & diff. gloss. Bart. & alij in l. necessarij. 3. ff. de acqu. hæred.* Et est elegans consilium Rol. à Valle qui *in cõs. 20. volu. 1. nu. 16. & 17.* vulgare illud dictum; Filius: ergo hæres, pulchre declarat. Et per Bal. *c. 1. An agnatus vel filius defuncti.* nisi filia expresse doceat nel allegiret se abstinuisse. *d. §. sui autem. Inst. de hæred. qual. & differ. & per Rol. in alleg. consil. 20. num. 6. vol. 1.* Nulla sane iuris ratio, vel veritatis præsumptio esse potest, quare Actricem precario vel familiaritatis iure in possessione d. domus fuisse credamus, imo & Ius & ratio contrarium dictitant, quod demonstrari potest. Nam ipsimet Rei in 72. 73. & 105. Defens. vltrò fatentur & ponunt, dimidiam partem dictarum ædium N. vnà cum pertinentiis iure hæreditario ad patrem Actricis deuolutam, adeoq; per eum ad dies vsq, vitæ proprio nomine possessam. Ex quo sequitur, earundem etiam dominium pro dimidia saltem parte (de altera

65

enim

enim postea dicam) statim post mortem patris in Actricem ipso iure translatum vel potius continuatum esse. *per l. cum hæredes. 24. ff. de acq. poss. Bal. cum gloss. in l. siue possidetis. vbi Bar. declarat. C. de probation. Anton. Bar. Senensis. in tract. de tempore vtili & continuo. c. 18. nu. 1.* Cum & viuo patre filia quodammodo domina fuerit. *l. in suis ff. de suis & leg. §. sin autem. vers. sed sui quidem. Inst. de hæred. qual. & diff. l. in suis ff. de liber. & post.* vbi Alexander vigore illius textus inquit, suos hæredes non acquirere nouum dominium, sed illud quod habebant in vita patris cõtinuare, & nouam solummodo administrationem, quam non ipsi sed pater in vita habebat consequi, & sic est, quod is familiaritatis iure non dicitur possidere, ad quem res possessa iure dominii spectat, vel qui titulum habet, quia in dubio quis præsumitur possidere titulo præcedenti, sicq; iure proprio magis quam alieno. Rol. *cons. 9. nu. 39. vol. 3. Pariſ. cons. 75. nu. 5. vol 4. Franciſc. Curt. Iun. cons. 168. nu. 33. Soc. senior. cons. 13. n. 17. & n. 27. vol. 4.* Quia (inquiunt) Titulus etiam inutilis declarat partium voluntatem, quo iure scilicet possideant. *arg. l. fin. ff. de rebus eorum.* Rationẽ assignat, quia possessio iure familiaritatis ita demum præsumitur, vbi aliàs delictum vel dolus præsumeretur. *arg. l. merito. ff. Proscio.* & hoc modo (secundũ eos) loquuntur Dd. *in l qui iure familiaritatis. ff. de acquir. poss.* Sed vbi citra dolum quis potest iure proprio vti, quod est, quãdo titulus præcedit, tunc possessio iure familiaritatis cessat, vt ibi per eos & per eundem Socin. senior. *in cons. 131. nu. 4. vol. 1.* Vnde Menoch. *de arbitr. Iud. quæstionibus. casu 160. lib. 2. cenc. 3.* dicit, quod nunquam quis credatur iure familiaritatis possidere, nisi quando alius titulus, vel aliud ius excogitari non potest, quod idem etiam dicit Neuizan. *cõs. 80. nu. 21.* Quibus addendum, quod plerunq; possessio ex causa potẽtiori ac validiori cœpta esse præsumatur, vt notat Pariſ. *d. cons. 75. n. 6. vol. 4.* allegans Romanum post Bart. *in l. Aristo. 18. ff. de don. & Abb. in c. ad quæst. de rer. permut.* In nostro igitur casu, quia Actrix fuit & est hæres vniuersalis sui patris, & sæpe dictas ædes hæreditarias post mortem ipsius inhabitauit, certe censenda erit inhabitasse vt hæres, & hæreditatem voluisse adire, vt patet ex notatis *in l. 1. C. de repud. hæred. & per Bar. & alios in l. ierit. de acquir. hæredit.* sicq; d. ædes (saltem pro sua rata) iure proprio magis, quam ex gratia vel amicitia possedisse, per rationes superius adductas. Nec puto obstare, quod à Reis passim obiiciatur, Actricem viuente patre nullam aliam possessionem, quam iure familiaritatis & consanguinitatis sibi tanquam filię à patre concessam habuisse, vt notant omnes, *in l. qui iure familiaritatis, & ibi Iaſ. & Alex. ff. de acq. poss. Menoch. remed. 3. retinendæ. n. 506.* Ex quo non sine ratione dici posset, eam etiam postea, sicut viuente patre faciebat, iure tantum familiaritatis in dictis ædibus permansisse, cum nemo † causam 66
possessionis sibi mutare possit, iuxta *l. 3. §. si rem ff. de acq. poss.* Nam responderi potest, quod rationes, propter quas iure familiaritatis filia possidere censebatur, viuo adhuc patre amplius non militarent eo mortuo. Causa n. extrinseca (morte scil. patris) accedente, † pos- 97
sessio iure familiaritatis dicitur mandata, & nõ amplius esse in consideratione. Et talis mutatio fieri potuit, mediante legis ministerio sine facto hominis, vt est textus & ibi notata *in l. si rem. & ibi gloss. ff. de acq. poss. & in l. qua ratione. §. interdum. ff. de acquir. rer. domin. Bald. singulariter in l. penult. C. de pignor. act. & pulchre Socin. senior in cons. 131. num. 3. vol. 1. relatus à Franciſc. Curt. Iun. cons. 168. n. 36.* Morte igitur H. de V. tanquam causa extrinseca accedente, videtur sibi Actrix causam possessionis de nullo in aliqua mutasse, vt notatur *in l. cum nemo. C. de acq. poss. & in l. 3. §. illud. ff. eod.* Vnde cessante familiaritate per mortem patris, potuit Actrix nedum rebus insistere mutando sibi causam possessionis, sed & possessionem rerum hæreditariarum propria authoritate apprehendere, vel apprehensam continuare, vt est textus & ibi Bar. *in l. cum hæredes. ff. de acquir. poss. & in l. 2. vbi Angel. C. Quorum bonorum. & notant. Bald. Angel. & Modern. in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* & cõsequenter censetur tenuisse & possedisse d. ædes (maxime quoad dimidiam partem, quam Rei fatentur per H. fuisse possessam) potius iure proprio & tanquam hæres, quam alieno Quod equidem eo magis procedere puto, cum nõ desinit, qui
acriter defendunt possessionem † ipsa etiam 68
iure in suum hæredem continuari. Vnde Faber *in d. §. sin autem. Inst. de hær. qual. & diff.* tenebat, Quod suo hæredi competeret Interdictum Vnde vi, etiam ante apprehensionem rerum hæreditariarum, quæ remanserunt in bonis patris, si ab aliquo occuparentur, ita sentit Bartol. & ibi est expressus & famosus textus *in l. 2. §. filium. ff. pro hærede. Ibi, Seruius; quia existimabat filium possessionem naturalem etiam viuo patre habere.* Idem sentit Bal. *in repetit. l. fin. ff. de liber. & posth.* Vnde idem Bald. *in c. 1. de controuersi. int. masc. & fœmin. in vsibus feudorum* dicit, Quod suus hæres ab intestato per officium Iudicis mittatur in possessionem bonorum, Ea ratione secundum eum, quia possessio eodem modo videtur continuata in suum hæredem sicut dominium, vt voluit gloss. *in d. l. in suis de liber. & posthu. & in §. sui autem. Inst. de hæred. qualit. & differ. & plura allegat. Rol. cons. 46. n. 11. vol. 2.* Licet communis opinio videatur in contrarium esse, vt pluribus declarat Rol. *in d. cons. 46. nu. 26. 27. 28. & aliquot seqq. & Rodericus Suares in declaratione l. 8. tit. de les Hereos lib. 3. prolegom. nu. 14.* Et quod in nostro casu Actrix potius proprio quam alieno iure possederit

præter supra dicta, alia quoque ratione confirmari potest, qua tradit idem Soci.sen. *in d. cons.* 131. *n.* 5. *circa finem. vol.* 1. Nam alias si nomine alieno, vel iure familiaritatis censeretur tenuisse, non induceretur hæreditatis aditio, quod est contra notata *in l.* 1. *C. de repud. hæred.* Vbi etiam dicit, quod filius præsumatur possedisse, ex illa causa, quæ sibi erat vtilior. *arg. l.* 1. *ff. de solut.* Quid enim inquit, si hæreditas erat hominis locupletis, secundum communem opinionem, certe aditionem præsumam, sed si communis opinio se haberet, quod erat damnosa, præsumam aliud: Possidendo igitur d. domum videtur Actrix possedisse omnia bona in domo existentia. *l. clauibus. ff. de contrah. empt. l. si ego. §. dotis. ff. de iur. dotium. & in l. Quod meo. §. si venditorem. ff. de a. q. poss.* Et in terminis de hærede firmat Bald. *in l. de hærede. C. de furt. & tenet Angel. in l. qui vniuersas. in princ. ff. de acquir. poss. Faciunt notata per Bald. in l. ob maritorum.* Vbi hoc etiam firmant Bartol. & Salic. *in tit. C ne vxor pro mar.* Hinc quoq; meo iudicio iam facile liquere potest, quam absurde vel potius inique Rei prætendant, se vltra dimidiam partem, quam tutorio nomine H. possedisse cõtendunt, possessionem quoq; alterius dimidię per d. H. proprio nomine possessæ, sicq; plenam, solidam & absolutam possessionem totius arcis N. eiusq; pertinentiarum, per suos affines & negotiorum gestores, in ipso momento morte H. subsecuta sc. ipsorum Reorum ratificatione fuisse adeptos. Fateor equidem per negotiorum gestorem, etiam absq; mandato possessionem nobis acquiri posse, si ratificatio subsequatur, per textum clarum *in l. communis seruus. 22. §. fin. ff. de acqui. poss. & in l. si ego. ff. negotior. gestor, quos textus ad hoc allegat Ruinus in cons. 163. n. 13. volu. 2.* Ita tamen vt nostro nomine apprehensa & quæsita sit possessio; alias enim ratum habere non possumus, quod nostro nomine non est gestum, *c. ratum. de reg. iur. in 6. l. si pupilli. §. sed si ego. ff. de negot. gest. Ias. in l prætor. §. hoc interdictum ff. de oper. nou. nunc. & Rebuff. in præfat. titul. de materia possessionum. n. 204. & seq.* Verum quod in nostro casu hoc locum habere, vel quod possessio illius partis, quam pater Actricis proprio nomine possedit per Negotiorum gestores Reis quæsita intelligi possit, id ego plane non concesserim, cum per Reos ipsos si tum temporis personaliter adfuissent, nulla alia quam precaria possessio vel iure familiaritatis acquiri potuisset. Ex quo enim supra ostensum est Actricem tanquam filiam, sicque vniuersalem hæredem post obitum patris in d. ædibus permansisse, magis erit, vt d. Actricem, quam quod Reos vel eorundem negotiorum gestores possedisse dicamus. Qua ratione enim pater Actricis, cum adhuc viueret, possidere censebatur, quia & d. domus & bona mobilia vna cũ pertinentiis pro dimidia ad ipsum spectabant. Eadem ratione etiam filia Actrix (cum eo effectu sit Domina & in possessione reperta fuerit) possedisse censebitur, cum nulla diuersitatis ratio dici possit. *l. illud. ff. Ad l. Aquil.* Possessio namq; filij vel successoris † continuata præsumitur eo modo, quo pater vel Auctor eorũ habebat, vt per Paul. de Castr. *in l. neg. C. de vsufruct. Et notat Anton. Bartol. Senens. in tract. de tempore vtili & continuo. c. 18. nu. 2. Et pulchre per Socin. sen. in alleg. cons. 31. n. 6. circa medium vol.* 1. Idq; non immerito, cum hæres maxime suus † vna eademq; persona cum defuncto esse censeatur, *vt in nou. authen. de iureiur. à morientes præstito post princip. in l. postulante. ff. ad Trebellian.* Et sic patet, quod non tam Actricis quam Reorum prætensa possessio (saltẽ quoad dimidiam partem) precaria & iure familiaritatis quæsita censeri debeat. Nam & posito d. ædes per H. de V. & Reos simul communi nomine & pro indiuiso (vt Rei prætendunt) possessas fuisse. Nihilominus tamen d. Rei (quoad portionem H.) aliter quã iure familiaritatis possedisse non præsumuntur, idque propter titulum hæreditarium, quem Actrix pro se habet. Is n. qui † titulũ habet, præsumitur proprio nomine possidere, alter vero iure familiaritatis. *Soc. sen. consil. 13. nu. 3. volu. 4.* Et facit quod possidens † bona communia dicitur possidere pro rata sua *Roderic. Suar. in d. tit de les Herencias. l. 3. foro legum. n. 8. vers. Itaque rem communem possidens.* Respectu vero portionis aliorum censetur possidere iure familiaritatis tantum, vt consulendo tenet Albertus Baluisius *in cons. feud. 33. n. 2.* ita vt nec possessio iure proprio, nec etiam antiquior possessio quoad portionem alterius probata censeri possit, prout in terminis tradit Albert. Brun. *cons. 35. nu. 1. inter consilia feudalia, & pulchre habetur apud Alex. in cons. 134. n. 5. vol. 4. Et melius in cons. 152 n. 3 vol. 7.* vbi dicit, quod quando apparet, nõ autem vt possessionem fratris vel alterius ius habentis cum eo vsurpet. Hinc quoque meo iudicio iam facile colligi potest, quãparum ad rem faciat, quod Rei in plerisq; articulis (a 108. vsq; ad 163. inclusiue) de receptione clauium per suos affines & negotiorum gestores, item de perceptione fructuum, de exercitio iurisdictionis, de locatione bonorum aliisq; similibus actibus sine vlla Actricis contradictione à se gestis ad longum deducunt, & inde possessionem antiquiorem & iustiorem extorquere prætendunt. Nam etsi illi articuli omnes & singuli probati extiterint, vel adhuc probari possent, tamen talis probatio Reos in nihilo releuare posset, ideoq; nec admittendi. Quamuis enim negari non possit, quin per receptionem vel retentionem clauium, item per administrationem & locationem bonorum, fructuum perceptionem, subditorũ fidei præstationẽ, & similes actus possessorios possessio probari dicatur, vt late dixi in causa Kalenberg

contra

contra Kalenberg. Et habetur ad longum apud Menoch. *remed.3.retinend. à n.561. vsq; ad n.587. inclusiue.* Id tamẽ in nostro casu, quoad portionem H. locum habere non potest, ex quo constat Actricem tempore mortis d.H. in vera possessione sæpe d.domus N.eiusq; pertinentiarum fuisse, vnde ipsius possessio non immeritò antiquior est censenda, idq; præsumptione iuris. Quando enim non constat, ad quem
37 possessio † peruenerit, tunc præsumitur prius peruenisse ad illũ, qui prius titulũ habuit. *Alex. cons. 92. n.12. vol.5.* Et dicam latius in in elusione Reorum: ꝙ autem dicitur per receptionem clauium aut fructuũ perceptionẽ, &c. possessionem probari. id Dd. tum demũ procedere intelligunt, si nemo alius possideat. *Bar. Socin. in cons.13. n.15. vol.4.* Et melius *in cons.131. n.8. vol.1.*
74 Cum impossibile sit, quod duo † eandem rem in solidum possideant. *arg.l.si vt certo. §.si duobus vehiculum. ff. Commodati.* Et facit bona decisio Rotæ *decis.5. alias.135. de cau. propr. & poss. in antiquis.* Vbi Domini de Rota volunt, quod si quis est missus in possessionẽ per annulum Ecclesię catholicæ, cuius claues erant apud custodem, is dicatur possidere, nec obstare, ꝙ claues & custodia essent apud alium, ex eo enim probari, quod possessio sit penes eum, per notata per Innoc. *in c. ex parte. De arbr. & refert Socin. sen. in d.cons.131. nu.8 circa medium. vol.1.* Vnde dicendum est, Reos eorumq; negotiorum gestores retinuisse d. claues custodiæ causa nomine Actricis. Iure quidẽ familiaritatis, quemadmodum & reliquos actus possessorios (quoad portionem H. (non iure proprio sed familiaritatis exercuerunt. Et sic non tam d. Rei quam Actrix per ipsosmet Reos possedisse censendi sunt, vt in reg. *qui per alium. ext. De regu. iur. in 6.l. 3. §. sed etsi is, & in l. qui vniuersas. §. 1. De acq. poss.* Et facit quod notat Abb. Brun. *in d.cons. 35. n.1.* Nec enim fructuum perceptio possessorem aliquem esse probat, alio habente titulum sed potius iure familiaritatis, & ad vtilitatem illius, qui titulum habet, fructus percepti esse intelliguntur, vt pulchre deducit Alex. *consil. 152. n.8. vol.7. Socin. d.cons.131. num. 8. vol.1.* cum aliis authoritatibus supra dictis.

Cum igitur ex his omnibus (meo iudicio) absq; vlla alia probatione vel testium examinatione satis clarum sit, possessionem Actricis quoad portionem H. (de altera enim dimidia hic nondum loquor) & antiquiorem & iustiorem; Reorum autem vitiosam & clandestinam, vel saltem iure familiaritatis quęsitam esse, sequitur, Defensionales illos, in quibus Rei antiquiorem possessionem d. dimidię partis in N. eiusq; pertinentiarum ex sua parte probate, & econtra substantialia possessorij recuperandæ pro parte Actricis (possessionem scil. & spoliationẽ) destruere & impugnare conãtur, nequaquam admittendos esse, cum per iam deducta impossibile sit, antiquiorem possessionem per Reos (quoad dimidiam partem) probari, aut spoliationem per ipsas commissam excusari posse. Quantum verò ad reliquos articulos, in quib. Rei alteram dimidiam partem d. arcis N. eiusq; pertinentiarum, nec non integram domum in B. H. aliaque tam mobilia quam immobilia bona ad longum deducunt, eaque per d.H. non proprio & suo, sed tutorio nomine tantum possessa, ideoq; nec petitorio nec possessorio aliquo iudicio se conuenirl posse, res magis dubia esse censetur. Idque propter regulam qua dicitur, Quod Tutor, Curator, † vel aliquis administrator non 75
aliter quam ipse dominus, cuius nomine possidetur, verus possessor esse censeatur. Vnde fortassis concludi possit, d. articulos, in quibus hæc omnia deducuntur, pariter omnes admittendos esse. Verum cum hæc quæstio altiorem indaginem & examinationem requirat, causam tantisper differendam esse censeo, donec ad argumenta contraria, quæ supra pro parte affirmatiua adduximus, fuerit responsum.

*Confutationes Argumentorum quæ supra pro Reis adducta sunt.*

DEueniendo igitur ad primum generale argumentum, quod sci. capitula in dubio debeant admitti, tanquam quid minus præiudiciale partib. Dico illud non obstare, cum id tantũ procedat in casu dubio; nõ autem quando capitula sunt notorie impertinentia, vel quando illorum impertinentia facile apparere potest, vt in nostro casu: tum enim nõ sunt admittenda, Crauet. ad Vestrium. *lib.5. c.14. de pos. & art. n.26. Ias. in l. si duo. §. idem Iulianus. n.35. De iurãur.* Sic quoque non obstat secundum argumentum, quod sc. defensio, quæ iuris † natu- 76
ralis est, nemini † sit deneganda. Hoc enim in- 77
telligitur de defensione legitima, quæ probata Reo prodesse posset, non autem de illegitima aut temeraria defensione. Exceptio enim temeraria nihil prodest. Bald. *in l.2. in fin. C. de vsur. & fruct. legat. quem ad hoc allegat Contard. in d.l. vnic. C. si de moment. poss. limi.2. §. quarto. num.7.* Ideoq; ad probandum admitti non debet, quia
78 frustrà † admittitur, quod admissum vel probatum non releuaret. Neq; natales. *l. matrem. C. de probat. Rolan. cons 34. n.15. vol.3.* Pari ratione non obstat, quod tertio loco dictum est, in possessorio etiam recuperandæ articulos tãgentes proprietatem non omnino impertinentes esse, sed eosdem admitti posse, si aliquo modo prodesse possint articulanti respectu possessorii secundum doctrinã Baldi *in decis.7. nu.2. & 3.* quia tales articuli dicuntur esse facti ad iustificandam possessionem, de qua agitur, vt plurib. supra in tertio argumento per partem affirmatiuã ostensum est. Nam respõdeo, id tum verũ esse, quando articuli per Reum producuntur Actore spoliato consentiente, vel saltem non

contradicente, secus si eo inuito & reclamante, prout in præsenti nostro casu factū apparet, vt pulchre ostendit & per plura comprobat Cæsar Contard. *in d. l. vnic. limit. 2. §. 5. n. 4. & 5. per c. 1. de restit. spoliat. Vbi Car. Zabarella & Bellamera ille in princ. hic in fine. Et. August. Bero. ibid. num. 20.* Præterea etiam nulla ratione concedi potest, dictos articulos quatenus proprietatē concernunt, ad colorandum vel iustificandum possessorium datos esse: Cum plurib. supra ostensum sit, possessionem Reorum, præsertim quoad dimidiam partem Arcis N. eiusque pertinentiarum esse vitiosam, vtpote propria authoritate, filia herede in possessione iam existente, occupatam. Ex quo sequitur eam nullo vnquam tempore corroborari, aut iustificari posse, vt in terminis interdicti recuperandæ notat Huber. Zuchard. *in l. fin. n. 164. & n. 223. & n. 320. de edict. Diu. adr. toll. quem refert & sequitur Menoch rem. 1. recuperanda nu. 184.* Sic etiam non multū obstabunt specialia argumēta superius p parte Reorum adducta; nā ad possessorium recuperandę quattinet, non minus absurde, quam inique Rei prætendunt, per Actricem non merum ac solum possessorium, sed simul etiam petitorium iudicium intentatū esse. Cum tamen Actrix id nō solum neget, sed aliquoties etiam expressis verbis ac solenniter protestata sit, quod in petitorio se nequaquam intromittere velit. Vnde dicendū sequitur. Quod licet in quibusdam articulis, veluti in 7. 9. 18. 19. 25. 26. 29. vsq; ad 37. articulum inclusiue, ius hæreditarium Actricis incidēter deducatur, id tamen magis ad iustificandum & corroborandum possessorium, q̄ ad petitorium introducendū sit factum, vt prolixe per Mynsi. *resp. 25 n. 4. decad. 3.* Idq; præsertim cum ipsamet Actrix libellum & intentionem suam ita declaret, quod facere potest, cum li-
79 bellantis † declarationi in dubio sit standum *l. si quis intentione. ff. de iudic. Iaf. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss.* Aliud autem esse dicunt
80 possessionem † iustificare, & aliud p bare proprietatē, vt pulchre notat Cæsar Contard. *in d. l. vnic. lim. 2. §. 7. n. 15.* Nec aliquo modo iudicium possessorium alterari dicitur ex eo, quod sit iustificandum ex adminiculo proprietatis, vt dicit Contard. *d. lim. 2. §. 1 n. 33 pag. 184.* Quodlibet namq; Iudicium custodit propriam suam naturam, vt per Bal. *in l. si quis conduct. tit. in fin. C. Locat.*
81 possessorium autē tunc ex proprietate † vel titulo roborari dicitur, quando titulus inducit in ipso possessorio prælationē & victoriam accidentali, & non ex causa naturali ipsius Iudicii, & tūc proprietas dicitur adminiculum. Nec tamen ista aptitudo facit iudicium suos terminos excedere, sed remanet simpliciter in meris finib. possessorii, licet iustificatio illius dicatur ex proprietate consistere, ea ratione, quod nuda possessio illam iustificationem non parit, nisi cum quadam proprietate, vt pulchre habetur apud Bald. *in l. incerti. nu. 12. vers. illud possessorium. C. de interdict.* quam doctrinam auream dicit Cōtard. *in d. lim. 2. §. 1. n. 33.* Quinimo cum hic non tantū in possessorio recuperandę, sed & interdicto quorū bonorum versemur (vt postea dicetur.) Ideo Actrici omnino necesse fuit, articulare se hæredem esse, vt vna etiam ius suum hæreditarium incidenter deduceret, vt docet Personal. *in tract. quorum bonorum. n. 482.* Quib. ita præsuppositis, iam non obstabunt ea, quæ supra pro parte affirmatiua adduximus, Actricem sc. super libello exhibito, & sic super vtroq; iudicio, litem sine vlla protestatione, quod in solo possessorio procedere vellet, fuisse contestatam. Negatur enim vtrumq; iudicium ab Actrice intentatum esse, ideoq; protestatione opus non fuit, eo minus cum articuli per Actricem exhib (quatenus p prietatē concernunt) ad iustificandum possessionem dati sunt, vt supra ostendi. Articuli enim proprietatem † tan- 82
gentes, quando ad iustificandam possessionem dantur, tunc non præiudicant, etiamsi nulla facta fuerit protestatio, vt pulchre deducit Paris. *cons. 60. vol. 3. num. 7. Bald. in l. ordinarij. colum. pen. C. de rei vendic. & in l. post sententiam. versic. venio ad secundum. C. de sentent. & interlocut. omn. Iud.* Et est decisio Rotæ, quæ incipit, *si suspenso petitorio 5. alias 394. de sequest. poss. & fructuum in Nouis.* Sed etsi hæc omnia ita non essent, tamen certum est, quod Actrix petitorium adhuc suspendere potuisset, vsq; ad conclusionem causæ, & petere super nudo possessorio pronunciari. Et talis suspensio omnino concedenda fuisset, etiam inuitis & reluctantib. Aduersariis, per text. expres. *in c. Pastoralis. extra de causa poss. & propriet. & per l. 1. C. de Carbon. Edict.* Vbi Dd. id tradunt & maxime Alex, *n. 4.* citans alias decisiones: & pulchre Iohan. Monach. *in c. cupientes. nu. 165. de elect. in 6.* Et habetur etiam *in c. ex quæstione. De rest. spoliat. Vbi Abb. num. 5. & 6. Et idem Abb. in d. c. Pastoralis. nu. 20. vbi vult.* Quod quando est petita talis suspensio, tunc Aduersarius non possit instare, vt procedatur super petitorio. Nam illud (inquit) suspendi debet, & in eo supersederi, quem ad hoc refert & sequitur Paris. *cons. 60 nu. 3. & 4. vol. 3.* Ex his iam facile colligi potest, quam parum pro Reis faciat clausula illa salutaris libello Actricis annexa. Nam licet secundum communem Dd. sententiam dicta clausula in fine libelli posita operetur, quod vtrunque iudicium intentatum censeatur, vt prolixe Contard *quæst 13 num. 45. 46. & 51. Et per alios supra citatos.* Hoc tamen ita intelligi debet, quod aptitudinem quidem talis doctrina comprehendere possit, non autem qnod cōtra expressam Actoris voluntatē, declarationem ac protestationem, is necessario in sui etiam præiudicium, petitorium iudi-

cium

tum per d. clausulam intētasse censeri debeat. *argum. l. si quis intentione. & l. solemus. ff. de iudic. Et notat Speculator sub titul. de lit. contest. §. nunc videndum. versic. sed cum ex his.* Et expressius per Innoc. *in c. inter dilectos. nu. 1. in verb. iustitiam. de ord. cognit. & per Alex. in cons. 117. n. 2. lib. 2.* Libellus hamque in fauorem & commodum libellantis intelligi debet, *Mynsing. resp. 28. nu. 4. decad. 3.* Ex quo sequitur, etiam in nostra hypothesi dictam clausulam *omni meliori modo*, potius secundum intentionem & declarationem Actricis, sicq; in eius fauorem, quam iuxta sinistram ac ineptam interpretationem Reorum intelligendam esse, præsertim cum ea sæpius se declarauerit ac solenniter protestata sit, quod in petitorio se nequaquam intromittere velit. *argumento. d. l. solemus. & l. si quis intentione. ff. de iudic. Et per ea quæ notant Mynsing. & Alex. in locis paulo ante allegatis.* Nec enim con-
83 uenit, vt quod in fauorem vtilitatem q; † alicuius factum est, id sinistra quadam interpretatione in eius odium retorqueatur. *Ias. in l. si mihi & tibi. §. si quis seruos. num. 8. de legat. 2. per l. quod fauore. C. De ll.* Cum igitur ex his iudicio meo clarum sit, petitorium iudicium per Actricem intentatum non esse, sicq; Reorum præsuppositam ac ineptam, quam sibi finxerunt, interpretationem plane falsam esse & existere, iam male ac perperam à Reis iuxta primum speciale argumentum infertur, quod etiam ipsi super petitorio audiri, & articuli pro parte eorum producti (licet proprietatis causam concernant) admitti debeant.

Non obstat secundum speciale argumentum, quod scilicet sub nomine pertinentiarum deß Hauses N. pleraque iura incorporalia als Obrigkeit / Gebott / Verbott / Jagt / Fischerey / Pension / Zinß / per Actricem petuntur. Nam etsi Dd. in locis supra pro parte Reorum allegatis velint, quod, quando quis dicit se spoliatum esse quasi possessione alicuius iu-
84 ris incorporalis, quod tunc possessorium † dicatur habere annexam causam proprietatis: Et quod Domini exceptio tali casu admitti possit, per multas authoritates supra adductas, non tamen ibi de omnibus iuribus incorporalibus indefinite loquuntur, sed regulam hanc ad certa quædam & specialia interdicta tantum restringunt. De quibus *in leg. 2. §. quædam. ff. de interdict. seu extraord. act. quem textum ad hoc allegat Zasius in repetitione l. naturaliter. § nihil commune. numero 5. ff. de acquir. poss.* & copiosissime de interdictis possessoriis causam proprietatis annexam habentibus tractat Cæsar Contard. *in l. vnic. C. si de momentan. possess. limit. 2. ratione mixturæ. §. septimo per totum. vbi à numero 21. vsque ad finem plura exempla recenset.* Supradicta igitur doctrina forte locum haberet, si de vno aliquo Iure incorporali separatim hic ageretur interdicto aliquo speciali, quod non posset competere, nisi Domino, puta de itinere actuque priuato, vel alio simili: Secus quando remedio generali ad possessionem tam corporalium quam incorporalium bonorum agitur, vt in nostro casu. Tradunt enim Dd. quod vbicunq; interdictum
† non potest competere nisi Domino, illud 85
interdictum sapiat causam proprietatis. Sed vbi potest competere ratione possessionis nudæ, & circumscripto omni dominio (sicut Interdictum recuperandæ, quorum bonorum, & quorum legatorum esse dicitur) quod illud nunquam sapiat causam proprietatis. Ita dicit Angel. *in l. incerti. in fin. C. de interdict. Decius consilio 28. numero 6. quos refert Contard. d. limit. 28. septimo. numero secundo.* Et sic hoc nostrum possessorium causam proprietatis annexam minime habet. Similiter non obstat tertia specialis ratio, videlicet quod Actrix in quibusdam punctis, clandestinam tantum occupationem, nullam autem violentam spoliationem allegauit. Quo casu licet nonnulli velint exceptionem dominij (maxime si incontinenti probari possit) admittendam, vt tenet Menoch. *remed. 1. recup. numero 102. & numero 138. cum sequ.* Communis tamen Dd. opinio est in contrarium, quæ indistincte vult, quod quando Actor proponit possessorium recuperandæ, & Reus excipiat de dominio & proprietate, tunc illa exceptio omnino reiiciatur. *Ancharan. consil. 205. Visis actis. num. 5. Afflict. decis. 98. numero 3. in fin. Chassan. consil. 45. num. 13.* Idque siue per vim, siue clam spoliatus sit. vtroque enim casu Exceptio proprietatis reiicitur, per text. clarum *in l. si coloni. C. De agricol. & cens. libro 11.* Nam ibi violentia nulla aderat, & tamen ante omnia serui restitutio fit, reiecta dominij exceptione. Et hoc etiam locum habere dicunt propter generalitatem *c. Redintegrandæ. 3. qu. 1.* Quod capitulum generaliter, ac sine vlla distinctione loquitur, siue spoliatus per negligentiam siue per vim, siue clam, siue per quamcunque causam sua possessione ceciderit. Ergo patet, quod etiam cessante violentia † Ex- 86
ceptio proprietatis in possessorio recuperandæ regulariter reiiciatur, *per cap. Item cum quis. Vbi Abbas numero 1. De rest. spol.* Idque secundum magis communem ac veriorem Dd. opinionem, vt habetur per Iason. *in l. rem quæ nobis. numero 19. ff. de acquir. poss.* Iuxta quam asserit, se sæpius consuluisse, & ibidem etiam Socin. *numero 20. & pulchre Achilles Person. in tracta. adipiscendæ. nu. 376.* & dixi late supra in deductione argumentorum Actricis, quæ breuitatis causa huc repeto.

Non obstat quartò, quod rei nonnulla ex dictis bonis, quorum restitutio petitur, feudalia esse, ideoq; dominij exceptionem obiici posse prætēdant, per multas authoritates supra in quarto argumento pro ipsis adductas. Nam

breuiter respondeo, quod allegata iura secundum quosdam tum forte locũ habere possent, si euidenter ac notorie constaret, bona cõtrouersa feudalia esse, quia tali casu expressa iuris dispositio Actrici resisteret, cum certum sit, fœminas bonorũ feudalium plane incapaces esse, etiamsi Vasallus pro se & suis hæredibus fuisset investitus, quia hoc casu masculi tantum comprehenderentur. *c.1.§. filia. de feud. succes. & ibi gloss. & in c. 1. §. si clientibus. & ibi Bald. & alii de feud. alienat. c.1. §. perfecto. de leg. Corradi c.1. §. hoc autem. Qui feud. dar. poss. Aluerot. in c. fin. Si de feudo fuerit controuersia.* Ideoque petita restitutio per talem exceptionem proprietatis notoriam impediretur, vt tradunt omnes *in c. Ad decimas. de rest. spoliat. in 6. & sentit Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 7. & Zas. ibid. nu. 20. ff. de acq. poss. & pulcre notat Ruin. in cons. 27. nu. 5. vers. Et prædicta. vol. 5. Paris. cons. 1. nu. 169. & seq. & cons. 10. n. 68. lib. 1. Et Curt. Iun. cons. 175. nu. 5.* dicens hanc esse communem, & latius dixi supra in deductione argumentorum contrariorum. Aliud autem est in nostra facti specie, vbi adhuc in dubio versamur, An bona de quorum possessione controuersia est, feudalia sint nec ne? Actrice sc. expressim id negante, quo casu dicendũ foret, petitam restitutionem per oppositam Reorum exceptionem (quod scil. bona sint feudalia) tanquam altiorem indaginem requirentem, nullo modo impediri pos-
87 se. Constat enim exceptiones quæ † altiorem indaginem requirunt, & ad quarum discussionem necesse est testes examinare, vel instrumenta antiqua super quibus disputandum est procedere, tam in interdicto, Quorum bonorum, quam recuperandę nõ admitti, vt prolixe per Cæsar. Contard. *limit. 12. n. 8. & 9.* Sed agnato ius suum agendi ordinarie in petitorio reseruatur, si aliquod ius in feudo sibi competere putet, vt & notat Persõ. *de adipisc. poss. n. 112. & in tract. quorum bonorum. nu. 496. Zuchard. in d. l. final. C. de edict. Diu. Adr. toll. nu. 399. & seq. lib. 1. decis. Pedemont. 26. n. 16. vers. Ex præmissis.* Quin-
88 imo etsi constaret notorie ac euidenter † quædam ex controuersis bonis feudalia esse, nihilominus tamen Actrix ante omnia immittenda vel restituenda esset. Ad quod me mouet communis illa Dd. conclusio, qua dicitur filiam hæredem (si hoc petat) in possessionem omnium bonorum, quę pater tempore mortis suæ possidebat, etiam inclusis iis quæ notorie constaret feudalia esse, immitendam esse, vt notabiliter decidit Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. sub tit. de testamentis. §. penult. in verb. personam.* Nec esse agnatum legitimum contradictorem, quo minus hoc fiat. Multa enim (inquit) transeunt cum hæreditate seu vniuersitate, quæ alias non transirent. Quam decis. Ioan. Andr. summopere notandam dicit, Alexander *in l. fin. col. fin. vers. Aliud notabile dictum. C. de edict. Diu. Adr. toll. Paris. cons. 41. num. 2. lib. 2. Decius cons. 488. numer. 11. Marian. Socin. Iun. cons. 75. num. 27. lib. 1. Cacheran. decis. 26. num. 13. & 14.* Qui omnes volunt, filiam in possessionem omnium bonorum mittendam esse, quæ defunctus possidebat, etiam si aliqua feudalia esse notorie constaret. *per c. 1. §. inter filiam vers. defuncto milite. si de feud. defunct. contentio sit int. Dom. & agn. Vasalli.* Idque donec de iuro illiusq; proprietate in petitorio ordinarie cognoscatur, vt notat Iohan. Dilectus. Duran. *in tract. de arte testandi, tit. 11. cautel. 200. numer. 4. Dec. cons. 424. num. 10. Roland. cons. 1. num. 48. lib. 1.* Hinc communis est Dd. conclusio, Quod licet feuda vt feuda & per se (vt verbis ipsorum vtar) in petitione hæreditatis non veniant, tamen veniant cum vniuersitate ratione possessionis, quę fuit apud defunctum, & in eis fit executio, Cum & multa alia veniant in petitione hæreditatis, non solum ratione possessionis, quam habuit defunctus, sed etiam nudæ detentionis. *l. & non tantum. ff. de petit. hæredit.* Qua de re est pulchrum consilium Nicolai Ruckeri senioris in grauissima illa causa Nassaw contra Hessen / quod est 23. inter consilia Claudii Cantiunculæ, vbi *num. 55. 56. & 57.* materiam hanc ad longum tractat. Et optime etiam Cacheran. *d. decis. 26. per totam.* quibus addo Albert. Brun. *cons. 1. & in 3. col.* vbi refert Bald. & Dd. *in c. 1. De controuers. int. masc. & fœm.* dixisse, Quod si agnatus possideat, filia (pro qua est præsumptio bona esse allodialia) debeat poni in possessionem & postea agnatus petere. Et ita dicit ibi etiam gloss. prima. Ad prædicta dicit etiam facere text. *in c. defuncto, & ibi notata. Si de feud. fue. contr. inter. Dom. & agn. Vasalli.* vbi habentur, Quod si esset contentio inter Dominum & filiam, dicente Domino aliqua bona esse feudalia, & filia ea dicat Allodialia, filia stare debeat in possessione, quodque pro ipsa sit præsumendum, cum omnia præsumantur Allodialia, de quo per Albert. Brun. *in d. cons. 1.* latius, & etiam per eundem *cons. 1. col. 2. vers. Et sic patet.* Vbi disertis verbis dicit, quod in his bonis, quę sunt dubia, An feudalia sint vel nõ, iisdem rationibus vtamur pro immissione filiæ seu ad manutenendam ipsam, quibus & in allodialibus, de quo & pulchre per Alex. *in cons. 129. lib. 1. & cons. 539. lib. 4.* Ex his omnibus infero, cum filia possessionem bonorum † feudalium 89
quam nunquam habuit, ab agnatis vtcunque inuitis & contradicentibus auocare possit, multò magis Actricem nostram ad illa bona quæ feudalia esse negat, & quorum possessionem prius habuit ante omnia restituendam esse. Nec erunt hoc casu Rei legitimi cõtradictores, possessio n. prius tradenda est, & postmodum de iure Reorum agendum, vt dicit Iohan. Andr. *in addit. ad Specul. sub tit. de test. §. penult.*

§. penult. in fin. Pariſ. conſ. 23. num. 89. part. 1. vbi multa allegat. Et dixi prolixe ante biennium in cauſa Kalenberg contra Kalenberg / & attigi etiam nuper in cauſa Reiſchach cõtra Kranden / quæ omnia breuitatis cauſa huc repeto.

Pari ratione non obſtat quintum Reorum fundamentum, quo oſtendere conantur, oppoſitam à ſe dominii vel proprietatis exceptionem, ratione generalis conſuetudinis Patriæ, teſtamenti auiti, ſtatutorum ac pactorum iuratorum familiæ V. Receſſus Haſſiaci, ac deſuper ſecutæ ſententiæ cnofirmatoriæ in Camera, aliarumque ordinationum & diſpoſitionum vim legum habentium, in hac cauſa plane euidentem ac notoriam eſſe, ideoque petitam reſtitutionem, etiam quoad bona allodialia (obſtante ſcilicet exceptione notorii defectus proprietatis ex parte agentis, & euidentis dominii ex parte Reorum, decerni non poſſe, ſed articulos, in quibus hęc omnia deducuntur, quales ſunt 7. 64. 70. 183. 184. vſq; ad finem defenſionalium) ad probandum admittendos eſſe, per multas authoritates ibidem allegatas. Paucis enim reſpondeo, exceptionem hanc talem non eſſe, quæ inter exceptiones notorias referri poſſit. Quod vel ex eo appareat, quia Rei nunc demum ad probationem allegatæ conſuetudinis & ſtatutorum ſe offerunt, quod omnino opus non eſſet, ſi iam dicta exceptio euidens & notoria dici poſſet. Exceptiones enim notorias eſſe † eas in genere dicunt, quæ iam probatæ exiſtunt, non quæ probatione vlteriori opus habent, per ea quæ notat Franciſc. Curt. Iun. *in conſil. 127. incip. Noua & ingenioſa quæſtio. num. 6. in fin. & per Alexand. l. naturaliter. §. nihil. commune in 10. fallent.* Vbi volunt, quod exceptio tunc tanquam notoria admitti debeat, quando non requirit vlteriorem probationem facti. Vnde communiter Dd. concludunt, Exceptionem probatam & non probandam in iudicio recuperandę admittendam, vt prolixe per Achillem Perſon. *in tract. Adipiſcendæ. nu. 81. & 82.* Et latius dixi ſupra in deductione argumentorum Actricis. Nec poterit Reos releuare quicquam, quod ſupra dictam exceptionem in continenti ſaltem ſe probaturos offerunt, cum non ſufficiat, quod opponens offerat ſe ita probare in continenti: Sed requiritur etiam, quod talis ſit exceptio, quæ poſſit in continenti probari. *Argumento leg. 1. iuxta gloſ. in verb. dicatur. ff. ſi quadrup. paup. feciſ. dicat.* Et plura pro hoc addunt Andr. Barbat. *conſil. 62. incip Illud medium referam. poſt prin. vol. 1.* Et notat Nicolaus Rucker ſen. *in alleg. conſ. 23. inter conſilia Claudii Cantiunculæ. verſ. nono præmitto. num. 62.* Atqui ſupra ad longum oſtendimus, dictas exceptiones tales non eſſe, quarum probatio in continenti fieri poſſit, cũ & allegata conſuetudo (cuius probatio per ſe anceps ac difficilis eſt) & allegata ſtatuta, pactaq; iurata familiæ V. Burgfrieden / Teſtamentum initum, aliæque id genus exceptiones quæ in facto conſiſtunt, procul dubio altiorem indaginem requirant: Et non facile niſi per teſtium multitudinem, Inſtrumentorum productionem probari poſſint, quæ quidem probatio difficilima, & longiſſima diſcuſſione opus habet, vt pulchre deducit Marian. Socin. Iun. *conſil. 75. num. 19. & 20. lib. 1.* Vbi omnino videatur. Vnde Angel. Aretin. *in §. in bonæ fidei. verſ. quæro cum textu. num. 5. Inſt. de actionibus.* inquit, Eam quæſtionem dici ambagibus innodatam, & per conſequens requirere altiorem indaginem, quando ambiguitas eſt in facto, quod probandum forte erit per teſtes de longinquo. *ſecundum Bart. in l. ille à quo §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebellian.* vel quando eſt dubium de iure, ſecundum Hoſtienſ. *in cap. cum contingat. de offic. deleg.* Vt refert Ioan. de Imola *in d. §. ſi de teſtamento.* videlicet, quando dubium eſſet de Iure, an talis exceptio admittenda ſit vel non, vel an poſſit prodeſſe excipienti vel non, iuxta *l. ad probationem. 1. C. de probat.* & requirat non leuem agitationem. Et ſubiungit Angel. *in d. §. in bonæ fidei. num. 5.* & dicit, Valde notandum & mente tenendum, Inferens ex eo, quod quoties exceptio habeat diſceptationem vel dubitationem in facto, vel in iure, dicatur requirere altiorem indaginem, de qua re etiam Ruckerus. *in d. conſil. 23. inter conſilia Claudii Cantiunculæ n. 60. & 61.* Et quantumuis Rei in Replicis eõtra Acceptationes in §. Dañ es iſt nicht allein / & in §. darumb kömen die oberzehlte Reguln / allegant exceptionem ſaltem rei iudicatæ (quam ipſi ex Receſſu Haſſiaco litera A. ſomniare ac fingere conantur) tanquã notoriam admittẽdam eſſe, vt in ſuis terminis notat Zaſius *in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 46. ff. de acquir. poſſeſſ. Mirandulanus in tract. adipiſc. num. 383. & num. 386. verſ. Nam reſpondeo. Cagnol. in l. nemo prædo. num. 3. de reg. iur. Crauet. conſil. 246. nu. 5. cum ſimilibus.* Hoc tamen Reos in nihilo releuare poteſt. Cum enim ex verbis dicti receſſus ſatis manifeſtum ſit, L. mentem & intentionem minime fuiſſe inter partes (ſiue in petitorio ſiue in poſſeſſorio) aliquid definitiue determinare, vel vni plus aut minus q̃ alteri adiudicare, ſed ſaltem futuros tumultus ac rixas, iuxta *leg. æquiſſimum. ff. de Vſufr.* vſque ad deciſionem cauſæ ex officio præcauere, prout ex toto receſſu, maxime vero ex clauſula finali, Ibi, Dieſen Abſchiedt wöllen wir nicht dahin verſtanden haben / als theten wir noch zur zeit dem einen oder dem andern Theil in poſſeſſorio aut peritorio mehrern oder wenigern Beyfall / apertiſſime videre licet. Igitur neminem Dominorum eſſe puto, qui non facile hęc prę ſuppoſita falſa eſſe videat. Loquũtur enim d. Iura in caſu, vbi ſententia diffinitiua circa proprietatem, in Rei cõuenti fauorem

lata

lata fuit; tunc enim in possessorio recuperandæ obiecta procul dubio restitutioné impedit quia spoliato imputatur, cur in possessorio prius, quam in petitorio non egerit, iuxta *l. is qui destinauit, ff. de rei vendic. Et late per Alexand. in d. l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 12. & pluribus seqq. & Zas. ibid. num. 46. ff. de acq. poss.* Putarem igitur d. Recessum, magis pro amicabili quadam compositione seu intercessione, ad præcauendas futuras rixas (quæ exactam causæ cognitionem non requirit) quam pro re iudicata habendam esse. Nec enim omnis (in-
91 quiunt Imperatores) vox Iudicis † iudicati authoritatem continet, cum potestatem sententiæ certis finibus concludi sæpe constitutum sit. Quapropter si nihil causa cognita secundum iuris rationem pronunciatum est, vox præsidis paciscentis suadentis, actionem si quam habuisti, perimere minime potuit. *l. ex stipulatione. C. de sentent. & interloc.* Ad hæc in amicabili compositione vel in decreto, quod iuxta *l. æquissimum.* ex officio interponitur, is qui arbitratur, neque iuris dispositionem, neque ordinem iudiciarium seruare tenetur, sed solum ex æquo & bono in causa procedit. *l. societatem §. arbitrorum. & ibi Dd. ff. pro Socio. l. illa. verba. ff. de verbor signific. Ias. in §. omnium. num 12. ff. de actionibus. Panorm. in cap. Quintauallis. versic. ponitur sic de iureiur.* Et proinde arbitramentum seu decretum non est semper ferendum secundum iustitiam, sed secundum quod arbitrator credit verisimiliter partes acquieturas, quia arbi-
92 trator seu amicabilis † compositor solum attendere debet partium concordiam. Et ideo ei permittitur, vt possit pro conseruanda pace dare vni aliquid de iure alterius, *cap. nisi essent. de prebend. Bartol. in l. idem Pomponius. ff. de recept. arbitr.* Et de his vocabulis Abschied/Verhörstag/ gütliche Handlungen / quædam notauit Mynsi. *resp. 28. à n. 34. vsq; ad finem.* Ex quibus omnibus sic breuiter deductis, firma resultat conclusio, articulos illos omnes, in quibus suprad. Exceptiones consuetudinis, Patriæ, statutorum ac pactorum iuratorum familiæ V. nec non rei iudicatæ deducuntur in possessorio recuperandæ, de iure admitti non posse.

## *De interdicto retinendæ.*

PARI ratione non puto obstare, q̃ supra pro Reis allegatum est, in interdicto scilicet retinendæ, exceptionem dominij obiici posse, quia de plano respondetur negando scilcet interdictum retinendæ ab Actrice intentatum esse, quandoquidem nihil in libello ponitur, ex quo constare possit remedium illud fuisse propositum, quod sane sufficit ad hoc, vt tollatur obiectio secundum Marian. Socin. Iun. *cons. 46. nu. 8. vol. 4.* Nam etsi Actrix cautionem de non molestando, inter cæterea sibi præstari petierit, tamen ex hoc solo interdictum retinendæ in nostro casu intentatum censeri non potest, cum nouum non sit in remedio quoque Canonis, *redintegrandæ*, vltra possessionis restitutionem, cautionem etiam de non turbando imposterum peti posse. Constat enim hoc remedium generalius esse ac pinguius quouis alio remedio, illudque cum omnibus aliis remediis possessoriis participare ac concurrere, vt dicit Lanfranc. de Oriano *in rubr. de caus. poss. & propriet numero tertio, cõclus. 3. Et pulchre habetur apud Alexand. consilio 94. incip. Visis & sæpius recensitis, numero vigesimosecundo, volu. 5.* Et ex recentioribus idem tenet Mynsi. *resp. 28. nu. 5. decad. 3.* Et in specie quod d. remedium, *redintegrandæ.* sapiat naturam interdicti recuperandæ & retinendæ simul, tenet Paris. *cons. 31. num. 52. volu. 4.* Huc quoque non male referri potest, quod passim à Dd. traditur, Quod quando ex pluribus qualitatibus possunt resultare diuersi effectus, tunc attendi debeat potior & dignior qualitas, vt per Sebastian. Sapian. *in l. imperium. num. 3. vbi etiam Dec. num. 5. de iurisd omn. Iud. Ias. cõs. 74. colu. 2. versi. Quinto facit, lib. 3.* Et facit, quod quando duo permiscentur, quorum vnum est potẽtius altero, tunc magis potens † trahit ad se naturam minus potentis *l.* 95 *si duo ex trib de offic. deleg. in 6. vbi Geminiã. in 3. not. Ias. in l. duo Iudices num 17. de re iud.* Et alios refert Cæsar Contard. *in d. l. vnic. limit. 2 in princ. nu. 30. & notat Ias. in l. 2. numero 5. versic. vltra scribentes, ff. de verb. obliga.* Vbi dicit, quod mixtum assumit † naturam illius simplicis quod magis est 94 fauorabile. Atqui constat, possessorium recuperandæ † longe fauorabilius atque potentius, 95 magisq; priuilegiatum esse interdicto retinendæ. *Contard. d. limit. 2. §. nono. num. 21. Felin. in cap. significauerunt. numero 12. versi. considera. de except. Ruin. cons. 127. num. 19. libro 5. Marianus Socin. Iun. cons. 96. num. 8 volu. 4.* Merito igitur natura possessorij recuperandæ tanquam dignioris & potentioris in nostro quoque casu attendi, sicque naturam vel qualitatem interdicti retinendæ, tanquam minus potentis ad se trahere debet, iuribus allegatis. Præterea posito (non tamen concesso) per petitam cautionem de non molestando, interdictum retinendæ intentatum censeri, hoc tamen Reos parum vel nihil iuuare potest. Nam licet secundum communem Dd. opinionem agenti Interdicto † vti possidetis, regulariter possit opponi 96 Exceptio dominij, vt supra pro Reis late deductum est, & notant omnes *in leg. fin. Cod. de edict. Diu. Adrian. toll. Menoch. remed. 1. recuperandæ numero 142. Bartol. in l. si coloni. num. 2. C. De agric. & cens. lib. 11. Soc. reg. 124. in fallentiis.* Id tamen intelligunt tum verũ esse, quando agens hoc Interdicto passus est probationes super Dominio fieri, secus si expresse contradixerit, prout ab Actrice nostra factum apparet. Nam

hoc

hoc casu exceptio Dominii non admitttitur, vt pulchre per Ruin. *cons.* 127. *num.* 19. *colum.* 5. Et per Contard. *limit.* 2. §. *nono. num.* 21. Etinmsi offeratur probatio incontinenti, nisi per sententiam de dominio constaret, vt per eundem Contard. *loc. alleg.* & tenet Natta *con.* 419. *n.* 5. *lib.* 2. Et hanc opinionem testatur communem Ripa *in l. naturaliter.* § *nihil commune. n.* 98 *De acq. poss.* Quod quidem in nostro casu multo magis obtinebit: cum supra ad longum ostensum sit, impossibile esse, vt exceptiones Dominii per Reos oppositæ incontinenti probari possint. quæ omnia breuitatis causa huc repeto. Et ita ex his manifestè constat, intentionem Reorum etiam quoad interdictum retinendæ ex omni parte læsam atque exclusam remanere.

### *De interdicto adipiscendæ seu Quorum bonorum.*

SImiliter non obstant argumenta, quæ supra pro Reis circa interdictum: Quorum bonorum adducta sunt. Ad primum enim & secundum argumentum quod attinet, licet Dd. communiter concludant, in interdicto Quorum bonorum exceptionem proprietatis hęredi obiici posse, si eadem vel notoria sit, vel in continenti probari queat, vt pluribus rationibus supra ostensum est: Hoc tamen Reos nostros releuare nil potest, cum (vt paulo ante diximus) exceptiones Reorum tales non sint, quæ vel inter notorias referri; vel etiam in continenti probari possint: Ideoq; nec admittendæ.

Sic minus obstare puto tertium argumentum, quod scilicet hoc interdictum ad instar petitionis hæreditatis contra titulo possidentem non competat, vt prolixe Person. *in tract. Quorum bonorum. num.* 483. Omissis enim superfluis breuiter respondeo: Quod hoc tum forte locū haberet, si de iusta & legitima possessione pariter ac de vero titulo Reorum notorie constaret, vel saltem in continenti probari posset, prout tradunt omnes *in d. l. fin. vbi Zuchard. num.* 463. *& aliquot seqq. C. de edict. diui Adr. toll.* Secus autem est in nostra hypothesi, vbi & Reorum possessio vitiosa est, & allegatus titulus consuetudinis pactorumq; iuratorum familiæ V. altiorem indaginem & probationem requirit. Hoc namque casu, sequenda erit regula, qua dicitur, Interdictum *Quorum bonorum* per tituli seu dominii allegationem non impediri. Quotiescunque enim dominii seu tituli exceptio altiorem indagi-
97 nem requirit, illa non admittitur, † sed semper ad petitorium reseruatur, per textum clarum *in l. fin. C. Quorum bonorum. Afflict. decis.* 14. *num.* 4. & 10. *in fin. Decius consil.* 424. *num.* 18. *& seqq. & consil.* 467. *num.* 13. *& seq. Socin. Iun. consil.* 75. *num.* 2. *lib.* 1. *Personal. in d. tract. Quorum bonorum, num.* 471. & 474. Et breuiter, cum negari non possit Actricem defuncti H. filiam vnicam & sic veram hæredem esse, certe non video, cur Reus non potius falso & putatiuo titulo pro hærede scilicet, vel pro possessore, quam vero hæreditatis titulo possidere, ideoque interdictum hoc aduersus eos competere dicamus. *per leg.* 2. *C. Quorum bonorum.* §. *adipiscendæ. Inst. de interdict. Salicet. in rubr. C. Quorum bonorum. num.* 3. *Socin. Iun. consil.* 75. *num.* 6. *lib.* 1. *Personal. in tract. Quorum bonorum. num.* 463.

Denique non puto obstare, quod Rei in nonnullis articulis 9. scilicet vsque ad 23. late deducunt, pleraque tam corporalia quam incorporalia bona per Actricem in suo libello petita esse, quorum possessio nec apud defunctum H. tempore mortis, nec apud Reos ipsos vnquam fuerit, Ex eo inferentes, interdictum *Quorum bonorum* aduersus eos locum habere non posse; ideoq; d. articulos, in quibus hæc deducuntur tanquam releuantes merito admittendos esse, hac scilicet ratione, quia ad hoc, vt interdictum quorum bonorum competat, necesse sit, vt non solum bona fuerint per defunctum tempore suæ mortis possessa vel detenta, sed etiam quod Aduersarius rem hæreditariā nunc possideat, vel dolo possidere desierit, vt habetur per Angel. *in* §. *sequens diuisio. de interdictis. & in* §. *quadrupli. nu.* 26. *De Action. per Menoch remed.* 1. *adipiscendæ. nu.* 48. *Achilles. Person. in tract. Quorum bonorum. num.* 465. Nam paucis respondeo; Quod hæc lura seu authoritates Dd. tum forte locum haberent, si interdictum hoc solum ad vnam aliquam rem singularem vel particularem, cuius possessio nec apud defunctum H. tempore suæ mortis, nec etiam apud Reos, nunc autem per Actricem fuisset intentata. Nam hoc casu bene fateor, quod interdictum Quorum bonorum † locum habere non posset, 98
per iura allegata; ideoque suprad cti defensionales admittendi essent. Aliud dicendum puto, quando Vniuersali Iudicio ad plures res diuersas agitur, prout in præsenti nostro casu, ex petitione & conclusione libelli factum videmus: Nam etsi Actrix hoc casu bona quædam hereditaria, propria authoritate amouisse, & vel alias constaret ea in bonis H. non fuisset, nec etiam à Reis nunc possideri, nihilominus tamen pro adipiscendis reliquis bonis hæreditariis interdictum Quorum bonorum recte competeret, vt per Ruin. *consil.* 28 *num.* 1. *lib.* 5. Et non tantum vtile sed & quoque directum. *Ripa in l.* 2. §. *hoc interdictum. nu.* 18. *prope finem. ff. Quorum bonorum. nu.* 480. *vers. & hæres bonorum.*

Supra dictos igitur Defensionales à 9. scil. vsque ad 23. inclusiue, tanquam superfluos & non necessarios putarem nō admittendos, sed

ad

ad punctum executionis & liquidationis remitti ac reseruari posse. Quo tempore, si quid minus per Actricem probari poterit in bonis H. fuisse, & adhuc per Reos possideri, vel saltem dolo alienatum esse, illud nec Rei restituere tenebuntur, si tamen Domini putarent probationem d. articulorum admitti posse, non adeo refragrabor. Vltimò non obstat, Quod Actrix pleraque bona incorporalia, als Gebott/Verbott/Jagt/Fischerey/Zinß/Renthe/Administration vnd Regierung deß Hauses N. aliaque similia iura incorporalia petiit. Nam etsi Dd. communiter velint, pro iuribus actionibusq; incorporalibus interdictū. Quorum bonorum non dari *per l. 2 ff. Quorum bonorum. Bar. in l. 2. n. 11. C. eod. Sali. in rub. C. eod. Ferrar. in forma libelli, quo petitur hæreditas ex testamento. in gloss. verbis, coram vobis, num. 2.* Id tamen non
99 procedit, quando † incorporalia corporalibus accedunt & cohærent, vt notant Bartol. & Salic. *in l. fin. in fine. C. quorum bonorum. Alexand. in l. 3. num. 2. ff. de acquir. poss.* Hinc est, quod pro
100 vsufructu aliisque seruitutibus. †Quorum bonorum datur. *Ripa in l. interdicto. num. 2. ff. Quorum bonorum. Zuchard. in l. fin. nu. 314. C. de Edict. Diu. Adr. toll.* Et habetur prolixe apud Personalem *in tract. Quorum bonorum. nu. 470. cum similibus.* Consequens nunc est, vt ad reliqua quoque argumenta, quæ super mero ac solo possessorio fundantur, breuiter respondeamus.

Parum itaq; obstare puto argumenta, quæ pro parte Reorum super mero ac solo possessorio adducta sunt, quatenus ea H. quotam dimidiam scilicet partem arcis N. eiusque pertinentiarum concernunt. Nam præsuppositio Actricis possessionem (prout supra ad longum ostensum ac pluribus rationibus cōprobatum est) & antiquiorem & iustiorem: Reorum autem vel vitiosam, vel saltem iure familiaritatis quæsitam esse, sequitur frustra à Reis in eorum defensionalibus disputari: Vtrum in
101 possessorio etiam † recuperandæ, admittendæ sint Exceptiones, quæ substantialia eius (possessionem scilicet & spoliationem) destruant, vel an restitutionem petenti obiici possit, ipsum non habuisse veram possessionem, sed tantum detentionem. Item quod restituendus non sit, quia ex gratia vel precario possidet,
102 quodque inter possidere † & detinere magna
103 sit differentia, & quod possessio † in suum etiam hæredem non continuetur sine corporali apprehensione, cum similibus. Cum enim per superius deducta impossibile sit, antiquiorem vel iustiorem possessionem per Reos probari, aut spoliationem per ipsos commissam excusari posse, iam omnia eorum argumenta, vtpote quæ viribus carent, per se corruunt, nullaque vlteriori confutatione opus habent, & per consequens Defensionales, in quibus hæc omnia deducuntur, admitti non potuerunt, idque quo ad illam partem, quam H. iuxta propriam confessionem Reorum, suo nomine possedit.

Nunquid autem reliqui Defensionales, in quibus altera dimidia pars d. domus N. per H. Curatorio tantum nomine possessa deducitur, admitti possint, videndum est. Et certe si respectus habeatur ad intentatum per Actricem Interdictum recuperandæ, ratione totius seu integræ domus N. eiusque pertinentiarum negari vix poterit, quin d. articuli tanquam pertinentes & releuantes admitti debeant, considerato, quod si probarentur, petita restitutio pro d. dimidia parte procul dubio impediretur. Ponit enim Actrix in 7. & 28. posit. patrem suum H. d. domum N. ad dies vitæ in solidum quiete possedisse, seque post mortem ipsius, possessionem integræ domus corporaliter adeptam. Econtra Rei in 86. Defens. ostendere conantur d. H. prædictas ædes quoad dimidiam partem, non proprio, sed curatorio (Reorum scilicet) nomine possedisse vel potius administrasse, vt sic non tam H. quam Rei per eundem H. vti ipsorum Curatorem possedisse censeri debeant, quam etiam possessionem se post mortem H. & animo & corpore continuasse in plerisque defensionalibus Rei asserunt. Quod quidem ita probatum, vt ad impugnandum & destruendum substantialia intentati interdicti recuperandæ (possessionem scilicet & spoliationem respectiue) omnino sufficiens foret. Iuris enim est haud incogniti, quod non tam tutor † aliusve administra- 104
tor, quam ipse Dominus cuius nomine possidetur, verus possessor esse censeatur, *cap. si diligenti. extr. De rescriptis. c. cum venissent. De restit. spoliat. l. quod meo. ff. De acqui. poss. l. quædam mulier. ff. De rei vendic. Paris. cons. 98. num. 18. volu. 2. Bartol. in l. 7. in prin. num. 20. ff. de acqu. poss. Spec. sub tit. De empt. & vendit. §. 1. versicul. super verbis constitui possidere. num. 29.* Hinc fit, quod tutore seu administratore defuncto, Dominus absens solo animo possessionem etiam retinere possit, per ea quæ notat Ias. *in l. 1. in prin. n. 45. ff. de acqu. poss. Rebuff. in præfat. tit. de materijs possessorijs. nu. 8. & 9. Alexand. in l. possessionem pupillum. 29. ff. de acquir. poss. facit l. si colonus. & l. qui vniuersis. §. quod per colonum. ibi. Retinere enim animo possessionem possumus, vt est clarus textus in l. 3. §. quod si seruus. ff. de acqu. poss.* vbi textus inquit: Quod si seruus vel colonus, per quos corpore possidebam, decesserit, vel solo animo retineri possessionem. Quod tamen IC. alibi tum verum esse dicit, si nemo extraneus interim eam rem possederit, sed semper in hæreditate Coloni manserit, prout est bonus textus *in l. si de eo fundo. 40. §. si forte Colonus. vbi Iacob. Concenatius in addit. ad Bartol. in verb. natural. ff. eod. titul. De acqui. poss.* Vnde sequitur, quod apprehendens possessionem rei suæ vacantem (qualem & in

nostro

nostro casu Rei à V. se apprehendisse iactitant) possessionem non iniustam habere dicatur, quodque is possessorio etiam iudicio conuentus, de suo dominio excipere possit. *Corset. in regul. spoliatus ante omnia. limit. 15. Zas. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 65. vers. fallit. de acq. poss.* Idque tum maxime locum habet, quando pupillus rem suam per tutorem vel administratorem aliquandiu detentam ad se recipit. Neque enim hoc casu aliquem illicitè spoliare, sed potius pristinam suam possessionē licitè continuare censetur, ita vt eo nomine interdicto recuperandæ reconueniri non possit, vt in simili tradit Schurff. *cons. 3. num. 13. & 14. ent. 2 Paris. cons. 15. num. 6. vol. 4. Menoch. remed. 1. recup. num. 143.* Non igitur irreleuans censeri poterit (saltem quoad dimidiam partem (quod Rei de curatoris sui administratione mentionem fecerunt, præsentiamque Actricis in arce N. ad meram ac solam detentionem, vel precariam ac iure familiaritatis quæsitā possessionem restrinxerunt. Ideoq; articuli, in quibus hæc omnia habentur; ratione intentati interdicti recuperandæ, meritò admittendi sunt.

Sed hoc loco difficilis nobis occurrit obiectio, quod iam dicti defensionales admitti non debeant. Nam etsi ponamus, Actricem per intentatum remedium recuperandæ restitui non posse, rationibus iam deductis, videtur tamen, 105 quod per interdictum †quorum bonorum immitti debeat, idque maxime propter clausulam salutarem libello annexam, quæ inter multos varioque effectus hoc quoque operari dicitur, quod iudex in iudicando solum rei gestę veritatem, quæ ex actis constat, & sic potius factum ipsum actus partis, quā petitionem Actoris vel modum agendi respicere debeat, vt pulchre docet Guid. Pap. *cons. 4. num. 3. & 4. & cons. 49. n. 6. & Innoc. in c. examinata. extr. de iudic.* Et sufficit hoc casu, vt secundū qualitatē eorum, quæ probata sunt, vel quæ ex confessione Rei conuenti, vel alias ex actis apparent, sententia pro Actore feratur, vt videntur velle Innoc. & Bal. *in c. 2. de ord. cog. Et facit quod not. Ioan. de Imol. in c. si cautio. prope fin. de fid. instr.* Videntur hæc confirmari per ea quæ notat Specul. *sub tit. de action. §. ū pet. §. sequitur. num. 32. lib. 2.* vbi dicit: Hoc quoque non est prætereundum, quia si ago contra te rei venditionis ad rem, quam dico me apud te deposuisse, tu vero negas dicens, me eam tibi commodasse, tenes is ad restitutionem propter bonam fidem, & debeo vincere, nec refert, qua actione agatur, *l. 3. ff. de priuileg. cred.* Nec mihi hoc casu incumbit probandi necessitas de depositō. Et dicit ibidem in additionib. Quod hæc opinio summa ratione nitatur, cum ipsa æquitas velit rem meam, quæ ad te peruenit, mihi restitui, vt est bonus textus *in leg. si & me &* 106 *Titium. ff. si certum petat.* & vnicuique suffragandum sit, vt consequatur quod suum est, *l. 1. & quæ ibi notantur. ff. quod cum eo qui in al. pot. est neg. gest. esse dit. in textu ibi, etiam si deficiant superiores actiones*, vtpote exercitoria, Institutoria, tributoria, nihilominus tamen in quantum ex bono & æquo res patitur suum consequatur, & notatur *in l. 1. in vlt. gloss. ff. de eo quod certo loco.* argumento quoque ibidem dicit esse additio. Quod sicut error causæ non † impedit translationem dominij *l. cum in corpus ff. de acquir. rer. domin.* Sic etiam error actionis † non impediat 108 lententiam; quin condemnetur Reus conuictus per probationes vel propriam confessionem; cum & Iudex per sententiam dominium transferat, vt notatur §. 1. *Inst. quib. al. licet vel non.* & contra naturam actionis interdum sententiam ferat, vt in *l. bouem. §. aliquando. ff. de edil. edict. & habetur prolixius in addit. ad Specul. in locō allegato.*

Hæc igitur iura ad nostrum casum applicando, cum ex propria Reorum confessione constet, Actricem fuisse vnicam filiam defuncti H., præterea etiam ex actis, adeoq; Reorū responsionibus notorium sit, dimidiam partem arcis N. per H. empore mortis propriō ipsius nomine possessam, alteram vero dimidiam per eundem saltem H. detentam, sicq; integrā domum ex bonis siue hæreditate ipsius fuisse dicendum certe videtur, in præsenti quoq; casu rei veritatem, quæ ex Actis cōstat, potius quam modum agendi in cōsideratione habendam, & per consequens Actricem tanquam vnicam filiam & vniuersalem patris hæredem (non attento, quo genere actionis actum) in possessionē integræ Arcis N. mittendam, & postmodū de iure Reorum disceptandum esse, † vt late supra deduxi. 109 Tradunt namq; Dd. filiam hæredē, etiam in illa bona, quæ defunctus non pro suo, sed pro alieno possedit, vt quia res erant illi commodatæ, vel apud eum depositæ, mittendam esse, vt not. glos. *in l. fin. in §. fuerint. C. de edict. diui Adr. tollend. quam refert Ferrar. in forma libell. quo petitur hereditas. ex testamento. verb. possidebat. nu. 3. Achill. Personal. in tractat. quorum bonorum. num. 469.* vbi dicit, heredem etiam in possessionem illorū bonorum mittendū esse, quæ defunctus tempore suæ mortis nō possedit, sed tantum detinuit, & in hoc interdictum quorum bonorū cum hæreditatis petitione conuenit, *in l. & non tantum. ff. de petit. hared. Bal. n. l. 1. n. 10 prop. fin. C. quorum bonorum. Ferrar. in loco alleg. Ruin. cōs. 107 n. 1. lib. 4.*

In hanc quoque sententiam consuluit Nic. Bellonus *cons. 35. num. 5.* his verbis: Interdictum vero quorum bonorum datur pro rebus, quæ erant in bonis defuncti tempore mortis, siue possiderentur siue detinerentur: non enim requiritur, quod defunctus possederit, vt concludit Bar. post Cyn. *in l. 1. C. quorum bonorum. in fin. & ibi Salyc. nu. 10. & alij. Et Ang. Aret. in §. quadrupli. num. 28. vers. quæro pro quibus. Instit. de Actionibus*, & ideo opus non esse, probare dominium

nium vel possessionem defuncti, sed quod ab eo tenebatur simpliciter, vt in remed. *l fin. C. de edict. diui Adrian. tollend.* Et ibi omnes in glos. censuerunt. maxime Albericus. Hæc ille. Rationem assignant Bart. Cyn. & Salyc. *in d. l. 1. C. quorum bonorum.* quia de bonis dicitur esse non tantum quod possidetur, sed etiam quod detinetur, vt est elegans textus hoc optime probans *in d. l. 2. §. in hac actione. nu. 2. ff. de vi bon. rapt.* cuius sunt verba, in hac actione non vtiq; spectamus rem in bonis Actoris esse, siue in bonis sit, siue non si, sit tamen ex bonis sit locum hæc actio habebit. Quare siue commodata res sit, siue locata, siue etiam pignorata proponebatur, siue deposita apud me sit, sic vt interfit mea, eam nō rapi, dicendum, & competere mihi hanc actionem, vt non dominium accipiam, sed illud solum, quod ex bonis meis, hoc est, ex substantia mea res ablata esse proponatur.

Huc etiam optime facit, quod notat Hubertus Zuch. *in d. l. fin. C. de edict. diui Adrian. tollend. nu* 356. & 357. vbi notandum dicit, quod interdictum adipiscendæ datur etiam, vbi quis nihil potest adipisci, nihil detentationem, quia cum defunctus haberet solam detentatioem, ipsius heres non potest aliud nanciscì, quia eius personam repræsentat, *l. cum à matre. & ibi Bart. ff. de rei vēdic.* Et certum est, quod heres habet beneficium huius legis quod est adipiscendæ possessionis. Secundo inquit nota, quod apprehen-
110 sione possessionis † venit etiam detentatio, quod facit ad id quod habetur *in l. stipulatio. §. hæc quoque ff. de verb. obligat.*

Ex quibus omnibus concludendum videbatur, quod liceat respectu intentati interdicti recuperandæ, Actrix ad dimidiam partem per H. curatorio nomine possessam restitui nō possit, quod tamen beneficio saltē interdicti quorum bonorum in possessionem eiusdem immitti debeat, & consequenter defensionales, in quibus dicta dimidia pars deducitur, admittendos non esse; Qua tamen non obstante puto contrarium de iure defendi posse, idque potissimum
111 hac ratione, quod interdictum † recuperandæ & quorum bonorum, inter se penitus contraria & incompatibilia esse reperiuntur. Nam
112 agens interdicto † recuperandæ asserit se possedisse, & sua nunc possessione spoliatum. *cap. olim. de restit. spol.* Interdictum autem quorum
113 bonorum præsupponit, † Actorem nunquam
114 possedisse. Nam heredi non datur, † qui semel possessionem apprehendit. *§. pro possessore. versic. si itaque. Instit. de interd. Iaf. in l. 1. §. veteres. ff. de acquirend. possess. Alexand. consil. 183. num. 3. lib. 5.* Vnde Doctores impossibile esse dicunt, quod hæc duo remedia tanquam inuicem repugnantia simul cumulari possint. *leg. vbi repugnantia. ff. de regul. iur.* Nam aliquis actum in se repugnan-
115 tem † producere non potest. *Iaf. in l. naturaliter. §. nihil commune. numero 160. ff. de acquirend. possess. Dec. in l. edita. numero 62. versic. & ad istam regulam. C. de edendo. Cagnol. in d. l. vbi repugnantia. de regul. iur. Capic. decis. 96. numero 6. & prolixè Personal. in tractat. quorum bonorum. numero* 469. Sed ita est, quod in libello, in quo quis deduxit vnum ius, nunquam censetur deduxisse aliud in contrarium, vnde & si probauerit de iure contrario, non obtinet. *Alexand. consil* 121. *numero 6. volum.* 1. vbi ponit exemplum. Nam videmus (inquit) quod domini & quasi domini † in perso- 116
na vnius sint contraria. Quia Titium esse dominum præsupponit, quod dominium non sit apud alium, sed apud Titium tantum, sed Titium esse quasi dominum, præsupponit dominium esse apud alium, vt notatur per capit. *Abbate sane. in gloss. in verbo dominij, vel quasi. de re iudicat. libro 6. & in gloss. in l. prima, in verbo, à non domino. ff. de public.* Ideo si Actor in libello deduxerit, se esse dominum, postea probauerit se esse quasi dominum, & se emisse à non domino bona fide, non obtinebit, vt notat Bartolus *in l. prima, numero 23. versicul. quæro si aliquis proponit directam, & probat inutilem, verum obtinebit. de obliga. & action. l si mater. § eandem. ff. de excepti. rei iudicat. ibi gloss. & notatur in leg. minor. §. si seruus. ff. de euict.* Et tamen clarum est, quod in rei vendicatione, quæ datur domino (dummodo sit narratum, quod fundus petitus ad me spectat iure dominij,) satis est, quod in conclusione ego petam, Reum condemnari ad restituendum fundum, quamuis specifice non petam mihi iustitiam fieri super dicto fundo, vt notat Speculator *de causa possession. & propriet. §. notandum. versicul. aliæ sunt reales. & Bartolan. leg. ex diuerso. §. primo. ff. de rei vendic. & Canonistam capitul. 2. de libell. oblat.* Et sic dicta conclusio per se considerata est apta, comprehendere etiam restitutionem, quæ fieret Actori ex causa quasi dominij. Nam si dicam ad me pertinere iure dominij, potest intelligi de directo & vtili. Et sic patet, quod conclusio generalis, iustitiam administrari, nunquam refertur ad causam contrariam & repugnantem illi causæ, quæ est specialiter narrata. Hæc Alexand. *in cons. 121. vol. 1. iam allegato.*

Cum igitur Actrix nostra interdictum recuperandæ tam in narratione, quam in petitione libelli expresse, ac specialiter deduxerit, dici non potest, quod conclusio generalis referri debeat ad causam vel actionem illi repugnantem, & contrariam, nec etiam credendum est, quod libellans voluerit in eodem libello se ipsum corrigere, ac contrariari, *l. nam ad ea. ff. de condit. & demonstrat.* Imo hoc ipso, quod Actrix narrat, & deducit se in possessione dictæ arcis N. fuisse, videtur interdictum, quorum bonor. tanquam iudicium penitus contrarium excludere; alias enim sequeretur, quod libellans seu agens † in suo libello pos- 117
sit deducere contraria, & repugnantia, & sibi ipsi

ipsi contrariari, quod est falsum, *l.1.C. de furt. l.1. C. si seruus. c. sollicitudinem. de appell. Alex. d. consilio 121. nu.6. vol.1.* Insuper, quod Actrix non possit obtinere per interdictum quorum bonorum, alio argumento comprobatur: quia agens ex vna causa deducta in libello vel petitione, si probat de alia, non potest obtinere, prout est textus in terminis *in l. habebat. in princip. Instit. de action. notat Innoc. in c. ex parte Abbatissæ. de priuileg. & in c. de litis contestat. Bartol. in l.1. in princ. ff. de edendo. Alexand. consilio 150. num.29. volum.5. facit etiam l. is ad quem. ff. de acquirend. hered. iunctis ibi notatis per Castrensem.* Nã ibi vult, quod ad hoc, vt quis possit adire hereditatem, debeat scire, ex qua causa sibi delata sit hæreditas, & sic vtrũ ex testato vel ab intestato. Et si adierit tanquam ex testato, cum in veritate hæreditas sibi tantum esset delata ab intestato, quod tunc non valeat actio. Vnde dicit ibidem Paulus de Casto: Quod si egi contra te ex causa commodati, tamen non probaui commodatum, sed depositum, non possum obtinere, postquam non egi ex illa causa. Idem notat Alexand. *in d. consil. 121. nu.7. vol.1.* vbi etiam dicit, quod si egi ad hereditatem tanquam ea fuerit mihi delata ab intestato, & in veritate mihi esset pro parte delata ex testamẽto, succumbere debeo, & obtinere non possum. Refert & sequitur Rolan. à Val. *cons.52. num.12. vol.3.*

Ex quibus ita breuiter præmissis, multiplex apparet responsio ad allegata in contrarium, specialius tamẽ respondendo, dico non obstare illud, quod dixi de clausula illa; *ius & iustitiam ministrari omni meliori modo, &c.* Quo casu sufficere dicũt, quæ secudum qualitatẽ eorum, quæ probata sunt, vel quæ ex actis apparent, possit ferri sententia, vt notatur per Innoc. *in c.2. de ord. cognit. & per alios, quos supra citaui.* Nam respondetur, quod Innocent. ibi loquitur, quãdo nulla specialis causa fuit deducta in libello, nec aliqua certa actio proposita, sed generaliter fuit conceptus libellus cum clausula; *Peto super præmissis iustitiam ministrari*, quo casu libellus procedit parte non opponente. *l. fin. C. de annal. except.* & fertur sententia † secundum id, quod ex actis apparet, vt notat Bald. & Dd. *in d. c.2. de ord. cognit.* Et ita consuetudo etiam tenet. *Alex. in alleg. cons. 121. nu.11. col.1. & Bart. Socin. cons. 95. nu.16. vol.3.* Sed in nostro casu omnia sunt clare specificata, causa specialis deducta, actio certa proposita, cõclusio similiter clara & aperta, quia Actrix expresse ponit se in possessione totius Arcis N. fuisse, & per Reos spoliatam, petens se ad eam restitui, &c. Præterea etiam super certa Actione (interdicto scilicet recuperãdę) ab Actrice fuit processum, & nõ super conclusione generali, *peto iustitiam ministrari, &c.* prout hoc ex omnibus Actricis productis, maximè verò ex acceptationib⁹ responsionũ sub *n.98. in §. vel-thes/* ad victoriam intentati interdicti recuperandæ gnugsam/ &c. videre licet. Ex quibus manifestissime colligitur, quod Actrix ad certum genus actionis sese astringere voluerit. Ideo d. clausula generalis, nõ debet referri ad aliã causam repugnantem illi causæ specificatæ, scilicet ad interdictum quorum bonorum, quod præsupponit agentem in possessione nunquã fuisse, vt supra dixi. Nec enim interpretatio libelli ita fieri debet, vt contineat conclusiue contrarium eius, ꝙ narratum est. Nam hoc non esset deseruire intentioni libellantis, sed potius repugnare ipsius intentioni, vt pulchre not. Bart. *in d.l.1. n.23. ff. de act. & oblig.* quem ad hoc refert & sequitur Alex. *in d. cons. 121. n.10. vers. per hæc. lib.* 1. Facit huc quoque, quod notat Anton. Gabr. *in communib. conclusionibus sub tit. de clausulis. concluſ. 4. nu.12. lib.6.* vbi dicit, si ex prosecutis constet, quod voluerit Actor ad certum remedium se restringere (vt in nostro casu) quod tunc d. clausula nõ operatur in alio remedio, allegat ad hoc Innocentium *in c. cum dilectus. nu.2. versi. iustitiam. de ord. cognit. Hect. ibid. colum.1. in fin. versic. qualis erit finis. Et Specul. sub titul. de libelli concept. §. iam nunc videndum. versic. sed cum ex his. num.21. ibid. Nisi ex aliquibus coniecturis appareat, quid Actor intendat, quia tunc secundum hoc sententia est ferenda.* Rationem ibidem assignat Gabr. quia vbi diuersa est petitio à probationibus vel à natura causę talis clausula nõ operatur, prout pulchre declarat Marian. Socin. senior *consil.39. nu.* 19.20. & 21. *vol.1.* vbi omnino videndus est, quia materiam hanc ad longum examinat. vnde Bal. *in l. edita. C. de edendo* dicit, quod cauere debent libellantes, vt videant, quam causam exprimãt in libello, quia si illam nõ probent, succũbent, etiamsi ex alia causa vincere potuissent, vt dicit tex. *in l. si ex plagis. §. in Cliuo Capitolino. ff. ad l. Aqu.* quem ad hoc allegat Socin. sen. *in d. cons. 59. n.22. vol.1.* Sic etiam non puto obstare, quod ex Specul. *sub titul. de Act. & petit. §. sequitur. num.32.* adductum est, videlicet, Si agam contra te rei vendicatione ad rem, quam dico me apud te deposuisse tu verò neges, dicens, me eam tibi commodasse, quod tenearis ad restitutionem propter bonam fidem, nec referat, qua actione agatur. Nam respondetur, quod Speculator ibi loquitur de eo, qui petit rem iure dominij, & probat se dominum, quia licet postea submiserit actionem locativel commodati, nihilominus tamen obtinere debet ex causa sufficiente (dominij scilicet) intẽtata & probata, prout in simili notat Innocentius *in c. examinata. de iud. num.1. circa medium*, ibi, Si quis diceret, peto tale feudum á te, quia ad me pertinet iure dominij, & propono ad hoc actionem ex locato vel cõmodato, quod bene teneret ipsius intentio, & probata dominio ferenda est sententia pro me, licet actio omnino sit inepta. Rationem assignat additio ad Speculat. *in d. §. sequitur. num.32. versicul. mihi placet.* Nam talis, inquit, libellus perfectus

erat etiam fine adiunctione actionis. Nam illa adiunctio nec fuit nec potuit esse causa dominij. Concluditur ergo, quod adiectio Actionis fuit impertinens & inutilis, & tamen vtile per
219 inutile † non debet vitiari. Secus etiam dicit ibidem additio, quando simpliciter quis petit rem per actionem depositi, & demum probat commodatam vel locatam, quia tunc Reus cõdemnandus non erit per iura pro hac parte adducta, vt videtur sentire Spec. *in tit. de sententia. §. qualiter. n. 15. quem ad hoc refert & sequitur Alex. in d. cons. 121. num. 13. vol. 1.*

Cum igitur Actrix nostra ad consequendum possessionem totius arcis N. qua se spoliatam dicit, Interdictum recuperandæ simpliciter & in specie intentauerit, seque in omnibus productis ad id expresse restrinxerit, sequitur, quod per interdictum quorum bonor. & sic ex alio remedio specificatæ causæ penitus contrario & repugnante, obtinere non possit. ideoq; articuli, in quibus d. dimidia pars per H. cõtrario nomine possessa deducitur, de iure sunt admittendi. ego vt & ipse concludo. Sed quoniam ego in ea sim sententia, vt existimem non solum super dimidia parte arcis N. per H. proprio nomine possessa, sed & super plerisque aliis bonis per interdictum quorum bonorum ab Actrice petitis diffinitiue pronunciari posse: Ideo nunc reliquum est, vt post examinationem iurisdictionis de actione eiusq; probatione atq; elisione discipiamus. Qua in re eo breuior futurus sum, cum principaliores quæstiones, quæ aliàs hic tractandę forent, supra iam satis sufficienter sint discussæ. Itaq; sententiam meam conclusiue tantum dicam.

## DE IVRISDICTIONE.

Et imprimis quoad iurisdictionẽ, puto eam duplici ratione tam ex ord. sub *tit.* 21. *n.* 2. quam per continentiam causæ, ratione scilicet bonorum sub diuersis iudicibus sitorum, als G.L.H. & P.B.N.W.D. fundatam. Nec puto longiori disputatione hac de re opus esse, cum ante aliquot annos, post maturam deliberationem in pleno Senatu habitam, dominorum communi consensu conclusum sit, iurisdictionem in hac causa esse fundatam, me desuper ad Prothocollum M. Philippi G B. referendo de Anno 28. Nouembr. vnde postea eodem anno 28. Nouemb. per sententiam partibus iniunctum est, vt exceptionibus Reorum non obstantibus circa incompetentiam ordinarie, id est, in pleno possessorio (prout ex votis dominorum videre licet) in Camera procedant. Omissis igitur non necessariis, & iam dudum per dominos ad nauseam vsque disputatis, breuiter concludo iurisdictionem fundatam.

## DE ACTIONE.

Ex iis, quæ hactenus à me circa admissionem defensionalium deducta sunt, facile intelligere domini poterũt, quasnam ego actiones in præsenti causa intentatas esse censeam. Sed vt sententiam meam hoc loco aliquãto clarius exponam breuiter puto, duplici iudicio possessorio esse actũ, recuperandæ scilicet ad restitutionem sæpe d. domus N. eius pertinentiarum, quibus Actrix se spoliatã conqueratur, & possessorium adipiscendæ pro consequẽda immissione in omnibus reliquis bonis tam maternis quam paternis, per Reos hactenus occupatis atq; detentis. Id quod non minus ex narratione & petitione libelli, quã ex omnibus productis per Actricem exhibitis, præsertim vero ex acceptationibus, *nu.* 48. *circa prin.* vers. welches/ ad victoriam, &c. & in §. Damit wil klagender/ &c. tam clarũ esse puto, vt longiori disputatione vel examinatione hoc loco non videatur opus. Ex iis enim manifeste colligitur, quod ad hæc duo remedia possessoria Actrix se omnino & præcise adstringere voluerit: circa requisita vtriusq; possessorij nõ puto diu insistendum, cum ea omnibus sint notissima, & passim apud Rofred. Odofred. & Ferrarienſem, Ioan. Crispin. à Monte, & alios, qui de libellis scripserunt, legantur, de quibus tamen mox in ipsis actionibus aliquid dicam.

Et quidem quoad possessorium recuperandæ ponit Actrix in 38 posit. Daß sie alsbaldt post mortem patris den Besitz deß Hauses N. cum omnibus pertinẽtiis rechtmässiger weiß würcklich ergrieffen/ vñ darinne ein gute zeit vnverhinderlich verblieben/ & postea in 54. & plerisq; liis articulis deducit. welcher gestalt sie solches Hauses sampt seiner Zugehör von den Beklagte spoliirt vñ entsetzt worden. Quę duo specificata proculdubio victoriam tribuunt, tali possessorio agendi, *c. olim causam. de rest. spol. c. causam quæ. qui filij sint legit. c. pastoralis. de caus. poss. & propr. Paris. cons.* 107. *n.* 1. *p.* 1. His adstipulatur, quod Actrix petit se ad possessionem & administrationem d. Arcis eiusque pertinẽtiarum vnà cum fructibus perceptis & percipiendis restitui. Petens enim se restitui & redintegrari possessorio recuperandæ agere dicitur Menoch. *resp. l. 1. nu. 6. & 7. in caus. Finarien. Ferrar. sub forma libell. in caus. spoliatæ possessionis. in verb. ad redintegrandum. num. 5. Soc. in l. rem quæ nobis. nu. 14. de acquir poss. Iaſ. cons.* 170. *lib.* 2. *Ruin cõs.* 164. *lib.* 4. *Soc. Iun. cons.* 128. *num.* 8. *lib.* 2. *& præter eos egregie declarat Alex. consil.* 117. *nu.* 1. *& 2. lib.* 2. *& habetur in additionib. ad Bart. in l. si colonj. C. de Agric. & censit. lib.* 11.

Hoc autem loco plurimum referre puto (præsertim ratione fructuum adiudicãdorum) quodnam recuperandæ possessionis remedium in specie hic intentatum dicamus, cum certum sit, spoliato suâ † possessione plura remedia tam 220
de iure Canonico, quam de iure ciuili & prætorio ad recuperandam possessionem cõpetere, de quibus Ferrar. *sub forma libelli in causa spoliatæ possessionis. in vers. coram nobis, & prolixe Maranta in 4. parte iudiciorum. distinct. 7. a. num. 21. vsque ad fin. illius distinction.* vbi duo remedia ponit.

Et

E omnium copiosissime Iac. Menoch. *in comment. de recup. poss. per tot tract.* At quando plures actiones vel remedia dantur, quę ad vnũ finem tendunt, tunc vnum ex his omnib. eligendum venit. *l. nemo. §. quoties de reg. iur. l. cum filius. §. eligere. de tribut. act. l. 1. in fin. ff. si famil. fur. fec. dic. & declarat Bart. in l. edita. num. 14. vbi etiam Ripa nu. 170. & Curt. Iun. num. 217. C. de edendo.* Et quidẽ dici posset, interdictum vnde vi intentatum esse, de quo loquitur *tot. titul. C. vnde vi.* Quo remedio prouidit † prætor violenter spoliatis, vt rerum suarũ possessionem recuperent. *l. 1. §. & generaliter. & §. illud. ff. de vi & vi armata.* Et quamuis hoc interdictum pro re mobili recuperanda non competat, Siquidem nullum interdictũ à Prætoribus reperitur introductum pro re mobili ablata recuperanda, vt per gloss. notatur, Bartol. Bald. & Dd. communiter *in l. rem quæ nobis ff. de acquirend. possess. & in d. l. 1. §. illud. ff. de vi & vi armata.* Hoc tamen ita intelligunt, & principaliter non detur, sed accessorie, videlicet & bona mobilia, quæ erant in illo loco, vnde quis expulsus est, *l. 1. in princip. & §. si fundus. ff. de vi & vi arma. Alex. in l. vindicatio. ff de rei vindicat. Rebuff. ad constitutiones Regias Galliæ. tom. 1. titul. de sentent. execut. artic. 5. gloss. 1. n. 7. & habetur in l. si quando. C. vnde vi.* vt hic dubium non sit, quin hoc interdictum in nostra facti specie tam ad documenta, literas, equos, boues, aliasque res mobiles ablatas, quam ad ipsas ædes N. recuperandas recte intentari potuerit. Sed quia hoc interdicto agens plura requisita probare debet, de quibus Maranta *in d. parte 4. distinct. 7. a numero 22. vsque ad 31.* exclusiue. *Menochius de recup. possess. remed. 3. Ferrar. sub forma libelli in cau. spol. poss. lib. part. 2. rubr. de interdict. vnde vi.* Quorum requisitorum probatio adeo difficilis esse censetur, vt Ferrarius in libello iam allegato dicat *nu. 10. circa medium*, se non consulere propter difficultatem probationis, vt aliquis intentet interdictum vnde vi, sed potius condictionem ex Canone vel ex lege, vel officium Iudicis.

Præterea etiam iuris sit, quod quando duobus vel pluribus modis agi potuit, in dubio cẽseatur actum illo remedio, quod agenti magis sit vtile, vt notat Alexan. *consi. 55. num. 2. volum. 5. Crauett. consil. 107. nu. 9. & cons. 130. num. 12. Bar. in l gerit. versic. circa tertium principale. ff. de acquirend. hered. argum. l. si quis intentione. ff. de iudic.* vbi in dubio fit interpretatio in libellantis fauorem. Quapropter putarem nullum commodius vel vtilius recuperãdæ possessionis remedium dari posse, quam dictionem ex Canone *redintegrandæ. 3. quæst. 1.*

Dicitur enim remedium plenissimũ, ac magis generale, & pinguius quouis alio remedio possessorio, & cum omnibus aliis remediis cõcurrere, vt tenet Lanfranc. de Oriano *in rubric. de caus. possess. & propriet. colum. 3. in 3. conclus. Alex. consilio 91. incip. in causa & lite. nu. 4. vol. 5.* Nam quamuis alicui per vim ablata sit possessio, atque competat interdictum vnde vi, potest is tamen agere hoc remedio. *Abbas & alii c. cum ad sedem, & c. sæpe de restit. spol. Socin. in d. l. rem quæ nobis. 1 quæst. principali. ff. de acquirend. possess.* Licet etiam contra illum hoc remedio agi possit, qui vim vel violentiam nullam fecit. *Anton. de Butrio in c. 1. de restit. spol. Menoch responsi. 1. nu. 49. in causa Finarien si.*

Quin & contra possidentem titulo & bona fide competit, vt tenet Innoc. & communiter Canonistæ, vt ibi dicit Franc. Ripa *in d. c. sæpe. de rest. spol. & Dd. in d. c. cum ad sedem. extr. eod.* Et hãc opinionem magis cõmunem dicit contra Bal. Alex. *in d. consi. 91. num. 6. & consi. 108. n. 12. lib. 5. Prolixe Menoch. d. resp. 1. in causa Finarien si. nu. 4. & 5. Maranta d. parte 4. dist. 7. nu. 49.* Competit etiam hoc remedium ad iura incorporalia. *Bart. in d. l. si coloni. nu. 4. C. de agric. & censit. lib. 11.* Estque hoc remedium perpetuum, nec præcluditur anno, sed 30. annis durat. *Anton. de Butrio & alii in c. sollicite. in fin. de rest. spol. Alex. cons. 91. n. 16. in fin. volum. 3.* Ac generaliter & definitè hoc remedium competere dicitur, quandocunq; quis sine iusta causa cecidit de possessione, quę peruenit ad alium, siue bona siue mala fide, siue scienter, siue ignoranter, siue cum vitio, siue sine vitio, siue cum titulo, siue absq; titulo, siue singularis iste fuerit successor, siue vniuersalis. *Innoc. in c. querelam. de elect. & elect. potest. Alex. d. consi. 91. num. 6. vol. 5. Marant. d. part. 4. distinct. 7. num. 50. Ferrar. sub forma libell. in causa spol. possess. Menoch. remed. 15. recup. poss. num. 6. & aliquot seqq.* Ex quibus concludo remedio seu conditione ex Canone *redintegrandæ* in hac causa actum.

Sed & possessorium adipiscendæ per interdictum quorum bonorum simul hic intẽtatum esse, tam ex narratione, quam petitione libelli facile colligi potest. 1. Ponit. n. Actrix se vnicam fuisse filiam, atq; heredem patris sui H. ab intestato defuncti 2. Hereditatem ipsius se statim post mortem adiisse vel agnouisse. 3. Reos hoc non attẽto, vniuersam hereditatem paternam & maternã (paucis exceptis) de facto occupasse, & adhuc occupare. 4. Omnia in libello specificata bona per d. suum patrem vsque ad mortem quietè fuisse possessa atq; detenta, petens Reos condemnari, **von allem dem jenigẽ/ so sie von obberürten verlassenen Erb/ Haab vñ Gütern empfangen / eyngenomẽ/ od̃ sich sonst vnterwunden/ vermög eines beständigen Inuentarii, oder jres Leiblichen Eydts abzutretten/ vnd Actrici in jr Gewahr zu antworten.** In quib. omnia requisita vel saltem principaliora in hoc interdicto necessaria cõtinere videtur. Tradũt nãq; Dd. ad obtinendã victoriã in hoc iudicio interdicti † quorũ bonor. Procuratoẽ heredis 122
pbare debere, se ab intestato vel ex testamẽto heredẽ esse. Si ab intestato (vt in præsenti casu)

tũc debet articulare & probare, ꝙ ipse sit de liberis vel proximioribꝰ agnatis, sicq; heres eius, cuius bona petit, siue de iure ꝓtorio, siue ciuili.

Secundo si de iure prætorio velit succedere, probare debet, quod bonorum possessionẽ coram Iudice in eius presentia agnouerit, licet hodie nõ requiratur, quod Iudex interponat suam authoritatem *per l. fin. C. qui admit. ad bon. pos. possint. Et not. Rofred in rubr. de interd. quorum bonor. in 3. requisit.* Sicuti de insinuatione donationis dicitur, quam sufficit coram Iudice fieri, etiamsi non intercueniat authoritas Iudicis, vt notat Bald. & Salyc. *in l. illud. C. de sacros. eccles. Bartol. in l. Modestinus. ff. de donat.* De iure vero ciuili (in quo & nostrum factum versari existimo) hæc solemnitas non requiritur, cum hæreditas † solo animo adiri, sine præsentia & authoritate Iudicis possit. *l. si auia. C. de iure delib. l. pro hærede. in pr. ff. de acquir. hæred Marant. part. 4. dist. 7. numero 4. Quem ad hoc allegat Roland. consil. 75. num. 3. in fin. volum. 2. Et pulchre Ioan. Schneid. in §. sequens diuisio. num. 21. & seq. Inst. de interd. Et Oldendorp. class. 2. act. 1. num 5. positio Actoris.* Vbi dicit quod agnitio bonorum possessionis apud Iudicem competentem, idem faciat iure prætorio, quod aditio hæreditatis iure ciuili, quæ non requirit authoritatem Magistratus. Tertio quod Reus possideat vel detineat hæreditatẽ vel eius quotam absq; vero titulo. Quartò articulare & probare debet, defunctum possedisse & tenuisse talia bona tempore suæ mortis Et hoc modo, (inquiunt Dd.) omnia in hoc interdicto quorum bonorum narrata erunt probata. Ita tenet Ang. Aret. *in §. quadrupli 26. in fin. Instit. de act. Afflict. decis. 14. nu. 3. Maranta part. 4. dist. 7. nu. 4. Francisc. Aret. consil. 103. num. 3 in fin. Roland. à Vall. cons. 75. num. 13. & consil. 94. num. 5. lib. 2. Gozadin. cons. 50. numero 5 Caldinæus cons. 67. Purpuratus in quodam consilio suo quod est insertum decis. Pedemontanis statim post decisionem 108. numero 1.* Et ex recentioribus notat Schneidewinus *in d. §. sequens diuisio. Inst. de interd.* Et hæc probatio sufficit absque eo, quod heres probet † defunctum fuisse dominum bonorum hæreditariorum, licet in libello id articulasset. Gozadin. *cons. 50. numero 5. Bald. in l. hæreditatem. nu. 1. C. in quib. caus. cess. long. temp præscr. Corneus cons. 207. n. 1. libro 1. Personal. de pet. hered. n. 215. & in tract. quorum bonor. n. 282.*

Quibus ita positis nunc dubitari potest; An interdictum quorum bonor. † in nostro casu competat, idq; triplici ratione. Primò, quia ex libello Actricis constat, non ad vniuersam hereditatem H. sed ad res tantũ particulares specificatas actum: sicq; videri possit iudicium singulare intentatum esse. Quando enim res particulares † in libello specificantur, Iudicium singulare, & non vniuersale motum esse dicitur, vt vult Achill. Personal. *in d. tractat. de petit. hered. num. 557. versic. sed his non obstantibus.* Plerique autem censuerunt, interdictum quorum bonorum non pro rebus singularibus, sed pro vniuersalibus tantũ competere. Ita sentit Ferrar. *in form. libelli, quo petitur hered. in testamento. in versicul. coram vobis. numero 2. Roland. à Vall. consil. 1. num. 5. lib. 1.* Idque per tex. *in l. 1. §. hoc interdictum. ff. quorum bonor.* Vbi expresse habetur, interdictum quorum bonorum restitutorium esse, & ad vniuersitatem bonorum, non ad singulas res pertinere. *Socin. sen. consil. 33. num. 18. volum. 1.* vbi dicit, quod interdictum quorum bonorum pro hereditatis occupatione competat, pro rebus autem singularibus vtile remediũ scilicet *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* cuius doctrinam etiam sequitur Marant. *d. part. 4. distinct. 7. n. 7. Roland. d. cons. 75. num. 4. vol. 2.*

Secunda dubitandi ratio, quod pleraq; iura incorporalia, als Gebott/Verbott/Administratio arcis, Zinß/Renthen/Güldten/Zehenden/Jagt/Fischerey/ & alia similia iura, &c. per Actricem petuntur Dd. autem communiter cõcludunt, interdictum quorum bonorum † pro rebus incorporalibus non competere regulariter. *per l. 2. ff. quorum bonorum. & not. Bartol. in l. 1. num. 11. C. eod. Salycet. in rubr. C. eo tit. n. 4. Ferrar. in for. libell. quo petitur hæreditas ab intest. verb. coram vobis. n. 2. Person. in tract. quorum bonor. n. 170.*

Tertia ratio est, quod Rei allegant se iusto titulo possessionem H. adeptos, vigore scilicet consuetudinis pactorumq; iuratorum familiæ V. Sed constat interdictum quorum bonorum † ad instar petitionis hereditatis contra titulo possidentem non dari. *Rol. d. cons. 75. nu. 16. vol. 2.* vbi dicit, apud omnes legum interpretes hoc indubitatum esse. *Angel. in §. quadrupli. num. 26. versicul. & datur. Instit. de actio. & in §. sequens diuisio. num. 1. de interd. Et prolixe Achill. Person. in tractat. quorum bonor. num. 483. Bart. cum gloss. in l. 1. in princ. ff. eod. tit.* Et hoc interdictum quorum bonorum † petitioni hæreditatis æquiparatur, *Ripa in l. hoc interdictum. num. 2. d. tit. quor. bon. Marant. d. p. 4. & dist. 7. nu. 4. Gozad. cons. 50. nu. 13. Soc. Iun. cons. 75. nu. 16. & seq. vol. 2.* Ideoq; *d. n. 83.* dicit hanc regulam limitandam esse in omnib. casibus, in quibus petitio hæreditatis limitatur.

Verum ego hæc argumẽta nil obstare puto, quo minus interdictum hoc in nostro casu recte intentatum esse dicamus. Ad primum enim quod attinet, licet supra citati Dd. velint, hoc interdictum pro rebus vniuersalib. tantum, nõ etiam pro rebus particularibus cõpetere, non desunt tamen alii (& forte crebriori numero) qui cõtrarium existimauerunt, videlicet, quod interdictũ † hoc non pro rebus tantũ vniuersalibus heredi cõpetat, sed & quoq; pro particularib. ita expresse tenet gl. *in §. adipiscende. in vers. quod ex his. Et ibi Ang. Aret. num. 2. de interd. in Inst. Et notat ibidem Angel. post gloss. in l. 1 §. hoc interdictum. & ibi etiam Ripa nu. 15 & 18. in fi. ff. quor. bon. Et hanc opin. communem attestantur idem Rip. in d. l. 1. §. quia autem. nu. 12. ff. quorum legat.* Hinc fit, vt

hæredi

hæredi bonorum hæreditariorum partem possidenti, pro adipiscendis reliquis bonis hæreditariis (sicuti in nostro casu.) Quorum bonorum detur secundum Rayn. *cons.* 28. *nu.* 1. *lib.* 5. Et non tantum vtile sed & quoque directum. *Ripa in d. l.* 1. §. *hoc interdictum n.* 12. *ff. Quorum legatorum.*

Non obstat huic sententiæ allegatus textus *in sept d.* §. *hoc interdictū.* qui dicit, quorum bonorum ad vniuersitatem, non ad res singulas pertinere. Nam ad hūc textum respondet ibidem glos. *in vers. non ad singulas.* inquiens, subaudiendam esse dictionem taxatiuam *tantum*, scil. non tantum ad res singulares. Quod idem etiam sentiunt Ripa Bart. Angel. & alii, *in d.* §. *hoc interdictum.* Et sequitur ex recentioribus Person. *in d. tract. quorum bonorum num.* 421. *& num.* 480. *vers. quæ opinio.* Vbi dicit, quod subaudita taxatiua (*tantum*) dictus §. magis faciat pro hac communi opinione, quam contra. Nec ideo singulare dicitur iudicium (vt person. loco quo supra putauit) quod ad res singulares tantum datur, sed nihilominus vniuersale manet, secundum glos. *in d.* §. *adipiscendæ. vers. quod ex his instit. de interdict.* Aptitudine enim hoc interdictum vniuersale esse dicitur, licet actu interdictum fiat singulare, vt dicit Ang. *in d.* §. *quadrupli. nu.* 26. *vers. ex quo glos. in d. l. si ex edict. in vers. possident. & ibi Salic. C. quorum bonorum. Bart. Ang. Ripa in locis supra allegatis*, sicque magis inspicitur, quod ipsi naturale & principale est, quam quod ex accidente contingit, vt dicit Angel. *in d.* §. *sequens. num.* 2. *de interdict.* Et facit quod notat Oldendorp. *in class.* 2. *act.* 1. *sub cap. quid persequamur iudicio quorum bonorum*, vbi dicta verba (*non ad singulas res pertinet*) sic intelligenda putat, interdictum scilicet quorum bonorū principaliter ad hoc introductum esse, vt vniuersam hæreditatem aliquo remedio nanciscī corporaliter posset successor; Si tamen eueniat vnius tantum rei controuersia, cuius possessionem nondum sit adeptus, possit ad eum quoque pertinere hæc actio. *l. hoc amplius. cum l. seq. ff. de furt. Bartol. in l.* 1. §. *hoc interdictum. ff. quorum bonorum.*

Sed quicquid sit siue priorem siue vltimam hanc sententiam (quæ mihi magis probatur) amplectamur, certum tamē est, & in eo omnes conueniunt vtile saltem interdictum quorum
133 bonorum † ad res singulares competere. Idq; de iure ciuili. Ita Specul. *in tit. de testam. in §. nunc dicendum. vers. & nota. & vers. quid si res. n.* 3 *&* 4. *Angel. in d.* §. *sequens diuisio. instit. de interd. & in* §. *quadrupl. n.* 26. *vers. interdictum itaque. instit. de action. Alex. consil.* 4. *num.* 3. *vol.* 2. *Rol. à Valle consil.* 75. *nu.* 4. *lib.* 2 *Marant. de ord. iudic. part.* 4.
132 *dist.* 7. *nu.* 7. Vbi subdit, quod directum † ei datur, qui ad vniuersam agit hereditatem per *d. l.* 1. §. *hoc interdictum. ff. quorum bonorum.* Vtile autem ei competit, qui ad vnā rem particularem agit, quē sequitur & pulchre declarat Menoch. *remed.* 1. *adipisc. n.* 34. Idem tenet Socin. senior. *cons.* 33. *nu.* 19. *& Socin. Iun. cons.* 75. *num.* 4. *lib.* 1. Licet Achill. Person. *d. n.* 454. *& n.* 480. ab hac opinione omnino dissentiat, Existimās pro rebus singularibus non tantum vtile sed & directū quoq; hæredi competere, per rationes supra allegatas, quam opinionem & ego tanquā veriorē amplector. Non obstat secundo quod plerunq; iura incorporalia per Actricem petita sunt: Nam respondetur, quod licet Dd. velint pro iuribus actionibusq; incorporalibus, quorum bonorum regulariter non dari per iura supra allegata: Id tamen non procedit, quando incorporalia corporalibus accedunt vel cohærent, vt notat Bartol. *in l. fin. in fin. & ibi Salicet, C. quorum bonorum.* Et per multas authoritates Achil. Person. *nu.* 470. *d. tit. quorum bonorum*, quo beuitatis causa me remitto.

Minus obstare puto, quod Rei allegant se iusto titulo possessionē adeptos. Ideoq; interdictum quorum bonorum aduersus eos tanquam titulo possidentes non competere. Nam breuiter respondeo, solam ac nudam tituli allegationem, sed excludendum agentem interdicto quorum bonorum aduersus eos tanquam titulo possidentes non competere. Nam breuiter respondeo, non sufficere hoc sed necesse esse, vel vel titulus sufficienter sit probatus, vel in continenti probari possit. *l. siue possideris. & ibi Bald. in* 3 *notab. & l. actor. vbi Cyn. Bart. & Bald. Cod. de probat.* Vnde D. communiter cōcludunt, per nudam allegationem vel exceptionem tituli seu dominii, interdictum quorum bonorum regulariter non impediri, sed talem exceptionem †ad petitorium reseruari, idq; per textum 134
clarum & expressum *in l. fin C quorum bonorum. Afflict. decis.* 14. *num.* 4. *&* 10. *in fin. Paris. consil.* 41. *nu.* 1. 2. *lib.* 1. *Dec. cons.* 424. *nu.* 20. *Socin. Iun. cons.* 75. *nu.* 2. *lib.* 1. *Prolixe Person. in tract. quorum bonorum. n.* 471. *&* 474. nisi allegatus titulus adeoq; exceptio dominii in continenti allegari possit, vt ad longum tradit Person. *d. tract. quorum bonorum. nu.* 473. *& Menoch. in* 1. *remed. adipisc. nu.* 102. vbi plures allegant, atqui in nostro casu allegatus titulus cōsuetudinis, pactorumque iuratorum familiæ V. hactenus nec probatus est, nec etiam in continenti de eo doceri potest, cum altiorem indaginem requirat, prout supra in puncto defensionalium in deductione argumentorū Actricis late ostendi, quæ omnia breuitatis causa huc repeto. Quotiescunque enim Dominii vel tituli exceptio altiorem indaginem requirit, illa nō admittitur, sed semper ad petitorium reseruatur *d. l. fin. C. quorum bonorum* & aliis authoritatibus de quibus supra. Vnde sequitur, hoc interdictū allegato titulo nō obstante, ab Actrice recte intētatum esse. His addi potest, q; licet allegatus titulus per Reos sufficienter probatus esset, vel adhuc

probari posset, tamen quia talis titulus, quem admodũ Reorum prętensa possessio post mortem demum defuncti H. esset quæsitus, interdictum quorum bonorum aduersus eos competeret, prout etiam petitio hęreditatis conceditur, quãdo is titulum post defuncti mortem quæsiuit. Hanc limitationem ad secundam regulam ponit Bald. *in d. l. fin. n.* 28. *C. de edict. diu. Adr. toll. Rom. sing.* 340. *Cast. cons.* 138. *nu.* 4. *lib.* 2. *Alex. cons.* 90. *n.* 10. *vers. Facit ad hoc lib.* 2. *Socin. reg.* 296. *fallent.* 2. *Ruin. cons.* 169. *n.* 3. *& seq. lib.* 5. *Cravet. cons.* 277. *n.* 1. *vers. similiter Cacheran cons.* 56. *n.* 4. *vers. præd. Marant. in* 9. *disput. n.* 20. *Rol. cons.* 48. *n.* 11. *lib.* 1. Vbi attestatur ita alias sæpissime Bononiæ fuisse iudicatum. Et hanc limitationem etiam in interdicto quorum bonorum locũ habere, argumento est, quod tradit Menoch. *in* 1. *remed. adipisc. n.* 62. dicens, quod omnibus in casibus, in quibus petitio hæreditatis datur contra titulo possidentem, hoc etiam remedium competat & econtra. Idem etiam notat Person. *in tract. quorum bonorum. n.* 483. *circa finem.*

Et quamuis Zuchard. *in d. l. fin. nu.* 467. *C. de edict. diu. Andr. toll.* & pleriq; alii, quos refert Person. *in tract. quorum bonorum. n.* 754. censeant petitionem hereditatis etiam contra illum, qui post mortem defuncti titulum quæsiuit, non cõpetere, cui sententiæ & Couar. *c.* 12. *n.* 3. *pract. quæst.* videtur annuere. Nihilominus tamẽ idẽ Couarruuias *d. n.* 3. *vers. quamobrem ipse aliter accipio.* putat, interdictum possessorium hoc casu dari recte posse, etiamsi petitio hæreditatis minime daretur tũc, nec enim (inquit) video, qua ratione possit congrue deduci argumentatio ista. Non datur petitio hęreditatis. Ergo nec interdictum possessorium, cum sint duo iudicia admodum distincta, nempe iudicium proprietatis & possessionis. *l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss.* Imo hic argumentandi modus facilime resoluitur ex *l. is qui destinauit. ff. de rei vendic.* & quæ notantur per Bart. *in leg. rem alienam. ff. de pig. act.* etsi enim *in d. l. vltima* detur illlud iudicium possessorium contra titulo possidentem, ex hoc sequitur, dari contra eundem petitionem hæreditatis, quam interpretationem longius probat *in consil.* 73. *lib.* 5. *&c.* Hæc Couar. ibi. Ex quibus omnibus concludo, intentatum interdictum quorum bonorum, si nõ directum saltum vtile, argumentis in contrarium adductis non obstantibus, in nostro casu competere.

At vero hoc loco aliud oritur dubium; An
134 scilicet hæc duo † iudicia recuperandæ & adipiscẽdæ in eodem libello cumulari potuerint: ratio dubitãdi est, quia agens possessorio recuperandæ, asserit se possedisse & sua nunc fuisse possessione spoliatum. *c olim de restit. spol.* Et est text. expressus *in §. sequens diuisio. vers. itaque si quis adeptus. instit. de interdict. Menoch. in prælud. ad remedia possessoria recup. n.* 21. Interdictum vero quorum bonorum, præsupponit Actorem nunquam possedisse, eique non datur qui possessionem semel apprehendit *d. §. sequens. versi. ideo autem. instit. de interdict. Iaf. in l.* 1. *§. Veteres numero* 18. *ff. de acquiren. possess. Alexand. cons.* 183. *numero* 3. *lib.* 5. Vnde dicendum videtur, hæc duo iudicia propter repugnantiam & contrarietatem cumulari non potuisse per ea, quæ notat Menoch. *rem.* 4. *adipiscend. numero* 505. *Bald. in l. incerti, num.* 25. *versic. vndecimo Cod. de interdict. Alexand in leg. naturaliter §. nihil commune. num.* 90. *Et ibi etiam Iason num.* 153. *Ruin. consil.* 27. *num.* 6. *vers. nec obstat. lib.* 5. Nam aliquis actum in se repugnantem producere non potest. *Iason in dict. § nihil commune. num.* 160. *Decius in l. edita. num.* 62. *versic. & ad istam regulam. Cod de edendo, Capit. decis.* 96. *num.* 6. *&* 8. Hinc est, quod quamuis ob contrarietatem excusetur, tamen quando talis contrarietas ex actis constat, Iudex ex officio etiam parte non opponente, propter Libellum hunc contrarietatem reiicere debet. *Bart. in d. §. nihil commune, num.* 33. *ibi, vnam Iason, nu.* 162. *& Ripa nu.* 171. Quibus tamen non obstantibus breuiter existimo, cumulationẽ horum iudiciorum in præsenti casu bene fieri potuisse. Supradicti enim Dd. loquuntur in casu, quando hæc duo remedia cumulantur circa idem, siue respectu vnius solius possessionis, tunc enim cumulatio non admittitur, secus est, vbi cumulatio fit diuersis respectibus, vel ad diuersas possessiones diuersarum rerum, vt nostro casu, vbi possessorium intentatum est ad recuperandam possessionem arcis N. eiusque pertinentiarum, interdictum vero adipiscendæ, pro immissione omnium reliquorum bonorum cõsequenda. Tunc enim dubium non est, quin cumulatio possit admitti, ratio est, quia hoc in casu nulla aduersatur regula cumulationis impetitiua, ita clare docuit & distinxit Roman. *in leg. naturaliter. § nihil commune. numero* 14. *versic. aut loquimur, quem allegat & sequitur Menoch. remed.* 2. *adipiscend. num.* 89. 90. *&* 92. *Paul. de Castro consil.* 95. *num.* 2. *lib.* 1. *Iaf. in d. §. nihil commune, nu.* 154. *& ibi etiam Ripa num.* 162. *Achill. Person. in tract. quorum bonorum num.* 461. *& seq.* Et de cumulatione actionum videatur Decius *in leg. edita C. de edendo. & Zaf. in §. si minus. nu.* 18. *instit. de actionibus.* Concludo igitur in nostro casu nihil obstare, quo minus cumulatio dictorũ iudiciorum admitti possit. proximum nunc erit videre: An intentio Actricis quoad supra dicta duo iudicia, sit probata? Et primo quoad intentatum possessorium recuperãdæ, ex iis, quæ supra in puncto defensionalium late ante deducta sunt, facile intelligi poterit, actionem scilicet quoad dimidiam partem arcis N. eiusque pertinentiarum abunde probatam esse, & non elisam. Cum igitur principaliores quæstiones, quæ alias hic tractandæ forent, iam ante ad lon-

longum sint examinatæ, ideo sententiam meam, quam breuissime potero (referendo me simpliciter ad rationes iam adductas) hoc loco exponam, ne superflua repetitione, quæ per se odiosa est, & in recessibus visitationum expresse prohibita, Dominis sim molestus. Constat autem secundum communem Dd. opinionem, ad probationem huius remedii Canonis, *redintegrande 3. q. 1.* duo necessaria requiri, possessionem sc. ex parte agentis, & spoliationem ex parte aduersarii: Illius quidē temporis quo Actor possidebat. *Couar. in 2. parte relection. in repet. cap. possessor malæ fidei. §. 1. n. 4. de reg. iur. in 6. per textum celebrem in l. 1. §. interdictum autem. ff. de vi & vi armata, &c. c. suborta. extr. de re iudicata.* Est gl. cōmuniter approbata *in c. olim. §. 1. in verb. restitutio. de restit. spoliat.* vel vt alii loquuntur, antiquiorē possessionem agentis & nouam conuenti. *Abb. in c. cum ad sedem. n 28. de restit. spol. Corn. cons. 247. n. 20. lib. 2. Ale. cons. 6. n. 5. vol. 3. Paris. cons. 98. n. 24. lib. 2. Roland. à Valle cons. 72. nu. 1. vol. 2.* Vbi dicit, quod in tali remedio fundatam videtur habere quis intentionem, eo ipso, quod probat de sua antiquiore possessione, & q̄ alius de præsenti possidere reperiatur, dato etiam, quod aliter non probetur de alia spoliatione vel violentia, quod idem notat Alex. *cons. 91. n. 3. vol. 5* Agenti enim possessorio recuperandę sufficit probare, quod aliquando possedit, quia præsumitur & tunc possedisse, quādo fuit deiectus vel spoliatus. Alciat. *reg. 2. præsumpt. 21. nu. 14.* Probando igitur antiquiorem possessionē, ipsa iunior clandestina & vitiosa, & sic reipsa censetur spoliatio, *Roland. d. consil. 72. num. 2. volu. 2. pers. licet eam. de probat. Paris. consil. 145. num. 5. part. 4. Afflict. decis. 327. & 363. num. 3. & commune dicit Franciscus Viuius in commun. opin. in verb. spoliatus. versic. possessorio recuperandæ Agens.* Secutus Curtium Iuniorem *consil. 165. numero 5. & Alciat. in tract. præsumpt. reg. 2. præsumpt. 21.* & dixi late in causa Kalenburg / contra Kalenburg / quo me refero. Videndum igitur erit: An hæc duo requisita seu extrema huius iudicii, (vt verbis Parisii *cons. 98. nu. 23. lib. 2.* vtar) per Actricem sint probata.

Et quidem ad possessionem dimidiæ partis d. domus N. quod attinet, puto eam ex propria Reorum assertione satis probatam existere, sicuti ex plerisque productis videre licet, ex qua sola Reorum assertione & confessione, absque aliis probationibus vel testium depositionibus & antiquior Actricis, & Reorū vitiosa possessio satis mihi probata esse videtur, cum nulla sit firmior† probatio, quam propria alicuius confessio maxime iudicialiter facta *l. vnica l. de confess. l. cum te. vbi glos. & alii C. de transact. Cornæus cons. 261. vol. 4.* Tradunt namq; Dd. ex sola insistentia rerum corporalium immobilium possessionem probare, ita tenēt omnes *l. stipul. ista. §. hæc quoq; ff. de verb. oblig. vbi Bart. n. 3. Ias. num. 4. Corn. cons. 282. nu. 4. vers. Tertio quia donum. lib. 1. Ang. Aret. in §. sic itaque. nn. 7. Instit. de action. Socin. sen. consil. 131. nu. 2. versic. Primo quia illa habitabat, vol. 1. Dec. consil. 56. nu. 3.* qui ex Alexandri sententia affirmat, ex inhabitatione domus probari possessionē eiusdem. Idem Dec. *cons. 400. nu. 3. & 4. Balb. in repet. l. Celsus. n. 135.* vbi *num. 134.* ait ex Baldo Solam deambulationē † probare possessionem, cum insistentia sit & sola insistentia † possessio acquiratur *l. 1. in princip. ff. eod. Menoch. remed. 3. retin. nu. 562. &c.* Imo & solus accessus frequentatus ad rem possessionē probare dicitur, *Bald. in l. indicia C. de rei vendic. Alex. cons. 133. vol. 1.* vbi si quis pluries visus fuerit accedere ad territorium, per hoc probat suam possessionem vt refert & sequitur Matth. Afflict. *decis. 167.* Nisi reipsa constet alterum effectualiter possidere, Francus *in cap. bonæ memoriæ. col. 1. in pr. de appell. Franc. Balb. in repet. l. Celsius. nu. 134. de vsucap.* 136 137

Quod in nostro casu nequaquam dici posse postea ostendam. Nec tamē hic omittendum, solum ingressum vel insistentiam domus, possessionem eiusdem tum demum acquiri, si animus & intentio possidendi, cum insistentia vel inhabitatione adsint. *arg. l. 3. in princ. & l. quemadm. ff. de acq. poss.* Verum si non habeam animū acquirendi, non acquiro, cum inuito beneficiū † nec conferatur, nec acquiratur. *l. marito. de reg. iur.* Idem furiosus, ebrius dormiens, & id genus homines, quia animum possidendi nō habent, non acquirunt possessionem *l. 1. §. 1. ff. de acquir. poss.* & de hac re videatur Rebuff. *in præfation. tit. de materiis poss. nu. 28. 29. & 30.* vbi quinque requisita ponit ad hoc, vt per ingressum & insistentiam possessio acquiratur. 138

Quod autem Actrix nostra animū quærendi possessionem dictæ domus N. rerumq; mobilium in ea existentium (saltem pro dimidia parte, de qua hic nobis quæstio est) habuerit, ex multis coniecturis & præsumptionibus intelligi potest, per notata Socin. sen. *cons. 28. n. 14. lib. 1.* Quarum prima est, quod ex propria vtriusque partis assertione constat, hæreditatem, de qua in præsentia agitur, fuisse & esse lucrosam & opulentam, daß sie nemblich vber hundert tausent Gülden Beet thut/ ꝛc. Vnde verisimile esse non potest, quod Actrix hæreditatem tam amplam, tamque lucrosam sibi delatam negligere, vel ius suum iam quæsitum iactare voluerit, vulgata *l. cū de indebito. ff. de probat.* Hinc fit, quod in hæreditate lucrosa † facile præsumatur hæreditatis aditio, secus in damnosa, Dec. *in c. dilecti filii in 2. not ab. de appellation. Corn. consilio 319. colum. 2. ad finem lib. 3. Quem refert & sequitur Cravet. consilio 35. num. 12.* Quemadmodum igitur animus adeundi & acquirendi hæreditatem, sic & volūtas & intentio possidendi in tali casu proculdubio præsumenda est, per ea quæ notat Bartol. *in leg. gerit. numero 21. & 22. ff. de acq.* 139

*de acquir. hæred.* Præterea est in confesso, & Actricem fuisse vnicam filiam, sicque hæredem vniuersalem & quidem necessariam patris sui H. Cum igitur post mortem patris in supradictis ædibus hæreditariis permansserit, eaq; inhabitarit, quis non præsumeret, eam permansisse vt heredem, animumq; & intentionem, tam veram possessionem effectualiter acquirendi, quam hæreditatem adeundi, vel eidem se immiscendi habuisse, per ea quæ pulchre notat Bart. *in d. l. gerit. de acquiren. hæred. quem ad hoc allegat & sequitur Socin. sen. in d. consil. 131. numero 5. vol. 1. & Alexand. consil. 141. num. 6. vol. 7.* Quæ præsumptio eousque procedit, vt filius, qui post mortem patris in domo ipsius habitare reperitur, iuris necessitate censeatur habitare vt hæres, animoque possidendi id facere, nisi liquido probauerit, ab hereditate paterna se abstinuisse, & non vt hæredem, sed vt inquilinum seu custodem, vel alia iusta ratione habitasse, vt est text. expressus *in l. 1. & ibi Doctor. Cod. de repud. hæred.*

Quid igitur quæso in hac causa absurdius vel ineptius (quod pace Dominorum dixerim) dici posset, quam actricem nostram vnicam H. filiam necessariamque ipsius hæredem in sæpe dictis ædibus N. precario vel familiaritatis iure tantum, non autem suo proprio iure, nec animo etiam vere possidendi, remansisse: cum tamen expresse iuris dispositio, adeoque iuris necessitas huic intellectui penitus repugnet, & contrarium non modo præsumat, sed id etiam aperte constituat ac probet, alias precariũ rei suę esse nõ possit. *l. in rebus. §. Item si in rem meam, ff. de precario. Tiraq. de iure constit. possessorii. part. 3. limitat. 7. n. 23.* Accedit tertio, quod Rei in puncto editionis seu cõtrariarum executorialium non vno in loco conqueruntur, Actricem pleraq; bona alia mobilia, Als nemblich ein Verschreibunge vber 800. Goldgülten Itẽ ein Satteltäschen mit Gelt / Ringen vnd andern Kleynõtern. Deßgleichẽ etlich Silbergeschirr vñ andere Dinge mehr/ex d. hæreditate H. occupasse & abstulisse, neq; id quidem Actrix negat, sed expresse fatetur. Ex quo igitur res hæreditarias & mobiles sic occupauit, & ad se recepit, nec minus dubitari potest, quin animum hæreditatem acquirẽdi pariter ac possidendi Actrix habuerit, occupandi enim res † hæreditarias, 140
præsertim hereditatis opulentæ (vt supra dixi) & animus adeundi & voluntas possidendi præsumitur, per ea quæ pulchre notat Bart. *in d. l. gerit n. 21. ff. de acq. hæred. Alex. consil. 140. n. 6. lib. 7. & Soc. sen. in alleg. consil. 131. nu. 5. lib. 1. &c.*

His omnibus addi potest, quod Actrix per introductionem præsentis litis satis declarauit, se animo & intentione possidẽdi in dictis ædibus N. permansisse, quæ etiam declaratio absque aliis præsumptionibus sufficeret. Animus enim facientis declaratur, vt gloss. Bart. Dd. *in l. admonendi. ff. de iurerur. & idem Bart. in d. l. gerit. nu. 21. in fine ff. de acquiren. hæred.* Idque tam verbis quam facto fieri potest *Rolan. à Valle consil. 77. num. 31. vol. 1.* & animus talis fuisse præsumitur in præteritis & præcedentibus, qualis de præsenti fuerit declaratus. *Roland. d. cons. 77. num. 33. vol. 1. Socin. sen. consil. 162. nu. 6. lib. 2.* Ex euentu enim subsecuto † animus probati dicitur. 141
Et ex postea gestis † prius gesta declarantur, vt pulchre notat Crauet. *in cons. 77. nu. 10. & Bart. in l. si concubina. §. Res amatas. ff. rer. amot. facit l. sed Iulianus. proinde. ff. ad Maced.* Ex his igitur aliisque coniecturis & præsumptionibus; quibus animus probari dicitur, vt notat Socin. sen. *cons. 28. n. 14. lib. 1.* concludo, animũ Actricis vere & effectualiter possidendi satis superq; declaratum existere. Denique pro confirmanda possessione Actricis huc accommodari possunt vulgares Dd. regulæ, quibus tradunt, possessionem in dubio præsumi veram non abusiuam nomine proprio, non alieno quæsitã. Innoc. *in c. cum olim & ii, de priu. leg. Archidiacon. in 6. Pontifices. ib. quæst. 1. Bald. in l. executorẽ C. de execut. rei iud.* Vnde dicunt, quod quando actus fieri † potest nomine proprio & alieno, semper 142
præsumatur factus nomine proprio *Alciat. regul. 2. præsumpt. 24. nu. 10.* Et ex causa potentiori & validiori. *Paris. consil. 75. nu. 6. vol. 4. Roman. post Bart. in l. Aristo. ff. de donat. Abb. in c. ad quæstiones. de rer. permut.* Quemadmodum & filius possedisse præsumitur, ex illa causa, quæ sibi erat vtilior, vt inquit Bart. *in d. l. gerit. nu. 21. ff. de acquir. hæred.* & facit quod notat Crauet. *in cons. 160. n. 9.* vbi dicit, in dubio quid factum censeri, prout vtilius hoc sit facienti facit, quod si quis reperiatur in possessione alicuius rei, & ignoretur, ex qua causa possideat, censeatur possidere ex titulo præcedenti. Ideo probando titulum & suam possessionem (prout in nostro casu hæc dico ex propria Reorum confessione probata existunt) censetur illam ex titulo tali habuisse. Sunt verba Rebuffi *in præfatione ad d. titulum de materiis possessoriis n. 5.* Et præterea, si legata res fuerit Titio, & is reperiatur in eius possessione præsumitur possidere ex titulo legati *l. penult. ff. pro legato.* Quod idem etiam in hæreditate obseruari affirmant. Nam si alicui sit delata hæreditas, & reperiatur aliquam rem hæreditariam possidere, præsumitur istud facere titulo hæreditario, ita in terminis nostris loquitur Alciat. *in regul. 11. præsumpt. 3. num. 2. & 3.* Et quod possessio probari dicatur ex titulo præcedenti, sicque iure proprio non alieno, communis est omnium interpretum sententia glos. & Bart. *in l. Quædam mulier. ad fin. ff. de rei vend. Idem Bart. in l. sed etsi res. 7. §. final. ff. de publ. in rem action. Socin. sen. consil. 61. n. 4. lib. 1. & idem Socin. in cons. 13. n. 17. lib. 4. Paris. cons. 75. n. 5. & 7. volu. 4. Crauet. cõs. 317. n. 3. Francis. Curt. iun. cons. 168. n. 33.* Et hoc, etiamsi titulus esset inutilis, vt

ibi

ibi per eum rationem assignat Alciat. *in. d. præsumpt. 23. nu.* 10. Quia (inquit) titulus licet erroneus, intentionem possidentium declarat. Hoc idem & sentiunt plerique alii, quos supra in puncto defensionalium retuli.

Quæ cum ita de iure se habeant, iam parum obst. abit, quod Rei obiiciunt confessionem seu responsionem ipsorum ad 38. posit. Daß nembslich Klägerin/ post mortem patris ein Zeitlang auff R. gewesen/ non fuisse purã vel simplicem, sed expressam hanc qualitatem habuisse annexam. Daß sie durch Beklagte vnterhalten worden. Ideo talem confessionẽ qualificatam non posse pro parte acceptari, & pro parte reiici, allegando ad hoc Socin. sen. *cons.* 208. *n.* 1. *lib.* 2. *& Bellon. cons.* 46. *n.* 10. Nam responderi potest, hãc qualitatem nec veram esse, nec aliquã speciem veritatis præ se ferre. Quandoquidẽ Rei ex propria sua confessione contrarii (ne dicam aperti mendacii) hac in re conuinci possunt, dum in 28. defens. ponunt, Daß sie allererst 70. Tag hernacher H. todte zu R. ankommen. Qua ratione igitur quæso verisimile esse potest, quod Rei tum temporis absentes & mortis defuncti patrui adhuc ignari victum Actrici prębuerint, vel quis non crederet quod potius ipsamet Actrix, vt hæres ac Domina præsens sibi suæque familiæ, quam dicti Rei absentes eisdem necessarium victum & alimenta parauerint. Prętera posito, Actrici saltem post aductum Reorum alimenta per eosdem præstita fuisse tum ex quo Actrix titulum & possessionem habuit, talis actus Reis nihil prodesse, multo minus Actrici in sua possessione aliquo modo præiudicare posset: Iuris enim est, quod quando quis habet titulum (præsertim hæreditarium) & possessionem simul, tunc si consanguineus vel amicus faciat aliquos actus possessorios, videatur eos facere iure familiaritatis, & sic ex titulo præcedente adiuncti sui non iure proprio, vt egregie notat Alciat. *in d. reg.* 2. *præsump.* 23. *nu.* 6. Vnde Dd. tradunt, quod si duo habitent simul. puta si filius vna cum matre, aut mater cum filio, vel duo amici, fratres, affines vel consanguinei morentur in eadem domo, & vnus habeat titulum, alter non: Tunc ille qui titulum non habet, dicere non possit, se vsum fuisse domo, pro sua & tanquam sua, sed potius iure familiaritatis vel propinquitatis, sunt verba formalia, Socin. sen. *in consil.* 61. *nu.* 4. *&* 7. *vol.* 1. *& cons.* 23. *nu.* 17. *vol.* 4.

Ex quibus sic breuiter deductis facile intelligi potest, supra dictam qualitatem (vtcunque ea probata existeret, vel adhuc probari posset) Actricis intentioni nihil obstare, ideoq; attendendam non esse. Qualitas enim quæ in materia, † de qua agitur, nihil operatur, non venit consideranda. *Cravet. cons.* 186. *nu.* 3. *&c.* Multo minus obstat, ꝙ Rei in replicis suis sub *nu.* 117. *in* §. Dann ob gleich die Klägerin / &c. satis inepte ac imprudenter quidem possessionẽ Actri, cis ad habitationem eines einigen vnd sondern Gemachs restringere conantur, ex eo inferentes, dz Actrix dardurch die würckliche Possession des Hauses R. vnd anderer darzu gehörigẽ Güter nit hab erlangen mögen/ Ad hãc enim obiectionem respon det IC. Paul. *in l. possideri.* §. *quod autem. ff. de acquir. poss.* dicens: Eum, qui fundum possidere velit, nõ vtiq; necesse habere, omnes glebas eius circumambulare, sed sufficere vnã partem introire, vt possessio fundi quæratur. Hæc Paulus I C. vna igitur parte fundi possessa 145
totus fundus possessus intelligitur. *Paris. cons.* 17. *n.* 13. *part.* 1. Et in terminis Bart. *in l.* 3. *in princ. ff. de acquir. poss.* vbi dicit, si quis emat castrum cũ ædificiis, tunc accipiendo vnam partem possessionis dicatur possedisse possessionẽ totius. Ex quibus satis colligitur, supra dictam obiectionem in proposito nihil obstare, quo minus Actricem per apprehensionem & habitationẽ vnius etiam cubiculi, totam domum, vel saltem ei quasi dimidiam (de qua sola vtique hic agimus) possedisse dicamus. Possessione igitur dictæ domus, vel eius dimidiæ probata (prout ex iam deductis probatum concludo) possessio quoq; omnium bonorum in ea existentium, & sic non minus literarum & documentorum, quam aliarum rerũ mobiliũ, pro dimidia parte similiter probata censebitur. *arg. l. quod meo* §. *si venditorem. ff. de acq. poss.* & in t[illegible]is de hærede hoc firmat *Bald. in l. de his. Ibi quoque Bart. in l.* 1. *vers. sed quæro nunquid. C. de furt. & tenet Ang. in l. Qui vniuersas. in princ. ff. de acq. poss. Faciunt notata per Bald. in l. ob maritorum. Vbi hoc quoque firmant Bart. & Salic. C. ne vxor pro marito. Soc. sen. d. cons.* 131. *n.* 6. *vol.* 1. Et hoc per se clarum est. Quid autẽ de bonis reliquis immobilib. puta fundis, hortis, pratis, iuribusq; corporalibus als Oberkeit/ Gebott/ Verbott/ Zinß/ Rhenten/ Pension/ Zehenden/ &c. dicendũ sit, dubitari posset. Nam etsi quis in domo hæreditaria permãserit, non ob id statim possessionem reliquorũ bonorum immobilium apprehendisse dicitur, vt notat Alex. *cons.* 70. *n.* 12. *vol.* 6. *prope finẽ.* Quando enim plures sunt res vel fundi, ex quibus possessio acquirenda est, tunc per ingressum vnius vel alterius fundi, nequaquã censetur acquisita etiam possessio reliquorũ, Est gl. *in l.* 3. *in verb. Quamlibet. ff. de acq. poss. quã gl. sequitur ibid. Bart. n.* 4. Sic & dicitur, quasi possessionẽ iurisdictionis in certo aliquo actu, vel in certa specie alicuius loci, non inferre quasi possessionẽ in aliis locis, secũdum eundẽ Bart. *in l.* 1. §. *si quis hoc interdicto. ff. de itinere actuque priuato. & ibi in addit. & notat prolixe Dynus in d. c.* 1. *n.* 23. *de reg iur. in* 6. Accedit, ꝙ licet possessio domus hæred. apprehensæ sufficiat ꝙ omnib. reb. hæred. in domo existentib. vt paulo ante dixi: Tamen per eã possessio rerũ incorporaliũ, sine exercitio aut facto nequaq̃ acquisita intelligi possit, Nam sicut in corporalibus non

acqui-

146 † acquiritur possessio sine apprehensione. *l. 3. ff. de acquir. poss.* Ita nec in incorporalibus sine vsu & exercitio, quæ loco apprehensionis habentur, vt per Rebuff. *d. tit. de mater. possessor. in præfat. nu. 157. & 152. &c.*

Distinguendum puto, aut bona eiusmodi sunt è domo essentialiter separata & distincta, & hoc casu locum habet sententia Alexandri *in d. consil. 70. n. 12. lib. 6.* vt scilicet apprehensione domus reliquorum fundorum ac iurium possessio quæsita non intelligatur, aut talia bona sunt connexa, cohærētia, adiacentia, & pertinentia ad d. domum. Et tunc adepta possessione domus, possessio quoq; pertinentiarum probata censebitur. Ita in effectu videtur distingurere Dynus *in d. c. 1. n. 23. de reg. iur. in 6.* Qui omnino videndus, quem refert, & sequitur *Bart. in d. l. possideri 3. in princ. nu. 4. ff. de acquir. poss.* Facit quod notat Hieron. de monte Brixione, *in tract. de finib. regend. c. 80. nu. 1.* Et quod possessionis † adeptio extendat se ad connexa & pertinentia, notat Francisc. Marc. *q. 212. n. 13. part. 7.* 147

possessionis enim probatio † super principali trahi dicitur ad pertinentias & accessoria, *Cravet. consil. 54. n. 14.* Cum igitur Actrix nostra in 38. posit. generaliter, & sine vlla specificatione bonorum deducat, Daß sie den Beysitz deß Schlosses N. sampt aller in vnnd zugehörung würcklich ergrieffen. Possessionem insuper d. Castri, propria Reorum confessione probauerit: Ideo dubium nō est, quin talis possessio ad omnia accessoria, & cōnexa ipsius Castri, & sic ad pertinentias eiusdem sit extendenda per argumenta iam deducta & notata *in l. 3. in prin. ff. de acq. possessione*, quod pulchre notat Bal. *in cons. 459. col. penult. circa finem l. b. 3.* vbi dicit: Quod præscriptio in principali † trahitur & ad accessoria, quę tamen præscriptio requirit possessionem C. *sine possessione ff. de vsucap.* Et sic loquitur Bal. in terminis nostris: idem tradit Bart. *in l. de quibus, n. 15. ff. de ll.* vbi habetur, quod præscribēs 148

† fundum, censetur etiam præscribere seruitutem & sic ius incorporale ad ipsum fundum, tanquam accessoriū pertinens *l. si alienas. §. hoc iure ff. de vsucap. tradit Ias. in cons. 185. col. 3. in fin. lib. 2. Dd. in l. qui fundum, §. 1. per illum text. ff. pro emptore. Rom. sing. 583. Cravet. cons. 54. n. 14.* Appella- 149 150

tione autem pertinentiarum † quæ comprehendantur, eleganter notat Innoc. *in c. cum ad sedem. n. 2. ext. de restit. spol.* vbi inquit, pertinentiarū nomine ea contineri, quæ statuto vel cōsuetudine, vel lege deputata sunt, vt accederēt, prout in interdicto vnde vi statutum est, quod accedant etiam mobilia & damna *grauis. ext. dicto tit. de restit. spol. l. 1. §. rectiss. me. ff. de vi & vi armata.* Quemadmodum etiā hæreditati omnia accedunt, quæ in hæreditate inueniūtur, etiāsi non fuerint testatoris *l. item veniunt. ff. de petit. hered.* vnde si petatur Ecclesia vel castrum vel alia similia cum pertinentiis suis, ea quæ sunt 151

deputata, vt accedant, statuto vel consuetudine peti intelligūtur, vt per pluta exempla late prosequitur Innoc. *in d. c. Cum ad sedem, quem refert & sequitur. Bart. Socin. in consil. 47. num. 4. volum. 1. Bal. in c. 1. de Capit. qui curiam vendidit. Et idem Innocent. in c. ex literis, de iure patron. Ferrar. sub forma libelli. sub actione reali. cum omn. bus pertinentiis.* Quibus addo Hieron. à monte *in tract. finium regund. cap. 80. num. 1. & 7.* vbi *num. 8.* dicit. Pertinentias non solum in possessione, † sed etiam in iure & iurisdictione consistere, 152

per *l. verbum illud pertinere. ff. de verb. signific. cum similib.* Sed hac de re curiosius hic nō tractabo, siquidem specialis bonorum declaratio in executione veniet, *Masuer. in pract. sub tit. de dilationib. num. 15. & tit. de executionib. & subhastationibus. num. 15* tunc enim sententia executioni mandabitur super omnibus, quæ probauerit Actrix, ad domum petitam principaliter vel accessorie pertinere. *d. c. auditis. de præscript. c. grauis de restit. spol. & habetur per Innoc. in c. cum ad sedem. ext. de restit. spoliat.* Ex his sequitur, antiquiorem possessionem ex parte Actricis, ne dum d. domus N. sed & bonorum mobiliū in ea existentium omniumq; pertinentiarum eiusdem, absq; vlteriori examinatione dictorum testium sufficiēter probatam esse, prout etiam probatam concludo, &c. Quibus ita positis superfluum puto, de altero requisito (spoliatione scilicet) diu hic disputare: Cum hoc ipso quo antiquior possessio Actricis probata est Reorum possessio vitiosa sit censenda. *Paris. cons. 145. n. 5. part. 4. Afflict. decis. 327 & 363. n. 3.* agenti etiam remedio Canonis *redintegrāde.* sufficit probare antiquiorem possessionem, quæ postea ad suum aduersarium Reum scil. conuentum sine agentis facto peruenerit, & tunc probata † antiquiore possessione, re ipsa probata dicitur spoliatio dari quod aliter nō probaret de alia spoliatione vel violētia. *Alex. cons. 91. n. 3. vol. 5.* Adeo quod Reus ad relaxandam dictam possessionē condemnari possit, vt dicit Bal. *in pen. §. penult. C. si à non compet. iud. Innoc. & Canonist. in c. sæpe. de restit. spol. & communem dicit Francisc. Vivius in communibus opinionib. vers. possessorio recuperandæ agē. Curt. Iun. cons. 165. n. 5. Alcia reg. 2. præsumpt. 2.* Probatur tum d. spoliatio etiā per propriam confessionē Reorum, quæ tam ex articulis defensionalib. quā ex responsionib. ad positiones Actricis plus satis apparet, dum passim fatētur ac ponunt, Sie haben das Hauß/ꝛc. cum pertinētiis post mortem H. eingenommen/ & quanquam adiiciant, daß sie solches in krafft angezogener Lands gewohnheit/ auch fonder gebrauch/ Statuten/ Burgfriedē/ Testament vnd Pacten deß Stammes V. als rechte Erben vnd Herrn mit gutem fugen gethan haben/ prout ex elitione ad 98. posit. apparet: Hos tamen à spolio ipso releuare non potest, cum ex supra deductis certum sit, vitiosum ac clandestinum possessorem

sessorem non posse eiusmodi exceptiones proponere, quo minus actio super spolio (quomodocunque agens sua possessione priuatus sit) aduersus eum habeat locum, vt communem dicit Francisc. Vinius *in com. opin. in verb. spoliatus. num.* 4. per authoritates ibi per eum allegatas, vnde etiam d. qualitas, cum ea hic nihil operetur, pro non adiecta habenda est. *Cravet. consil.* 186. *num.* 3. Concludo itaque intentionem Actricis de iure fundatam.

## *De elisione in hoc remedio possessorio recuperanda.*

Exceptiones seu defensiones Reorum, quibus intentio Actricis elidi posse videbatur, supra in pũcto defensionalium late à me deducta sunt. Ideo breuitati, quantum fieri potest, hoc loco studebo. Præcipua autem Reorum exceptio seu defensio est, per quam contendunt Actricem nunquam in vera possessione d. domus N. fuisse, sed precario tantum & iure familiaritatis, Sicque ex speciali gratia Reorum post mortem patris in ea remãsisse, vtpote possessione eiusdem per suos affines & negociorum gestores in ipso momento mortis H. suo (Reorum scilicet) nomine corporaliter occupata & apprehensa. Tantum igitur abesse, quod antiquior vel iustior possessio ex parte Actricis probata censeri possit. Certi enim iuris est, possessionem † per negotiorum gestorem & absque mandato nobis acquiri posse, si ratificatio subsequatur, vt est textus expressus *in l. communis seruus.* 42. *§. fin. ff. de acquir. poss.* & dixi pluribus supra in puncto defensionalium quæ huc repeto. Quod autem possessio per dictos suos affines, & negotiorum gestores Reorum nomine apprehensa, & per ipsosmet Reos postea ratificata, approbata, multisq; actibus possessoriis d. apprehensionem subsequutis continuata fuerit, id pluribus rationibus Rei probare conantur. 154

Quarum prima sumi potest ex 108. & aliquot leqq. defens. in quibus late deducunt, welcher massen als baldt nach H. Absterben D. von der B. die Thor vnnd Haußschlüssel von dem Burggraffen deß Hauses N. gefordert vnd bekommen/vnd zur Behuff Reorum tum temporis abientium zu seinen Händen genommen/die auch folgents/vnd gleich darauff G. G. zugestelt vnnd jhme ernstlich befohlen/dieselbige den Beklagten/als den rechten Stamms Erben zu verwahren/darauff auch er G. solche Schlüssel gehörter massen angenommen/vñ zu behelff Reorum, vnter jhren Namen das Hauß N. in vnd außwendig on männiglichs Eynreden offentlich auff vnd zugeschlossen vique in aduentum Reorum, wie dann auch ermeldte von der B. vnd G. G. dieschlüssel zu dem Brieffkasten/vnd andern Truhen/Tresor/vnd Schancken nomine Reorum verpitschieret vnd verschlossen/absque eo, daß sie solches auff ansuchen/Begeren oder Befelch Actricis, sondern allein Reis zu gut gethan haben/& in 16. defens. daß auch Klägerin solche Schlüssel ante reditum Reorum weder zu sich genommen/noch behalten habe. Constat autem ex traditione, receptione & retentione clauium, sub quarum custodia bona corporalia, mobilia vel immobilia sunt, possessionem eorundem acquiri & probari, *vulgata l. clauib. vbi Bartol. ff. de contrahend. empt. Bal. in l. 2. C. de verb. sig. Soc. sen. cõs.* 13 *n.* 14. *lib.* 4. *Guid. Papa cõs.* 71. *n.* 5. *late Tiraq. de iure cõstituti possessorij part.* 3. *limit.* 1. *Dec. cons.* 56. *n.* 1. *Menoch. remed.* 3. *retinendæ. nu.* 569. *&* 577. *& de intellectu d. l. clauib. pulchre tract. Couarru. libro* 3. *variar. resol. c.* 16. *num.* 11. Huc quoque non male referri posse videtur, quod supra pro parte Actricis late à me deductum est, ex sola insistentia rerum corporalium immobilium possessionem probari, de qua re videatur Menoch. *remed.* 3. *retinendæ. num.* 561. *& alij quos supra citaui.*

Secunda ratio est, quod Rei allegant probationem, & offerunt, se statim post reditũ suum absque vlla Actricis contradictione, animo nimirum ratificandæ & continuandæ possessionis, per suos affines & negociorum gestores, supra dicto modo apprehensæ, omnimodam administrationem & gubernationem dictæ domus eiusque pertinentiarum in se suscepisse, Derwegen sie dann nicht allein von den Hauß. Dienern vnd Gesind die Handtpflicht an Eydsstatt genommen/denselbigẽ Gebotten vnd Verbotten/auch Köchin vnd Kellerin befohlen vnd eingebundẽ Actrici Essen/Trincken/Wein oder Bier/auch andere Nottürfft zu reichen/wie auch geschehen/vnd Actrix gutwillig eyngenommen/sondern auch ires Gefallens etliche Diener vnd Mägdte beurlaubet/prout ex 132. 139. 140. 142. & plerisque aliis defens. videre licet: ex quibus omnibus, præsertim vero ex fidei promissione & præstatione ministrorũ & subditorum, possessio tam mobilium, quam immobilium, tamque rerum corporalium, quam incorporalium probari dicitur, Argumento eorum quæ notant Abb. *in capit. cum nobis. ext. de præscript. Ioann. Andr. Hostiens. & Anton. Butrius in capit. si diligenti. extr. eod. Quos sequitur Socin. sen. consil.* 187. *numero* 12. *versic. primo probatur. lib.* 2. *Bald. in l.* 2. *numero* 98. *versic. nunc accedamus. Cod. de seruit. & aqua. Albert. Brunus consilio* 20. *numero* 21. *versic. Cæterum vt fuit. Rebuff. d. titul. de mater. possessoriis in præfation. numero* 85. 86. 101. *&* 102. *Menoch. remed.* 3. *retinendæ. numero* 879.

Tertia ratio ex 151. & 152. defens. sumitur, in quibus deducunt Rei, daß sie nach Absterben die Aecker bestellen/besamen/durch jhre Diener versehen/verwalten/Frucht schneiden/mehen/auch Teich vnd fliessende Fischwasser verwahren vnd fische lassen/&c. Per solam enim agrorum culturam † possessio probari potest. *Angel. in §. sic ita-* 155

*vue. numero 7. Institut. de action. gloss. in l. 3. in verb. finiatur. & ibidem Baldus, Angel. & Sal. ce. Cod. fin. regund. Et idem Baldus in l arboribus. §. Nam etsi. ff. de vsufruct.* vbi eleganter ex illo textu notat, quod si vnus probet, se arasse & coluisse, & alter probet se fructus collegisse, vterque dicatur æqualiter probasse possessionem, & ob id erit defecendum illi, qui melioribus probationibus actum suæ possessionis probauit. Sequitur Franciſc. Balb. *in repet. l. Celsus de vſuc. n. 131. Pariſ. conſil. 107. num. 19. lib. 1.*

Quarto ad Reorum possessionem iuuandam facit, quod in nonnullis articulis, veluti in 153. & 155. ponunt, Daß ſie Zehenden vnnd andere Güter Pachtweiß außgethan / auch vberſehet / conferieret vnnd verliehen / vnnd die gebührende Zinß darvon empfangen vnnd eyngenommen.

156 Etsi enim ex sola vel simplici locatione † possessio regulariter non probetur *l. conductor. Cod. locati. capitul inter dilectos. § vlt. in fine. de fide inſtrumentorum. Ruinus conſilio 47. numero 4. volum. 4. Socin. ſen. conſil. 89. num. 18. libro primo. Et idem Socin. ſen. conſil. 11. numero 5. libro 3. Afflict. in cap. 1. §. ſi quis demenſo num. 74. de controuerſ. inueſtit. Rebuff. dict. tit. de mater. poſſeſſoriis in præfatione. numero 100.* Limitatur tamen hæc regula, vt nõ procedat, quando cum locatione alia adminicula concurrunt, puta solutio mercedis atque pensionis vel similia, vt in nostro casu. Nam tunc ex locatione plene probatur possessio, vt relati fere omnes, & habetur ad longum apud Menoch. *remed. 3 retinendæ. numero 571. & ſequen. & apud Gabriel. libro tertio, concluſ. 4. per totum. Quibus addo Pariſium conſ. 110 104. numero 82. libro primo.*

Quinta ratio est, qua Rei asserunt, daß ſie das Hauß N. mit Mauren / Graben / Fuhrwercke / vnd andern allwegen in Gebäw / Tach vnd Beſſerung gehalten / vnnd den Arbeitsleuten / jhren Lohn gegeben / prout in 187. defens. deducitur.

157 Ex qua mercedis solutione possessio † iterum probari dicitur, *Afflict. deciſ. 325. & Pariſ. d. conſil. 104. num. 79. lib. 1.*

Sexta accedit allegata perceptio fructuum, redituum, pensionum, ſo den Beklagten als den wahren Stams Erben von Dienern vnd Vnterthanen allein ſey geliefert worden / de qua in 154 & 138 & 159. defens. habetur. Indubitatum autem est, quin ex sola fructuum perceptione

158 † possessio probetur *l Titia. & ibi Dynus & Bart. ff. de ſolut. Bald. in l. 3. verſic. quæro qualiter. Cod. finium regund. l. litibus. C. de Agricol. & cenſitis. lib. 11. Angel. Aret. in §. Sic itaque diſcretus. num. 7. Inſtit. de action. Alexand. conſil. 61. in fine lib. 6. Crauet. conſilio 107. numero 2. Pariſ. conſil. 107. num. 22 lib. 1. cum ſimil.* Quemadmodum etiam ex perceptione

159 † pensionis possessio probari dicitur, eum in

160 loco † fructuum sit, imo fructus ciuilis sit, vt ergo alia fructuum perceptio possessionem arguit, ita & pensio. *Bartol. in l. qui vniuerſas. §. Quod per Colonum. ff. de acquirend. poſſeſſ. Bald. conſil. 298. verſicu. modo eſt. libro 1. Calcanus conſilio 42. num. 4. Pariſ. conſilio centeſimo quarto, numero octuageſimo octauo, libro 1.*

Septima ratio est ipse vsus & exercitium omnium bonorum & iurium, tam corporalium quam incorporalium, zum Hauß N. gehörig. Ex solo enim vsu, maxime verò † rerum incor- 161
poralium possessio probatur. *Rebuff. dict. titul. de mater. poſſeſſoriis in præfatione num. centeſimo quinquageſimo primo. Angel. in l. Celſus. & ibi Balb. num. centeſimo trigeſimotertio. de vſucap. Menoch. d. remed. 3. retinendæ. num. 576. &c.*

Octaua ratio fundatur ex actibus iurisdictionalibus, qui in 145. 146. 147. & pleriſque aliis defensionalibus deducuntur. Daß nemblich die Beklagte allen vnd jeden Schultheſſen / Vogten / Dienern / vnnd Vnterſaſſen gebotten vnd verbotten / auch als jhre Gerichts oder gut Herren von denſelben in allerhandt Gebrechen vnnd Anliegen erſucht / denen ſie auch jederzeit gutwillige Verhör gegeben / vnd jhnen gebührliche Hülff Rechtens mitgetheilt / vnd widerfahren haben laſſen. Ex actibus enim iurisdictionalibus † possessionem probari nemo ambigit, 162
cum non sint actus, qui concedi soleant iure familiaritatis vel amicitiæ, vt dicit Bartol. Socin. *conſilio centeſimo octuageſimo ſeptimo, numero decimonono, volum. 2. Et prolixe Menoch. dict. remed. 3. retinendæ. numero 585.* vbi plures auctoritates allegat, &c.

Cum igitur ex his appareat, possessionem sæpe dictæ domus N. eiusque pertinentiarum, non solum per negociorum gestores Reorum, statim & in ipso momento mortis H. occupatam, & ad reditum vsque Reorum sine Actricis contradicti ne retentam, sed & postea per Reos ratificatam & approbatam, multisque actibus possessoriis (quorum probationem offerunt) & animo & corpore continuatam, certe nõ sine ratione dicendum videtur. Actricem in vera possessione dict. domus nunquam fuisse, nullamque aliam, quam precariam, vel iure familiaritatis quæsitam possessionem, quæ omni effectu caret, vt dicit Pariſ. *conſilio 107. numero ſexageſimo nono, part. 1.* habere potuisse, cum impossibile sit duos eandem † rem vere 163
insolidum possidere. *l. 3. §. ſi duobus. ff. commodati.* Et per consequens Reorum possessionem (casu quo supra dicti actus possessorii, prout offerunt, probati essent,) & antiquiorem & fortiorem censendam, sicque intentionem Actricis de iure elisam existere? Præsertim cum Actrix nostra ne vnicum quidem actum possessorium, nedum probarit, sed nec allegarit quidem, &c. Quid igitur dicendum? Fateri quidem oportet, iam dictas rationes in suis terminis ad possessionem probandam sufficientissimas esse, quod autem per eas in nostro casu antiquior vel fortior possessio ex parte

Reo-

Reorum probari, vel intentio Actricis elidi possit, illad nec iuri, nec æquitati conueniens esse arbitror, &c.

Quod vt clarius demonstretur, præmitto antiquiorem possessionem non ex multitudine actuum possessoriorum, sed ex prioritate temporis dependere. *Ruin. consilio 122. numero tertio, volum. 5.*

Secundò præmitto, impossibile esse, prioritatem temporis, seu antiquiorem possessionem in nostro casu aliter, quam præsumptione iuris probari vel decidi posse. Cum vtraque pars asserat, se tempore mortis H. adeoque eodem momento in sæpe dictis ædibus fuisse, Actrix personaliter: Rei autem per suos negotiorum gestores, idque hinc inde in confesso est. Videndum igitur, vter eorum maiores & fortiores iuris præsumptiones pro se habeat, vt illum etiam antiquiorem possessionem habuisse dicamus.

Ponderatis iis, quæ circa prioritatem possessionis tam in puncto defensionalium, quàm in probatione intentatæ actionis late á me deducta sunt, facilis erit huius quæstionis decisio: Pluribus autem rationibus & argumentis ostendi, Dominium dictæ arcis ipso iure statim, post mortem patris hæreditario titulo in Actricem tanquam vnicam filiam & hæredem translatum vel potius continuatum, eamque Actricem tam animo verè & effectualiter possidendi; quam intentione hæreditatem paternam adeundi, vel eidem se immiscendi, in dictis ædibus permansisse, quæ omnia & singula breuitatis causa huc repeto.

Econtra autem negari non potest, Reos nostros respectu Actricis ad d. hæreditatem plane extraneos esse, nullumque titulum vel singularem, vel vniuersalem (saltem de quo in continenti & sine altiore indagine doceri possit) habere.

Quibus tanquam fundamento præsuppositis, quis iam non facile dijudicare posset, fortiores præsumptiones pro Actrice filia atque hæredi vniuersali, quam pro Reis extraneis militare. Conuenit enim inter omnes, quod quando duo sunt in possessione eiusdem rei, & ignoratur ad quem possessio prius peruenerit (pura si vterque eodem momento possessionem se apprehendisse contendat, vt in nostro casu) tunc possessio præsumatur prius peruenisse ad illum, qui prius titulum habuit, prout in terminis possessorij recuperandæ notat Alexand. *consilio 92. numero 12. & consilio 109. numero 6. volum. 5. & fortius in consilio 81. numero 4. lib. 7.* vbi dicit hoc singulariter notandũ Iacobus de Aretino & Cyn. *in l. Quoties. Cod. de rei vendic. & Bald. in l. post sententiam. Cod. de senten. & interlocut. omn. iud. & in capit. 1. §. si facta. si de feudo defuncti fuerit controuers. int. dom. & agnatos vasalli, & in sua disputatione incip. accusat. de vi turbatiua, allegans textum in leg. siue autem. §. si duobus. Vbi Angel. de public. in rem action. & notant Bartolus & Alexand. in l. 1. Cod. de edict. D. Adrian. tollen. versic. & sic nota. Et idem Alexand. in l. si duo. ff. vti possidetis, &c.*

Cum igitur ex supra deductis clarum sit, Actricem nostram titulo hæreditar. sicque iure proprio & Dominij in d. ædibus remansisse: Econtra autem ex parte Reorum plane de nullo titulo hactenus constet, quemadmodum is etiam in continenti probari non potest: Quis iam non credit Actricis possessionem & antiquiorem & fortiorem, allegatam vero apprehensionem Reorum per negociorum gestores factam vel vitiosam vel saltem abusiuam & sine effectu esse censendam? Siquidem antiquiore possessione probata, reipsa dicatur probata spoliatio. *Paris. consil. 145. numero 5. part. 4. Curtius iun. consilio 165. communem dicit. Franciscus Viuius in commun. opin in verb spoliatos. versic. possessorio recuperandæ agens, &c.* Hinc infertur, subsequutos etiam actus possessorios Reorum quotquot sunt, ad veram possessionem probandam nil quicquam facere, & multum abesse, vt antiquior possessio inde extorqueri possit. Nam etsi in iure tritum sit, per receptionem & retentionem clauium, item per promissionem fidei subditorum & ministrorum, per agrorum culturam, fructuum perceptionem, solutionem mercedis, & similes actus possessorios, de quibus supra, possessionem regulariter probari posse: Id tamen Doctor. vnanimi consensu tum demum procedere intelligunt, si nemo alius possideat. Ita Bartol. Socin. *in cons. 13. n. 15. volu. 4. & melius, consil. 131. numero 8. volum. 1. & Boerius decis. 240. n. 5. & 6. vers. & hoc verum.* Nec enim fructuum † perceptio vel similis aliquis actus 164
possessorē aliquem esse probat, si alius titulum habens in possessione cum ipso reperiatur, sed potius iure familiaritatis, & ad vtilitatem illius, qui titulum habet, talis actus præsumitur gestus, vt pulchre deducit Alexand. *consilio 152. numero 3. libro septimo.* Et hanc quoque limitationem singulis fere actibus, quibus possessio probari dicitur, annectit Menoch. *remed. 3. retinendæ.* præsertim vero. *numero 566. 567. & 570. versicul. declaratur primo, &c.* vbi possessionem dicit ex supra dictis actibus possessoriis non probari, quando constat reipsa alterum possidere, est & pulchra decisio Afflict. *375. numero 1. & 2.* vbi plerosque alios recenset. Ex quo igitur possessio Actricis propter titulum vniuersalem, quem habuit de iure, præsumitur prior & antiquior, vt in terminis possessoriis recuperandæ loquitur Alexand. *in dicto consilio nonagesimo secundo, numero duodecimo, volu. 5.* Necessario igitur sequitur, nullam aliam Reos possessionem habere vel acquirere potuisse, quam vel vitiosam vel saltem abusiuam & inutilem, sicque actus subsequutos omnes, qualescunq;

illi sint, iure familiaritatis & propinquitatis tantum exercuisse.

Est enim iuris, quod quando quis habet titulum (præsertim hæreditarium vniuersalem) & possessionem simul, tunc si cōsanguineus faciat aliquos actus possessorios, videatur eos facere iure familiaritatis, & sic ex titulo præcedenti adiuncti sui non iure proprio, vt egregie notat Alciat. *in regul. iur. præsumpt. 23. numero 26.* Vnde si duo consanguinei, affines, fratres, vel amici habitent simul in eadem domo, tunc ille qui titulum non habet, nec dicere potest se vsum fuisse domo pro sua & tanquam sua, sed potius iure familiaritatis & propinquitatis, sunt verba Socin. sen. *in consilio 61. nume. 4. & 7. volum. 1. & consil. 13. num. 17. volum. 4.* Et sic patet, omnia Reorum argumenta, quæ ad elidendam Actricis intentionem superius adducta sunt, per se corruere & ad nihilum reduci, &c. Quod si forte hoc loco quis obiiciat, imo antiquiorem & fortiorem possessionem Reorum ex eo colligi posse, quod plerisque in locis affirmant, eoque nomine probationem offerunt, sed dictas ædes cum omnibus pertinentiis viuo adhuc H. pro indiuiso possedisse, sicque nullam glebam, nullamque fundi vel domus partem etiam minimam fuisse, cuius possessionem ipsi tempore mortis H. non simul & pro indiuiso habuerint, *argument. l. si quis fundum. Et ibi gloss. in verb. locus. ff. de acquirend. poss.* vbi dicit, quod possidens rem pro indiuiso, quamlibet etiam glebam possideat, vnde dici posset, non tam nouam possessionem dict. domus eiusque pertinentiarum post mortem d. H. per Reorum negotiorum gestores apprehensam, quam veterem pro indiuiso in omnibus & singulis eius partibus continuatam esse, &c. Respondeo, id Reis neque prodesse, neque Actrici quicquam obesse posse. Certum tamen est, talem Reorum possessionem (siue de toto fundo, siue de aliqua eius particula vel gleba loquamur) vltra dimidium extendi non posse: Cum eadem sit ratio partis, quoad partem, quæ est totius quoad totum. *l. quæ de tota. ff. de rei vendicat. Specul. sub titul. de arbitro & arbitrat. §. finitur. numero quarto, l. qui scit. 25. in princip. ff. de vsuris Alexander consilio centesimo decimoseptimo, numero septimo, libro tertio.* Quod vel ex propria Reorum assertione in plerisque articulis, præsertim vero in 86. defensional. videre licet, in quo expresse ponunt, H. habe das Hauß N. sampt seinen Zugehörungen zu der Beklagten halben Theil tutorio ac curatorio nomine eyngehabt vnd verwaltet. Et quamuis talis possessio communis, vel pro indiuiso operari videatur, vt quicquid H. possederit, illud quoque Rei possedisse censeantur per allega. gloss. *in dict. leg. si quis fundum. ff. de acquirend. possess.* Et præ-
165 vulgarem regulam quæ habet, quod † illud quod commune est, meum quoque esse dicatur. *l. illud. ff. de ritu nuptiar. Et l. si quis seruos. ff. de legat. 3.* Id tamen Doctor, largo modo per fictionem & improprie intelligunt, & ita limitant, vt scilicet res communis vel pro indiuiso possessa non tota mea dici posset, sed saltem quoad dispositionem meæ partis, vt est notab. gloss. *in l. id quod nostrum. & ibi Deius ff. de regul. iur. quem sequitur Bartolus in l. serui electione. §. Labeo. de leg. 1.* vbi in hunc modum distinguit, aut est aliquid commune pluribus vt vniuersis, & tunc quod commune est, meum non est. *l. in tantum. §. vniuersitatis. de rerum diuis. & sed si hac §. qui manumittitur. ff. de in ius vocando,* aut est communis pluribus, vt singulis (vt in nostro casu.) & tunc quæris, an sit meum quoad dispositionem meæ partis, & dico quod sic *leg. secunda, ff. de condit. Institutionibus. & leg. prima, Cod. qui testamentum facere possunt.* aut quæris an sit meum, quoad dispositionem super toto, & dico quod non. *l. Sabinus. ff. communi diuid.*

Et vt clarius ostendam, quod licet Reos singulos glebas, angulos & particulas possedisse dicamus: Talis tamen possessio vltra suam quotam, vel sibi debitam portionem extendi non possit: Allego bonum textum *in l. seruus communis, vbi Iason. ff. de stipulat. seruor.* ex quo textu colligitur, quod res communis sic omnium esse dicatur, non quasi singulorum tota pro partibus vtique indiuisis, vt intellectu magis partes habeant quam corpore. Facit *l. locus. & l. communis seruus. ff. de acquirend. possessione. l. communis seruus. lib. ff. de acquirend. hæred. l. si seruus plurium. 50. in princip. & in dict. leg. serui. electione §. Labeo. & §. cum fundus communis. de leg. 1. & est bonus textus in l. qui scit. in princip. 28. de vsur.* vbi dicitur, quod communem fundum possidens, non facit fructus suos pro ea parte; qua fundus ad socium eius pertineat: huc quoq; faciunt ea quæ supra attigi: Quod scilicet possidens bona communia dicatur possidere pro rata sua, & non vltra, vt probat Roderic. Suares *in tit. de let. hærent. &c.* Respectu vero portionis alterius cum eo possidentis iure familiaritatis, non autem vt possessionem fratris vel alterius ius habentis cum eo vsurpet, vt in terminis possessorij recuperandæ pulchre deducit *Albert. Brun. in consilio suo, incipit, in causa & lite quod est 33. inter consilia scandalia, num. 2.*

Et hæc opinio eousque procedit, vt nec possessio iure proprio, nec etiam antiquior quoad portionem alterius cum eo possidentis probata censeri possit, vt similiter in materia Canon. *redintegrandæ.* notabiliter dicit Albert. Brunus *in consilio quæ in præsenti hac quæstione vel obiectione omnino videnda sunt*, quia plurimum faciunt, ad conuincendos Reos, quod nullam veram vel effectualem, nedum antiquiorem possessionem quoad portionē H. vnquam habuerint, vel etiam de iure habere potuerint. Cum igitur

igitur ex his clarum sit, Reos vltra dimidiam
166 partem d. domus N. possessionem continuare
non potuisse, cum priuatio † præsupponat habitum. *l. manumissiones. ff. de iustitia & iure. Menoch. remed. 3. recup. numero quinquagesimo tertio.*
164 Et continuari † non possit, quod quis nunquam habuit, cum non entis nullæ sint qualitates. *Paris. consilio 131. numero 10. part. 1. Roland. à Valle consilio quadragesimo sexto, numero vigesimo tertio, & vigesimo quarto, vol. 2.* Non puto obstare, si quis obiiciat, fundi communis possessionem, ita in singulas eius partes diuisam esse, vt quisque sociorum quamlibet eius partem vel glebam possidere dicatur, *per dict. leg. illud. 46. ff. de ritu nupt. & argument. l. si quis seruos. ff. de leg. 3.* Ad hanc enim obiectionem respondet Decius *in dicta lege serui electione. §. Labeo. de regul. iur.* Hoc scilicet largo modo & per fictionem quandam intelligi, verè autem & proprie loquendo fundum communem possidens, non tam singulas eius partes & glebas, quam singularum partium debitam portionem & quotam possidere dicitur, ita quidem, vt intellectu magis, quam corpore partes fiant. *dict. leg. seruus communis. ff. de stipulationibus seruorum. dict. leg. locus. l. si quis fundum. & ibi glossa & Bartolus in verbo locus. ff. de acquirenda possessione cum similibus.*

Et sic clare patet, possessionem alterius dimidiæ, quam H suo nomine possedit, non tam per Reos continuatam, quam de facto (Actrice herede in possessione iam existente) occupatam dici posse, quod sane absque nota & vitio spoliationis fieri nequaquam potuit. Qua enim ratione pater Actricis simul cum Reis possedisset, quia dimidia pars d. domus, vna cum pertinentiis in omnibus & singulis eius partibus ad eum spectabat, eadem etiam ratione filia Actrix (si quidem effectu est Domina & in possessione reperta) possedisse censebitur, cum nulla diuersitatis ratio dari possit. *l. illud. ff. ad l. Aquiliam.* Possessio namque filii vel successoris continuata præsumitur eo modo, quo pater vel auctor eam habebat, vt per Paul. de Castr. *in l. Neque. Cod. de vsufruct. & notat Anton. Barbus senens. in tractat. de temp. vtil. & continuo. cap. 18. numero secundo, & pulchre per Socin. sen. in dicto consilio centesimo trigesimo primo, numero sexto, circa medium libro 1. &c.*

Rei igitur d. H. partem occupando, à vi & spolio excusari non possunt. Quando enim socius est in possessione rei communis pro sua parte, & ingreditur non suam modo, sed etiam socii partem occupat, tunc quoad socii partem vim dicitur committere, & incidit in pœnam *l. si quis in tantum* (nam quoad illam partem dicitur occupator, cum eam non possideat) *Et Alexand. secutus est Plotus in l. si quando. numero 135. & num. 517. Cod. vnde vi. & hoc idem sentit Abb. in cap. sæpe. numero nonagesimo sexto, in fine de restit. spoliat. Menoch. remed. 9. recuperand. numero 240. folio 86. &c.*

Nec aliquo etiam iuris colore, vel prætextu dici potest, vacuam saltem possessionem d. dimidiæ partis per Reos occupatam esse: Per plures enim rationes supra in puncto defensional. ostensum est, possessionem dictæ partis, ne minimo quidem momento vacuam fuisse, sed statim à tempore mortis H. & animo & corpore per Actricem aditam & apprehensam esse, quæ omnia breuitatis causa huc repeto. facit. *l. hæres quandocunque. 5. ff. de acquiren. hæred.* Hæres enim hæreditatem adeundo † statim à mor- 168
te defuncti successisse defuncto intelligitur, & quælibet hæreditas licet postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur. *l. omnia fere. l. omnis hæreditas. ff. de regul. iur. & notat Euerhard. in d. l. fin. numero 398. versicul. & hoc ampliatur. Cod. de edict. D. Adrian. toll. &c.* vt sic nec vllo quidem momento possessio in nostro casu vacua dici possit.

Vacua enim possessio propie † dici non po- 169
test, quæ animo vel corpore ab aliquo occupata reperitur, sicut in nostro casu. *l. Non idcirco. Cod. de fide instrumen. l. improbat. 7. C de acquiren. possess. Menoch. remed. 13. recuperandæ. 4. Roland. consil. 53. n. 10. volum. 1.* Quod eo magis locum habet, cum non desint, qui putant etiam hereditate iacente possessionem vacuam dici non posse, vt tenet Bald. *in l. final. colum. 1 C. de edict. D. Adrian. toll. &c.*

Quinimo (quod fortius est) possessio in nostro casu, non tam de nouo per Actricem apprehensa quam continuata dici potest. Quamuis enim filia, viuente adhuc patre, nullam aliam possessionem, quam iure familiaritatis vel consanguinitatis sibi tanquam filiæ à patre concessam, in d. dimidia parte habuerit, per notata communiter *in l. qui iure familiaritatis & vbi Iason, & Alexander. ff. de acquirend. possess. Menoch. remed. 3. retinendæ. nu. quingentesimo sexagesimo sexto, &c.* Rationes tamen, propter quas filia sic possidere censebatur, viuo adhuc patre, amplius non militant eo mortuo; causa enim extrinseca (morte videlicet patris) superueniente possessio, vel potius detentatio quam iure familiaritatis prius habebat, dicitur mutata, & amplius non esse in consideratione, & talis mutatio fieri potuit mediante legis mysterio sine facto hominis, vt est textus & ibi gloss. *in l. 3. §. si rem. ff. de acquiren. possess. & in l. qua ratione. §. interdum. ff. de acquiren. rer. domin. Bald. sing. in l. penult. Cod. de pignor. action. & pulchre Socin. sen. in sæpe allega. consilio centesimo trigesimo primo, numero tertio, volum. 1. Et melius Francisc. Curt. consilio 168. numero 36.* Morte igitur patris, tanquam causa extrinseca accedente, censetur sibi Actrix causam possessionis, quam iure familiaritatis, eo adhuc viuo habebat, statim in ipso momento mortis eiusdem mutasse de nulla scilicet in ali-

quam, de ficta & abusiua in veram, de minus efficace in fortiorem & validiorem, vt notatur *in l. cum nemo, C. de acquir. possess. & in d. l. 3. §. illud. ff. de acquir. possessione.*

Vnde cessante familiaritae per mortem patris, dicendum sequitur, Actricem nõ tam possessionem d. dimidiæ partis de nouo apprehendisse & occupasse, quod facere potuit, quam eam, quam viuo habebat patre (causam scilicet possessionis sibi mutando) continuasse. Cum & corpus & animus possessionem continuantis copulatiue (vti requiritur) adfuerit, *argumento l. cum haredes, vbi Bartol. ff. de acquirend. possessione. & lege secunda, vbi Angel. Cod. quorum bonorum. Et notant Bald. Angel. & Modern. in dict. l. g. final. Cod. de edict. D. Adrian. tollend. & in lege prima. Cod. quando & quibus quarta pars debeatur. refert & sequitur Socin. in dicto consilio centesimo trigesimo primo, libro primo.* Ex quibus omnibus, iunctis argumentis & rationibus supra in puncto defensional. late deductis, & antiquiorem Actricis & vitiosam possessionem Reorum fuisse, satis superque constare arbitror.

Concludo igitur intentionem Actricis per exceptiones & defensionales Reorum, nulla ex parte elisam esse, nec etiam elidi posse, licet omnes eorum articuli subsisterent & probati existerent, vel adhuc probari possent.

## *Quid in hoc iudicio possessorio recuperanda pronunciandum.*

170 Cum Iudex possit super † vna parte tantum, quæ vel per confessionem Rei, vel alias probata existit, definitiue pronunciare, & respectu alterius partis, de qua non satis liquet, iudicium differre, extra dubium esse arbitror, per ea quæ prolixe tradit Vant. *sub titulo de nullitat. sentent. ex defect. proces. numero centesimo,* vbi plura allegat Alexander *in leg scire debemus. per illum textum. ff. de verborum obligation. Specul. sub titulo de sentent. §. iuxta versicul. Item est nulla. numero nono. Guido Papæ, quæst. 27. incip. in manibus. per totam.* prout etiam in simili videmus, quod si iudicium contra plures cœptum sit, respectu vnius tantum sententiam ferri, & respectu alterius iudicium differri possit, vt est textus, & ibi Bartolus & alii, *in l. Non idcirco. in princip. ff. de iudic. Decius consilio ducententesimo nonagesimoquinto, incip. in causa istorum. in princip. Capic. decis. 8. numero primo.* Et quod Iudex possit pronunciare super parte tantum, Actorque teneatur eam recipere & de residuo, quod dubium est, litigare, est text. expressus, & ibi sedes ordinaria *in l. Quidam existimauerint. Vt quoque Iason, Decius, & fere omnes. ff. si cert. pet. Et hac de re notat etiam Franciscus Marant. quæst. 932. part. 2.* Ratio est, quia ad officium Iudicis pertinet dirimere vel diminuere lites, quantum potest, vt *in d. leg. quidam, circa finem. Et concordat text. in l. litibus. Cod. de Agricol. & censitis, libro vndecimo, & in §. Item verborum. Institut. de inutil. stipulat. Et text. in cap. finem litibus. de dolo & contumacia.* Et ideo particularis condemnatio & solutio admittuntur, quia pro ea saltem parte, quæ aliqui adiudicata vel soluta est, lis tollitur & diminuitur, nec minorem vtilitatem adfert talis particularis condemnatio in parte quoad partem, quam totalis, quoad totum *argumento, l. quæ de tota. ff. de rei vendic. Et notat Decius in dict. l. g. quidam existimauerunt. numero sexto, ff. si cert. pet.* Quæ quidem in nostro casu eo minus dubij habere videntur, cum Actrix ipsamet in acceptationibus & exceptionibus contra defensionales num. 98. §. Solchem nach wil Klagender/ꝛc. expresse petat, jr Klägerin das obberührte Hauß R. cum pertinentiis sampt aller vñ jeder von Zeit an beschehener Spoliation / thätlicher Eynnam (im Fall diß Spolium in weiter Bedencken gezogen/vnnd nicht jetzo alsbaldt die völlige restitutio deß gantzen Hauses vnd Güter erfolgen solten) am wenigsten zum halben Theil in aller Massen vnd Gestalt / wie ein solches jhr Vatter seliger in Nutz vnnd Niessung gehabt/ würcklich eynzuraumen vnd zuzustellen/ cum liquidum † per illiquidum protrahi vel differri 171
non debeat, vt sic nulla ratione dici possit, sententiam in nostro casu petitioni conformem non esse, etiamsi super dimidia parte tantum feratur. Quibus sic præmissis nunc breuiter videndum est, qualiter & in quibus rebus condemnatio fieri debeat.

Petit autem Actrix in fine libelli pronunciari, daß Rei schuldig seyen jr die abgenommene Possession vel quasi deß bemeldten Hauses/vnd Schlosses R. sampt desselben inn vnd Zugehörungen / vnd allem dem so darauff befunden wider abzutretten vnnd eynzuraumen/ vnnd sie der entwehrter Regierungen/Administration vnnd quasi Possession zu sampt allen Nutzungen / die sie von Zeit der geklagten Entsetzung empfahen oder hetten empfangen mögen/ zu restituiren/ alles mit Abtragen vnd Erstattungen / Interesse, Kostens vnnd Schadens dieser Sachen halben auffgelauffen.

Et quidem videri potest, secundum hanc petitionem (saltem pro dimidia parte) simpliciter pronunciandum esse, cum plerique Dd. velint, spoliatum non tantum ad rem † ipsam 172
seu possessionem spoliatam, verum etiam ad fructus, quos spoliatus percepit & percipere potuisset, restituendum esse, iuxta *cap. grauis, de rest. spol. vbi Innocent. & Canonistæ. Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. numero quadragesimo octauo, de acquirend. possessione.* Imò etiam ad expensas, damna & interesse per spoliatum perpessa. *capitul. Accedens 2. vbi Panormitan. in penult. notab. vt lite non contest. & in dict. capit. grauis, & Ripa in d. §.*

*nihil*

*oibil commune, num.* 50. Omnia enim quæcunque habiturus vel assequuturus is erat; qui vi deiectus est, si in possessione mansisset quietus, restitui debent. Oldendorp. *act.* 10. *class.* 2. *cap. quid persequamur.* Adeò quod si vnus nummus deficiat, non cogatur spoliatus alteri in petitorio respondere. Ita Bald. *in capit. conquerente. in princip. de restitut. spoliat. Panormitan. in d. cap. Accedens. colum.* 2. *vt lite non contesta. Cranett. consilio* 140. *numero tertio. Et ad longum Menoch. in prælud. ad tractat. recuperandæ. numero* 6. *& remed.* 1. *recup. numero* 366.

Quibus tamen non obstantibus, putarem condemnationem in hoc nostro casu in fructibus perceptis tantum, omissis percipiendis fieri posse. Allegata enim iura & auctoritates iudicio meo loquuntur in interdicto vnde vi, quando scilicet per vim & violentiam quis sua spoliatus possessione, & eiectus est, & sic quando personæ violentia est illata, vt videtur velle Ferrar. *sub forma libelli spol. verb. & amplius. numero primo.* vbi expresse in interdicto *vnde vi* de violentis inuasoribus & raptoribus loquitur, vt ij non tantum ad fructus perceptos, sed ad eos qui percipi potuissent, condemnandi veniant. Idē etiam existimarunt consiliarii Imper. Ferdinandi. *in* 1. *Resp. in causa Finarien si. numero centesimo quadragesimo quinto. Ripa in dict.* §. *nihil commune. numero quinquagesimo.* Et est bona decisio Rotæ 10. *alias.* 156. *de restit. spol. in nouis.* Vbi
175 dicit, spoliantem nisi personæ spoliatæ † violentiam fecerit, ad fructus qui percipi potuerunt, non teneri. Aliud dicendum puto in nostro remedio Canonis, *redintegrandæ*, vbi de nulla violentia, quæ Actrici à Reis illata sit, constat. Ergo fructus tantum percepti, non etiam percipiendi in restitutionem venient, vt expresse tenet Menoch. *in remed.* 15. *recuperandæ. num.* 11. vbi dicit, quod licet in interdicto, *vnde vi*, fructus, qui percipi potuerunt, veniant restituendi, aliud tantum in remedio Canon. *redintegrandæ*, vt ibi per eum.

Concludo igitur, causa ex officio pro conclusa acceptata, Reos ad restitutionem dimidiæ partis non tantum sæpe dictæ domus N. eiusque pertinentiarum, sed & omnium mobilium in ea existentium (solis documentis & literis auff N. exceptis, de quibus statim dicam) vnà cum fructibus perceptis de tempore spolij, damnis & interesse, quantum eorum per Actricem in puncto executionis liquidatum fuerit, condemnandos esse, Petitorio in locis conuenientibus instituendo expresse reseruato, prout styli & iuris *Paris. consil.* 10. *numero trigesimo primo, part.* 2. *Rebuff. sub tit. de mater. possessione. artic.* 13. *gloss. Vnica. numero vigesimo tertio. Et Cardinal. quæst.* 44. *de consuetud. Personat. de Adipisc. possess. numero centesimo duodecimo. Et* [illegible] *Canonista in cap. Cum venerabilis. circa finem, tit. de except.* Et talis expressa reseruatio petitorij facta est quoque ante biennium 29. April. Anno 74. in primo Senatu Diffinitiuarum in causa Kalenberg contra Kalenberg / &c. me referente.

Ad literas autem & documenta auff N. quod attinet, licet ea non minus, quam reliqua etiam bona mobilia in restitutionem d. domus veniant. *argumento l. quod meo.* §. *si venditorem. ff. de acquirend. possessione. Bald. in l. de his. & ibi quoque Bart. in* 1. *quæst versic. sed quæro nunquid. C. de furtis. Angel. in l. qui vniuersas. in princip. ff. dict. titul. de acquiren. possess.* Et dixi supra latius, &c. Tamen cum literæ, Documenta, Sigilla, & similes res commodam diuisionem non recipiant: Ideo sane putarem nos rectius facturos, si in condemnatione seu adiudicatione d. domus hæc specialiter ac nominatim exciperemus, eorumque restitutionem ad finalem vsque decisionem totius negotij reseruaremus.

Mouet me, quod quando res in iudicio deducta est, quæ commodam diuisionem non patitur, tunc Iudex super vna parte tantum, etsi liquida sit, pronunciare non potest, sed totum negotium, vel absoluendo vel condemnando definire debet, alias sententia ipsius non valeret, per text. *in l. in hoc iudicio. vbi gloss. Bart. & Dd. ff. famil. herciscund. Nicol. de Milis in sententiam. si fertur pro parte. Baldus in d. l.* 2. *Cod. de re iud. & in leg.* 1. *Cod. si aduers. rem iudic.* Et hoc casu dicunt procedere reg. Quod vtile † per inutile non vi- 174
tiatur, vt per Ægidium *decis.* 12. *si in Ecclesia. & per Dec. consil.* 432. *incip. cum sit. & prolixe habetur apud Vant. in d. titul. de nullitate sententiæ ex defectu processus. numero* 100.

Aliud est, quando res diuidua & separabilis in iudicio deducitur, vel quando plura sunt capitula inuicem separata: Tunc enim Iudex super vna parte, vel reliquis capitulis iudicium differre potest, vt late dixi supra, & notat Vant. *in iam allegato loco.* Quid autem interim ratione petitæ, & iam dudum 25. August. Anno 70. in Camera decretæ transsumptionis & communicationis dictarum literarum & documentorum faciendum mihi videatur, suo loco, vbi ad submissionem, in puncto additionalium & commissionis ratione clausulæ, ad transsumendum & communicandum Actrici literas & Documenta auff N. factam peruenero, dicam, &c. Expensas putarem pro nunc vel tacite præteundas, vel expresse ad finem litis reseruandas esse. Nam etsi Actrici eas hoc tempore adiudicare vellemus, id tamen vltra illam partem, in qua Actrix obtineret, fieri non posset, reliqua parte ad totalem vsque decisionem huius causæ reseruata, & sic duplici condemnatione & taxatione distinctis temporibus opus foret, per ea quæ notat Petrus Iacobus *in sua Practica, sub titul. de actione ex locato in verb. sententia. Quem etiam allegat Guido Papæ in dict. decis.* 27. Consultius igitur esse censerem, daß man die

gantze Expens biß zu endlicher erörterungen dieser Sachen beyeinander bleiben vnnd anstehen liesse / ne duplici taxatione temporis terendo, duplici etiam labore frustra grauemur. Reliquum nunc est, vt breuiter etiam dispiciamus.

### *An intentatum possessorium adipiscendæ, seu quorum bonorum probatum sit?*

Dixi supra, in puncto defensionalium quatuor esse † requisita præcipua huius interdicti. 175
Primo si ab intestato quis succedere velit, vt sit de liberis vel proximioribus agnatis, sicq; hæres eius, cuius bona petit. Secundo quod hæreditatem adierit iure ciuili, vel bonorum possessionem agnouerit iure prætorio. Tertio quod defunctus bona, quorum immissio petitur, possederit, vel detinuerit tempore mortis suæ. Quarto quod Reus etiam nunc hæreditatem vel eius quotam possideat & detineat, Aut dolo malo desierit possidere. Et hoc modo omnia (inquiunt Dd.) in hoc interdicto necessaria erunt probata, ita sentit Ang. *in §. quadrupli. n. 26. in fine, Instit. de actionib. Afflict. decis. 14. num. 3. Marant. part. 4. distinct. 7. nnm. 4. Francisc. Aretin. consilio* 103. *num. 3. in fin. Roland. à Valle consil. 75. numero* 13. *& consilio 94. num. 5. lib. 2. Gozadin. consilio* 50. *num. 5. Calcan. consil. 67. Purpuratus in quodam consilio suo, quod est insertum decisionibus Pedemontanis statim post Decis.* 108. *num.* 1. Et ex recentioribus notat Ioan. Schneidwin. *in d. §. septimus diuisio. Instit. de interd.* Et hæc probatio sufficit absque eo, quod hæres probet defunctum fuisse Dominum † bonorum hæreditariorum, licet in libello id articulasset. 176
*Gozadin. in d. consil. 50. num. 5. Bald. in l. hereditatem. num.* 1. C. *in quib. caus. cess. long. tempor. præscript. Corneus consilio* 207. *numero* 1. *libro primo. Person. in tractat. de petit. hæred. numero 715. & in tract. quorum bonor. nu.* 482.

Quin autem omnia ista requisita, quoad omnia bona per interdictum, quorum bonorum peti a (solis Bladenhorsticis, Dringenbergensibus, & nonnullis aliis exceptis, quæ à nono vsque ad 23. defensional. deducuntur) propria Reorum confessione, satis probata, neque per Reos elisa sint, vel elidi possint, extra dubium esse puto, & supra per me multis rationibus & argumentis ad longum ostensum est, quę omnia breuitatis causa huc repeto, & denuò concludo, Actricem in omnia bona petita, exceptis solis illis, de quibus iam dixi, mittendam esse. Quod autem articulos bona Dringenbergensia concernentes, admitendos esse censui, prout adhuc censeo. Hæc potissimum me ratio mouet, quia ex actis non satis constat, qua mente vel animo officiales Paderbonenses possessionem dictorum bonorum apprehēderint, vtrum scilicet animo acquirendi dictam possessionē Actrici, vel quod dubitarint, ad quem dicta possessio pertineret, quod apud me verisimilius est. Non enim sufficit aliquem (etiam ex mandato & iussu meo) intrare possessionem, nisi constet eum mihi acquirere voluisse: Alias enim si intrauerit animo alteri quærendi, tunc possessio mihi nequaquā quæsita censebitur, Est text. Clar. *in l. 1. §. hæc quæ do seruis. & seq. ff. de acq. posses.* Cum igitur de animo Officialium non satis nobis constet, ideo tutius esse putarem in tali dubio d. articulos admittere, quam ex sola præsumptione Reos non satis auditos condemnare, &c.

### *De fructibus in hoc iudicio adipiscendæ, seu interdicto quorum bonorum.*

Dubitari potest (idque non immerito) vtrum in hoc interdicto quorum bonorum, Rei ad † restitutionem fructuum condemnari possint? Pro parte negatiua videtur facere, primo, 177
quod Doctor. practici, qui formulas libellorum conscripserunt, plerumque in omnibus libellis, in quibus interesse vel fructus, secundum naturam actionis per se veniunt, vel vbi alias peti possunt, expressam eorum mentionem faciunt, restitutionemque fructuum vnà cum possessione rei principalis in fine libelli petendos esse statuunt, eoque nomine certas formulas præscribunt, veluti in rei vendicatione, petitione hæreditatis, *vnde vi* interdicto & similibus. In interdicto autem *quorum bonorum*, cum nulla ab ipsis nec fructuum nec interesse (quantum ego viderim) mētio fiat, magna certe præsumptio oritur, eos in hoc interdicto nec venire, multo minus peti vel adiudicari posse: Alias enim proculdubio in interdicto quorum bonorum non minus, quam in reliquis omnibus actionibus, de iis quoque expressam mentionem fecissent.

Secunda ratio esse potest; Quia interdictum quorum bonorum † dicitur adipiscendæ, non quidem proprietatis sed possessionis. *l. 1. vbi Bartol. & alij. ff. quorum bonorum. Roland. à Valle consil. 75. num. 1. libro 2.* Earum quidem rerum, quæ tempore mortis à defuncto vel possessæ vel detentæ fuerunt. *Angel. in §. quadrupli. num. 26. Instit. de action. Afflict. decis. 14. numero 3. Marant. part. 4. distinct. 1. numero quarto.* Et hoc præcipuum est huius interdicti quorum bonorum requisitum. Ad bona igitur per defunctum tempore mortis, nec possessa, nec detenta, nullo modo competere potest. *Alexander cons. septuagesimo. volum. 6. Roland consilio septuagesimo quinto, numero quinto. libro secundo, Francisc. Aretin. consilio* 103. *numero 3, in fine Gozadin. consilio 50. numero 5. Calcanus consilio 67. & ex recent. not. Schneid. in dict. §. sequens diuisio. Institutionibus de interdict.* 178

Atqui

Atqui constat, fructus per Reos perceptos à defuncto tẽpore mortis nec possessos, nec detentos fuisse, cum eo tempore nondum erant
179 nati, & non entis nulla possit † esse possessio, vel qualitas, ergo interdictum hoc ad fructus competere non potest, quorum possessio apud defunctum nunquam fuit, nec esse potuit. Nec puto obstare, si quis dicat fructus censeri partem hæreditatis. Item fructus venire eodem iure cum ipsis rebus hæreditariis, vt est gl. *in verb. fructibus. l. si post mortem, vbi etiam Bart. num. 3. & sequen. & Salycet. num. 1. & 14. C. de petit. hæreditat.* hac scilicet ratione, quia iudicium vniuersale augmentum ac diminutionem recipiat, *l. item veniunt. §. item non solum. ff. de petit. hæreditat. Bart. & Salyc. in d. l. si post mortem. Aretinus in §. actionum. num* 103. *versic. ac etiam. vbi quoque Iaſ. num.* 235. *& sequen. Instit. de action. &c.* Hæc enim obiectio videtur mihi resolui posse ex iis, quæ notat Achill. Persõn. *in tractat. de pet. hæredit. num.* 697. vbi dicit, prædictas regulas locum habere in casibus, in quibus secundum requisita vel naturam actionis intentatæ fructus peti possunt, quod quidem in hoc interdicto quorum bonorum, propter defectum præcipui requisiti fieri non posse, supra ostensum est. Nec etiam video, qua ratione congruè deduci possit
180 argumentatio ista. Hæreditas † fructibus augetur: Item vniuersale iudicium augmentum recipit, quoad dominium & proprietatẽ (in quibus terminis omnes Dd. & Ll. loquũtur, Et hoc satis etiam titulus *de petit. hæredit.* indicat, in quo non de possessione, sed de ipsa proprietate rerum hereditariarũ tractatur. (Ergo etiam quoad possessionem fructuum, licet ea apud defunctum tempore mortis non fuerit, cum tamen negari non possit, quin possessio à principio, meri facti sit, & sine corporali apprehensione, etiam ab hærede acquiri non possit, licet proprietas & dominium queant. *l. cum hæredes. ff. de acquir. possess. l. bonæ fidei. ff. de acquir. rer. domin. l. 1. §. sed furiosus & pupillus. ff. de acquir. poss.* Hæcq; duo iudicia in se admodum sunt distincta, nempe iudicium proprietatis & possessionis. *l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss.* cum hoc tantum pro illis bonis, † quæ defunctus tempore
181 mortis possidebat, *Couarr. pract. quæst. cap. 12. nume. 3.* Illud vero pro omnibus rebus, quæ postea accreuerunt, siue defunctus ea possederit, siue non, recte intentari possit. *d. l. item veniunt ff. de acquir. hæreditate.*

Tertia ratio, Concluserunt domini in solo possessorio nos versari, cui sententiæ & ego adstipulor, & quando de fructibus tractatur, petitorium non possessorium intentatum censetur, vt pulcre deducit Ruin. *consilio* 164. *num. 6. volum. 5.* vbi expresse dicit, possessorium non intẽtari ratione fructuum, sed petitorium, quem refert, & sequitur Cæsar Contard. *in repetit. l. vnica. C. si de moment. poss. appell. Roland. à Vall. cons.* 41. *numero septimo libro tertio.* Nec obstat, si quis dicat, fructus non principaliter, sed accessorie, & in cõsequentiam possessionis hic petitos esse, quo casu petitorium non recipiunt, vt per Ioan. Cæphal. *cons.* 63. *nume.* 24. *lib.* 1. *Roland. à Valle, cons.* 85. *num.* 37. *libro* 3. *Contard. in d. l. vnic. limit.* 1. *numero* 45. Item quando agitur ad fructus, adiecta illa præpositione, cum colliguntur. quod accessorie pro fructibus perceptis agitur. *Bellame. in c. grauis. numero* 35. *de restit. spol. Ang. in l. cum propria. C. si quis alteri vel sibi. & prolixe. Contard. d. limit.* 1. *numero* 56. Respoderi enim potest, fructus in nostro casu accessorie petitos non esse, nec etiam peti potuisse, cum ex natura actionis propositæ, pro re principali non veniant, vt supra dictum est.

Præterea etiam accessorium (posito fructus accessoriè petitos esse) non sequitur naturam principalis, quando non militat eadem ratio in accessorio, quæ militat in principali. *Contard. d. limit.* 1. *num.* 43. & 49. vbi plura allegat. Ne igitur fructus adiudicando, petitorium vna cum possessorio, contra expressam mentem ac declarationem Actricis, persequi & cumulari videamur, eorum adiudicatio tacite prẽteriri potest.

Quartò, quod nemo Doctorum, quotquot ego vidi (solo Alexandro *in cons.* 70. *vol.* 6. excepto, cuius tamen rationes leuiculæ sunt) inuenitur, qui expresse ausus fuerit dicere, fructus in
182 hoc interdicto, † quorum bonorum, de natura actionis venire, cum tamen econtra plærique sint, qui contrarium vel expresse concludant, vel saltem dicant, se credere, quod non veniant, quorum aliquot recensentur à Menochio *in remed.* 4. *adipiscendæ. num.* 800.

Quinto, quod in tali dubio tutius sit, fructus tacite præterire, quam eosdem expresse adiudicare, cum nullum ex eo damnum vel præiudicium fiat Actrici, cui per aliud remedium, petitionem scilicet hæreditatis consultum esse potest, &c.

Quibus tamen non obstãtibus, puto fructus saltem à tempore litis contestatæ † adiudicari
183 posse, per argumenta à domino correferente adducta, idque propter malam fidem Reorum, quæ post litis contestationem superuenit. Neque id quidem de natura actionis, sed saltem officio Iudicis, cui post litis contestationem omnium rerum officium incumbit, quæcunque in iudicio versantur, *l. ædiles. l.* 1. *§. item sciendum. ff. de ædilit. edict. & Rebuff. de fructibus, & eorum restit. articul.* 2. *gloss. vna. num.* 32. vbi dicit, quando intentatur iudicium principale, ex cuius victoria constat, aliqua esse restituenda, quod fructus restituantur officio iudicis in consequentiam rei principaliter deductæ, & quod in interdicto vnde vi, & aliorum interdictorum fructus peti possint officio Iudicis, &c.

Secunda

Secunda submissio iuxta ordinem à me positum, similiter facta est in puncto defensionalium, ratione supplicationis pro commissione ad perpetuã rei memoriam, quam Rei sibi decerni petunt.

Hanc petitionem ego simpliciter denegandam putarem: Cum enim ordinarium remedium probandi (quantum scilicet ad hanc causam possessoriam opus fuerit) ipsis iam concedatur, extraordinarium remedium videtur esse superfluũ, ideoq; nec admittendũ. *Rota decis.* 34. *Alias* 224. *de appel. in nouis.* Non.n. possunt testes examinari ad perpetuã rei memoriam, quando instat tempus examinationis testium iure ordinario. *Soc. Iun. conf.* 14. *n.* 10. *vol.* 4. Si tamen domini putarent, ratione saltem reliquorũ defensionalium, qui super hoc solo petitorio fundati, ideoq; in hoc mero possessorio iudicio reiecti sunt, petitionem ipsorum non simpliciter, sondern wie gebetten/ denegandam, vel alias decernendum wofern D. W. H. abgesondert/ vñ wie sich nach gelegenheit dieser Sachen gebürt/ supplicirẽ wirt/ daß alsdañ ergehen sol/ was recht ist/ non aduersabor, si enim Rei separatim postea ratione tantum illorum defensionaliũ quorum probatio in hoc possessorio iudicio admissa non fuit, dictam commissionem sibi decerni peterent, damit sie solche attestationes künfftiglich in petitorio zugebrauchẽ haben möchten/ forte admitti posset ipsorum petitio, ne facultas probandi in petitorio illis auferatur. Tertia submissio in puncto, den freyen auff vñ Abzug bel. ꝛc. Ex iis, quæ supra in puncto defensionalium à dominis conclusa sunt, resoluitur atque deciditur, imo per se cadit ac euanescit. Si enim Actrix ad dimidiam partem arcis N. cum omnibus pertinentiis ac iurisdictionibus plenarie restituitur, quid opus est de administratione dictæ domus. Item qualiter, & in quantum ministri auff N. Actrici, iuxta sententiam Cameræ, obstricti esse debeãt, diutius hic disputare, cum verbum, † restituere prægnans sit, & plenam significationem habeat, hæc omnia comprehendens, resoluens, atq; decidens. vnde putarem hanc submissionem tacite præterire posse, quia decisio puncto defensionalium, eo ipso quoque hic punctus decisus manet. 184

Quarta submissio ex ordine subsequitur in puncto cõmissionis ad transsumẽdum & communicandum Actrici literas & documẽta auff N. B. in qua tres quæstiones nobis principaliter examinãdæ veniunt. Prima, an Reorum exceptionibus nõ obstantibus, Actrici iuxta sententiam Cameræ 25. August. An 70. latam, dictorum documentorum copiæ dandæ sint, vel vtrum commissio tum temporis decreta ad petitionem Reorum suspendi debeat. Secunda, posito copias Actrici dãdas esse, num omnium documentorum indifferenter, vel solum illorum, quæ ad præsentis causæ decisionem sunt necessaria. Tertia, an etiam Reis eorundem copiæ (prout petunt) dandę sint.

Ad primam quod attinet, nõ puto diu in ea laborandum esse. Ex Anzeig 29. Nouemb. Anno 70. sub num. 84. Item auß der ferner Anzeig vnd Bericht 9. Ianuarii, Anno 72. sub num. 111. Eynkommen/ constat, Reos iisdem nunc fere exceptionibus & argumentis ad differendã ac suspendendam dictam transsumptionem & communicationem documentorum, vti, quibus etiam antea in d. Anzeig/ 2. Maij, Anno 69. sub num. 77. Vbergeben/ ad ipsam commissionem impediendam vsi sunt.

Cum autem iis non obstantibus, dicta commissio ad transsumẽdum & communicandum, 25. Augusti, An. 70. matura dominorum deliberatione præcedente, per sententiam decreta sit, non video, qua ratione dicta communicatio sic semel legitimo modo, & cum sufficienti causæ cognitione decreta, suspendi vel differri queat, nisi dictam sentẽtiam retractare, & priores dominos antecessores nostros (vt ita dicam) syndicare velimus, dabey ich meines Theils nit gern seyn wolt/ præsertim cum ratione dimidiæ domus N. rerumque mobilium in ea existentium, domini definitiue pronunciandum censeant, vt sic de iure communi non tantum copiæ, sed & literæ ipsę vt in causa præsenti latius deduxi, exhiberi debeant. Præterea me mouet, quod ipsimet Rei effectum dictæ commissionis non vltra quam ad definitiuam vsq; differri petierunt, prout ex supra dicta Anzeig/ 29. Nouemb. Anno 70. sub num. 84. Eynkommen/ in petitione, &c. videre licet, ibi, Sie wöllen ex nobili officio obangezogen Commission Effect vnd wirckungen noch zur zeit/ vñ biß zum End vrtheil gnädig einstellen vñ suspendiren/ cuncta paulo post his verbis, befindet sich dann/ ex hinc inde productis, allegatis & probatis, daß dicta Actrix ob solam præsumptionem iuris: Filia, ergo heres, wieder Reorum beständige defensionales indefinite, vnd nit quadam limitatione jhres Vatters Erbin sey/ so wirdt es seinen weg haben/ vñ werden alsdañ Rei dem Rechten wol folgen müssen. Ideoq; breuiter putarem, semel cum causæ cognitione decretam commissionem nullo modo differendã, sed dictæ sententiæ 25. Aug. An. 70. latę denuo inhęrendũ esse.

Secũda quæstio magis dubia esse videtur, an scilicet omnium documentorũ copiæ indifferenter & indistincte Actrici cõmunicari debeant? pro parte affirmatiua facit, quod d. sententia generaliter ac indefinite absq; vlla distinctione loquitur, von brieflichen Vrkunden/ so in den verschlossenẽ vnd verwitschirten Kasten/ Kisten/ Trugen vñ Behaltnussen auff dem Schloß N. liegen/ vnd in Weylandt H. von V. Erbschafft gehörig. Quæ sententia † cum nihil excludat, omnia videntur inclusa. *gl. in l. ambiguitatem. C. de vsufr. facit tex. in l. 1. vers. & est relatum. vbi etiã glos. ff. de* 185

*ff. de aleat. l. 3. in fi. & ff. de off. præs.* præsertim eum eadem omnium documentorum sit ratio, in eo, quod omnia pariter in hereditate ipsius H. fuerunt reperta; ideo vel omnia vel neutra videntur esse cõmunicanda. Præterea mens & voluntas Referentis reliquorumq; dominorũ (quorum sex fuerunt) videtur talis fuisse, vt omnium documẽtorum editionem simul & indistincte fieri voluerint, prout ex votis ipsorum nõ obscure colligi potest. Vtuntur autem sequentib. rationib. Primo quod ex propria Reorũ confessione constet, Actricem esse vnicam & legitimam filiam defuncti H. quod q̃ires, quę sunt patris, præsumantur nunc esse filiæ hæredis, Allegant Alciat. *præsumpt. 10. nu. 1 reg. 1. per l. siue possid. C. de probat.* Hinc etiam extare bonor. possessionem vnde liberi. Secundò, quod ex Actis manifeste colligi potest, Reos ante aliquot annos omnia instrumenta inspexisse; meritò igitur Actrici quoque (cum à præsumptione iuris fundatam habeat intentionem) idem concedi debere, vt æqualitas seruetur. Tertiò, dato instrumenta hæc omnia esse communia, adhuc tamen Actrici editionem eorum faciendam esse per *l. Procurator. vbi Salycet. & Dd. C. de edendo.* Quartò licet Reus Actrici instrumenta sua edere regulariter non teneatur, quod tamen ista regula fallat multis modis, allegat Socin. in primis septima & vltima in nostro casu procedunt. His addi potest & quinta ratio, videlicet, quod filia in omnia bona, siue allodialia, siue feudalia, mobilia vel immobilia sint, immitti debeat, agnatorum contradictione non obstante. Et sic etiam in possessionem omnium documentorum & literarum, tanto minus igitur de copiis ipsarum Actrici dandis dubitari potest.

Quibus sic positis iam parum obstare videtur, quod Rei contra obiiciunt ac præcipuè vrgent, Wann berührte Interlocutoria auff alle Brieff vnd Kasten/in weyslandt H. von V. Erbschafft gehörig/ verstanden/ vnnd alle arcana familiæ V. männiglich eröffnet werden solten/ daß hiedurch dem gantzen Stammen V. ein vnleidlicher vnd verderblicher Schad ersolgen/ viel Weitleufftigkeit vnd Vnruhe verursachet/ allerley lites erwachsen/ alte Vehden vnnd Irrungen widerumb erweckt/ vnd also der Stamm V. zu ewigen Zeiten nimmermehr zu recht kommen/ Sondern eines jedern Vexation würde müssen gewertig seyn.

Ad hæc namque responderi potest, in hoc mere possessorio iudicio non quæri, quid, vel quantum Reorum interfit, instrumenta & literas auff N. Actrici communicari vel nõ communicari, eorumque arcana manifestari, sed eo potius respiciendum esse; vtrum Actrix dicta instrumenta semel possederit, earumque possessione temerè per Reos fuerit destituta ac spoliata, prout ex actis (saltem pro dimidia parte) id clare probatum esse constat. Hoc enim casu restitutio ante omnia necessario facienda, & postmodum de interesse Reorum, & apud quem dicta instrumenta permanere debeant, in petitorio discutiendum erit, non attento, quod talis restitutio Reis forte molesta & grauis sit futura, quandoquidem lex ita scripta est, & restitutionem fieri mandat, *l. prospexit. ff. qui & à quibus manumiss. liber. non fiant.* Cum igitur literæ & documenta (si modo commodam diuisionem reciperent) pro d midia parte restituenda forent, quantò minus de editione & copiis eorundem dubitari potest, cum non debeat, † cui quod plus est licere, quod minus est, 188
non licere, *l. non debet. 24. ff. de reg. iur.*

Reliqua Reorum argumenta leuia sunt, & talia quidem, vt speciali confutatione vix digna censeri possint. Primo tamen non obstat transactio Hassiaca, quæ vult, daß Brieff vñ Siegel/ so Stam vnd Namen V. zuständig/ vsque ad definitiuam, reseruirt werden sollen. Licet enim de conseruatione & custodia ipsorum documentorum, & ne ab alio transportentur, disponat, de transsumptione tamen & communicatione eorundem, ne vnico quidem verbo mentionem facit, ideoq; nec prohibet. Præterea etiam responderi potest, cum d. recessus nõ vltra, quam ad diffinitiuam vsque disponat & domini diffinitiue nunc pronunciare velint, quod hoc ipso d. dispositio tanquã purificata, & effectum suum sortita iam amplius militare non possit.

Non obstat secundo, quod scilicet per inspectionem & communicationem d. documentorum Actrix sine causæ cognitione consequeretur id, quod per diffinitiuam adiudicandum foret, & sic illud ipsum, quod principaliter inter partes cõtrouertitur, ac ordinaria actione prosequi ab Actrice cœptum est. Nam hoc per expressum negatur: in libello enim petit Actrix literas ipsas sibi restitui; hic tantum agitur de transsumptione & communicatione earũdem, & sic causæ principali nullo modo præiudicatur. Tertio nõ obstat, q̃ cõmissio pro inuentatione cassata fuit: nã d. cõmissio super momentaneo possessorio, nõ tantum pro inuentatione documentorum ac iurium, sed vniuersorũ bonorum emanata est, quæ postea 82. Nouembr. Anno 58. iterum cassata, & partibus iniunctum est, vt in pleno possessorio, & sic ordinarie procederent. Hic autem de transsumptione literarum tantum agitur, & sic illa cassatio minime obstat. Quarto nil impedit, quod Rei dicũt inspectionem & cõmunicationem, nõ nisi ex magnis, & releuantibus causis concedi debere. Quis enim negaret, magnam hic causam dictas copias concedendi adesse, cum Actrix vnica sit filia & hæres defuncti patris: Præterea in possessione d. literarum (saltem pro dimidia parte) fuerit, & per Reos d. possessione spoliata ac destituta. Vnde de iure cõmuni nõ tantũ communicatio, sed & restitutio ipsa concedenda foret.

Quin-

Quinimo etsi in possessione nunquam fuisset, nihilominus tamen in possessionem omnium ac singulorum instrumentorum (cõtradictione Actorum non obstante) plenarie esset immittẽda, prout supra in causa principali late deduxi, Sic minus obstat, quod Rei vltimo loco
187 adfuerunt, fœminas† tam de cõsuetudine Germaniæ quã ex pactis familiarũ mobilium, vt etiam ex ipsa iuris feudalis dispositione, in literis antiquis feudalib. nihil iuris prætendere posse?

Hæc enim quæstio ad petitorium pertinet, nec restitutionẽ nec immissionem, multo minus communicationem d. instrumẽtorum impedire potest. *d. l. non debet. ff. de reg. iur.* Ex quibus omnibus de iure cõcludendum videbatur, omnium documentorũ copias in differenter, & sine vlla distinctione Actrici dãdas esse. Huic quidem sententiæ tanquam iuri & æquitati cõformi ego quoque accederem, nisi vnica ratio in contrarium me moueret, videlicet, q̃ ipsamet Actrix non omnium documentorum indistincte, sed eorum tantum communicationẽ petiit, So vber die Gũter/ Renthen/ Zinß vnd Lehen/ zu jhres Vatters vnnd Muttters seligen Erbschafft gehörig/vnd darzu dienlich/ auch deren Actrix zu außführung dieser Rechtfertigung nottürfftig/prout hoc passim ex actis, præsertim vero ex duplicis Actricis 3. Octob. Anno 67. sub n. 57. in §. Vnd mag sonst / & in §. Damit aber/ &c. Item in petitione pro commissione 13. Dec. An. &c. 68. sub n. 62. expresse videre licet.

Vnde putarem d. sententiam Cameræ optimo iure, & sine cuiusquam offensione vel præiudicio ad ea documenta tantum, Deren Actrix zu außführung dieser Sachen bedürfftig / vnd die darzu gehörig restringi ac declarari posse, potissimum ratione, cum verisimile vix esse possit, Iudicem in d. sententia vltra petita ab Actrice pronunciare voluisse. Iudex enim
188 fatuus† esse dicitur, qui vltra petita pronunciat. *Rol. cons. 53. n. 7. vol. 2. Alex. cons. 163. n. 5. lib. 2. Mynsi. rep. n. 61. decad. 1. Marant. p. 6. tit. de sententia. n. 61.* Vt igitur absurdum euitetur, concludo d. sententiam iam dicto modo restringendam ac declarandam, vel nouam commissionem desuper decernendam esse, vt neminem lateat, absurdi vitandi causa, extensionem & restrictionẽ interdum fieri posse, vt not. Alex. de Imol. *in l. sed si hac. §. liberos. ff. in ius voc. facit 1. Clem. 2. in prin. de magistris. c. in Genesi. de elect. c. quemadmodum. de iurerur. cum similibus.* Tertia in hac submissione, quæstio est, an etiam Reis d. documentorum copiæ dari possint? Dubium ex eo oritur, quia non eadem in Reis, quæ in Actrice ratio militare videtur, Actrix cum filia sit vnica defuncti H. intentionem habet præsumptione iuris fundatam, vt supra ostensum est, ad quam coadiuuãdam editio seu transumptio, & communicatio instrumentorum merito conceditur, prout est textus vel casus *in l. Titius ff. de act. empt.* vbi quæritur, an venditor empti† iudicio cogendus sit
189 ex instrumentis hæreditariis, quid iuris defunctus habuit & fines ostendere? Respondetur id ex ea scriptura præstandum, quod sensisse intelliguntur, quod si nó appareat, debere venditorem & instrumenta fundi & fines ostendere, & in glos. *sibi super verb. ostendere, vbi quoq; Bart. in l. t. §. editiones. ff. de edendo. n. 8.* vbi dicit, quod quando ad intentionem iam fundatam adiuuandam editio petitur, quod tali casu res Actori edi debeat. idem notat Oldend *claff. 1. act. 8. cas. tui & aduersus quem detur. n. 4. &c.*

Rei autem nostri nullam talem iuris præsumptionem, multo minus intentionem de iure fundatam habent, ideo videtur petitio ipsorum esse deneganda, prout hic idem in effectu priores dominos sensisse, ex votis ipsorum constat, quæ quidem sententia eorum videtur habere locum, cum dictorum instrumentorum editio hac tantum de causa à Reis petatur, vt exceptiones suas exinde probare, suamque intentionem fundare possint, quod fieri non debet, *argu. l. nimis graue. C. de testib.* Quemadmodum enim Reus non tenetur edere Actori ad intentionem suam fundandam, sic nec Actor Reo ad exceptionem suam fundandam, cum in
190 exceptionibus Rei† dicantur esse Actores, *l. 1. ff. de except. & l. in exceptionib. ff. de probationibus.* Et prolixius videatur de hac materia Sal. *in l. fin. n. 6. C. de edend. &c.* Quibus tamen non obstantibus putarem Reis non minus, quam Actrici copias dictorum instrumẽtorum, quatenus ea ad præsentis causæ decisionem necessaria videbuntur, communicandas & decernendas esse.

Primo, propter verisimilem præsumptionem iuris, quod dicta instrumenta sint & fuerint communia, forte non solum Reorum & Actricis parentes, sed & totam familiam V. cõcernentia, & propter maiorem securitatẽ in arce N. loco alias satis munito deposita, sicque ab H. tanquam digniore, & quidem possessore d. Arcis non suo tantum, sed communi omnium nomine possessa, prout Rei in respõsione ad 11. posit. id asserunt. Solent enim instrumenta cõmunia plerunque apud digniorem, vel in loco magis tuto ac securo reponi, iuxta leg. *cæteri in §. sed & tabulas. ff. famil. ercis.* vbi text. inquit: Si quæ sunt cautiones hæreditariæ, Iudex curare debet, vt apud eum maneant, qui maiori ex parte hæres sit, cæteri descriptum & recognitum faciant, cautione interposita, vt cum res exegerit, ipsæ quoque cautiones exhibeantur; Si autem omnes, iisdem ex partibus heredes sint, nec inter eos conueniat, apud quem potius esse debeant, sortiri eos oportet, aut ex consensu, vel suffragio eligendus est amicus, apud quem deponantur, vel in ædem sactam deponi debent.

Hinc quoque Bartolus *in leg. Procurator, in summa illius legis, Codic. de edendo*, dicit:

Quod

191 Quod instrumenta communia † debent esse apud digniorem, & alteri fit copia, & cum expedierit originale. Et dicit ibi Salicetus similiter in summa. Quod fiscus tenetur edere instrumenta communia sibi & priuato, tam vt expleantur, quam etiam, vt ex iis, cum necessitas exegerit, probetur, &c. Ex quibus infero, cum verisimile sit sæpe d. instrumenta maiori ex parte communia esse, ideo vtrique parti ea edenda, *d. l. procurator. C. de edendo.* Secunda ratio, quia iniquum videretur, Actricem meliori conditione gaudere, quam Reos, *vulg. l. non debet, ff. de regul. iur.* cum aliàs in iudiciis regulariter inter Actorem & Reos æqualitas seruari debeat, prout notatur *in l. fi. C. de fruct. & lit. expens.* ibi. *cum non est ferendum.* Imò Rei fauorabi-
192 liores † esse dicantur, quàm Actores, *l. fauorabiliores. ff. de regu. iur.* Tertia ratio, quia Actor potest & debet plenè instructus venire ad iudicium, & non Reus, *leg. si quando, C. de tempor. in integ. restit. pet.* Eo minus igitur in nostro casu (quoad communicationem documentorum) Reis denegari poterit, quod Actrici permittimus, *dict. leg. non debet.* Quartò, quia omnis
193 exceptio † dicitur niti æquitate, *l. quia æquitate, ff. de doli except.* Quintò, cum instrumenta ad originem petitionis fundandam, Actori non edantur, Sequitur quod ad originem exceptionis debeant edi, *argum. l. cum prætor, ff. de iud. & prolixè Sal. in d. l. fin. n. 6. C. de eden.* Concludo igitur in hoc puncto tam Reis quam Actrici copias d. documentorum, quatenus ad hãc causam opus videbitur, æqualiter communicandas, nouam commissionem desuper decernendam. & commissario aliquo idoneo ad talem tanssumptionem & communicationem ex officio deputato, sex menses pro prima dilatione (prout petitum) præfigendos esse, compensatis expensis. Saluo, &c. Ad punctum editionis seu contrariarum executorialium, & in euentum compulsorialium Reis decernendarum eine Verschreibung vber 800. Goltgülden vnd andere abgefoderte mobilia wider auffs Hauß N. zu lieffern/ quod attinet, licet in hoc puncto (prout supra per errorem dixi) submissum non sit, puto tamen illum ex officio proconcluso acceptari, ac Reis petitionem suam, in der Editionschrifft 28. Ian. Anno 69. factam denegari posse. Fatentur enim ipsimet Rei in d. Editionschrifft/ § vnd dieweil es an dem/ daß berürte Verschreibungen vber 800. Goltgülden/ deßgleichen ein Sattelta-schen mit Gelt/ gülden Ketten vnd Handschrifften zur Zeit H. Absterben auff N. gewesen/ vn also in hæreditate bonis q; defuncti, &c. Constat præterea ex propria Reorum confessione Actricem vnicam fuisse filiam legitimam dicti sui patris, ficque ipso iure necessariam ipsius hæredem. Ex quibus sequitur eam optimo iure dictam obligationem cæteraque mobilia, de quorum amotione Rei conqueruntur, occupare potuisse. Certum est enim hæredem maximè suum bona hereditaria propria authoritate apprehendere posse, antequam ab alio (quod hic factum non esse constat) præoccupentur. *Socin. sen consil. 131. num. 9. & 10. vol. 1. Soc. iun. cons. 75. n. 10. lib. 1. Bar. in l. fin nu. 16. Bl. n. 3. Dec. nu. 4. & Zuchard. n. 107. C. de edict. D. Adr. toll. Plotus in l. si quando, n. 85. & 93. C. vnde vi. Ioan. Durand. in tract. de arte testandi, tit. 2. cautel. 20. nu. 2. cum similibus.* Et si hæres semel in eam peruenerit, illamque apprehenderit, in illa quoque per Iudicem defendi debet, si alius tertius ipsum hæredem in ea possessione sic apprehensa, deinde molestare vellet. *Dec. in d. l. final. nu. 5. in fine. Et ibi Zuchard. n. 102. Plotus in d. l. si quando. nu. 84. Paris. cons. 41. n. 35. lib. 1.* Et hoc ad officium Iudicis spectat, possessorem in sua possessione defendere, *tot. titul. ff. Ne vi fiat ei qui in poss. Castrens. cons. 3. nu. 5. in fin. lib. 2. Grammat. cons. 64. Pract. Ferrar. in forma libelli quo pet. hær. ex testamento in gl. Mynsing. Decius & Zuchardus in locis, de quibus supra.* Faciendo ipsi tertio pœnale præceptum, ne hæredem in futurum in d. possessione molestet, ad illamque non accedat, cum reseruatione tamen iurium ipsorum tertij agendi in possessione vel petitorio, si aliquod ius in dictis bonis sibi competere putet, habita prius informatione per Iudicem summariissima de ipsius hæredis possessione, videlicet hæredem & non tertium in possessione esse. *Decius in dict. l. fin. numero 7. & Zuchard. nu. 111. C. de edi. D. Adr. tollend.* Et hæc omnia latè & pulchrè persequitur Achill. Person. *in tract. adipisc. poss. num. 10. &* 11. Ex quibus omnibus concludendum sequitur, petitas executoriales vel compulsoriales, Reis nequaquam decerni, multò minus Actrici per Reos petitum iuramentum deferri posse. Pro cuius sententiæ confirmatione facit, quod etsi supr. d. bona omnia (quæ Actrix occupasse dicitur) apud Reos nunc essent, nihilominus tamen Actrix per interdictum. Quorum bonorum in ea non minus, quam in reliqua omnia, mobilia & immobilia immittenda veniret. Meritò igitur hic locum habebit regula qua dicitur, dolo facere illum, † qui perat id, 194
quod statim sit restituturus, *l. dolo, ff. de doli mali except. 6. dolo, & ibi Dyn. de reg. iur. in 6.* Concludo igitur causa in hoc puncto ex officio pro cõclusa acceptata, Reis petitionem suam in der Editionschrifft/ de qua sup. cum cõdemnatione expensarum denegandam. Sexta submissio in ordine á me posito, sequitur in puncto reconuentionis, vtrum scil. articuli reconuentionales (exceptionibus Actricis nõ obstantib.) ad probandum debeant admitti, nec ne. Dubitandi ratio est, quia pleriq; censent, in causis possessoriis reconuentioni simpliciter locum non esse, vt videtur sentire Spec. *sub tit. de reconuent. §. nunc dicamus, n. 5. per l. ff. C. qui legit. hab. person. standi in iud. Ioann. Andr. & alij in c. cum dilectus, de caus. poss. &*

*prop. quos allegat & sequitur Rebuff. sub tit. de mater.*
195 *possess. art. 7 gl. 1. nu. 21.* Et q̃ in possessorio † recuperandæ reconuentio locum non habeat, tenet in specie Abb. *in c. antecedens, versic. Nota spoliatum, ext. vt lite non contestat. Et Brun. in auth. & consequenter, numero 9. C. de sentent. & interloc. omn. iud.* omissis superfluis dittinguendum est: Aut enim Actor agit possessorio recuperandæ, & Reus eum vult reconuenire petitorio, tunc reconuentio indistinctè non procedit, per textum *in capitul. super spoliatione, de ord. cognit. & notat Abb. in cap. 1. de mutuis petit.* Et ita mihi videtur intelligendus esse Specul. & alii in locis iam allegatis, & Bartol. *in auth. & consequenter, n. 9. C. de sentent. & interloc.* vbi dicit simpliciter,
196 quod agens ex spoliatione † non possit reconueniri nisi prius restituatur, per *l. si quis ad se fundum, C. ad l. Iul. de vi publi.* aut Reus vult taliter agentem reconuenire alio possessorio iudicio, puta adipiscendæ vel retinendæ, tunc iterum præcedit opinio Speculatoris, reconuentionem scilic. in causis possessoriis non ad-
197 mitti, † quia hæc possessoria, non sunt æquè priuilegiata, vt possessorium recuperandæ. *Abb. in cap. super spoliatione, in 1. notab. de ord. cognit.* Et ratio prædictorum est, quia agens ex spolio non tenetur in aliquo respondere aduersario suo, nisi prius restituatur, *capit. frequens, de restit. spol. libro 6. & cap. cum dilectus, de ord. cog. & cap. fi. eod. titul.* Et propterea non proceditur super reconuentione ante restitutionem: aut vult denique Reus agentem possessorio recuperando, similiter aliquo iudicio recuperatorio pariter priuilegiato reconuenire, tunc reconuentio procedet, quatenus spolii quæstio nõ super eadem re, sed super diuersis fuerit opposita. Hoc
198 enim casu priuilegiatus ratione spolii † non vtetur priuilegio suo contra pariter priuilegiarũ. *Abb. in c. super spoliatione, col. 1 vers. ex hoc de ord. cog.* Et hoc modo videtur sentire ac distinguere Maran. *in 4. par. iud. dist. 6. num. 32. & aliquot seqq. & prolixè Men. rem. 1. recup. nu. 336. & n. 340.* Ad nostram igitur causam redeundo, cum ex articulis reconuentionalib. cõstet Reorum recõuentionem sub vlti. supradi. distinctionis mẽbro comprehendi, possessoriumq; recuperandæ super decimis & fructib. ablatis, & sic sup diuersis ac separatis reb. intentatũ, dubium apud me non est, quin d. reconuentio (Actricis exceptionib. nõ obstantib.) locum habere possit per iam deducta, præsertim verò per ea quæ notat prolixè Meno. *d. rem. 1. recup. n. 336. & 341.* coq; magis reconuentio in nostro casu admitti poterit, quia spoliatio dictarum decimarum & fructuum lite in camera iam pendẽte, facta esse dicitur, prout ex replicis Reorum contra exceptiones sub nu. 120. §. desto weniger aber hat sich/ &c. videre licet, quo casu secunda spoliatio & grauior & maior prima esse censetur, vt notat Meno. *d. rem. 1. recuper. n. 337.* Nam viam vnã ingressus eam sequi debet, & nihil cõtra dispositionẽ iuris attentare, iuxtã tex. *in l. si mulier, §. vlt. ff. eo quod met. cau. Dec. in l. si 31. C. de ed. D. Adr. toll. Men. d. remed. 1. recup. n. 341. & c.* Cõcluditur igitur, cum spoliationes hinc inde allegatæ, diuersis in reb. sint factæ, dubium nõ est, quin Actrix possessorio recuperandæ agens, simili possessorio iudicio per Reos reconueniri possit. Meno. *d. loc. n. 341. & c.* Quia tamen ex vtriusq; partis assertione tam scil. Reorum in primo reconuentionali, q̃ etiam Actricis in exceptionibus contra reconuentionem §. 2. so lasse sich Rei, &c. manifestè colligitur, d. duas decimas bey der Anruff Mühlen von S. vñ G. gelegen/ esse de pertinentiis sæpè dictæ domus N. Domini autem supra concluserunt, Actricem quoad dimidiam partem d. domus vna cum pertinentiis restituendam esse. Ideo putarem dictos reconuentionales tantum pro illa parte, quæ tutorio nomine ab H. possessa dicitur, vnd also allein so viel den halben Theil der angeklagten Zehendẽ belangt/ vnd weiter nit/ admitti debere. Ex quo enim in puncto defensionalium supra ad longum ostensum est, Actricem quoad dimidiam partem arcis N. cum pertinentiis antiquiori & iustiori possessione inniti, eiusque intentionem de iure communi fundatam, mirum non est, cur præsensam Reorum reconuentionem pro illa parte reiiciamus, vt per Dec. *cons. 200, n. 3. Philip. Fran. in c. ad decimas, de rest. spol. in 6. & Phil. Port. in cõmunibus opinionibus, reg. 44. spoliatus ante omnia. lim. 13. lib. 2.* Nam etsi reconuenientes possessionem dictarum decimarum, prout petunt, consequerentur, vel in possessione ipsarũ iam essent, nihilominus tamẽ Actrix ratione N. eiusq; pertinentiarũ pro dimidia parte iterũ restituenda veniret, vnde sequitur reconuenientes quoad d. dimidiam partem audiendos non esse, propter reg. *dolo facit, de doli mali & met. except. cum fim.* Quod si dominis fortè videatur, hanc secundã spoliationem per reconuenientes allegatam, nõ super diuersis, sed iisdem reb. factam, quandoquidẽ partes fatentur d. duas decimas esse de pertinentiis d. domus N. ex libello autem Actricis cõstet, non minus super pertinentiis, quã super arce ipsa actũ esse, & sic etiam super his decimis. Respondeo nihilominus recõuentionẽ, licet super eadem re, in nostro casu admittẽdam esse. Primò, quia lite pend. secunda spoliatio est facta. Secundò, quia ex interuallo, quib. casibus etiam super eadem re reconuentio locum habere potest, vt notat & plura allegat Menoch. *d. remed. 1. recup. n. 336. & n. 340.* Aliud esse dicunt, quando secunda spoliatio fit immediatè post primam super eadã re. Nam tunc agenti ex secunda obstat prima, nec reconuentio tali casu procedit, cum possit primus spoliator in continenti impunè iterum spoliari, *l. 3. §. cum igitur, & l. qui possessionem ff. de vi & vi arma. vbi etiam Bar. Men. d. remed. 1. n. 338.* Cõcludo igitur, in hoc puncto articu-

los

culos reconuentionales, quatenus dimidiam partem decimarum articulatarum concernunt, vnnd weiter nicht/ exceptionibus Actricis non obstantibus; ad probandum admittendos, nec non Actrici certum tempus desuper agendi, quod decet sub solita comminatione præfigendum esse. Saluo, &c. Septimam submissionem habemus in puncto oblatæ dotis, in quo cum nihil petitum, nihilque aliud actum sit, quam quod dos à Reis nach Erkantnuß vnd Billichung der Freundt/ auch anderer ehrlichen Leut vom Adel/ dero Ort Landts gesessen Actrici oblata; ex parte verò eiusdem oppositum est, hanc quæstionem seu hoc punctum ad causam petitorii pertinere. (prout reuera pertinet) Ideo simpliciter pronunciandum censerem, daß man es in hoc puncto bey der Klägerin den 9. Martii, Anno 71. gethaner Eynred lasse bleiben/ nulla expensarum mentione facta, cum non sint petitæ, & aliàs exiguæ. Saluo, &c. Sic etiam octauæ submissionis resolutio in puncto mandati, die 14. oder 15000. fl. belangen/ facilis est; ex propria enim confessione seu positione Actrix conuinci potest, dictum mandatum ex falsis narratis, & sic sub & obreptitiè impetratum esse. Narratur siquidem in mandato, daß Rei die obgenannte 14. oder 15000. fl. Actrici eigenthumlich zuständig bey den Juden zu F. erhoben vnd zu sich genommen. Ad quæ narrata d. mandatum decretum, & Reis sub pœna 40. marcar. auri iniunctum fuit, vt dictam summam intra certum tempus in camera deponerent: postea verò integro biennio lapso Actrix sibi ipsi contraria & prioris assertionis immemor non obscurè faretur, daß die Beklagten solche Summen zu ihren Händen niemals bekommen oder empfangen/ dum in 30. posit. expresse ponit, solch Hauptgelt steht noch zu F. hinder den Juden/ vñ werde daselbst järlich verzinset. Ex quo cum manifestè reluceat, dictum mandatum ad falsa narrata Actricis emanatum: Ideo breuiter concludo, petitionem ipsius 28. Martii, Anno 65. in petitione summaria, deßgleichen 9. Martii, Anno 71. in der Ableynung cõtra Anzeig/ ꝛc. ratione petitæ pœnæ & arctioris mandati factam, denegandam, emanatum mandatum cassandum, & Actricem in expensas desuper factas condemnandam esse, præsertim cum via ordinaria interdicto scil. quorum bonorum Actrix ea omna nunc consequi possit, quæ forte ex dicta summa ad Reos peruenisse constabit. Saluo, &c. Non a. submissio sequitur in puncto pro interesse ratione interuenientium, in quo triplicem petitionem inuenio. Primò namque interuenientes pariter omnes petunt decretam, & iam dudum emanatam commissionem ad trãssumendum & communicandum Actrici literas & documenta auff N. cassari, idq; propter summum & irrecuperabile damnum, quod ex tali publicatione, non solum ipsis, vti tertiis, sed & toti familiæ V. esset expectandum, vel saltem commissario transsumptionem eorundem tantisper prohiberi, donec ipsi ius suum vna cum litigantibus in hac causa deducant: prout ex Protestationschrifft 12. Feb. An. 71. sub n. 92. item ex supplicatione pro inhibitione 21. Febr. eod. An. sub nu. 94. videre licet; hanc petitionem ego simpliciter denegarem. Ex propria enim interuenẽtium assertione cõstare potest, Reos, si nõ maius, tamẽ idem vel æquale saltem ius & interesse cum ipsis interuenientib. habere, dum æquè omnes ex eadem familia sunt oriundi, & æquale omnes detrimentum ac damnum ex transsumptione & publicatione futurum allegant. Cum a. Rei, qui in lite hactenus fuerũt, & illud ipsum interesse, quod per interuenientes nunc prætẽditur, iam antea ad lõgum deduxerint, dictam tamẽ transsumptionem & communicationem impedire non potuerint, certènon video, qua ratione per dictos interuenientes (maximè post commissionem iam dudum decretã & emanatam) id nunc fieri possit, considerato, quod licet d. instrumenta omnia penes interuenientes nunc essent, nihilominus tamen copiæ ipsorũ Actrici dandæ & forte instrumenta ipsa, per interdictum, quorum bonorum restituenda forent, per rationes supra in discussione quartæ submissionis latè à me deductas, quas breuitatis gratia (cum hic eadem sit ratio) ad hanc quoque submissionem repeto. Secundò petunt, sibi acta omnia, tam in causa principali, quam ratione transsumptionis documentorum ergangen/ cõmunicari. Hanc quoq; similiter petitionem denegandam censerem. Ad acta enim in causa principali quod attinet, quod hic in mero possessorio versemur, & interuenientes nullum in tali iudicio vel interesse, vel actionem prætendant, nec prętendere possint, cum nec tempore mortis H. in possessione arcis N. fuerint, nec aliquem etiam regressum per interdictũ quorum bonorũ aduersus Actricem, filiam & hæredem habere queant: Igitur non video, ad quid communicatione dictorum actorũ ipsis in hac causa merè possessoria sit opus. Sia. quis dictat, dicta acta ideo ab ipsis peti, vt in petitorio iisdem vti possint, Respondeo, hanc quæstionem à proxima sequenti quæstione dependere. An scilic. interuenientes ratione sui interesse † quam in petitorio iudicio iure proprietatis & dominii prætendunt, admitti debeant, nec ne. Si enim domini putauerint, eos audiendos esse, fortè admitti posset eorum petitio, sin minus petitam communicationem actorum adhuc denegandam censerem, præsertim cum acta in vno iudicio facta, † in altero fidem non faciant, inter diuersas personas Bald. *in consilio 492. nu. 8. volum. 5. per ea quæ notantur in l. 2. C. de edendo. Et tradit Angel. in l. 15. apud quem. nu. 5. C. eodem, refert Iohan. Baptista Asinius in pract. §. 15. c. 17. n. 12. proli-*

199

200

*Felin. in c. causam quasi. num. 1. ext. de test. Ioan. de Ripa in d. l. is apud quem. num. 36. C. de edend & communem dicit Baptista à Villalob. sub litera A. n. 84.*

Ad reliqua vero Acta, quæ ratione transsumptionis & communicationis Documentorum, sibi edi petunt, quod attinet, iis omnino opus non habent, cum (vt supra ostendi) dictam communicationem Actrici iam dudum concessam, nulla ratione impediri possint, ideo secundam hanc petitionem simpliciter denegandam esse concludo.

Tertia petitio est, pro admissione tertij ad agendum vnà cum litigantibus, & ad deducendum ius suum ratione proprietatis, hæc petitio à solo A. de V. zu O. facta est, & aliquo modo plus dubii habere videtur. Plærique enim Dd. concludunt, quod quando exceptio Dominii opponitur á tertio, tunc non possit fieri restitutio, omissa illa exceptione. *Anton. de Butr. in cap. literis. de restit. spol. Ang. in l. si quis ad se fundum. ad l. Iuliam. de vi publ. Specul. in titul. de petit. & poss. §. 1. casu 20. Gab. sub tit. de restit. spoliat. concl 1. limit. 2. n. 53. lib. 5. Iacob. Philip. Portius in com. opin. reg. spoliatus ante omnia. num. 44. limit 2 lib. 2. Menoch. remed. 1. recuperandæ. num. 326. Zas. in l. naturaliter §. nihil commune. n. 66. ff. de acq poss. Schurff. in consil. 13. centur. 2.* Et ita quoque in Camera in quadam causa conclusum fuisse attestatur Mynsing. *obs. 1. cent. 2.* Ad quam sententiam probandam allegant *l. bona fides. §. incurrit hic & alia inspectio. ff. depositi.* Rationem vero, cur restitutio tali casu impediatur, hanc esse dicunt, quia contra tertium sic obiicientem de dominio, cessent illæ rationes, quæ à legislatoribus ad reprimendam spoliatoris audaciam consideratæ sunt, vt sic prima fronte videre posset, in nostro etiam casu restitutionem differri, & dictum Ambrosium iuxta ipsius petitionem ad agendum vnà cum litigantibus admitti debere, &c. Quibus tamen non obstantibus, puto contrarium concludendum esse. Constat enim supra dictam *l. Bona fides.* (quam supra d. interpretes omnes pro sua sententia confirmanda allegant) in longis aliis terminis loqui, quam nostris, & quidem in tali casu, vbi tertius interueniens ratione sui Dominii vtrumque prorsus excludit, tam scil. latronem, qui rem furtiuam apud Seium depositam sibi restitui petit, quam etiam depositarium ipsum: cum certum sit, neutrum ipsorum quicquam iuris in re furto ablata habere posse; Ideoque restitutio latroni merito denegatur. In nostro autem casu longe diuersum est, vbi d. A. interueniens litigantes non quidem in totum, sed saltem pro parte, & quidem minori excludere ac repellere intendit. Habet præterea Actrix, nedum iure communi, sed ex propria interuenientis confessione (saltem quoad partem) intentionem fundatam, dum in protestatione sub n. 29. §. So tregt sich aber hie zwischen zu/ &c. simpliciter fatetur d3der Kläger in der dritte Theil an den V M. Gütern gebüre. Ex quo sequitur *d. l. bona fides.* & desuper fundatas & iam allegatas authoritates ad nostram hypothesin, tanquam diuersam recte applicari vix posse: loquuntur præterea supra cita i Dd. omnes, quotquot sunt, in illis terminis, vbi dominium tertii oppositoris, vel iam certum & notorium est, vt *d. l. bona fides* vel in continenti probari potest, vt pulchre ostendit Zasi. *in d. §. nihil commune. nume. 66. ff. de acquir. poss.* vbi tale exemplum ponit, ego te spoliaui fundo, tu agis contra me vt restituam, comparet aliquis tertius pro suo interesse, dicens, fundum esse nec meum, nec tuum, sed suum proprium, idq; vult probare in continenti; tali (inquit) casu restitutio impediretur & audiretur. Tertius super suo interesse. Hoc idem concludit Gabriel *in d. tit. de restit. spol. sub limit. 1. nu. 45. lib. 5.* Restitutionem scilicet impediri, si modo ipsius ius tertii esset in actis deductum, vel de eo in continenti probari possit. Idem etiam tenet Boerius *q. 79. n. 1. pag. 153. Bar. in l. à Diuo Pio. §. si super reb. ff. de re. iud. Port. in d. reg. spoliatus n 44. sub limit. 1. lib. 2.* In nostro autem casu, Dominium tertii huius oppositoris, nec notorium esse, nec in continenti probari posse, sed altiori indagine, & plena causæ cognitione opus habere existimo, per rationes supra in puncto Defensionalium late à me adductas, quo me refero. Præterea me mouet, quod non minima subest suspicio fraudis & conclusionis, inter Reos & hunc tertium oppositorem, dum in articulis defens. passim ponunt: præsertim vero in 27. 72. & 73. Das Hauß B. hab jhren Vatter seligen vnd jhnen allem/ das Hauß N.B. aber cum pertinentijs zum halben Theil jrem/ zum andern halben Theil Actricis Vatter seligen tam ratione proprietatis quam possessionis zugestanden/ welche beyde allem auch damit ererbt/ nulla penitus mentione facta, daß diesem dritten Stieffbruder auch das allergeringste daran gebüre. Nunc autem in fine litis, dum forte condemnationem timent. Rei se offerunt, daß sie sich mit A. jres gebührenden Antheils wöllen vergleichen. Quæ sane apud me contraria sunt, ideoque fraudis & subornationis præsumptionem inducunt, præsertim cum eiusmodi oppositiones dolo, & fraude fiant, non aliam ob causam, quam quod Reus iustissimam condemnationem timens, litem differre velit, vt admonet *Couar. c. 14. nu. 4. prope finem. pract. quæst.* At quando nonnihil præsumptionis & malitiæ, seu calumniæ contra tertium se opponentem est, quod scilicet veniat ad causam, vt faueat ipsi conuento, & causam impediat & differat expeditionem, tunc audiri vel admitti non debet ad effectum impediendi. *argumen. cap. suscitat. de rest. in integ. & gloss. in c. super eo. in verb. tenebat. de offic. delegat. Afflict. decis. 235. numero quinto, Franc. Marc. quæstio. 538. num. 8. part. 2.*

Debet

Debet namque quis pro suo iure ac præiudicio, non autem ad vtilitatem & commodum Rei conuenti principaliter ad causam accedere, vt declarat Bald. *in auth. nunc si hæres. vers. quartum corollarium, C. de litig. poss. Inn. & alij in c. cum super, de sent. & re iud. & notat Vant. sub tit. quis possit dicere. de nullit. limit. 3. n. 27.* Ex quibus omnibus satis liquere puto, nec restitutionem nec immissiouem per hunc tertium oppositorem impediri, & consequenter eum in hoc merè possessorio iudicio ad agendum vna cum litigantibus admitti vix posse rationibus iam deductis, quibus addo Achill. Person. Mirandul. *in tract. de adip. poss. nu. 341. & nu. 441. & Vant. d. t. quis possit dicere. de null. n. 23.* Nec puto obstare, quod nonnulli dicunt, restitutionem quidem & definitionem causæ inter Actorem Reumque talem tertium impedire non posse, sed nihilominus ipsum ad allegationem & probationem sui proprii iuris, & interesse admitti debere, vt videtur sentire Innoc. *in c. cum super, n. 34. & 35. Bellamera nu. 11. Et prolixè Fel. n. 17. ext. de sent. & re iud. quos allegat & sequitur Didac. Couar. c. 14. pract. quæst. n. 4.* Cuius sunt verba: At si tertius accesserit ad iudicium, non equidem defensurus Actorem aut Reum, sed vel eorum alterum exclusurus ab actione vel defensione causæ, aut tandem vtrumque re petita, hoc casu constanter asserimus, quod admitti debeat ad allegationem & probationem propriæ intentionis, ita tamen vt propter hanc oppositionem nulla in parte differatur definitio litis inter Actorem & Reum, quoad eorum præiudicium, præsertim vbi tempore huius oppositionis conclusum fuerit in causa, vel facta sit testium publicatio. Etenim tunc ipse admitterem tertium ad allegandum & probandum absq; præiudicio publicationis, conclusionis & diffinitionis, ipsius litis inter Actorem & Reum, atque ita non semel vidi pronunciari in hoc Regio Grannatensi prætorio, &c. Hæc Couarruuias. Ex quibus licet aliquo modo videri possit, etiam hunc nostrum oppositorem ad deductionem ac probationem sui iuris & interesse in hac instantia admitti debere. Contrarium tamen ego concludendum puto, loquuntur enim suprad. Dd. in terminis à præsenti causa planè diuersis. Et quidem in tali casu, vbi actione reali, puta rei vendicatione, & sic in petitorio iudicio conuentio est inter duos, & lite pendente tertius aliquis simili iudicio se opponendo petit rem litigiosam sibi dari non Actori, allegans vtrumque Actorem scilicet & Reum nullum ad eandem rem ius habere, prout exemplo declarat Couarru. loco iam allegato. Nos autem in mero possessorio iudicio versamur, in quo deductio & probatio dominii (maximè si altiorem indaginem requirat) admitti non debet. Vnde nec supradictæ authoritates in nostra hypothesi locum habere possunt. Repetitis igitur argumentis pro contraria sententia (quod scil. tertius oppositor in hac instantia petito modo admitti non debeat) supra deductis, Concludo, interuenientibus petitiones suas, de quibus sup. omnes, & quidem purè denegandas esse, tacitis expensis, cum ex parte Actricis nihil omnino actum, sed vnius tantum recessus sit habitus, si tamen domini putarent, A. von B. ratione tertiæ petitionis, ius persequendi suum interesse in alia instantia reseruandum esse, non id mihi displiceret, per ea quæ notat Franc. Marc. *q. 164. n. 7.* vbi videtur velle, quod tertio in possessorio interuenienti ius persequendi in alia instantia reseruati debeat. Quoad vltimam submissionem, ratione recognitionis sigilli, attestationibus in puncto additionalium impressi, excipiunt Rei, se causas suspicionis contra commissarium produxisse, ideo sigillum per eos noch zur Zeit recognosci non posse. Hæc exceptio friuola est ad protelandam tantum causam adducta, cum certum sit in puncto additionalium nil quicquam, sed solum in puncto commissionis & transsumptionis per eos fuisse exceptum. Quamobrem dictum sigillum in contumaciam non recognoscentium, pro recognito acceptandum esse putarem, Saluo, &c.

*Sequuntur quædam quæstiones dubiæ, cum earum resolutionibus de constitutione litigiosæ possessionis ad præcedentes supplicationes, eorumq; vota pertinentes.*

SVMMARIA.

1 *Constitutio litigiosæ possessionis quomodo concilietur & explicetur.*
2 *In hac constitutione partes imperio immediatè subiectæ esse debent.*
3 *Hic inquirendum, an possessio rei cuiusdam sit litigiosa.*
4 *An timor armorum metuendus sit.*
5 *Iudex debet cognoscere de metu armorum.*

## Prima quæstio dubia.

### *Qualiter constitutio* der streittigen Possession *concilianda & explicanda sit?*

FVNDAMENTVM huius † constitutionis est *ex l. æquissimum, ff. de vsufr. §. vlt. & c. cum venissent, per tot. de Inst. & ibi Dd.* Et appellant hoc remedium retinendę possess. ex officio iudicis, item possessorium momẽtaneum recreentia casus nouitatis, item interim. *Menoc. vlt. remed. retin. Mansuer. in sua pract. lib. 11. de possessor. Inno. in c. in præsentia, lib. 2. de prob. Plotus in rep. l. si quando, C. vnde vi, § 3. n. 33. & seqq. Dd. cõmuniter in l. vn. C. si de mom. poss. fuerit app. & l. momẽtaneæ, C. vnde vi. & l. momẽtaneæ, C. qui leg. standi pers. in iud. hab. Mynsf. obs. 96. cent. 2. Cap. dec. 13. 55. & 189. Ludo.*

*Ioſephus deciſ. 20. Guido Papæ deciſ. 578. Petrus de Benintend. deciſ. 73. & 79. Couarr. pract. quæſt. c. 17. Spec. tit. de petit. & poſſ. §. 1. n. 38. idem de libello concept. §. nunc dicendum, n. 14. & ibi Ioan. And. in add. Paul. de Caſt. conſ. 3. lib. 2. fol. 93.* Item in receſſu Wormatiæ fol. 128. Anno, &c. 21. Item in receſſu Ratisbon. Anno, &c. 32. fol. 246. Concluſum vt ex verbis 1. & 2. §. expreſsè colligitur, quod & ordinariè & ſummariè agi poſſit ex hac conſtitutione ex 1. §. per actionem ſeu remedium retinendæ, vti poſſidetis, quod diffinitiuam in poſſeſſorio parit, petitorio ſaluo, reſeruato. Idq; probatur ex verbis, Es ſollen beyde Theil zu endlichem Außtrag/ꝛc. Ex 2. §. ſi non ſolùm certiſſimus ſubſit armorũ metus, ſed partes modò in præcinctu ſint, tunc poteſt agi etiam ſummariè, id quod ſit implorato iudicis officio per ſuccinctam informationem ibi, vnd alsbald auch darauff ſummariè refrenatis libidinibus hoc caſu tã poſſeſſorio quam petitorio ordinario iudicio partes ius ſuum proſequantur.

### *Requiſita huius conſtitutionis.*

Primum requiſitum, quod vtroq; caſu requiritur, eſt, quod partes † ſint immediatè imperio ſubiectæ, ibi, zween oder mehr/ꝛc. & §. vlt. zwiſchen den Partheyen. Secundum requiſitum: Quod poſſeſſio † ſit litigioſa, verb. der ſtreittigen Poſſeſſion/ & verb. Spän/ id eſt, ℣ vtraq; vel plures conſtanter affirment & contendant ſe poſſidere, quod requiſitum ad vtrunque caſum, ſcilicet quando ordinariè vel ſummariè proceditur, neceſſarium eſt. Tertium requiſitum primi caſus ſeu §. eſt, quod ſubſit, † ſeu timeatur ex rixis quotidianus timor ſcandali ſeu armorum zur Zeit Auffruhr vnd Widerwertigkeiten: in 3. verò §. quando præſens eſt periculum, & ſi partes in præcinctu eſſent lite ſuper ordinario poſſeſſorio, vel incœpto, vel inchoando, vt DD. §. omnes, & §. vlt. ibi, die Poſſeſſion zweiffelicher Empörung/ꝛc. Quartum requiſitum ad vtrunq; §. eſt, quod Iudex cogniturus † de metu armorum de partium procinctu certior eſſe debet ſaltem ſummariſſimè, vtpote ex miſſiuis vel inſtrumento deſuper confecto etiam ex propria ſcientia, ex verb § 1. ibi, vnd deß redliche anzeig haben/ & §. fin. ibi auß redlichen vrſachen/ ℣ requiſitũ pro hac conſtitutione benè eſt notandũ, ne cum turbata poſſeſſione cõmiſceatur. Simplex. n. turbatio, vel ad ordinariũ, vel außträg/ vel ſi pignus acceptũ eſt, ad pignorationem pertinet.

## TITVLVS VIII.
## De relaxatione iuramenti ad effectum agendi.

### *1. Supplicatio pro abſolutione à præſtito iuramento ad effectum agendi, & citatione, in cauſa N. N. contra B.*

HOchwürdiger/ꝛc. Wiewol ich endbenanter Supplicant mich von meiner kindheit an/ biß nunmehr in das 79 Jar meines alters aller Ehren vñ Redlichkeit/ in Keyſerlichen/ auch andern Herrn Dienſten/ (ohne ruhm zu melden) ſonderlich aber jüngſt deß Kloſters E. angehörig Vogt Ampt/ in die 10. Jahr mit Ehren getragen vñ verſehẽ/ auch võ weiland H. E. Apten zu E. jetziges Apts Vorfaren meinen redlichen Abſchied vor 2. jahren genommen/ ſo hat jedoch deſſen allen vñ natürlicher billichkeit vnbetrachtet H. N. jetziger Apt/ auß falſchem Argwohn vnd vnerfindlichem Angeben/ mich mit Vngnaden vñ Widerwillen vnſchüldiglich verhaſſet/ mehrmals injurirt/ (wie ſolches ſeiner zeit zu deducirn) mir die frucht auff meinem Acker verbieten laſſen. Vnd als ich dieſelbe für Verderben vnd zerrotten abſchneide vnd eintheimiſchen wöllen/ mich auch zu forderſt zu ordentlichem Rechten/ vmb ſeine anmaſſende Sprüch vnnd Forderungen gegẽ im erbotten/ er Apt nichts deſto weniger mich im Fleckẽ S. den 26. Iul. dieſes Jars gewaltſamlich angreiffen/ fahẽ/ ſchleiffen vnd in ein finſtern Thurn werffen/ auch darin 24 Nacht vñ Tag ſitzẽ laſſen/ nachmals in ein faſt vngehewer vbel rauchends Gewelb führen/ vnd darinnen 5. Wochen lang quelen vnd ſchmachten/ letzlichen/ als ich bey ſo langwiriger harter gefängnuß tödtlich kranck worden/ auch er Apt mich in ein Stüblein/ zu verſchonen meines hohen alters/ wie er fürgeben/ bey 3. Wochen lang verhalten vnd bewahren/ auch darauß nit kommen/ noch von Händen laſſen wöllen/ ehe vñ zuvor ich ein vngewönlich widerrechtlich fürgeſchriebene Vrphedẽ/ vber mich/ mit Handtreuwen/ vnd leiblichen Ayd ſchwerendt vbergeben/ vber welchen abgenötigten Vrpheden dañ/ neben anderen hochbeſchwerlichen ſeltzamẽ Clauſuln vñ Jñhalt/ ſonderlich auch dieſe/ ſo viel ich deſſen damals behaltẽ mögen/ inſerirt geweſen/ daß ich ſolche zugefügte ſchmach vñ gefängniß/ weder mit/ noch ohne Recht/ keines orts klagen/ noch anden/ auch nicht dawider fürnemmen/ handlen/ oder berahtſchlagen/ darzu niemandt anders/ als jme H. Apten/ vñ wer jme gefällig/ meine Güter feyl thun vnd verkauffen ſolle vnd wölle/ꝛc. Ob wol auch ich bißhero vñ abſchrifft ſolcher mir abgetrungenẽ Vrpheden vnd Verpflichtung zu beſſer meiner Behutſamkeit/ Nachrichtung vnd Notturfft billich anſinnen laſſen/ ſo iſt mir doch ſolche Copey verſagt vnd vorenthalten worden. Dieweil dañ G. F. vñ H. meine euſſerſte Ehrennotturfft erheiſchet/ jetzt erzehlte greuliche vnd vielfältige mir von mehrgemeltem Apten zu E. auffgedrungene vnverſchuldte ſchmach vnd vnwiderbringlichen ſchaden (angeſehẽ ich durch entſtandene Qual/ vmb mein Geſicht/ Gehör vnd Verſtandtnuß beynahe gebracht) rechtlicher Gebühr nach zu verfolgen: Aber durch die gemeldte abgenöhtigte

Vrpflicht

ea iurisdictione à reo impediri concludunt rectò posse contra impedientem reum intentare actionem in rem quasi confessoriam. Et licet reus vbique in prædictis videtur significare velle rei vendicationem intentatam, tamen concludo, hic locum habere non posse, eo quod pro †iuribus cor- 3
poralibus detur, non autem pro incorporalibus, vt est iurisdictio, *Bald. in l. 1.* vbi dicit, quod pro iurisdictione vendicanda competit quasi Seruiana vel officium iudicis. Posset etiam dici actum con- 4
dictione ex lege vel priuilegijs Cæsarum, maximè

Ludouici Romani Reg. & Carol. Quart. iuxta *l.1.l.final.vbi Bart.de constit.Princ.l. 1. de cond. ex lege.* Idque probabilius esse, ex quo actor in ijs suam intentionem præcipuè fundat.

Duo decisioni ante omnia præmittenda sunt.

5 1. Munerum ciuilium † triplicem esse diuisionem.

Nam quædam personalia sunt, quædam patrimoniorum dicuntur, alia mixta. De quibus speciebus sigillatim tractat IC. *in l.3.§.minorem.de minorib. Gloss.elegans ad rubr.C.eodem.Bart.in l.1.C.mulier.in quo loco. &c. lib. 10.Iason in l.placet.C.de sacrosanct.eccles.Lucas de Penna in l.2. C.de annonis & tributis.*

Illud hic diligenter obseruandum est, mune-

6 ra patrimoniorum in duplici esse differentia: † quædam enim sunt mere realia, quæ principaliter rebus indicuntur, & propriè tributa dicuntur: quædam vero particulariter personæ contemplatione veniunt, & *collectæ* dicuntur. *l.rescripto, §. fin. de munerib. & honorib. Iason d.l.placet.* Effectus magnus est, vt ex sequentibus patebit. Secundò præ-

7 mitto, collectas dici, quæ non habent † certam & determinatam formam & præstationem, sed variantur secundum superioris potestatem. *Bald.in l. fin.C.sine censu & reliqu. Bart.in d.l.1.C.de mul. in quo loco, lib.10.Ias.in d.l. placet.* Ex hac consideratione inter munera extraordinaria computantur, quo-

8 rum impositio † non fit prouisione vel lege generali, nec ob causam ordinariam vel successionem, sed extraordinariam accurrentem & reiteratione non expectat, *l.in honore. §. vacationem. de vacat. & excus.muner. vbi Bar. Paris.consil.55.volum.1.Iason in d.*

9 *l.placet.* vbi concludit, quod † annua munera, quę imponuntur inferioribus à summo Principe, sint extraordinaria, *DD.in dd.locis.* Possunt tamen col-

10 lectę † inter ordinaria munera referri, quando nempe de rerum impositione certa & generali lege prouisum est, ita vt singulis annis reiterant, quia tunc habentur, vt aliæ ordinarię iurisdictiones, & sunt vel munus patrimoniale, ita vt forensib. sola ratione bonorum indici possunt, *l.si quod de iure vniuers.l.1.de munerib. & honorib.* vbi ait, statuto fieri posse, vt collecta sit munus extraordinarium, *Bald.in l fin.C.sin.cens.Paris.d.consil.25.vol.1. Aff.ct.in cap.1.quæ sunt regalia.* vbi simpliciter tenet munus esse extraordinarium, quia, inquit, in locum indictionis, quod est ordinarium munus, successerunt per *l. 1. C. de indict.* communis tamen est. Quod tunc demum inter ordinaria munera referantur, quando à lege, statuto vel consuetudine certam habent præstationem, & hac ratione

11 collectas imperij † Römerzug/ Türckenhülff/ Cammergerichts vnderhaltung/ alias inter munera ordinaria (quoad effectum puto) referri possit. Habet enim certam & præfinitam à lege Imperij occurrente necessitate præstationem, licet singulis annis non occurrant. Tertiò præmitto, subditum

12 † tribus modis dici:

Primò, ratione domicilij. *c. ex parte. vbi gloss. & Pan. de for.compet. Soc.in c.licet rationem, eod.l. 1. vbi gl.de munic.& orig.lib.10.*

Secundò, ratione originis proprię vel paternę, *d.l.1.l.assumotio.§.1.vbi Bart.ad munic.l.ciues. C.de incol. lib.10.*

Tertiò, ratione delicti, idq; impropriè. *gloss. in Clem.vnic.verb. subditos, de foro comp.*

Quartò, in facto præmitto, Lauterbach/ceterosq; pagos articulatos in districtu præfecturæ Werden sitos esse, id quod rei nõ diffitentur, & testes sufficienter probant.

His præmissis videamus de iure actoris. Constat tum ex libello, tum ex toto processu actorem suam intentionem super priuilegijs & regalibus sibi à multis retrò Cæsaribus & Regibus Romanis concessis fundare, & inprimis quoad præsentem casum super priuilegia Ludouici Regis Romanorum, quo ordini Teutonico conceditur Das Dorffgericht zu L. mit allen Rechten vnnd Nutzen darzu gehörig/ sola gladij potestate excepta. Item super priuilegio Caroli Quarti, quibus ordini & hospitali Werdensibus immunitas ab omnibus collectis super bonis eorundem vbique sitis conceditur, atque in vniuersum omnibus, nominatim vero ea in specie W. ne in contrarium quicquid attentetur. Quæ quidem priuilegia in Carolo Quinto ratificantur & renouantur. His visis fundamentis actor ponit & articulat in secundo articulo, sibi tanquam principi Imperij vigore priuilegiorum regalium, & iuris communis collectandi suos subditos in locis articulatis & ad iurisdictionem L. spectantibus cõpetere, quod an verum sit, considerandum venit. Et in primis noti iuris est, collectas non † im- 13
poni, nisi incolis & municipalibus, *l. rescripto, §. fin.gloss.de munerib. & honorib. gloss. ad rubr. Cod. eodem Iason in d.l.placet. Cod.de sacrosanct. eccles.* Rom. est eius conclusionis, quia cum collectæ impositio sit munus extraordinarium, quod nempe imponitur personis pro rebus vel prædijs in terris collectantium sitis pro modo facultatum, vt suprà *num. 2. in princip.* dixi, si personæ non sunt subditæ, non potest etiam earum impositio locum habere, *d.l.rescripto, §. fin.l.munerum.§. patrem. vbi Bart.de munerib. & honorib. Hieron. Schurff. consil.69.num.26.*

Itaq; huiusmodi collectæ forensibus & extraneis, etsi bona vel prædia sub iurisdictione collectantium habeant, imponi non posse, quia non sunt incolæ municipes, *d.l.rescripto.§. fin.* Eadem ratione clerici collectari non possunt, † quia iurisdictioni laicorum subiecti non sunt. *Auth. nulla commun.D.de epis.& cler.c.non minus.de immun.eccl. c.1.eod.n.6.* Et hoc regulariter verum est. 14

In quibusdam tamen casibus etiam forenses † 15
& sic personæ nõ subditæ collectari possunt: quãdo enim consuetudine immemoriali ita receptũ fuit, veluti si ciuitas vel princeps eam potestatem ab immemoriali tempore præscripserit, *Alexand. consil 68. Paris. consil. 65. Bar.in d. l. 1. Cod. mulier. in*

quo

*quo loco.* Etenim consuetudine induci, vt forenses collectas soluere teneantur pro rebus, quas habent in terris collectantium. Idem obtinet in vsurario. Nam licet forensis sit, tamen soluere tenetur, *l.2.§.fin.ad municip.*

Porrò quod ad munera patrimoniorum mere
16 † realia attinet, (sunt enim in triplici differentia, vt suprà dixi) nulla est dubitatio, quin non solum forenses, verum etiam clerici, & alię personæ priuilegiatæ sola bonorum ratione ad collectarum solutionem obligati.

17 His enim muneribus, † quæ possessionibus vel patrimonijs inducuntur, nulla priuilegia præstāt vacationem. *l. his honor. de vacat. mun. tex. in l. 1. C. de ind. lib. 10. Dd. vt supra.* Quod adeo verum. Primò,
18 vt bona eorum † vice pignorum ipso iure pro tributis obligata sint, *l. 1. C. in quib. caus. pig. tacite contrahit. l. 1. C. si propter pensit. publ.*

Quoniam igitur collectę non possunt imponi, nisi incolis & municipibus, & sic subditis: superest; An incolæ dictorum pagorum ordinis Teutonici subditi sint, nec ne? Atque hoc ipsum actor multipliciter probare conatur. primò, ratio-
19 ne originis † eius tanta est potentia & efficacia, vt nemo eam sua voluntate mutare possit. *l. origine. C. ad municip. Socin. consil. 284.* Secundo, ratione domicilij, habitationis. Quibus potissimum mo-
20 dis subiectionem † probare suprà in tertio præmisso dixi, facit *l. domicilium. vbi gloss. ad municip. l. si*
21 *in patria. C. de incolis. lib. 10.* domicilium enim † incolas facit, *d. l. domicilium.* Estque triplex, naturale, accidentale & generale, *Socin. in d. c. licet ratione. de foro compet. facit l. ciues. C. de incol. lib. 10.* Prout suprà diximus in causa Schäffers cōtra Full. Quod autem subditi illustr. & Magnif. DD. in articulatis pagis origine & assumptione eius loci incolæ sint, res ipsa & factum testatur. Nam eo in loco
22 quis domicilium † habere dicitur, vbi ita rem rerumque ac fortunarum suarum summam constituit, vnde rursus non sit discessurus nisi auocatus, *d. l. ciues. C. de incolis. lib. 10. vbi gloss. & Bart.* Modo ex actis sufficienter patet, Hindersassen in dictis pagis rerum ac fortunarum suarum certam fixamque sedem constituisse. Quare etiam incolæ eius loci censendi sunt, quibus accedunt actus iurisdictionum, quos sex ordine in duplicis, in primo, defensio ad probandam subiectionem actor recenset.

Et in primis illud in confesso est, pleneque ex actis perspicuum, ordinem suę iurisdictionem in suis præsertim habere, scilicet iurisdictionem & subiectionem: quia in non subditum nulla cadit
23 † iurisdictio, *l fin. C. de iurisd. toto tit. si in non compet. iud. Angel. consil. 217.* Atque si rectè perpendetur priuilegium Ludouici, constabit actorem nō simplicem iurisdictionem in suos habere, sed omnimodam & consequenter merum ac mixtum imperium. Concessit enim imperator omnem iurisdictionem ex expressis causis tantum, die an das Leben gehen/exceptis in specie maleficiis pœnā sanguinis irrogantibus. Ergo in causis non exceptis videtur omnimodam iurisdictionem dedisse, & verba illa, vnser Dorffgericht † mit aller Zuge- 24
hör/ita accipienda sunt, vt comprehendant sub se merum & mixtum imperium, & simplicem iurisdictionem, *Gloss. in Clem. 1. in verb. ob omnimodam. de foro compet.* quæ vult, quando omnimoda † iu- 25
risdictio conceditur, verbum, *iurisdictio*, sumitur vt genus, ita vt sub se tres species iurisdictionum comprehendat, secus si iurisdictio simpliciter concessa esset. Quo casu solum intelligitur iurisdictio in specie concessa. *Iason in l. imperium, de iurisdict. Panormit. in c. conquest. de foro compet.* Sed in præsenti omnimoda iurisdictio conceditur, exclusis tantum causis mere capitalibus. Igitur generale in omnibus alijs plenissimam iurisdictionem concessisse videtur. Atque hoc pacto priuilegium Ludouici Regis videtur accipiendum, ex testium depositionibus colligitur. Deponunt enim vno quasi ore omnes, quod non tantum actori gelobt/geschworen/gerichtbar/rechtbar/sondern daß er jhnen Ordnung gemacht/& quod in futurum leges ipsis præscribere possit. At legem vel statutum † condere est meri imperij, quia 26
illud non tantum consistit in animaduersione † 27
maleficiorum in facinorolos homines, *d. l. imperium, de iurisdict. vbi Ias.* verum etiam in vetando, disponendo. Quia non omnis lex † tendit ad pu- 28
nitionem, *l. legis virtus, de legib.* & cum plures sunt gradus meri imperij, secundum Bartol. *in d. l. imperium.* sublato vno gradu † omnes reliqui subsi- 29
stere possunt.

Deponunt etiam testes, er habe die kleine Freuel zu straffen/sed leuis † mulcta pecuniaria, quæ im- 30
ponitur pro delicto, de mero imperio est, *l. leuis mulcta. C. de modo mulctan. Bart. in l. imperium. vbi Iason & Alexand.* Neque obstat, quod etiam simplex iurisdictio † modicam correctionem habeat, & 31
sine ea nulla sit, *l. fin. §. fin. de offic. eius, cui, & c. l. magistratus, de iurisdict.* quia illud procedit quadam verbali correctione, quæ fit officio iudicis mercenario, ad expeditionem causæ, non autem, quæ ad vindictam maleficij comparata est, atque nobili officio iudicis expeditur, *Bart. Alex. Ias. in d. l. imperium.* Sed actor habet in leuioribus, quoad maleficia, die Freuel. Ergo ea habet, quæ sunt meri imperij, secundum distinctionem *l. 2. de public. iud. §. 1. Inst. eod.*

Quoniam igitur Ludouicus Imperator expresse capitalia excepit, videtur proculdubio omnem iurisdictionem in alijs non casibus capitalibus reliquisse, & concessisse id, quod actor quoque asseuerat in replicis exceptionis eam fuisse arbitror. Quod de iure Canonico † clericus san- 32
guinis iudicium agitare non potuit, *c. cler. c. sententiam, ne cler. vel monach. secul. se immis. Alciat. l. transigere, Cod. de transact.* Itaque si habeat actor vigore imperij, ibi loci ea, quæ sunt meri imperij, excepta gladij potestate, non est dubitandum, quin etiam habeat, quæ sint mixti imperij, possitque

veniam ætatis dare, legitimare, per reſcriptũ cæteraq; expedire, quæ ſunt mixti imperij, *Bart. in l. 1. de iuriſd.* Ex quibus omnibus concludendum videtur actorem ſufficienter probaſſe incolas dd. pagorum origine, aſſumptione & iuriſdictione ſuos eſſe ſubditos. Quo ſubſiſtẽte videndum erit, an poſſet eos collectare. Et certum eſt, quod ex priuilegio vis collectandi non habeat Cum in ijs de iure collectandi nulla mentio fiat, ſed tantum immunitas ordini ſuper bonis & perſonis conceditur. Quare inquirendum, an de iure communi
33 illud habeat? Et conſtat huiuſmodi † collectas, quæ vulgo Steuren appellantur, eſſe de regalibus & ad regalia pertinere; *c. 1. vbi Bar. quæ ſint regalia, in vſib. feud. Schurff. conſil. 59. cent. 1.* Similiter conſtat, actorem non habere regalia in omnes ſuos ſubditos, quia princeps imperij eſt, qui ex conſuetudine jus collectandi habeat. Et alias ex recepta DD.
34 opinione, conſtat Principem vel Comirem † in ſuo territorio tantum poſſe, quantum Cæſar in imperio, *Felin. in c. quæ in eccleſ. de conſt. Zaſ. conſil. 1. vol. 2. Schurff. conſil. 18. cent. 3.* vbi ait, quod ſit limita-
35 tio ad regulam: *Quod inferior Princeps † non poſſit etiam ex cauſa alteri rem auferre.* Quam quæſtionem tractat Schurff. *conſil. 76. cent. 2.* & alias iuris, non ſolum Principem inferiorem à ſupremo, verum
36 etiam commutationes, ciuitates, † villas, municipia, neceſſitatibus concurrentibus ſubditis ſuis collectas imponere poſſe, per *l. 1. §. quod nemo. vbi gl. in verb. proconſ. Quod cuiuſq; vniuerſit. vbi Bar. Schurff. d. conſ. 89. cent. 1.* Quibus accedunt Receſſus Imperij *de anno 42. 44. & 48.* vnde cũ permittente ſum-
37 mo Principe † id fiat, rectè exigi poſſent. *leg. 1. vbi Bar. C. vbi mulier, lib. 10.* Quare concludendo dicendum videtur, actorem non ſolum ſubiectionem, verum etiam collectandi ius ſibi ſoli competere ſufficienter deduxiſſe & probaſſe.

*An eliſa?* Pro defenſione & ad elidendam actoris intentionem reus opponit merum imperium, ſe nempe in articulatis pagis omnibus gladij poteſtatem habere. Ergo merum imperium. *l. imperium, de iuriſd.* Item die hohe Fürſtliche Obrigkeit vnd Gleidt/ius ſe. ſuperioritatis & ſalui conductus. Et ſic omnem ſuperioritatem. Item ordinis ſubditos ſuos eſſe incolas. Igitur à ſe vigore regalium collectari poſſe. Quod merum imperium regulæ locum ibi habet in capitalibus, in confeſſione & per priuilegium Ludouici regis expreſſe comprobatur, præfecturam zu W. eſſe feudũ imperij non dubito, tum quia deß Reichs Pfleger nominatur, tum quia teſtes hoc ſatis confirmant. Habet ergo ſua regalia, & in conſequentiam tam ex conſuetudine Germaniæ, quam conſtitutionibus & receſſibus Imperij ius collectãdi habet. Videndum igitur, an vigore regalium etiam ſubditos actoris collectare poſſit. Huius quæſtionis adeoq; totius defenſionis diuiſio in eo conſiſtit: An incolæ rei ſint, nec ne? Et ſuperioribus non obſtantibus pu-
38 to, quod ſic. Verus namq; incola in † iure dicitur, qui in aliquam regionem domicilium contulit, *l. pupillus, de verb. ſign.* cum ergo regio hæc quaſi territorium ſit ex controuerſia rei, Sequitur, quod inhabitantes regionem animo perpetuo viuendi, ibi incolæ quoque ipſius rei ſint, *l. ciues, C. de incol. lib. 10.* Contra actores incolæ † dici non poſſunt, 39
cum nullam eo loci regionem aut territorium habet. Sola vero habitatio † & agrorum poſſeſſio nõ 40
facit incolam, *l. libertus, §. ſolus. l. ad domicilij, ad munic.* Quare non obſtat, quod ſupra ab actore de originis & domicilij iure adductum eſt, quin potius pro reo militant, cum locus originis ac domicilij actoris non ſit, ſed rei. Non obſtat etiam *d. l. pupillus, § pupillus, de verb. ſignif.* Quod territorium conſiſtat † in vniuerſitate agrorum, quia additur intra 41
fines cuiuſq; territorij. Sed actor nullus in &. multò minus in alijs pagis fines tenet, ſola iuriſdictio priuilegio conceſſa eſt, quæ tanquam ordinaria in eius perſona, non in ipſo territorio conſiſtit, *l. more maiorum, de iuriſdict.* Et alias alterum ſine altero eſſe poteſt. Neceſſariò enim iuriſdictio non cohæret territorio, & contra. Poteſt enim iuriſdictio † ſine territorio conſiſtere, & territorium ſi- 42
ne iuriſdictione, *Bart. in d. l. 1. vbi Iaſ. Bald. in l. 1. §. iuſtitiam, de offic. præfect. vrb.* vbi vult, quod iuriſdictio formaliter & actiuè dicatur eſſe in magiſtratu ius dicente, ſed materialiter & paſſiuè in perſonis ſubditis, ratione autem ſitus, & ſic ſub prædicamento, *vbi*, debet ineſſe territorio, quia terminatur per *l. fin. C. de iuriſdict.* Cum igitur in præſenti conceſſione iuriſdictionis nulla fiat mentio territorij, ſed tantum deß Dorffgerichts zu &. concedatur cum omni iure & fructu, non poteſt dici etiam territorium conceſſum fuiſſe, cum alterum ſine altero ſubſiſtere poſſit, ſecus eſſet, ſi pagum & cum iuriſdictione conceſſiſſet, & de omnimoda præfecturæ iuriſdictione exemiſſet. Quo caſu de territorio præfecturæ ſubditi actoris non eſſent, vt tradit Alciat. *in d. l. pupillus*, id quod factum non eſt.

Quare concludo incolas rei eſſe. Si incolæ ergo in caſibus præmiſſis ab ipſo collectari poſſunt, niſi ſpeciali priuilegio ſint exemptæ. Incolæ enim ijs magiſtratibus † parere debent, apud quos in- 43
colæ ſunt, omnibuſque publicis muneribus fungi, *l. incolæ, ad municip. l. & in patria, vbi gl. C. ad municip. Bertr. conſil. 284. vol. 2.* Et quod incola ſubijciatur † conſuetudinibus loci, oſtendit Soc. *conſil.* 44
*129. vol. 1. l. priuilegia. C. de incol.* Non obſtat, quod impoſitio collectarum † ſit actus iuriſdictionis, *c.* 45
*licet cauſas, de probat.* & non niſi ab habentibus iuriſdictionem poſſunt imponi, *Salic. in l. neminẽ. C. de ſacroſanct. eccl. Brun. conſil. 29. in conſil. feud. Socin. 187. vol. 2.* Quia ratione maleficij & domicilij reus iuriſdictionem habeat, vt ſic replici vinculo illi ſubecti ſunt. Quo pertinet ordinaria contributio deß klein Pfemmungen/ item exactio vniuerſalis, quæ fit, quoties iuſtitiæ executio facienda eſt. Ex quibus actis iuriſdictionis vbiq; ſubiectio ſatis eminenter probatur. Nam qui paret mandatis † 46
& agit ea, quæ agunt ſubditi, præſumitur ſubditus

eſſe,

esse, nisi probetur contrarium, sed si animo obedienti id non fecerint, *Innoc. in c. olim. de rest. spol.* Item mandare, punire, mulctare actus sunt iurisdictionis *Bal. cons. 468. vol. 1. Iaſ. in l. 3. de acq. posſeſ.* Præterea priuilegium exemptionis, subiectionis, necessitatem satis conuincit. Sunt exempti actoris Vndersassen in muneribus, aliisque oneribus. Ergo si non essent exempti referenter ac si subditi actoris fuissent, nulla fuisset exemptione opus. Sed Carolus IV. dando immunitatem collectarum hospitali zu W. in specie mandat magistratui eius ciuitatis, ne quicquam in contrarium attentent. At tali mandato opus non erat, si actores fuissent subditi. Quod nempe verum est in collectis, quæ personis pro rebus indicuntur, & nisi subditis imperij non possunt per eo, quæ supra dicta sunt. Non obstat, quod de mero ac mixto imperio actoris diximus, quia talis potestas sine territorio non facit incolam, quod sola iurisdictionis ratione non habet, alias nulla habet territoria, quia in singulis articulatis pagis subditos habere prætendit, quod esset absurdum, concessio etiam reos nullam in actores Vndersassen iurisdictionem habere, tamen vel sola ratione incolatus collectari possent, cum incola iis† magistratibus parere teneatur, apud quos incola est, *d. l. incola*, & proprie quis † subditus ratione incolatus dicatur. *gl. in d. Clem. 1. de for. comp. Soc. in d. l. licet ratione. eod. Alciat. in l. prouinciales, de V. S.* Quo pertinet recessus Imperij de anno 1500. & recessus de anno 42. §. Damit auch, & an. 44. §. Vnd dieweil. Non obstat, quod actor sit princeps Imperij, & sua regalia sicut alij Principes ab imperio habeat, quia nunquam probatum est, quod ratione istorum bonorum sit princeps Imperij, & præfecturam W feudum Imperij esse constat. Imo mihi videtur, quod actorum Hindersassen / potius sint coloni originarij, aut ascriptitij, quam vere subditi. Inhabitant enim villas illorum, quorum nomine in certas leges, & certas constitutiones (conditiones) iurarunt, ita si iis† conueniat, possint eos cum terra suo dominio expellere, *l ne diutius, in fi. l. pen. C. de agr. & cens lib. 11.* Et sic principaliter non parent actorib. sed tantũ ratione bonorũ & prędiorũ, quæ in alieno territorio sub præfectura W habent, vt coloni originarij vel adscriptitij. Concludendo dico, actoris intentionem non elisam de iure communi, aut potius non probatam, quia allegata priuilegia non tribuunt ius collectandi, sed immunitatem habere concedũt. Quare vel hac sola ratione absoluendum puto. An autem iure speciali exempti sint à collectis actorum Vndersassen / paucis videndum. Et ad hoc docendum multorum Cæsarum priuilegia exhibentur, quæ tamen in casu præsenti locum habere non puto, siue hoc munus collectarum ordinariarum siue extraordinariarum faciamus. Nam nulla priuilegia ab his† contributionibus, in quibus nunc versamur, vacationem præstant, ita expresse constitutam in recessu de anno 44. §. Vnd insonderheit / cum quo concordat recessus de anno 48. §. Damit aber. Accedit, quod ex communi D. sententia in collectis † quæ propter necessitatem belli vel publicam omnium vtilitatem imponuntur, exempti non excusentur, *Paris. cons. 86. num. 14. & 22. vol. 1.* vbi limitat prædictam conclusionem non procedere, nisi in genere de hac necessitate etiam cogitatum fuisset tempore cõcessionis, *ita Castrem. & alij l. in tõto, in princ. l. 1. Alexan. cons. 30. per tot. vol. 5. & cons. 101. volum. 1.*

Porro extra hos casus imperij, si reus pro suo priuato commodo collectas imponere vellet, putarem actoris priuilegia tam in ordinariis, quam extraordinariis muneribus locum habere, & reum subditos actoris collectare non posse, ad quod pondero duplicem rei confessionem in exceptionibus *num. 80.* Volo ergo reum ab instituta actione nomine collectarum Imperij absoluere, cum clausula reseruatoria, quoad ius collectandi extra casum Imperij compensatis expensis ex iustissima causa. Si domini in hanc sententiam mecum descendant in puncto attentatorum, super quo etiam lis contestata, reus quoque absoluendus venit.

Contrarium autem conclusum per maiora vota, & actori ius collectandi in Reichs Anlagen / eriam in bonis subditorum extra territorium sitis, ratione subiectionis adiudicatum fuit.

Sententia † In Sachen W. Klägern eines / wider Weylandt A. F. Teutschens Ordens jetzo deß Erben in actis benannt / als Innhaber der Pfleger D. Beklagten anders theils / ist allem vorbringen nach zu Recht erkandt / daß gedachter Kläger die Gerechtigkeit in articulirten Dörffern / Flecken vnd Weiten / seine Gerechbare / Vogtbare / vnderthanen vnd Hindersassen in deß Reichs anlagen zubeschwern vnd collectieren zustehe / vnd darumb dem Beklachten nit gebührt hat / auch noch nit gebühre / jhnen Klägern an Belehnung vnd eynziehung obgemelter Reichs Anlage / gebührlich collecten vnd Stewren geklagter maß zuuerhindern / vnnd sich hinfüro deß zuenthalten schuldig sey / als wir sie auch hiemit darzu condemniern vnnd verdammen: ferner in puncto attentatorum ist erkandt / daß gedachter Beklagte angezogener maß zu attentieren nit gebühret / sondern daran zuuil vnd Vnrecht gethan habe / derowegen solche attentaten auffzuheben seyn / als wir dieselben auch hiermit auffheben / die Gerichtskosten allenthalben auffgelauffen / auß bewegenden Vrsachen gegen einander compensirend vnd vergleichend.

## VOTVM II.

### In causa Burgermeister zu N. N.

*Contra*

### Bischoff zu N. N.

*Materia collectarum.*

### SVMMARIA.

1 *Collecta tantum incolis & municipibus imponuntur, & sic subditis.*
2 *Munera omnia, quæ ab inferioribus à summo principe indicuntur, extraordinaria sunt.*
3 *Statuto fieri potest, vt collecta sit munus ordinarium.*
4 *Vnusquisque collectari debet ibi loci, vbi domicilium habet.*
5 *Bona fides non patitur, vt quis vnius rei nomine pluribus & diuersis locis sæpius interpelletur.*
6 *Intellectus §. vñ dieweil/§. wiewol Reichs Abscheid de anno 44. & 48.*
7 *Beede quid.*
8 *Contributiones imperij nulla priuilegia excusant.*
9 *Sententia quæ.*

A Iehoua initium.

QVoniam à Domino Referente omnia docte & accurate adducta sunt, paucis meam sententiam declarabo, & in primis, quod ad decisionem causæ principalis attinet, duo mihi consideranda potissimum videntur. 1. Ius commune. Quæritur à N. N. an de bonis immobilibus in Episcopatu N. N. sitis collectari possint. Si collectam munus extraordinarium faciamus, quod personis principaliter ratione rerum indicitur, vt est communis Dd. opinio *per text. l. rescripto. §. fin. & ibi glos. l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de mun. & hon. l. cum neque C. de incol. lib. 10.* Dixi in voto proxime præcedenti: certum erit N. N. non teneri ad solutionem collectarum de bonis alibi sitis. Ratio quia forenses. Collectæ † enim tantum 1
incolis & municipibus imponuntur, & sic personis subditis. *d. l. rescripto. §. fin. Alex. cons. 68. num. 2. volum. 1.* Contra si munus patrimoniale mere reale cõstituamus, iam nulla dubitatio erit, quando ad præstationem collectarum, tametsi forenses sint, teneantur *d. l. rescripto. § fin. l. munerum. §. patrimoniorum, ff. de mun. & hon.* Ego distinctionem facio: Aut Episcopus suo nomine ad suam & diœcesis vtilitatem collectam indicit, veluti pro redimendo pallio, pro exoluendo ære alieno à prædecessore contracto, vel alia quauis necessitate occurrente, & putarem collectam munus proprie dici extraordinarium, & forenses non teneri, cum propter incertam præstationem & 2
occurrẽtem necessitatem: tum quia omnia † munera quæ ab inferioribus à summo principe indicuntur, extraordinaria sint. *Ias. l. placet. num. 1. C. de SS. Eccle. 2. lect.* Aut Episcopus collectas imperij nomine indicit ad vtilitatem communem imperij, hoc casu, quoniam huiusmodi collectę à lege imperij ab imp. & statibus generali constitutione certam & definitam habent præstationem, licet quotannis non recurrant, non dubito; quando inter munera ordinaria mere realia saltem quoad effectum referri possint. *l. 1. C. de ind.* & ibi Bar. dicit, quod † statuto fieri possit, vt col- 3
lecta sit munus ordinarium. *Item Bart. l. hi qui nu. 5. C. fine censu vel reliqui. & c. Paris. cons. 25. num. 90. vol. 1.* Et hoc casu putarem de iure communi N. N. ad earum præstationem sola bonorum ratione, licet forenses sint, teneri. *d. l. rescripto. § fin. & d. l. munerum. §. patrimoniorum. Paris. d. cons. 29. num. 5.* Atq; hic iterum considerandæ veniunt constitut. Imperij deß Reichs Abscheidt/ quæ iuri communi derogando volunt, vnumquemque collectari † de- 4
bere in contributionibus nimirum imperij ibi loci, vbi domicilium habet de bonis extra territorium habitationis sitis. Refero me ad Abscheidt/ Anno 1500. mihi fol. 42. f. 2. & Abscheidt/ de Anno 1542. mihi fol. 286. qui imperij recessus loquuntur de generalibus & vniuersalibus contributionibus, quæ fiunt per capita omnium subditorum sine aliqua exceptione priuilegiorum aut immunitatum per modum Capitationis.

Iam ad propositum. Bona fides non patitur, vt quis vnius rei nomine † pluribus & diuersis locis 5
sæpius interpelletur & exigatur *l. bona fides. ff. de reg. iur.* id quod ad fundandam intentionem actores allegant. Eius rationem habitam fuisse in causa proxime superiori dominis in memoriam reuoco, vbi ratione subiectionis tandem ius collectandi etiam in bonis subditorum extra territoriũ sitis Illustriss & magnif. Dom. in deß Reichs Anlagen adiudicatum fuit, ne igitur nunc cõtrarium aliquid statuamus, diligenter animaduertendum erit. Quod ad me attinet, in collectis & contributionibus Imperii von deß Reichs Abscheiden nec debeo nec possum recedere. Sed obiici posset, nos non versamur hic in terminis dictorum recessuum, qui de vniuersalibus vt dictum est, contributionibus deponunt, vbi singuli in habitationis loco, de omnibus bonis vbicunque sitis censeri debent. Sed in † terminis der 6
Abscheiden/ de Anno 44. fol. 310. §. vnd dieweil Item de Anno 48. fol. 16. §. Wiewol *in fin. p. 2.* ibi permittitur singulis principibus, subditos vt in subsidium collectent; qui recessus de particularibus collectis loquuntur, vnde in præsenti vigore d. recessuũ Episcopus N. N. ciues collectare posset.

Ego ponderanda puto verba der Abscheiden/ daß ein jeder Fürst seine Vnderthanen/ &c. Subditos ergo in collectis particularibus collectare potest, non autem forenses, qui bonorum ratione subditi non sunt. Et quoniam in lege imperij expresse hoc prouisum non est, nimirum quod forenses in particularibus contributionibus ratione bonorum in terris collectantium sitorum

collectari

collectari possint manemus in terminis iuris cõmunis. *Iquisquid adstringenda. de verbor. oblig.* Nisi dicere velimus, collectas particulares imperii, esse munus patrimoniale mere reale, quod possessionibus & sic forensibus indicitur, vt supra conclusi. Alias si munus sit extraordinarium, quod ratione rerum tantum indicitur, certum est, Spirenses de iure communi, neq; etiam de iure speciali Imperii in quibuscunque contributionibus, tam vniuersalibus, quam particularibus non teneri In vniuersalibus expressum hoc est. In particularibus contrarium non statuitur. Et hactenus de primo membro: nunc de altero. Actores ad probandam immunitatem multa exhibent priuilegia, quæ meo iudicio parum ad rem faciunt. Nam aut loquimur de tributo & ordinariis
7 indictionibus, quæ possessoribus † siue possessionibus indicuntur, vulgariter Beed. Et res expedita est, quia fateantur daß sie die Beed zahlen müssen. Aut loquimur de contributionibus Imperii quæ
8 patrimoniis indicuntur, & certum est, nulla † priuilegia præstare vacationem, *l. 1. C. de indict. lib. 10* idque non solum de iure communi, *d. l. 1. d. l. bis honoribus.* verum etiam speciali der Abscheiden/ in locis supra allegatis, quæ nemini in his contributionibus vacationem præstant. Itaque volo non in causa principali hic pronunciare, nimirum an N. N. Episcopo de bonis in suo Episcopatu sitis collectas soluere teneantur, sed tantum super pœnis priuilegiorum, an Episcopus in pœnam eorundem inciderit nec ne, iuxta petitionem actorum simpliciter reum absoluendo ab actione. Idque eo magis, quod collectas in casu præsenti magis ad suum priuatum commodum, quam imperii nomine indixerit; Compensatis
9 expensis.

Sententia: † In sachen Burg. vnnd Rath der Statt N. N. Kläger eines/ wider N. N. Bischoffen zu N. N. Beklagten anders theils/ die Schatzung vnd Steuer belangendt/ ist allem fürbringen nach zu Recht erkandt/ daß gedachter beklagter von angestelter Klage zu absoluieren sey/ als wir ihnen auch hiemit absoluieren vnd entledigen/ die Gerichtskosten derohalben auffgelauffen/ auß bewegenden Vrsachen gegen einander compensierend vnd vergleichend/ Publicata 14. Maii.

## *VOTVM III.*

## D. correferẽtis in causa paulo ante præcedente Magnifici Domini N.N.

*Contra*

## Illustres N.N.

*Materia collectarum.*

*SVMMARIA.*

1 *Pro iure incorporali, puto iurisdictione, &c. & seruitutibus quæ actio competat.*

2 *Confessoria in rem non tantum contra eum, cuius prædium est & seruit, verum etiam aduersus quemcunque turbatorem vel impedientẽ datur.*

3 *Collecta imponitur personis principaliter contemplatione rerum.*

4 *Collecta est munus extraordinarium.*

5 *Collectas quis imponere possit.*

6 *Collecta est actus iurisdictionis.*

7 *Bona supposita alicuius iurisdictioni, etsi alibi sita sunt non possunt per alium, quam eum, cuius iurisdictioni supposita sunt, collectari.*

8 *Collectarum impositio non est de mero imperio, sed mixto.*

9 *Actus collectandi est actus exercẽdæ iurisdictionis, & eiusmodi facultas competit ratione iurisdictionis.*

10 *Forensibus vel non subditis collectæ imponi non possunt.*

11 *Collectantes non habent iurisdictionem in personas forenses.*

12 *Collecta non potest imponi, nisi subiectis, hoc est, ciuibus & incolis* & num. 16 & num. 39.

13 *Laici clericis collectas imponere non possunt, nec colonis.*

14 *In collectarum impositione semper persona inspicitur, cui imponitur.*

15 *Munus dicitur, quod subimus lege vel imperio eius, qui iubendi habet potestatem.*

17 *Ciuium nomine qui veniant.*

18 *Ex Vico qui est, sortitur originem ex ea ciuitate, cui subest vicus.*

19 *Nati in vico aut villa dicuntur ciues eius ciuitatis, cui tributum soluunt.*

20 *Subditus is proprie dicitur, qui sortitur forum ratione domicilij.*

21 *Subditi præsumuntur, qui mandatis alicuius parent, & faciunt, quæ subditi solent.*

22 *Districtuales qui sint, & districtus quid sit.* & nu. 23.

24 *Territorium omne iurisdictione munitum est.*

25 *Territorium potest etiam dici iurisdictio in paucos, & singulares personas.*

26 *Separatorum separata est ratio.*

27 *Subditus quis esse non potest, quando naturaliter non est subditus, licet ratione alicuius accidentis sit subditus.*

28 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*

29 *Præscriptio nulla currit in impositione collectarum.*

30 *Munera ordinaria sunt, quæ à principe imponuntur, vel à lege.*

31 *Munera personalia si in duobus locis, scil. domicilij & originis imponantur, cui primo debeat stari vel pareri.*

32 *Ciuitas originis potior est, quam domicilij.*

33 *Locus originis collectam tantum imponere potest; in bonis in territorio originis sitis, non in loco incolatus.*

34 *Collectæ imponendæ locus & modus quis sit.*

35 Colle-

35 *Collecta non potest imponi forensi, nisi contraria sit consuetudo.*

36 *Concessiones principum contra concedentes late interpretandæ sunt.*

37 *Habens iurisdictionem altam, potest dicere homines suos esse, & ita quoque ipsos tolerare.*

38 *Collecta est munus mixtum.*

40 *Domino ad collectas non obligato, nec Emphyteuta obligatur.*

41 *Collectare soli principi licet, & quibus præterea.*

42 *Præfectus est maior, quam Comes & defensor ciuitatis.*

43 *Priuilegium omne in sua forma tantum seruari debet, & non vltra extendi.*

44 *Feudi substantia in sola fidelitate, quæ est forma eius substantialis, consistit, cætera à pactu & inuestitura pendent.*

## IN NOMINE Domini, Amen.

ETsi dubium videri posset, an Camera sit huius causæ competens iudex, cum partes forum priuilegiatum habeant, quia tamen per sententiam iam ante ista quæstio determinata est, amplius de ea non dubitabo. Nullitatem nullam inuenio, nisi forte quis suspicetur in rotulo, ad futuram rei memoriam iuxta protestationem tempore receptionis testium eius rotuli factam, aliquid nullitatum subesse. Ceterum eiusmodi protestationes, vt plurimum friuolæ & inanes sunt, vt specialem confutationē non mereantur. Ad hoc reliqui testes producti Rotuli per omnia primis testibus adstipulantur, vt sic maiorem fidem habeant, nec illud circa attendendum esse existimo.

1 Quod † ad actionem, quamuis plures dari possunt inspecta causa petitionis libelli, nec non ipsa petitione, aut quasi confessoria, aut negatoria, aut etiam condictio ex L. vel constitutione Imperij, quæ collectas subditorum permittit, vel demum officium iudicis, tamen quia allegatus libellus generalis est, ad omnes collectandi species sese extendens; Lex autem vel constitutio imperij aliquas saltem includat, puto condictionem ex lege tanquam actori minus profuturam, & angustam nimis dari non debere. Quia etiam officium iudicis desuper implorari posse permittat, tamen rei vindicatio nulla dari potest, cum versemur in iuribus incorporalibus. Restat igitur actio in rem confessoria, vel quæ quasi pro seruitutibus dari solet, & ea magis placet. Quod autem huiusmodi iura incorporalia quasi seruitutum sapiant naturam, refero me ad Dd. *in* §. *aque. Inst. de action. vbi Zas.* igitur pro illis consequendis confessoria agi potest. Neque obstat, quod reus dicit, actori hanc actionem non competere, cum neget reum hoc ius collectandi possidere, siquidem id in rei vendicatione, & vbi super re corporali agitur, locum sibi vindicat. Considerata etiam actoris petitione libelli videri posset, quod non tantum petitorium, sed etiam possessorium persequi denuo intendat, dum queritur, se in iure suo impediri & molestari, & petit dici Reo hoc non licuisse, nec in posterum licere, vt sic d. petitio reiicienda sit Verum confessoria † in rem non 2 tantum contra eum, cuius prædium est & seruit, verum etiam aduersus quemcunque turbatorem vel impedientem datur. *l. apud Trebatium.* §. *idem Trebatius. de aq. plu. arc. l. si quis diuturno.* §. *agi. ff. si seru. vend.* Itaque hanc petitionem de iure quoque sustineri posse non ambigo, & actor in duplicis num. 18. petit nach Gestalt deß vorgemelten petitorij, vnd der vnzimlichen verhindernussen pronũciari.

### *An probata?*

NItitur actor duobus fundamentis. I. Quod à multis retro Cæsaribus priuilegia, concessiones, confirmationes pro se & suis habeat. II. Quod habeat in d. pagis iurisdictionem ciuilem omnimodam, vt in actis; vbi videndum, quid probatum in facto, denique quid iuris. In facto probatum est, Illustriss. & Magnific. Domin. in €. daß Gericht zubesetzen / Item, probatum est eius subditos zu €. & in dictis 5. pagis soli Illust. & Magn. Domin. esse, gelobt / geschworen / Vogtbar / Richtbar / Item, quod Illustriss. & Magnif. Domin. fidelitatem iurarint, quod ibi iuri stare debeant & teneantur. Item, quod Illustriss. & Magnif. Dom. habeat ein eygen Gericht vnd Vogt zu €auterbach. Item quod Illustris. & Magnif Dom. subditi, Reorum bona in d. locis vnter actorem gesessen / vnd gelegen seyn / Item, quod in omnibus d. locis Illust. Magnif. Dom. Gutter vnd Vnterthanen habe / Et quod Illust. & Magnif. Do. Vogt zu €. gemeltem Herrn & in d. quinque pagis gebeut vnd verbeut / Item, quod Illustr. & Magn. Dom. seine Vntersassen zu €. in d. pagis mit Thür vnnd Nägel beschleuss / Item, quod Pfleger auff Illustr. & Mag. Dom. bonis jhnen gebotten vnd verbotten / Quod Illust. & Magn. Dom. zu €. vmb Freuel & causas ciuiles verurtheilt / Item Illustr. & Magn. Dom. haben Kirchen / Gesatz / Gericht vnd mehrentheil der Güter zu €. & hoc in facto. Modo iuris est, collectam esse munus, partim personale, partim reale, & sic mixtum, quod personis imponitur † principaliter contemplatione rerum. *Bal.* 3 *l prædia. C. de fideicom. verb. quare cum collecta. Item l. propter. C. qui bon. ced. poss. Paris. cons. 25. num. 4. vol. 1.* Attento, quod hæc collecta non est perpetua, certa & ordinata, & ideo non ordinaria, nam tum mere patrimonialis esset. *Bald. c. imperialis. de pace constant. num. 17.* Et quod munus † extraordinarium 4 sit, tenet idem Paris. quia collectæ istæ non habent certam & limitatam formam, sed cuilibet imponuntur per solidam & liberam pro modo facultatum, & occurrentes necessitates, *gloss. l. rescripto.* §. *fin. ff. de Muner. Bar. l. 1. Quod cuiusq; vniuers.*

nomine.

*nomine.* Quamuis non negarit, collectam, quam lex scripta, vel constitutio, vel consuetudo imponit, ordinariam dici, & hanc nostram ex Abscheidt & constitut. Imperii fundari & imponi. *l.1. C.de vac.mun. l. nimis.de verbo. signifi. l.1.§. 1.de mun. & hon. Alber. in Rubric. de mun. & honor. num.6.*

5 Quis autem † imponere possit collectas, dictum est à D. Refer. *l.1.§. quod si. Quod cuiusque vniuer. nomine.* & collectare de regalibus esse asserunt Dd. *l.4.§. actor. ff. de re iudic.* Et hi qui habent iurisdictionem, collectare possunt. *Alber. l. imperium. de iurisdict. omn. iud. Alex. in addit. ad Bart. l.1. C. super exactor. lib.11.* Siquidem collecta † actus iurisdictionis est. *d.l. rescripto.§. fin. not. d.l. data. C. qui accus. non poss.* vbi potest superior iurisdictionem habens afficere subditos etiam extra territorium, *vt ibi & l. mercatores. vbi Bald. C. de cõmerc. l.2. C. de erogat. Bar. & alij l. cunctos populos. C. de summ. trin. & fide Cathol. Franc. Gemi.1. de immun. Eccles. lib.6.* licet habeatur aliquis respectus quoad bona accessoria; nam personale tanquam principale respicien-
7 dum est. *d.l. fin. de decret. ab ord. fac.* Et sic bona † supposita alicuius iurisdictioni, etsi alibi sita sunt, non possunt per alium, quam eum, cuius iurisdictioni supposita sunt, collectari. *c.1. quæ sint reg. l. si licet. C. noua vectig. inst. non posse.* Adeoque † collectarum impositio non est de mero imperio, quia in pecuniario commodo consistunt, quod repugnat mero imperio, & quia iure actionis petuntur, & quidem personali. *Bald. d.l. prædia. C. de fideicomm. l. de iure. ad municip.* Etsi collectæ dicantur mixti imperii, non male dici puto. *Alber. per l.*
9 *iniquum. C. de iurisdict. omn. iud.* Ad hæc, quod † actus collectandi sit actus exercendæ iurisdictionis, quem nemo imponit, nisi habens iurisdictionem tenet Paris. *d. cons.* Et facultas talis competit ratione iurisdictionis, quam quis habet in loco. *Paris. ibid. num.56.* At ex actis constat actorem in §. & super bonis in d. pagis sitis omnimodam iurisdictionem præter gladii potestatem habere, quã permittit Reo, & sic istud requisitum iurisdictionis scilicet ex parte actoris impletum est.

Sequitur videre, quibus collecta imponi possit, & an illi de §. & de d. quinque pagis tales sint, quibus per actorem imponi possit? Et regulare
10 est, forensibus † vel non subditis collectas imponi non posse. *l. rescripto.§. fin. & ibi Bart. ff. de muner. & honor. l. in forma.§.1. & l. cum neque C. de incol. lib.10.* Rationem addunt, quia imponitur personæ pro rebus. Ergo, si persona non sit subdita ratione originis vel domicilij, non potest imponi. *Bal. l. non tantum. §. fin. ff. de excus. tut. Boer. decis. 260. p.2. num.11. Alex. cons. 178. num.4. vol.6* Et hinc collectæ, quæ imponuntur personis pro rebus siue bonis sitis in terris collectantium, non possunt imponi forensibus etiam pro rebus vel bonis sitis in ter-
11 ris; & sub iurisdictione collectantium, cum † collectantes non habeant iurisdictionem in personas forenses. *l. libertus. §. sola. ad municip. Alex. cons. 68. in prin. volum.2.* Collecta namque munus est, quod imponitur personis pro patrimonio, & tale
12 † munus non potest indici, nisi subiectis tantum, hoc est, ciuibus & incolis. *Schurff. cons.44. cent.1.*
13 Et hæc est causa, cur Laici † Clericis collectas imponere non possint, cum Clerici Laicis subiecti non sint. *Auth. item nulla de his. C. de Episc. & cler.* Hinc etiam fit, quod Colonis imponi non possint. *l. litibus.§. fin. C. de agric. & cens. lib.11. Iacob. de Arena l. si fructus. ff. sol. matrim. Innoc. & Dd. in c. tua*
14 *nobis 2 de Decim.* Et in † collectarum impositione semper inspicitur persona, cui imponitur. *Bartol. l.1. num.2. C. de anno. & tribut. lib.10.* Adde,
15 quod munus † dicitur, quod subimus lege vel imperio eius, qui iubendi habet potestatem. *l. munus proprie. ff. de verbor. signif.* Actorem autem in dictis locis habere iubendi potestatem ex actis ostensum est.

Ergo etiam munera potest iis, tanquam suis subditis, imponere, cum reus ibi nullum prorsus imperium habeat, quam gladium. Vnde consequens, eas nemini † imponi posse, nisi ciuibus
16 & incolis. *Bald. cons.434. num.2. volum.3. l. incola.§. ex hu ff. ad municip. Alber. in rubric. de Mun. & honor. num.27.*

Modo quæritur, an illi de L. & in d quinque pagis actoris subditi ciues sint, an incolæ? Et sane, ciues eos dici posse putarim, cum quod in actoris bonis habitent, tum quod eius mandatis pareant, & iurisdictionem omnem recognoscant.

Non obstat, quod in ciuitate non habitent, aut muris non concludantur; siquidem ciuium
17 † nomine veniunt non tantum ii, qui sunt de ciuitate, sed etiam qui sunt de diœcesi & comitatu alicuius. *DD. in rubric. ff. solut. matr. Bartol. l.3. Codice de natur. liber.* qui dicit *per l.1. ad municip.* quod ille, qui ex vico est, sortitur † originem ex
18 ipsa ciuitate, cui subest vicus, & qui † in vico aut
19 villa sunt nati, dicuntur ciues eius ciuitatis, cui tributum soluunt. *Auth. quibus modis nat. eff. sui.§. si quis igitur. Fel. c. Rudolphus. de rescript. num.9 text. expressis in l. qui ex vico ortus. ad municip.* Atque cum Illust. & Magn. Dom. hic ciuitatem repræsentent, magis est, vt & ii, qui in iis locis nati sunt, & domicilium habeant, illis subiecti, & ciues originarii videri possint. Ideoque ad munera obli-
20 gentur. Subditus † enim is proprie dicitur, qui sortitur forum ratione domicilij. *gl. clemen. 1. de for. comp. vers. subditus. Boss. cum læsæ Maiest. num.95.* Iam vero, quia subditi illi sub actoris foro & iurisdictione comprehenduntur, necesse est, vt sub
21 eius domicilio concludantur. Subditi † namque præsumuntur, qui mandatis alicuius parent, & faciunt, quæ subditi solent. *Innoc. c. olim. 2. vers. Item qui paret mandatis. de rest. spol.* item, qui soluit censum vel pensionẽ. *c.1. & c. quanto. de censib. c. recipimus. de priuil.* Quod si quis eos ciues, & quidem originarios, non recte dici posse arbitretur; sal-
22 tem pro districtualibus † habendi sunt, cum di-
23 strictus † proprie sit dominium vel transitorium, accedens ciuitati in subiectionem vltra fines simul

mul cum ciuitate ſtatutos, inter quos quicquid eſt, vocatur territorium, *l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. ſign.* & comitatus *ſecundum Bald. l. 1. §. cum vrbe. de off. præf. vrb.* Quicquid autem de nouo ſibi accedit, niſi concedatur ſub nomine comitatus, dicitur diſtrictus. *Cyn. & Bald. l. etiam C. de iur. dot. Franc. conſ. 75. num. 4.* Quoad territorium, an actoris vel rei ſit: Conſtat quidem ex actis, bona &
24 ſubditos Illuſtriſſ. & Magnif. Dom. in Rei Pfleg ſita eſſe, ſed non in eius territorio, cum omne † territorium iuriſdictione munitum ſit. *Bald. in rubric. quæ ſint regal.* Reis autem nullam iuriſdictionem quam actor ibi habet proponendam, puto. Et quicquid territorio additur, eodem iure cenſetur, quo ipſum territorium. Modo conſtat ex priuilegiis, daß Gericht zu L. item bona ordinis & immunitatem illorum in d. quinque pagis ordini & eius territorio ex ſpeciali confeſſione acceſſiſſe. Ergo merito idem ius & iuriſdictio habere debet. *not. l. etiam. & ibi Bald. C. de iur. dot.* Non obſtat, quod dicitur abſurdum fore, ſi actor tot territoria ſpecialia habiturus ſit. Nam terri-
25 torium etiam poteſt dici † iuriſdictio in paucos, & quidem ſingulares perſonas. *Ioan. And. c. cum contingat. de foro compet. Alex. d §. territorium.* Itaq; non mirum videri debet, ſi actor, qui ibidem ius terrendi habet, & iuriſd. territorium quoque quod ad ſuas perſonas, & ſubditos, & iſta bona propria habere dicatur, cum ſit Princeps imperii, & ab eodem ſua regalia acceperit: iuriſdictio vero quoad ſitum & locum territorio cohæreat. *Alex. l. 1. num. 32. & ibi eleg. apoſt. ff. de iuriſd. omn. iud.*

Moueor quoque non parum hoc argumento actoris, quod ipſe non ſicut alij principes imperij ſuos certos diſtrictus, Fürſtenthumm & territoria coniunctim & continenter in vno eodemque loco, ſed ſeorſim, diuiſim & ſeparatim hinc inde in imperio ſub aliorum principum & ſtatuum imperii dominio & territoriis habeat. Vnde ſi ſinguli Illuſt. & Magn. Dom. ſubditos ad ſuam iuriſdictionem trahere aut collectare vellent, certe nil aut parum reliquum ipſis foret, & ſic onera imperii ſuſtinere non poſſet. Quare concludo, actorem primum principale argumentum, quod ſcilicet iuriſdictionem omnimodam illic habeat, ſufficienter probaſſe.

Quoad alterum fundamentum, priuilegia ſcilicet cum ipſis vigore illorum, exemptio quoad bona & perſonas ſuas, contra quemcunque conceſſa ſit, nec illos quiſquam collectare poſſet, quoniam etiam in ſpecie præfecto im M. & eius officialibes mandatur, ne eos turbent aut moleſtent, neceſſario ſequitur, reo hoc facere non licuiſſe, ſed magis actori, vti principi imperij ſua habenti regalia, imperio hoc ius competere, maxime in ſuis bonis & ſubditis, cum hic ſit duplex vinculum actoris & perſonæ, ſine dubio illis ſuppoſitæ ſint. Collectæ autem, vt ſupra dictum eſt, principaliter perſonæ propter res intuitu perſonarum indicantur, adeoque etiamſi bona ad reum ſpectarent, tamen muneris perſonalis pars, tanquam precioſior trahit ad ſe partem muneris realis, tanquam partem minus precioſam. Concludit itaque actoris intentionem tam per probationes teſtium, quam priuilegia ſufficienter probatam eſſe.

## An Eliſa?

OBiicit Reus, quod in d. locis ius maleficii habet, item hohe Fürſtliche Glaidliche Oberkeit Quod ad ius gladii probatum eſt, reum id habere confeſſione partium, & per priuilegia reliqua iura probata non ſunt. Ceterum, quia ius collectandi ſpeciale quiddam eſt, quod ſine iure gladij etiam ei, qui mixtam iuriſdictionem habet, competere poſſit; ſeparatorum autem ſepa-
26 rata † ſit ratio, non ſequitur neceſſario & concluditur, quod ideo reus hoc ius quoq; habeat, cum vtrunque ſeorſim ſtare poſſit.

Non obſtat, q̃ illi ſubditi videantur reo quoque ſubditi eſſe, quoad ius gladij. Nam iurati non ſunt hoc nomine reo, & in propoſito iuriſdictionem nullam prorſus habet, ſed etiam in quemcunque forenſem facinoroſum ius illud ſuum exercere & collectare illum non poteſt. Neque
27 enim ſubditus eſſe quis † dici poteſt, quando naturaliter nõ eſt ſubditus, licet ratione alicuius accidentis ſit ſubditus. *Cur. ſen. conſ. 20. num. 9.* Inſuper priuilegium Friderici nihil aliud ſibi reſer-
28 uat, quam ius gladii, atque incluſio † vnius eſt excluſio alterius *Alexan conſ. 75. vol. 5.* Igitur reliqua omnia actori concedere voluiſſe præſumitur, *Bertach. verbo collecta*, quod imponi non poſſit, ab eo qui habet in loco merum Imperium. *Bart. l. 1. C. de excuſ. mun. lib. 10. num. 5.*

Reliqua, quæ de præſcriptione dicũtur nil ad rẽ faciunt, quando in ſolutione & † impoſitione
29 collectarũ nulla currit præſcriptio. *l. comparet. C. de præſcrip. 30. ann. Bart. l. nullus. C. de decur. lib. 10.* Abſcheid Imperii nihil pertinet ad cauſam præſentem, quia nihil aliud diſponit, quam quod iuris communis eſt, nempe ciuem aut incolam debere de omnibus ſuis bonis etiam extra territorium ſitis contribuere in ciuitate aut incolatu, ſub quo habitat. Idque iuris eſt in hiſce collectis, quæ imponuntur perſonis pro rebus. An autem hi ſubditi ſint ciues aut incolæ actoris vel Rei, non decidunt. Quare omittit & concludit actionem nõ eliſam, ſed iuxta actoris petitionem pronunciandum eſſe; Compenſatis expenſis, propter dubietatem cauſæ. Quoad attentata ſimiliter pronunciat pro actore. Compenſatis expenſis.

## *VOTVM III.*

DE iuriſdictione & nullitatibus idem, quod D. Refer. de actione videtur actorem contendere, ſe habere in locis litigioſis omnem iuriſdi-

risdictionem, excepto maleficio, quod fatetur Reo competere. Quare tanquam principi imperii habenti regalia sibi liceat subditos collectare, subiectionem iurisdictionis cum dominis concludit. Ad reum quod attinet, & ille contendit, cum habeat merum Imperium, omnia maleficia, non solum ius gladii, sed & alias iurisdictionis & meri imperii species, als die grosse Freuel vnnd Bueß/ Elen vnd Maß Gerechtigkeit/ id quod sufficienter probatur. Quod autem tales iurisdictiones subiectionis probari debeant, & quando bona dicuntur esse subiecta iurisdictioni alterius, & maxime propter onera subeunda, refert se ad ea, quæ ad longũ deducit Mantellus de Alba *cons. 34. 62. 63. & 64.* & sic penes diuersas personas esse possunt. In præsenti casu quæritur, an ius collectandi, quod aut ex concessione, priuilegio speciali, aut consuetudine principis vel magistratui competere constat, in actis vtrinque deductum sit. Hic nec per actorem, nec per reum de possessione iuris collectandi quicquam probatum est.

Quare coniecturis & præsumptionibus certandum, vtrum in petitorio magis ad reum, qui merum imperium habet, an vero ad actorem, qui mixtum habeat, videatur pertinere: stat igitur in præmissis Refer. hoc ius collectandi plane
30 esse ordinarium. Sunt enim ordinaria † munera, quæ à principe imponuntur, vel à lege *l. 1. C. de his quæ à princip. vacat. lib. 10.* Et ideo, quæ imponuntur à lege municipali in ciuitate, dicuntur munus ordinarium. Idem in his, quæ imponuntur à Papa Clericis, *ita Petr. de Vbald. tract. collectarum.* Et multum interest, qualiter munera illa indicantur, aut enim prout Refer. munera patrimonialia, aut personalia sunt, si personalia, dic quod in duobus locis, scilicet domicilii & originis imponi possunt. Sed quid si vtroque loco? Quæstio,
31 cui † primo debeat stare vel parere? Dic, quod
32 præferatur ciuitas † originis, quia potior est. *per alleg. ll. per D. Refer.* Et prædicta intellige secundũ originem paternam vel maternam. Locus autem
33 † originis collectam tantum imponere potest in bonis sitis in territorio originis, non locus incolatus. *Bart. d. l. assumptio. §. filius ad municip.* Et hoc verum, quando loca volũt imponere collectam: secus si edicto principis vtriusque loci imponeretur. nam tunc attenditur locus incolatus etiam pro bonis originis. *Soc. cons. 129. Boss. tract. crim. sub tit. princ. priui.* Et quis collectæ † imponendæ sit
34 locus & modus, plene probat *Ala. cons. 251.* Et collecta non imponitur ratione iurisdictionis, sed ciusdẽ potestatis quæ habetur in bonis territorii. *Bartol. l. omnes populiff. de iust. & iur.* & munus dicitur patrimoniale dupliciter: vno modo, q̃ indicitur rebus. Alio modo, quod personæ. Quotiescunque autem indicitur personę pro rebus, tunc attenditur domicilii locus & ibi potest collecta imponi, licet ibi non fuerit territorium, alias domicilium, & sic imponitur personæ, prout hoc propter res dubium non est, attendi debere locum domicilii, & personam tanquam principalem, & vbi persona est, & habet domicilium, ibi collectatur, quia ibi præsumitur esse, & licet collecta † non possit imponi forensi ex hoc solo, 35
quod possideat bona in territorio collectantium, nisi contraria stet consuetudo. *l. libertus. §. sola. ad municip.* tamen consuetudine & statuto induci potest, vt ratione rerum forenses etiam teneantur, *prout Bald. l. vnica Codice sent. quæ pro eo. Alexand. cons. 87. lib. 2. & consil. 52. lib. 1.* Quia licet obligatio respicit personam, tamen causa finalis est ipsa res, & ideo cum res sint suppositæ iurisdictioni statuentium, dubium non est, quod possint statuere, vt forenses ratione rerum collectentur. *Natta consilio centesimo trigesimo octauo lib. 1.*

Licet autem hic actor plene probarit, excepto maleficio, se omnem iurisdictionem in suos subditos in dictis pagis habere, nec dubium sit, etiam ex productis priuilegiis & concessionibus Imper. illum principem esse, regalia habere, & per consequens ius quoque collectandi vt suos concessum esse per tot recessus imperii emanatos.

Quare concludendum cum Corref. si nullam iurisdictionem Reus in actoris subditos haberet, quia tamen ex actis constat, reum non solum ius gladii, sed etiam andere hohe Freuel zu L. & in reliquis pagis auff freyen Gassen vnd Strassen habere,

Stante igitur præsuppositò collectam non imponi ratione iurisdictionis, sed cuiusdam potestatis, quæ habetur in subditos, dubitari potest, an potius pro Reo, an actore pronunciandum; Cum locus originis & incolatus videatur plene per Reum probatus, & quia gloriatur Reus in actis, so die Pflege zu N. sub qua litigiosi pagi siti sunt, ab imperio habere. Idque per priuilegia actoris probatum cõstat, nempe concessione Ludouici deß Gerichts zu L. vbi imperator videtur sibi omnia regalia seruasse expresse in dictis pagis, præsertim cum collectare subditos sit species regalium. Vt tamen factum clarius appareat, & in iudicando tutiores esse possimus, pro suo voto rescinderet conclusionem, & Reo iniungeret, wolte Reus beweisen vnnd darthun welcher Massen vnd mit was Condition er die Pflege zu N. vom Reich zu Lehen empfinge/ auch ob jhme deß Actoris in der Pflege gesessene Vnderthanen mit Eydts Pflicht verwandt vnd zugethan/ daß solches gehört werden/ vnnd darauff ergehen soll/ was Recht ist. Sin autem existiment Domini definitiue pronunciandum, & in dubio facto, vbi præsumptionibus certandum est, ex ipso ex multis rationibus, quæ ex priuilegiis actori concessis, iuxta vulgar. reg. concessiones principum late & longe intelligendas esse, pro actore, quam reo pronunciari, Compensatis expensis.

## VOTVM IIII.

QVoad actionem cum D. Ref. ad decisionem causæ non disputat differentias munerum. Sed hic munus esse credit, quod personis principaliter pro rebus imponitur, idque collectam seu Stewer dici putat. Hanc dupliciter recessus considerare. I. Quoad publicas imperii collectas. II. Ad eas, quæ ex aliis necessitatibus per inferiores à principe imponitur. Quod igitur ad imperii & publicas collectas, eas à Reo subditis actoris imponi posse concludit, tum quod in territorio ipsius domicilium habeant, & ita ratione incolatus rei etiam subditi sunt ad hoc, vt collectari possint, tum etiam quod recessus imperii hoc permittant, cum potius præcipiant, daß ein jeder an dem Ort/da er gesessen/ꝛc. & ita cõsiderat domicilium tantum, vel habitationem solum, atque ideo aliæ qualitates, quod scilicet alterius quoque cuiuscunque Domini sint subditi, vel originarii, hoc casu non sint attendendæ, vt Bartol. decidit *l. pronunciales. ff. de verb. sign. Imol. in rubr. solut. matr. Dec. cons. 358.* Recessus de anno 1500. ibi, doch ein jeder nit mehr/denn an dem Ende/da er gesessen/ sic ergo argumentum actoris, quod de suis subditis protulit, per recessus hos est sublatum. Non potest etiam hoc casu priuilegiis suis iuuari, quia iis expresse per Reichs Abscheidt est derogatum, præcipue autem anno 42. Imo in tali casu, quo nos sumus, nullum priuilegium valeret *Oldrad. consil. 104. alias 204.* Sic ergo cum actor hoc casu de suo titulo consuetudine scilicet, contraria, peculiari aliquo priuilegio non probauit, non dubitat, quin pro Reo in hac parte sit pronunciandum.

Quoad aliam partem collectarum, quæ ab inferioribus à principe imponuntur, si talis casus contingeret, non dubitat, quin Reus etiam ex deductis, & ex iure communi actori esset præferendus, sed tamen eo casu priuilegia plus forte valere contra reum possent, ideoque in sententia cum Ref. hoc ius illi immunitatis reseruaret, aut mallet simpliciter absoluere ab instituta actione, adiecta tamen verbo aliquo, per quod daretur intelligi, daß Reo allein im gemeinen Reich Anlagen subditos zu Collectieren gebüre. Et hoc ea ratione, ne per reseruationem partibus nouam causam litigandi præbeamus, & actori casu, quo priuilegia sua læderentur, legitima via sit consultum. Expensis allenthalben compensatis.

## VOTVM V.

DE actione: Cum Dominis sit hic quæstio: *an ius collectandi competat ratione meri an mixti imperij, & iurisdictionis.* Et in confesso est actorem habere omnimodam iurisdictionem, excepta sola atque nuda gladii potestate in articulatis pagis in subditos suos & bona. Atq; iuris, quemlibet habentem regalia subditos suos collectare posse. Et cum collectæ personis intuitu rerum & patrimonij imponantur à Domino, hoc est, iurisdictionem & imperium habente; non potest hoc intelligi vllo pacto de imperio & potestate gladii tantum, quod nullum est in personas intuitu rerum seu bonorum, sed tantum ratione delicti. Ergo deficiente causa iurisdictionis, cessabit in hac parte subiectio, & per consequens collectatio. Et hoc eo amplius, quod in priuilegio Ludouici expresse dictum est, vt etiam tali casu, qua ratione delicti ius & iurisdictio in d. bona aliqua ratione haberi possit, id quoque remissium esse debeat, ita vt nullam prorsus in bonis & subditis Illust. & Magnif. Dom. N. habeat iurisdictionem. Et hanc mentem Ludouici fuisse putat, quod scilicet plane voluerit liberalitatem suam erga ordinem exercere. Concedit, quod concessiones principum contra concedentes † late interpretandæ sint. *Paris. cons. 4. num. 22.* At hic imperator super bonis propriis constituit. 36

Præterea cum actor princeps imperii sit, habens regalia, sequitur de iure ex recessibus imperii, eum in suos subditos & incolas ius collectandi habere. Concludit igitur cum Corref. actorem in d. locis per confessionem Rei, actorisque priuilegia subiectionem, vti ea ex LL. à D. Corref. deducta est, in litigiosis pagis probasse. Quare secundum eum cum D. Corref. pronunciandum putat Compensatis expensis.

## VOTVM VI.

QVæritur potissimum & principaliter in nostro casu, cui inter duos, quorũ quilibet habet sua regalia ab imperio, subditos litigiosos liceat collectare. Quod ad elisionem, pluribus modis alter potest dici alterius subditus. Et in primis pro Reo facit, quod † habens iurisdictionem altam, potest dicere homines suos esse, & ita quoque ipsos tolerare. *Chass. 1it. de inst. & de toll. §. 4. in fine*, vbi nihil allegat. Tamen in nostro casu, vbi certus est dominus, & penes quem omnimoda iurisdictio est expressa, hæc nihil vel parum facere videntur, cum de actoris regalibus non tantum, verum etiam de illius priuilegiis constet. 37

Nunc ad propositum concludit, collectam esse † munus mixtum secundum communiter DD. & Luc. de Penna *l. immunitatem. circa fin. C. de non num. pec. & l. 2. C. quib. mun. nem. liceat se lib. 10.* iam collecta non potest indici, nisi † incolis illius loci, vel habentibus ibi forum. Quando enim collecta imponitur personis pro rebus, oportet, quod personæ sint subditæ. *Castr. cons. 386. num. 1. lib. 1.* quia ita intelligit. *l. rescripto. §. fin. & l. munerum. §. mixta & §. præterea*, & quod ibi dicitur per argumentum à speciali. *ff. de muner. & hon.* Possessoribus enim non habentibus forum non indicuntur, quia non sunt de populo illo. Ita etiam sentit Corn. *consil. 205. num. 4 vol. 1.* Et præsuppo- 38 39

sito,

40 sito quod dominus non sit obligatus † ad collectas, sequitur nec Emphyteutam esse obligatum. Is enim obligatur ratione personæ domini, & non aliter. Regula autem illa: *quod possidens habens ius in re, & percipiens fructus, teneatur ad collectas*, intelligitur, modo bona & persona directi domini ipsorum bonorum sint supposita iurisdictioni collectantis, & in hoc debet inspici causa & persona magis digna. *c. quod in dubiis de consecrat. Eccles.* Et idem iudicium facimus de re cohærenti rei Ecclesiasticæ, quod de re Emphyteutica. *l. qui religiosis, & ibi Bald. ff. de rei vend. c. quanto. de iudic. & ibi Abb.* Ita hoc late deducit Petr de Vbald. *tract. collect. cent. 2. num. 8. & seq.* Concludit igitur pronunciandum cum D. Correferente.

## VOTVM VII.

DE nullitate cum Dn. Refer. quod ad genus actionis. Petrus Antibolus tr. *de muner. & præst at. §. nunc videre.* tractat hanc quæstionem,
41 quod soli principi † collectare licet. *l. 1. C. nulli licere. Paris. consil. 25. num. 1. lib. 1.* ait esse de reseruatis supremo principi in signum superioritatis *Alber. Bal. & Afflic. c. 1. num. 21. 24. & seq.* Quod nullus iudex possit collectare, casus est *in l. placet. de excus. mun.* distinguit quia aut quæris de collecta vniuersali, & dicit, nullus eam potest indicere, nisi solus princeps, aut vult aliquis collectam facere singularem seu particularem, & tunc, aut quæris de officialibus, aut de consulibus, aut de defensoribus ciuitatum. Primo casu, volo facere collectam in publicum fiscum, & dicit, quod non possunt etiam præfecti, qui sunt maiores. *d. l. 1. Codice de superindict.* aut volunt ordinare collectam non ad commodum fisco applicandum, sed propter emergentem de nouo necessitatem, & tum si sit negotium totius prouinciæ, tunc præfectus illius loci potest ordinare, sed principi habet referre, sic dicit intelligi *d. l. placet. Codice de excus. mun.* Aut est negotium tangens iurisdictionem magistratus, & tunc potest ad eam conseruandam collectisare, vt si ait se intelligere *l. in muneribus. C. de excus. mun. lib. 10.* Et huius est ratio. Nam licet ius sit regale, tamen ex quo officium sit concessum, ad eundem modum talia regalia videntur concessa. *arg. l. 2. ff. de iurisdict. omn. iud.* Et de hoc est lex specialis in ratione. Nam armorum vsus est regale, & tamen necessitate officii & administrationis inferioribus committitur, Idem Antibolus *d. §. num. 4.*

Modo non dubito, Reos esse præfectos in NN hoc patet per testes & confessionem partis, secundo, quia Rei habent illam præfecturam in feudum ab Imp. Præterea Stewer vel ius steurandi, de quo lis est, tangere vnam magnam prouinciam, & esse vniuersale, quod ius soli principi ad indicendum competit. Ergo Reus eam steuram vel ius steurandi habet in d. præfectura ordinari & principi referre. Argumento etiam est àsimili, q̃ Reus habeat collectare subditos pro administrãda & cõseruanda iustitia in crimin. vt per testes dicitur & per actorem non negatur.

Non moueor argumentis, quæ ex distinctione munerum realium & personalium, similiter de mero & mixto imperio sumuntur. Nam collectæ sunt, quales tamen sint de iure seruatis principis & alias nullius, quam qui ius illud lege, vel priuilegio, vel consuetudine acquisiuit. Nec actor vno eiusmodi modo acquisiuit.

Non enim lege, quia quoad collectandum non sunt sed forte quoad iurisdictionem, subditi eius. Ita subiectionem hoc in loco intelligendo, vt D. Refer. accepit. Nec ex priuilegio, quia quæ sunt producta priuilegia, nimis sunt generalia, per quæ reseruata summo principi non sunt translata in agentem. *Afflic. c. vn. num. 10. & 15. quæ sint reg. & in §. vectigalia de vsibus feud.*

Cum nec causa exprimatur, Neque etiam ex consuetudine, qui in possessorio succubuit nec etiam allegat, multo minus probat consuetudinem.

Non moueor, quod dicitur non habere territorium, sed tantum Pfleg & ius gladii. Ergo. Mihi non videtur ex significatione Pfleg & iure gladij vnd Sachen die an das Leben gehen / quæ verba latissime intelligo, non solum ad maleficium, sed alias multas causas, magis designare & significare territorium, quam simplicem iurisdictionem, cum præfectus sit † maior, quam Comes & de- 42
fensor ciuitatis, *vt d. Antibolus num. 5.* Imo præfectura & merum imperium nunquam est sine territorio, vt substantia sine qualitate, sed bene iurisdictio potest esse sine territorio, quia consistit in persona, *DD. & præcipue Zas. l. 1. ff. de iurisd. omn. iudic.* Actor potest forte in aliis locis, vt princeps imperij, habere minus dubia territoria, vbi & ius ordinandi collectas, vnde principatũ sustentet, quemadmodum hactenus sine acquisitione huius Steuwer fecit. Repetit ergo, quæ D. Ref. & concludit actionem non probatam, & per omnia cum D. Refer.

## VOTVM VIII.

QVoad actionem, vtrum confessoriam, an condictitiam ex lege accipiamus, non multum ad rem pertinere putat, & natura sui & rerum, quæ petuntur, confessoria magis placet. Verum non est expeditum, nisi appareat, pro quo iure hæc actio instituta sit, sine quo tamen nec certi quicquam, nec iuste iudicando proferre possum. Omnes enim, vt hactenus diximus, definiendo & dimittendo eo delapsi sumus, vt non aliud ius petitum statuerimus, quam speciem illius muneris vnicam, quæ municipalibus & incolis indicitur, nec eam totam, sed quæ contractim à quibusdam extraordinaria collecta dicitur. Iurisconsulti collationem ex improuiso vocant proprie indictum super indictum, sed subalterna, quæ alias species iterum sub se conti-

neat, vel si ita placet, non vniusmodi est, sed diuersis modis distinguitur & cognoscitur. Ex quibus tres quæstiones putat esse posse. 1. *An omne ius cuiuscunque indictionis vel collectionis actori competat. 2. An collecta. 3. An actor in imperij* anschlagen / *in d. locis & subditis* zu stewren / *& collectandi potestatem habeat.*

Duæ priores eandem fere tractationem habent, tertia ab his nonnihil diuersa.

Ego quoad 1. & 2. quæstionem, nullum argumentum inuenio in art. Actoris, quod ius indicendi vel collectandi necessario inferret. Argumenta enim illa à subiectione, fidelitate, iurisdictione, à legis ratione, à priuilegio immunitatis, ad ius collectandi nulla lege aut autoritate comprobata à quoquam adhuc video.

Nam quod ex Albe. Parisio & aliis de iurisdictione allatum est, non eam rationem & intellectum habet, quod concessa iurisdictione, ius etiam collectandi consequatur. Verum hoc regulariter non concedi sine iurisdictione.

Nisi enim quis habeat, collectare non potest. Itaque probata collectione, certe iurisdictio infertur, sed non contra. Quare etiam actus iurisdictionis dicitur, ex iurisdictione *DD. in locis alleg.* posse enim iurisdictionem sine iure collectandi esse, nihil est manifestius, quod & vsus regionum docere potest. De legis latione nulla autoritas producta est. Et merito. Nam non potest de alia hic intelligi, quam quæ iurisdictionis consequēs est, per ea quæ tractantur *ad l. omnes populi. ff. de iust. & iure. & l. cui consequens. ff. de iurisdict. om. iud.* Immunitatis etiam priuilegium manifeste contrarium inducit. Quorsum enim immunitatem pro suis imponet, si nemo zu stewren eos ius habeat placuit D. Ref. latius Mandellus de Alba *cons. 34, num. 5.*

Argumentum subiectionis, in quo multum occupatus, non videtur in hoc loco adeo necessarium esse; nam de ea non ante quæri debet, quam vbi constiterit actori ius collectandi competere.

Frustra enim inquisitio initur, qui collectari possint, nisi sint, qui collectandi potestatem habeant, quia tantum causam adiuuat, & alibi examinandum venit, dicitque, quid sibi de hac subiectione & iure collectandi necessario esse videatur. Omnes hos rusticos, de quibus est controuersia, hos, inquam, quantum ex actis intelligi potest, iudicat originarios & adscriptitios Colonos esse. In his hoc ius summatur, quod dominus vna cum fundo tenetur, eos in censum publicum referre, sicut partem patrimonij, & inde maiorem censum soluere. Sunt enim pars fundi, cui adscripti sunt, & à quo separari nō possunt. *l. omnes. C. de agric. & cens. lib. 10. l. Coloni censibus. C. in quibus causis Col. dominus accus. libr. 10. l. si quis inquilinus. in princ. d. tit. lib. 11* & quemadmodum fundus domino censitus, ita huiusmodi Coloni debent simul & in eodem loco, in quo fundus, cui adhærent, censeri. Vnde hic nulla tributa debentur fisco. *d. l. Coloni censibus. l. vn. C. de collat. lib. 11.* Vnde etiam Censititii dicuntur ad differentiam Colonorum siue rusticorum liberorum, qui etiamsi palmam terræ ratione proprii possideant, tenentur censum pro rata subire: non enim sunt in alieno, sed in proprio censu, *l. hi penes. §. sane. Cod. de agric. & cens. lib. 11.*

Cætera, quæ huc pertinent, in Carolo Molinæo videri possunt, ex quo desumpta scilicet in comment. *in consuet. Paris. tit. 2. sol. 5 pag. 1. part. 2.* Hinc intelligi potest, quam friuolum sit hoc argumentum subiectionis, & ipsa ratio docet, etiamsi liberi Coloni essent, quod absurdum sit, vt quis suos Colonos in bonis suis propriis (de his enim tantum contendit) collectare velit, cum tamen ex forma census, & ex Abscheidt / de quo postea latius, & ipsa bona, & istos Colonos, suo nomine prouidere debeat. *l. forma. § si quis inquilinum. de censib.* Dicit igitur nondum sibi constare ex omnibus allegatis & probatis, quod actor potestatem habeat steurandi vel collectandi. Imo existimat, quod nullum allegatum & probatum hoc ius inferri possit. Non enim iurisdictio, non subiectio, non immunitas, sed lex, consuetudo, imperium hoc ius tribuunt & demonstrant. Lex hic nulla est, nulla etiam consuetudo est, & imperium nullum. Imperium hic intelligit, quale hic imperium accipitur, nempe Cæsaris & Regis, vel qui idem imperium pro toto in aliquo loco, vel pro parte à Cæsare vel rege acceperit. Soli enim hic in omnibus iubendi habent potestatem, & alii tantam, quantam ab ipsis ex indulgentia ipsorum impetrarint. Sic nullus princeps imperii vllum habet regale, nisi quantum ipsi à Cæsare concessum & indultum fuit, & in iis speciebus tantum habet, quæ manifeste in inuestitura expressa sunt. In hoc casu versantur duo elegantiss. *consil. Paris. 25. t. t. d. Mandell. 62.* Hoc vnum addit, non posse ab vno regali concesso & probato, alterum inferri. Omne † enim 43
priuilegium in sua forma tantum seruari debet, & non vltra excendi. *c. porro. 1. & ibi gloss. 1. Codice de recep. priui. c. cum adeo. & ibi gl. de rescript. l. 1. de off. præf. vrb.* Verum quidem est, quod beneficiū principis latissime interpretari debeamus. Sed id ita intelligendum; vbi præcipitur, vbi æquitas, verba vel ratio priuilegij eam extensionem permittūt, & inducunt, & in quo incommodum alterius nō sentitur. *l. digna vox. ff. de constit. prin. & ibi Dd.* Secus est, si separatum, differens, vel diuersum à priuilegio absit, hoc per aliud separatū inferre volumus. *l. fin. C. de Colō. l. natales. C. de probat.* à separatis & à ratione legis stricta. Verum etiā hoc dubium soluit Zas. *de feu. num. 55.* vbi Inquit, in generali cōcessione siue meri & mixti imperii non veniunt sæpe regalia.

Quæ cū ita sint, quæ ad duas priores quæstiones, concluditur actori in locis & subditis cōtrouersis nullū ius cōpetere zu stewren vñ collectien. Itaq; si hęc quęstio sola litigatur, putaret reū à petitione

titione actoris absolui. Quoniam autem & reus idem sibi ius vindicat, quod actor forte, etiam propter attentata, necesse est, vt de eius iure etiam videamus.

Quæstiones easdem facit, quas in actore, mutata tantum persona. Ad easdem idem respondet, quod in actore, sc. nullum argumentum inueniri in omnibus articulis rei, quod ius indicendi vel collectãdi necessario inferat. Nec multo firmius est, quod in probatione maioris pro reo affertur, scil. quod præfecturam prætensam in feudum imperii habeat. Ergo ius collectandi. Nec tamen vlla lege vel authoritate probatur, quod per feudum habeat quoq; ius collectandi, nec sane probari potest. Nam †feudi substãtia in sola fidelitate, quæ est forma eius substãtialis, subsistit: cætera vero à pactis & inuestitura dependent. Molin. qui & alios allegat *in consuet. Paris. t. 1. nu. 53. p. 1.* Atq; ita eum, qui feudum habet, fidelitatem debere, recte inferri potest in aliis argumẽtis à mero imperio, à subiectione, à territorio. Refert se ad ea quæ supra dixit. Proinde quoad duas quæstiones priores similiter concludit, reo in locis & subditis controuersis zu stewern vnnd collectieren/ius non competere. Itaque si attentata super hoc iure fundata sunt, putaret reum condemnari posse, si praxis & stylus permitterent.

44

Venit nunc ad eam quæstionem, quæ ibi tractata fuit, quæ considerationem habet à priorib. diuersam, & ex diuersitate der Abschaidt de an. 42. Non agitur hic de iure alterius partis, de quo cõtrouersia esse nequit. Vniuersalis enim est hæc collectio, non perturbantis commodum respicit, non alterius partis vel iurisdictionis, sed totius imperii, neque illa hic disputatio incidit, vtrius collectandi, quasi regale est per se competat, sed vtri tanquã domino in tali loco quasi munus.

## VOTVM IIII.

## De iure collectandi in causa Syndici der Pflegern Bürgern vnd Rath der Statt A. Contra N. Pfaltzischen Landschafften.

### SVMMARIA.

1 *Actio ex libelli conclusione metiri debet.*
2 *Petitione libelli inspecta, ipsum possessorium instituitur.*
3 *Clausula:* ius & iustitiam administrari: *qualem actionem producat.*
4 *Rerum incorporalium nulla spoliatio vere fit.*
5 *Vtile interdictum pro iure collectandi succurrit.*
6 *Proprietatis narratio possessoriũ in libello non vitiat.*
7 *Super possessorio vbi concluditur, nulla ratio proprietatis habenda.*
8 *Conclusio solum possessorium respicit.*
9 *Vsus in corporalibus pro possessione habetur.*
10 *Ius in corporalibus sine vsu non acquiritur.*
11 *Munerum ciuilium triplex differentia.*
12 *Munus ordinarium non solum subditis, sed etiam forensibus imponitur.*
13 *Collectæ consuetudine forensibus imponuntur.*
14 *Forenses collectas ratione possessionum soluunt.*
15 *Bona non soluentis ab executore fisci per occupationem distinguuntur.*
16 *Debitores collectarum in custodia detinentur, at in carcerem non detruduntur.*
17 *Potestate colligendi concepta, conceditur quoque exigendi facultas.*
18 *Præscriptio triginta annorum dicitur antiqua.*
19 *Habens regalia, ius imponendi collectas quoq; habet.*
20 *Possessio libertatis ex iuris præsumptione probatur.*
21 *Possessio nihil aliud est, quam vsus & patientia.*
22 *Bona in dubio libera præsumuntur.*
23 *Quæ alius sustinet, vnus solus de vniuersitate non recusset.*
24 *Nemo duplici onere pro eadem re grauari debet.*
25 *Taciturnitas actoribus præiudicat, si actus quis vltra eam intercedit.*
26 *Missiuæ pro actoribus exhibitæ, tanquam scripturæ priuatæ pro iis nihil probant.*
27 *Actio per actores intentata non est probata.*
28 *Vbi nulla possessio est, ibi nec turbatio.*
29 *Proprius homo nõ potest pro domino suo testificari.*
30 *Eadem res diuersis in locis non æstimatur.*
31 *Nemo pro eadem re duplici onere grauatur.*
32 *Collectæ proprie subditis indicantur, nõ forensibus.*
33 *Collectæ sunt odiosæ.*
34 *Habentes Regalia, collectas quoq; imponere possunt.*
35 *Vbi prædium situm, ibi onus quis sustineat.*
36 *Collectas non soluentes debito modo coërcere licet.*
37 *Ius collectandi est meræ facultatis.*
38 *Collectis centum annorum spacio à subditis non exactis, ius earum non perditur.*
39 *Libri collectarum magnam fidem faciunt eas exigendi.*
40 *Sententia libelli, vt coarctetur, necesse est.*
41 *Actoribus ea actio danda, quæ iis minus sit incommoda.*
42 *Habentibus regalia, est indicere tributa.*
43 *Indictio est nomen generale, & annonas & tributa continens.*
44 *Indictiones olim anniuersariæ, & anni per eas numerari cœperunt.*
45 *Munera patrimoniorum, personalia, mixta aut Realia tantum.*
46 *Vbi quis domicilium habet, ibi tantum collationem inferat.*
47 *Sententia quæ.*

D. R. Mandata procuratorum puto sufficientia, processus ritus & legitimus. Iurisdictionem puto satis fundatam, qua per Appellationem ad Cameram deuoluta, nec partes quicquam exceperunt, procedendo vsque ad conclusionem, & sic iurisdictionem satis fundarunt. Formalia iusta. licet enim Augustani à decreto iudiciali appellarunt, tamen extraiudicia-

lem appellationem intra decendium die grauaminis illati, & sic infra terminum iuris introduxerunt, alias fuisset deserta, proinde ac iudicialis appellatio. *Franc.c.bonæ memoriæ.num. 24.de appell. Gail.lib.1.obs.120.num.3.* Concludo recte admittendam esse appellationem.

1 De actione:actionem metiendam † ex conclusione libelli. *Angel.§.omnes inst. de act. Schurff. consil.81.cent.1.Gail.obser. 61. lib.1. num.6. &c.* Si au-
2 tem libelli petitio inspiciatur, possessorium † institutum puto:indubitati enim iuris est, quando tam narrata, quam conclusio possessorium decernunt, quod tunc sine vllo dubio ambigi nequeat possessorium motum, Brun. & Dd. *l. certi condictio.in princ.ff.si cert.pet. Alexan.consil.117.nu.1. lib.2.* Quod adeo verum est, vt si adiiciatur clausu-
3 la;† *Ius & iustitiam administrari*: quod illa aliam actionē producere nō possit, quoniam ex narratis colligi possit. *Menoch.remed.15.recup. num. 250. Ferrar.sub forma spol.poss.* Licet rei fructus perceperunt, tamen illud dici non potest esse spolium, sed turbatio *Menoch.d.remed.15.recup. num. 482.* vnde si quis de more aliquid meo auferat, non me spo-
4 liat, sed turbat *Menoch. d.rem. num.84.* Et rerum † incorporalium nulla spoliatio vere fieri potest. *Menoch remed. 11.recup. num. 83. Couar. l.vnica.C.de moment.poss.limit.2.§.num.39.vsque ad 49.* Concludo igitur solo interdicto vtili vel quasi *vti possidetis*: esse actum; vtile enim interdictum † succurrit
5 pro iure collectandi & huiusmodi iuribus, & eorum turbatione. *Bald.l.vnica. C. vti possid. Couarr.d. l.vnica.in ampliat. num.59* Nam tria petunt, quod desistant, nimirum à turbatione, & reliqua requisita, quæ ad hoc interdictum sunt necessaria. *Franc.in rep.rub.de propriet. & poss.* vnde cum illa omnia adsint possessorium motum non est dubium. *Menoch. d.rem.10.recup.nu. 11.Couuar.q 13.petitorium quod num.56.fol 290.* Non obstat, quod in libello mentio sit facta proprietatis: Id enim videtur factum ad cordandam possessionem, & sic non particulariter, sed accidentaliter. *Couar. limit.2.§.7.num.15.& d.limit.§.1.num.33. Bal.l incerti.*
6 *C.de inter.* Narratio proprietatis in libello † non vitiat possessorium. *Alex. consil.107.lib.2.num.2.Crauet.consil. 279. num. 5.* vbi super possessorio concluso, proprietatis† non habenda ratio est. Præterea hic non est particulariter concluso ad restitutionem, sed potius ad retentionem possessionis quasi libertatis, & verbum *restituere* ad vtrumque referri potest, non propterea dictum petitorium institutum, sed diuersum est in casu nostro,
8 quia conclusio solum† possessorium respicit. Nec obstat clausula salutaris, quia non videntur actores velle aliquid intentare voluisse, quod maioris est illis præiudicij. *Alexand.lib.3.consil.38. & consil.105. num.9.eod.lib.*

*An probata?* Duo in hoc interdicto probanda veniunt, vsus & exercitiū libertatis, patientia ad-
9 uersarij, qui vsus pro† possessione hic in corporalibus habetur *Bart.l.3.ff. vti possidet.* Et patientia aduersarii requiritur. *Alex.consil.131.col.pen.Crauet. consil.111.num.2.p.1.Chassan.rub.13.§. 2.num.19.* quod nimirum requiratur contradictio. *Menoch. d.remed.retin. nu. 147.* adeo quod ius in corporalibus sine exercitio † & vsu acquiri non possit, & quan- 10
do pro acquisitione capitur, est facti, non iuris. *l. possessio.ff.de acquir.poss.ff.Couar.2.p.relectionis c.possessor.num.1.de reg.iur in 6. Corne.consil.81.p.2.* Alterum requisitum turbationem ponit. *Menoch.d.remed.retin.num.467.*

*De possessione collectandi*: primum videtur agendum de muneribus. *Gail.lib.2.obser.52.num.3.* Munerum ciuilium triplicem † differentiam ponit 11
Remigius Gemis *tit. de charit.sub fid. quæst.74.fol. 192.vers.collectæ differunt.* puto munus extraordinarium esse, cum non exspectet reiterationem. Quibus competat ius colligendi; primo principi. *Salic.in l.vectigalia.de publ.& vectig.* Secundo ciuitatibus quæ non recognoscunt superiorem. Tertio priuilegia princeps populo concedere potest. *Bart.l.ambitiose. de decret.ab ordin.faciend. Nicolaus de collectis par.2.cap 4.num.46.& seqq* Quibus imponatur, *Gail. d. loco num.11.* duas conclusiones de eo ponit, non solum subditis & incolis muni- 12
cipibus, sed & forensibus ordinarium † munus imponi posse. Ratio, quia talia munera rei proprie cohærent. Secundo conclusio quoad munera extraordinaria, tunc subditis & incolis imponi possunt. *Gail.d. loco. Schurff. consil. 69. num. 26. cent.1.* Limitatur autem hæc conclusio, si aliud consuetudine introductum non sit, valet consuetudo, vt collectæ † forensibus imponantur. *Mynsing.* 13
*cent.5.obser.22.Bellon.consil.12.numer.13.* Et ideo si forenses reuisant, stante tali consuetudine soluere † collectas ratione possessionum possunt, de- 14
inde locorum vti iurisdictione contra ipsos sua, & sequestrare fructus & pignora, pœnam & mulctam imponere etiam sub amissione rerum. *Crauet. dict. consil. 111. numero primo part.1.* Imo bona † nō soluentis per occupationem distinguun- 15
tur ab executore fisci. *Nicol.de cellectis par.2.c.3. num.10.& seqq.*

Hinc detinentur debitores † collectarum in 16
custodia; in carcerem vero minime detrudi debent. Vestru. *d.tr.par.3.c.1.num.14.& seqq.* Quia concessa potestate colligendi † concessa est etiam 17
potestas exigendi, præscriptio 10. annorum, quia talis præscriptio † antiqua dicitur. *Gail.* 18
*dicto loco. Mynsing.d.cent.5.obser.22* maxime quando accesserit actuum frequentia, imo bini actus sufficiunt. *Rauen.de consuet.fac. numero quinto* Qui habet regalia, † habet ius imponendi collectas: 19
Reis autem nostris & competere ius exigēdi, quia regalia habent, ex consuetudine Germaniæ ipsis competit. quod de iure verum. *Bald.in c.cum quæ sint Regal.num. 6.* Cardo autem in eo rerum saturitate, an rei ad contradictionem sibi factam patientiam præstiterint? Et certe quidem hanc patientiam vllis testibus præstare. Nec obstat, &c. eo actoribus quod omnia bona sint libera,

Guido

*Guido Papæ decis. 28. ad fin. Idem consil. 1. num. 8. consil. 9 num. 2.* Putarem tamen possessionem libertatis
20 ex præsumptione iuris † minime probari posse: iurium enim incorporalium possessio in actibus possessorijs non in iuris præsumptione consistere
21 debet, cum nihil aliud sit † possessio quam vsus & patientia. *Menoch. d. 3. remed. rerum Couarr. c. possessor. de reg. iur. in 6.* Ex quibus patet, quod licet bo-
22 na in dubio † præsumantur libera, cum quasi possessio libertatis sine facto hominis ex hoc nec præsumi nec probari possit. *Crauetta dict. consil. 111. num. 22. Guid. decis. 631. num. 12.* Si aliæ circumstantiæ bonorum considerentur, maior forte præsumptio colligi poterit ex parte Reorum contra libertatẽ: nã cũ omnia bona reliqua in territorio Reorum sita, muneribus, præstationibus & operis sunt obnoxia; Verisimile esse vix potest, quod hæc sola bona actorum alterius sint naturæ & qualitatis, quo ad præstationes & onera, quam reliqua bona vicina in d. districtu iacentia, nisi hoc per allegantes fuerit probatum, *Montanus tract. feud. lib. 6. c. 4. de oper. quæ ex rebus territorialibus. &* §. *Cæterum.* & expressius *in* §. *sequens.* Quibus autem oneribus talia bona subiecta sint, Idem Montan. *d.* §. *Cæterum. &* §. *à quibus.* nulla bona iuri atque intra villarum callimitia comprehensa eximuntur, siue nobilium, siue clericorum, nisi vel antiquitas ex singulari concessione libertatem fuerit consecuta. Quemadmodum bona feudalia & allodialia ab ipsis nobilibus possessa, quorum nomine seruitia equestria obeuntur, à reliquis operis aliena.

Ex quibus videtur mihi actorum bona non minus, quam reliqua bona vicina tamdiu oneribus obnoxia censenda, donec per actores de libertate probatum fuerit, quod hactenus factum non est. Cum enim hæc bona æque prædialia, vt reliqua non video, quare hæc libera videri debe-
23 ant. *l. qui ædes de vsuc.* quod alibi vnus solus † de vniuersitate recusare non debeat, quæ alius sustinet. *Crauet. consil. 120. num. 5. & 7.* Nec obstat, quod
24 dicunt, nemo debet grauari † duplici onere pro eadem re. *l. nauis.* §. *Cum autem. ad leg. Rhod. de iactu. l. incola. ad municip.* At Augustani eodem modo duplici onere grauantur, cum soluantur & senatui & principi steuras, quia statutum & steura Augustanorum principis iure derogare non potest, vti actorum testes ad 2. interrogat. 2. posit. deponunt. Non obstant quoque documenta ab actoribus exhibita in vim probationis, licet enim illam clausulam adiectam; ohne steuwerbar / ohne dienstbar: tamen horum contrahentium pacta haben iure publico vnnd den Landtfrieden nicht präiudiciern können. Deinde tempore horum documentorum nulla exigendi necessitas, qualis meis temporibus coegit, principium fuit, sed etsi per 1000. annos non soluissent, propterea libertatem non soluendi nec acquisiuit ex tali non vsu, quia illorum casus non euenit, vti pulchre Crauett. *d. consil. 111. nu. 3.* Præterea hi datum dictorum documentorum tacentes exoluerunt die gülbt / quapropter talis taciturnitas & solutio, quando vltra taciturnitatem actus aliquis facti & positiuus interceßisset, præiudicat † actoribus. *Crauett. d. consil. 111. num. 5.* maxime cum talis actus videatur venire ad confirmationem eius, quod agitur, tunc visi sunt actores in sui præiudicium consensisse. *l. quæ dotis. ff. solut. matrim. & ibi Ias. num. 86.* Hinc præiudicat minori parti, quod maior pars fecit in his, quæ pertinent ad plures, vt ad singulas, & agitur de præiudicando. *l. iurisgentium.* §. *hodie. ff. de pact. & ibi Ias.* sic quoque missiuæ nihil faciunt pro actoribus exhibitæ, quia pro actoribus tanquam † scripturæ priuatæ nil probant. vltimo 26
quoq; non obstat contradictio quorundam Augustanorum collectas soluere recusantium, nisi instent coram superiore habere potestatem, vt reprobetur consuetudo, alias ipsorum contradictio non obstabit. *Rauen. d. tract. sect. 4. num. 11.* Ex quibus concludo actionem per actores intentatam † non esse probatam, *Guido decis. 631. numer.* 27
*13. & seq.* quæ in hac nostra est videnda. *Roland. consil. 53. num. 24. volum. 2.* Et vbi nulla † est possel- 28
sio, ibi etiam non est turbatio, & sic vtrunque requisitum deficit *Afflict. decis. 395. Rolan. à Vall. consil. 46. num. 22. lib. 2.* Ponamus autem actionem aliquo modo probatam, tamen maxime esset elisa. Menoc. quæ requiruntur ad requisitionem quasi possessionis corporalibus. *lib. 2. cent. 2. casu 100. per tot. de arbit. iud. & cas. seq. Couarr. d. c. possessor. num. 6. Menoch. rem. 3. retin. num. 570. & num. 568.* Iam ex animo testes omnes quasi vno ore cũ causæ scientia de facto proprio ad rei interrogationẽ aperte deponunt, dz die Fürsten zu N. bey 30. auch bey 40. Jaren her Augustanorum bona in suo territorio sita, also collectirt haben. Non obstat testes reorum esse pauperes & viles personas: sunt n. hæ ad testificandum idoneæ, si aliâs sint vitæ honestæ & integræ opinionis. *gl. & Dd. communiter l. 3. verb. admittantur testes. Gail. obs. 92. lib. 2. num. 10.* Nec impedit, quod plurimi sint subditi N. Nam hi etiam in causis duorum relaxato vno, vti factum est deponere possunt, si non sentiant priuatum commodum ex dispositione, *Bald. Leos. nu. 2. C. de testib. Felin. c. in literis. & c. insuper. d. tit. l. idonei. C. eodem tit.* Et maximè probant huiusmodi testes, quando agitur de mero possessorio, vbi non tam exactum requiritur testimonium, sicut in petitorio. *Menoch. remed. 30. recup. nu. 14.* Nec obstat proprium hominem † non posse testificari pro domino suo, 29
quia in causa der Landtschafft testificati sunt. *Zas. consil. 19. num. 4. vol. 2. Vigl.* §. *secundum de testam. ord.* Ex quibus omnibus concludo, reos ab instituta actione absoluendos cum refusione expensarum, vel si domini eas compensare voluerint, non refragabor. Saluo, &c.

*D. C. Corref.* formalia iusta. Nullitates nullæ de formalibus appellationis, nullitatibus procuratorijs & iurisdictione sunt vt D. Ref. de actione vtili interdicto *vti possidetis*, actum est,

set, *Ang. tit. de vitan.* Requisita huius actionis sunt ex parte actoris possessio, & ex parte rei turbatio.

*An probata?* Quod ad fundamentum appellantium attinet, 1.2.3.4. articuli vna cum 5. addit. per testes affirmantur. Itaq; de vsu seu quasi possessione appellantium constare videtur, & cum ciues A. appellantibus, scilicet Bürgermeister vnd Rath zu A tanquam magistratus de omnibus bonis suis vbicunque locorum sitis collectas soluerint, dici posset, illos de ijsdem bonis appellatis collectas
30 soluere non teneri, quia in diuersis locis † eadem res æstimari non debet. *gloss. l. vnic. verb. possident. C. mulier. in quo loco, lib. 10.* Nec aliquis pro eadem re
31 duplici † onere grauari debet, *Crauet. consil. 6. numer. 1.* Deinde 6. 7. 8. artic. position. ipso iure videntur fundati ac probati, sicuti appellantes pro sua intentione nominationem collectæ accipiunt, scilicet quando collectæ personis pro rebus imponuntur, & sic pro munere mixto. *Iason in l. placet. 2. lect. num. 3. Cod. de sacrosanct. eccles.*
32 Quo casu collectæ regulariter † ipsis subditis & incolis, non autem forensibus indici possunt. *tex. l. libertus. § sola. & ibi Bart. ad municip. Bart. d. l. vnic. num. 28. C. mulier. in quo loco. lib. 10.* Quapropter conuincatur appellantium ciues tanquam forenses à talibus collectis liberos esse, atque ita in quasi possessione libertatis versari maximè, cum
33 collectæ sint † odiosæ, eo quod prædia afficiant, quæ sunt libera, atque ideo interpretatio fit contrà collectas, *Gail. obseruat. 52. lib. 2.* Ad turbationem quod attinet, fatentur illam sic appellatam esse suam ex responsionibus ad 13. 17. 18. 19. & alias quasdam, quæ confessio satis probat, *l. vnic. & ibi Dd. C. de confess.* vnde dicitur intentionem appellantium esse probatam.

*An elisa?* Reus vtitur fundamento iuris, quod quilibet dominus in suo territorio collectas imponere possit vrgente necessitate, ratione bonorum in territorio sitorum, quodq; illas non solum subditi, verum etiam forenses de iure præstare teneantur, vti vid. num. 12. 34. & sequentibus articulis. Deinde allegat quasi possessionem, quod scilicet illas collectas non solum à subditis, verum etiam à forensibus receperit. Præmitto, quod ha-
34 bentes regalia, possent † imponere collectas. *Schurff. consil. 59. cent. 1. num. 12. Vest. d. tract. part. 2. c. 2. num. 12. & 13.* Vnde appellatus rectè imposuit, in quo diligenter attendendum, quod appellati loquantur de collectis, quæ ipsi in bonis in territorio Newburg sitis, imponuntur. Vbi enim præ-
35 dium situm est, ibi † onus sustinere debet. *l. rescripto. §. fin ff. de muner. & honor.* adeo quod etiam mulieres tale munus reale in locis, in quibus bona possident, subire astringantur. *l. vnic. C. mulier. quo in loco. & c. lib. 10.* Quia prædia in loco appellatorum sita sunt, atq; ideo eiq; iuris dominio & præfectioni subsunt, & ratione istius forenses indictas collectas præstare cogantur. Plures rationes reddit Thomatus *tract. de collect. fol. 264. nu. 14.* Et hanc quæstionem quando forenses munera patrimonialia præstare teneantur, in vtramque partem latè tractat.

Præterea vndecimus artic. defens. per testes & registra est probatus. Nec obstat, quod appellantes de bonis suorum ciuium etiam in territorio sitis etiam collectas receperint, quia non constat appellantes de istiusmodi bonis in specie quicquam probasse. Cum etiam ciues non in specie, sed in genere tantum collectas præstiterint. Nec obstat, quod quidam testes deponũt se metu carceris collectas soluisse, & sic possessio violenta videt *l. 1. §. quod ait. l. si duo. vti poss.* quia potissima testium pars de tali metu nihil deponunt, deinde et appellantium ciues in dictis collectis & solutionibus faciendis acquieuerũt. Immò si coacti fuissent, tamen † collectas non soluentes licitum est 36
debito modo coercere. *Vestru. d. tr. par. 3. c. 3. nu. 13.* Cæteris igitur argumentis relictis puto actionem reorum seu appellatorum pronunciandam esse bene decretum, malè appellatum, ipsosque appellatos absoluendos: ad expensas quod attinet, per aliquam causam si habuerint, disputando puto compensari. Saluo, &c.

*D. D.* Quantum ad præiudicia. Item actionem eum vti posse vtili actione in factum actum ab actoribus, quam non probatam, minimè D. Ref. concesserc. *Guid. decis. 631.* vnde reum absoluẽdum consequi videtur. *l. fin. & ibi gl. C. de rei vend. Schurff. consil. 81. n. 1. cent. 1.* Quod ius collectæ sit meræ † fa- 37
cultatis. Ideo non præscriptibile. *Bart. l. hac iura. de in rem verso. Chassan. C. de iust. §. 4. verb. noua malitia, num. 11.* Quamobrem si per centum annorum spacium à subditis † non exegerit, tamen non perdi- 38
dit illud ius *Chassan. d. loco, num. 1. vers. & aduerte. Crauet consil. 111.* sed requiri ad præscriptionem, vt interpellati subditi soluere recusarint. *Alex. consil. 136. in causa. num. 18.* At nostri actores, quanquam reclamarint, tamen ad rusticorũ suorum solutionem vt plurimum conniuisse, eamque ratam habuisse ex actis apparet, quæ ratihabitio retrotrahitur, mandato æquiparatur. *Crauet. vbi supra, nu. 5. per text. l. quæ dotis. vbi Iason. num. 86. ff. solut. matrim.* Quid, quod reus se ab anno 21. saltem in ius has collectas etiam forensium bonis impositas deducat, sese exercuisse ad soluendum in meæs alienum ob bellorum difficultates contrarium. quod ad id causa idonea habeatur *Bald. in l. pen. C. de execut. rei iud. Reb. l. 1. C. de superindict. li. 11.* Ad adstruendam suam intentionem reus libros eorum, qui hoc collectandi † munus suo nomine obierint, 39
ex Archiuo producit, qui non mediocrem fidem hic conciliauit. *Iason in l. admonendi, num. 132.* vbi Ripa iur. quã tamen fidẽ non omnibus requisitis numeris constet, nihil releuare, actores ostendere conantur Crauettæ autoritate *fol. 176.* Sed & hic operam ludunt; scripturam enim esse ex Archiuis depromptam, etiamsi authentica non sit, tamen hoc casu probat *Iason in d. l. admonendi. Menoch. rem. 3. retin. numer. 570.* vt horum librorum contentis variorum testium testes concernere

planè

planè omittamus, ita vt reus noſter tam noſtris, quam teſtibus ius ſuum planum faciat, quibus perpenſis, etiamſi collectas hic controuerſas in numerum extraordinariorum reponere liceat, iuxta tradita per Pariſ. *conſil. 21. num. 1. Schurff. conſil. 44. num. 11. cent. 1.* Illarum tamen ius reus per præſcriptionem peperit, vtpote qui 10. annorum curriculo completur. *Pariſ. d. conſil. 25. num. 58. Gail. d. c. 82. num. 20.*

Ita vt facilè inducar, vt in petitorio atque in eo ſecundum reum putem pronunciandum: quoties enim vtraque actio & poſſeſſor. & petitor. in iudicium eſt deducta, & de vtraque conſtat, toties ſuper vtraque eſt ferenda ſententia, ne cauſæ continentia diuidatur. *Iaſ. l. nulli. Cod. de iudic. Ferrar. for. lib. pro turb. poſſ.* præſertim cum nulla partium proteſtationem de non ſe immittendo in petitorium hic omiſerit. *iuxta Boër. deciſ. 258. verſ. & hoc cum.* Veruntamen cum ex huiuſmodi iudiciorum natura & indole poſſeſſorium prius ſit expediendum *l. in iudicijs. §. 2. de cauſa poſſ. & proprietat.* Et iudici, vt limites libelli tranſiliat, non facilè permittatur *l. vt fundus. commun. diuid.* Et narrata atque in proceſſu deducta ad libelli concluſionem reuocari debeant, atque reſtringi ſecundum communiter receptam theoricam. *c. ſuper literis, de reſcript. Bald. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. num. 6. colum. 2. ff. pro cenſ. Schurff. conſil. 8. num. 5. cent. 1.* Addam tam narrata libelli, quam concluſionem, poſſeſſorium hic ſolum redolere minime ſit obſcurum, denique cum tutum ſit, & partibus minus graue, vt intra cancellos poſſeſſorij maneamus, quippe cum ijſdem petitorium incolume ſeruetur. *Innoc. in c. inter dilectos, verb. iuſtitiam de ord. reg. Alexand. conſil. 117. numer. 2. vol. 2.* mallem cum dd. eos poſſeſſorij terminos non excedere, idque reo adiudicare compenſatis expenſis, quia eſt materia iuris, & late diſputatur.

*D. R.* Quod ad iuriſdictionem & proceſſum non video defectum, dequieſco etiam opinioni Ref. quoad actionem, licet negatoria tam ex narratis, quam ex concluſione libelli iniunctis adductis in proceſſu intentata euitari poſſet, maximè verò quæ in puncto defenſ. vbique agitata ſunt, quicquid tamen ſit, adhæreo ſententiæ Ref. per rationes abunde adductas, præcipuè motus 1. 12. 16. 17. art.

Coniunctis iuncta concluſione libelli & eius petitione, & ſic nec ſeparatim, nec ſpecificè, nec cumulatiue petitorio eſſe actum. Licetq; poſſeſſor & petitor vbi agitur de iure incorporali id tamen hoc caſu non militat, *iuxta Menoch. 5. remed.* tum quod narrata & petita libelli ſunt aperta & clara, ſed iure cautum, vt ſententia libelli † coarctetur, tum quod petitorium nec ſatis deductum non probatum eſſe in actis reperitur. Tandem & præcipuè hoc, vt actori vel appellantibus, quę ſibi magis ſit vtilis, & minus præiudicialis actio, tribuatur. Si verò petitorium detur, timendum, ne ex eo plus incommodi ſentiant. Licet enim actores quoad palatinatum pro forenſibus habendi, tamen eius loci vix effugiunt munera patrimonialia & realia. Primo ratione iuriſdictionis, quando habet dominus territorij in illis bonis. Deinde ob tacitam hypothecam, qua omnia bona in territorio exiſtentia pro collectis & muneribus patrimonialibus vrgente publica neceſſitate ſunt obſtricta. Item veritate & effectu der Obern vnnd Niedern Fürſtenthumb Landſaſſen. Finis enim iuris effectus & notoriè conſtat, non tantum quoad collectas, verum alia iura in perſonas & res ſe latè diffiniri. Item vigore conſuetudinis & ſtatuti, quibus forenſibus collectæ impoſitæ ſunt, decimis validitate non hæſitatum. *Veſtr. cap. 3. num. 2.* & per productas inſtructiones, der Steinbruch/ aliquo modo probatę ſunt. Item ob ſubnotationem bonorum in dicto loco ſitorum: vt enim forenſes collectis grauentur, actiuum conſideratur. *Feſtuſius Vecta d. loco p. 2. num. 47.* cit. ſufficit, ſi bona ipſius ſint regiſtrata in libro communi. *Thom. in d. loco, num. 14.* & deinceps. Inhærendo itaque poſſeſſorio ſimpliciter concludo cum Dd. RR attento diſcrimine munerum ordinariorum, de quibus facta eſt mentio, pronunciandumque, vt per Dd. Ref. compenſ. expenſ. ſine expreſſa reſeruatione petitorij.

*D. K.* Non dubito, quin in hac cauſa tam petitorio, quam in poſſeſſorio poſſemus pronunciare, niſi quis vellet dicere actores noſtros in petitorio plura poſſe adducere, actionem cũ Dd. RR. eamque probatam, quoad quid, non vero priuatum ſe, daß rei jhre forenſes nicht haben zu ſtewren/ ratione bonorum ibidem ſitorum. Quare concludo, actionem non probatam, hincq; ſequi eos eſſe condemnandos in expenſas, ſi tamen compenſare velint. Qui non refragabor, dubito tantum, quomodo Conſt. Imperij de anno 1500. & de anno 1541. accipiendæ ſint, habentes daß ein jeder die ſeinen ſolle beſchweren. Et important alterius excluſionem eximere collectationem perſonalẽ & realem; hoc dubium ſoluerem, pleniorem tamen reſolutionem accipiam libenter à dominis; nec mihi conſtat, an hæ conſtitutiones in vſum deductæ ſint. Saluo. &c.

*D. S.* Quod ad genus actionis cum Dd. RR voluiſſem autem in petitorio pronuntiaſſe, quia id magis vtile videatur appellantibus de iure communi, vt & Conſt. Imperij. aut ſi hoc non attendatur, & vſus ſeu conſuetudo ac exercitium inſuper actorem in conſideratione habeat/ ſic in idem recidet. Quod vero ad poſſeſſionem attinet, appellatos quoad impoſitionem collectarum, cuius quidem generis, ſi non de iure, ſaltem de vſu & conſuetudine fundatos eſſe, prout etiam hoc ſit, exercuerunt, quæ duo in hac materia maximè conſiderantur. Citatio licet ex parte actorum actus poſſeſſorij circa ius collectandi deducti, & quidem talia in hunc finem adducta ſunt, in quo appellantes ciues ſuos collectarint, tum nihil

hil puto tale esse, quod conuerso iure collectandi in nostris quidem terminis repugnet, aut ipsis immunitatis possessionem in hac concludenter tribuat: puto igitur actionem nõ probatam pronunciare compensatis expensis.

*D. C.* Quoad fundandam iurisdictionem puto fundatam illam ex 4. Senat. decis. de extraiudiciali appellatione approbata à pleno quoad actionem in factum, nõ interdicto vtili per expressum *text. §. vlt. Inst. de interd* posset etiam dari negatoria, *l. 2. §. vlt. de rei vind.* Et ad me quod attinet, putarem pro reis etiam nos in petitorio pronũciare posse, sed malo ipso quoq; consistere in finibus possessorij, tum propter rationes adductas à dominis,
41 præsertim quod actoribus † ea danda sit actio quæ ijs minus sit incommoda, tum propter præiudicia, veluti in causa Teutschmeisters contra Fugger/ die Steur zu Donawert betreffend. Actionẽ quidẽ probatam puto, quod Adius sit collectandi omnes subditos, sed non probatam intentionem suam, quod ideo Fürstenthumb N. non possit ciues ratione bonorum in eo ducatu sitorũ tributis onerare. Et quod actores obijciunt non esse Fürstenthumb / atq; ideo non habere regalia, cum regalia
42 habentibus † sit indicere tributa, *tit. quæ sint regal. in vsib. feud.* tum constat ex Auent *lib. 7.* quod hæc ditio vendita est L. duci Bauariæ, & primo Comiti Palatino, vnde omnes nostri Palatini & duces Bauariæ descendunt à Conrado, quo modo Itali Cõradinos vocant, vltimo Sueuiæ duce. Et sic non obstat partem esse Sueuiæ, sed ante 300. annos incorporatam ducibus Bauariæ. Nam illa venditio est anno 1266. Ac ex eod Auent. videre licet, duces Bauariæ ante 200. annos per ditiones suas à subditis collectas exegisse, tam pro reis etiam facit ius commune, *iuxta l. 2. C. de annon. & trib. lib. 10.*
43 Est autem indictio † tale nomen, quod annonas & tributa continet, *l. 1. C. de annon. & trib. lib. 10. & ibi Cuiac.* Porrò indictiones singulis annis fuerunt
44 anniuersarię vbi etiam anni per indictiones † cœperunt numerari, vnde rectè Accurs. *ff. 1. gl. in prin. ad l. 2.* ait etiam ordinariam, idem eleganter refert ad munera patrimoniorum, & tradit soluere, id ẽt non municipes. Nam vt Cuiac. *in rubr. ad tit. mun.*
45 *patrim.* Munera patrimoniorum † aut erant personalia, aut mixta, aut realia tantum. Munera illa incolis & municipibus tantum, hæc sc. realia non solum incolis, sed etiam qui nõ municipes essent, indicebantur. *d gl. in pr. & Nou. 128. de collat.* Sanè igitur hæ contributiones siue pro ordinario, siue pro extraordinario, quia non solenniter aut singulis annis, sed tantum necessitate exigente exiguntur, rebus & prædijs induci possint, nil possessoribus etiamsi alibi sitæ sunt possessiones, incolæ vel municipes, aut alibi domicilium habeant, accidit non modo longè, sed longissimè q. possessio per testes, indices & descriptiones. Nec obstare Constitut. Imperij, nimirum rubr. daß ein jeder nicht mehr dann er seßhafft/ ꝛc. Decretorum Comit. Anno &c. 1500. Item Comit. Spirens. Anno &c. 42. §. Damit auch/ fol. 314. pag. 2. & fol. 315 pag. 1. Verum Imp. & status loquuntur, ibi von gemeinen Pfenning. Quod planè personale est, & capitis tributum, *l. vlt. C. de annon. & tribut.* tunc constat, quod etiam hæ personæ id capitis tributum præstare tenebantur, quia prorsus nulla bona habebant, vt intelligi potest ex rubr. d. Comitior. Anno 1500. von den Zahlen / wie die auffgesetzt vnd gehalten werden sollen / sic constanter Comitiorum Anno 42. §. Vnd wiewol wissentlich/ fol. 314. Et in alijs Imperij contributionibus. Nam de Imperio tantum, non etiam principum & aliorum statuum agitur, veluti anno &c. 48. 51. 57. 59. 66. 70. 76. vbi non agitur de capitis tributo, non statuitur, quam vbi quis domicilium habeat, † ibi 46
tantum collationem inferre debeat, sed & in dd. Constit. Von gemeinen Pfenning/ continenter quædam exceptiones, veluti §. Es sollen auch ꝛc. ad text. his verbis. Doch soll hiemit gemeinen Ständen. Item alia exceptio in ead. Const. § Damit auch/ ad tex. Doch sollen der Bawren Güter/ ꝛc. Eadem exceptio repetitur in Const. de An. 94. §. Doch sollen/ ꝛc. f. 117. p. 2. & 318. p. 1. Concludo igitur cum Dd. Ref. reos absoluendos compensatis expensis licet stricto iure, quia actionem non probarunt, in eas condemnari possint.

*D. M.* In re satis iam discussa, & mea opinione per se plana, non puto insistendum. Quia enim scopus causæ, quod appellantes actores sint in quasi possessorio libertatis non præstandi, Palatino munera patrimonialia intuitu bonorum in Palatinatu sitorum, non est doctus titul. vt in hoc retinendę possessorio iudicio vtilis in factum intentatæ actionis requisita quasi possessio nimirum actorum & turbatio à parte reorum non sint probata.

Concludo cum dominis, actionem non probatam, adeo actionibus non probantibus rei cum refusione expensarum ab actione venient absoluendi. Saluo, &c.

Sententia: † Jn Sachen Pflegers/ Bürger vnd 47
Raths der Statt A. Appellanten/ eins/ wider die verordnete Commissarien vnd Außschuß gemeiner N. Landschafft/ Appellaten/ anders Theils/ extraiudicialis appellationis, ist allem fürbringen nach zu recht erkannt/ daß durch die Statthälter vnnd Rähte daselbst wol decretirt/ vbel dauon appellirt / vnnd derowegen gedachte Appellaten von angestelter Klage zuabsoluiren vnnd erledigen seyn / als wir sie auch hiemit absoluiren vnnd erledigen / die Gerichtskosten deßhalben auffgelauffen auß bewegenden Vrsachen gegen einander compensirende vnnd vergleichend.

N. R. D. Refer.
A. C. L. Corref.

VOTVM

## VOTVM V.

An forenses teneant.

**Jn cauſa Herrn D. N. N. Wittib / vnd Kinder Vormunder / Kläger /**

*Contra*

**Herrn B. Biſchoffen zu N. vnnd Amptmann zu N.** Mandati ſine clauſula.

SVMMARIA.

1 *Actio in factum competit ex mandato rite inſinuato.*
2 *Mandato qui non paret, in pœnam incidit.*
3 *Pœna non ſolum iuxta mandatum venit applicanda, ſed peti etiam, quanti ea res eſt, poteſt.*
4 *Aduocati Cameræ vtuntur priuilegio immunitatis, vxores quoq; & liberi eorundem ijſdem gaudent priuilegijs ac immunitatibus.* nu. 5.
6 *Ratihabitio retrotrahitur, & pro mandato habetur.*
7 *Factum ſuum quando reputetur.*
8 *Munus ordinarium dicitur, quod lege, SC. aut Principum conſtitutionibus iniungitur, & quod neceſſario ſubimus lege, more, imperioue eius, qui iubendi habet poteſtatem.*
9 *Munera patrimonialia nõ alijs, quam municipalib. vel incolis iniunguntur.*
10 *Collecta naturaliter eſt onus rerũ, & quod pro modo ſubſtantiarum præſtatur.*
11 *Modus & ſolemnitas indictionis ordinarium munus faciunt.*
12 *Collecta, vrgente publica neceſsitate, indicitur.*
13 *Immunis nemo dicitur tempore belli.*
14 *Augmentatio vel variatio temporis, aut diminutio quantitatis facit onus eſſe extraordinarium.*
15 *Indictiones ab omnibus præſtandæ & ſubeundæ ſunt.*
16 *Munus ordinarium aliquando ſub quantitate certa, vel etiam incerta, & nouo conſenſu augetur, & Principis indulgentia minuitur.*
17 *Collecta imponitur ob defenſionem patriæ.*
18 *Collectæ rationerum imponuntur.*
19 *Indictio licet ſit extraordinaria, tamen omnes poſſeſſores conueniri debent, & ab omnibus agnoſci oportet, quo facilius decretis publicis pareatur.*
20 *Res tranſit cum ſuo onere.*
21 *Prædium conuenitur pro onere informato, non perſona.*
22 *Principi vnicui q; in omnib. receſsibus quoad ſua priuilegia, nihil eſt derogatum.*
23 *Impoſitio collectæ, et ſi iniqua ſit, appellationis auxilio omiſſo, manet.*
24 *Remedium habens ordinarium, non debet ad extraordinarium conuolare.*
25 *Bona & res pro collectis affecta, ab eo, qui illas præſtare negat, capi poſſunt, &* num. 26.
27 *Collecta* der Türckenhülff / *ea eſt natura, vt ſolemniter ſit indicta, & perſonis propter res.*
28 *Onera, quamuis patrimonialia dicantur, non alijs, quam municipibus vel incolis indicuntur.*
29 *Collectæ imponuntur perſonis pro rebus, & ob id nec clericis imponi poſſunt regulariter.*
30 *Onus mixtum quando dicatur.*
31 *In collecta imponenda ſemper habetur maior reſpectus ad fructus & reditus, quam ad rem ipſam.*
32 *Forenſis ſi poſsideat, in territorio alicuius ciuitatis aliqua bona, non poteſt ſibi imponi collecta de illis bonis.*
*Collectæ impoſitio iuriſdictionem; iuriſdictio vero neceſſario ſubiectionem præſupponit.*
33 *Collecta, quando imponitur ab eo, qui habet iuriſdictionem vniformem in omni loco, tunc debet ſoluere quiſq; pro rebus, quas habet vbiq; in loco domicilij ſui.*
34 *Factum notorium non requirit ſolemnem formam iuris ſeu ordinarij proceſſus, cum habeat vim ſententiæ.* num 35.
36 *Cultura agrorum nemini eſt prohibenda.*
37 *Vuæ veniunt appellatione frugum.*
38 *Priuilegio principaliter ſine cauſæ cognitione derogari non poteſt.*
39 *Proceſſus à mandatis ſiue præceptis regulariter non eſt inchoandus.*
40 *Præceptum de relaxando arreſto fieri poteſt parte præſente & inuita.*
41 *Præceptum factum non citata parte, & ſine cauſæ cognitione, ipſo iure nullum eſt, adeo, vt hoc præceptum ne quidem pro nuda citatione ſit habendum.*
42 *Mandatum pro parte caſſari, pro parte confirmari poteſt.*
43 *Vtile per inutile vitiari non debet.*
44 *Sententia quæ.*

VOTVM Dn. N. Refer. Mandatum emanatum ad petitionem actorum in Camera cõtra Epiſcopum Neuſſenſem ſine clauſula, ne collectas ab actorum pupillis, vtpote non ſibi, ſed Cameræ ſubiectis, contra ius Ordin. & Receſſum Ratisbonenſem exigat, atque arreſtum interpoſitum relaxet ſub pœna, &c.

Quod ritè inſinuatum, & quia eidem paritum non ſit, citatio ad videndum decreta, & declaratio pœnæ petita. Ex quibus conſtat actione † in factum ex hoc mandato agi. *Dd. in l. Iulianus. §. idem Papinianus, de act. empt. & l. in factum. ff. de oblig. & act.* Vel officium iudicis imploratum, quia rei mandato emanato † non paruerunt. *Bart. in l vnic. verſ. quæro quo iure, ſi quis iu. dic. non obtemp.* Et ſic in pœnam inciderunt. *Felin. in c. 1. de iudic. per c. ſin. n. 4. quæſt. 1.* Quæ etiam non ſolum † iuxta mandatum venit applicanda, ſed peti etiam, quãti ea res eſt, poteſt *d. l. vnic. ſi quis ius dic.* Vti & hic non ſolum pœna mandati pro parte dimidia ſibi applicari, ſed & mandatum corroborari, vt vlterius proceſſus pro damnis & intereſſe decerni actores petunt.

Cæterum pro plena huius cauſæ diſcuſſione duo principaliter conſideranda. Primum, ſi ex

veris narratis seu falsis, hoc est, obreptitie mandatum fuerit impetratum. Alterum, si iure & legitimè sit decretum, quibus cognitis videndum, quid pronunciare debeat.

Quoad primum, narrata mandati sunt inspicienda. Narratur autem D.N. Aduocati quondam Cameræ viduam relictam, & liberos immunitate priuilegiorū mariti, & patris præmortui gaudere, neq; alium ordinarium iudicem, quam Cameram recognoscere. Præterea dictam viduam & liberos bona in Episcopi Neussensis territorio, in quo tātum domicilium nō habeat, sed quæ alterius culturæ commiserit, sita habere, quibus collecta 4. fl. per reum Amptmann imposita sit, quam cum soluere recusassent, bona arrestata, atque cultura bonorum colono interdicta est. Et sanè principium notorium est D.N. fuisse aduocatum Cameræ, &
4 sic † priuilegio immunitatis vsum, *iuxta Ord. p. 1. ti.*
5 *49. §. 1.* Vnde consequens sit, & vxorem & † liberos ijsdem quoq; priuilegijs ac immunitatib. gaudere, *iuxta l. fin. C. de mun. lib. 10. l, mulieres. C. de dign. lib. 12. l fœmina. l fin. de Senat. Luc. de Penna in l 1. C. de super ind.* Et quia ad secundas nuptias non transijt vidua, non potest dici domicilium mariti adhuc mutasse.

Alterum, scilicet collectas impositas, & ob denegationem earūdem, culturam bonorum interdictam, itidē est in confesso, & ipsimet rei fatētur. Quamuis enim negare conetur Episcopus, se non à singulis subditis collectas exegisse, sed tātum ab vniuersis, qui tandem inter se interdictiones fecerint, & non soluentibus bonorum cultura interdixerint, vt hoc ipsum Episcopus fecisse videbitur, cuius non modo nomine, sed & iurisdictione, & facultate vsa communitas hoc facit, per quę ipsum ratum & acceptum habitum est. Hoc amplius ipse non relaxare, nec vt in subditis relaxa-
6 retur, mandare voluit, vnde ratihabitio † merito retrotrahitur, & pro mandato habetur, *c. ratihabitio, de reg. iur. in 6.* Præcipuè vero cum tota hæc res ex ipsius gratia & voluntate pendeat, sine ipsius consensu & voluntate nullam collectam communitati indicere licuisset, *Felin. in c. quæ in eccl. extra, de const. Bar. in l. 1. C. de excus. inun. latè Thom. in tract. de collectis c. inc. sanè si negotium, n. 29. & 30.* II. Quod illæ eædem collectæ sive præstitæ sive præstandæ ad ipsum vel iam peruenerint, vel adhuc peruenturæ sint. III. Quod hoc ipsum factum communitatis hic in Camera defendat. Quibus casibus
7 omnino tenetur † & factum suum reputatur, *per l. 1. §. deieciſſe, de vi & vi arm. Ioan. And. in d. c. ratihabitio.* Quoniam vero Receſſus Ratisbonensis non nisi subditis collectas imponi vult, qui tunc temporis iudici fuit insinuatu, Concludendū putat contra Episc. exceptionem, mandatum ex veris narratis, nec sub vel obreptitie impetratum esse.

Quoad secundum, si iure & legitimè sit decretum, considerandum est duplex mandatum contra Episcopum decretum. Primum, an iure exigat collectas ab actorum pupillis ratione bonorum in N. Secundum, vt dictæ viduæ ac pupillorum culturam, possessionem ac vsum vindemiarum nō impediat, & statim interdictum suum de non colendis vineis tollat atq; casset.

Primum quod attinet, pro Episcopo plurima & fortissima sunt argumenta: primo ordinarium munus dicitur, quod lege, S.C. aut Principū constitutionib. iniungitur, & quod necessario † subi- 8
mus lege, more, imperiove eius, qui iubendi habet potestatem. *l. munus, de verb. signif. l. 1. C. de vac. mun. lib. 10.* Est etiam munus patrimoniale, quod patrimonijs iniungitur, vel personis pro viribus facultatum, & horum quædam possessoribus iniunguntur, sive municipes sint, sive nō sint: quædam vero non nisi municipibus vel incolis contributiones, quę in agris fiunt, vel ædificijs possessoribus indicuntur. Munera vero, quæ patrimoniorum † sunt, non alijs quam municipibus vel 9
incolis, *l. rescripto. §. sciendum. l. fin. §. patrimoniorum de muner. & honor.* Collecta vero naturaliter † est 10
onus rerum. *gl. in d. §. sciendum. verb. incolis*; & quod pro modo substantiarum præstatur, *l. propter honor. C. qui bon. ced. poss. Thom. de collect. c. 1. n. 8.* Quare & patrimoniale onus dici debet, & ordinarium, quia solemniter, hoc est, constitutione Imperiali imposita. *l. omnes. 2. C. de annon. & tribut. lib. 10.* Modus enim † & solemnitas indictionis ordinarium mu- 11
nus faciunt.

Secundum requisitum est, † si vrgente publica 12
necessitate indicatur. *l. 1. C. de imd. lib. 10.* Tunc enim velut Canones quosdam quisque cogitur inferre, nec vlla domus vel sacri patrimonij, vel hominū priuatorum ab hoc onere seiuncta est, *l. fin. C. sine cens. vel reliq. & ibi Bald.* & tributi loco habetur. *l. Imperatores. de publ.* sive patrimonijs imponatur. *l. fin. C. de priu. veter* sive personis, pro modo & qualitate patrimonij. *l. fin. C. de mun. patrim. l. obsistere. C. de annon. & d. §. sciendum.* Præcipuè vero si causa adijciatur, vel titulus, vt hic, religionis scilicet, & pacis publicæ conseruandæ & Turcæ repellendi gratia. Quare vt necessitati publicæ succurratur, † 13
omnino patrimonia metimur, & tempore belli nemo debet esse immunis. *l. 1. C. quib. mun. vel præst. l. fi. C. quemad. ciu. mun.* aut etiam propter suspicionem belli. *Thom. d. loco. mihi fol. 164.* Est enim vacatio eorum munerum legibus omnino interdicta *l. 1. C. de interd. l. 2. C. quibus mun. lib. 10. l. 2. & fin. C. de mun. patrim. d. l fin. de mun. & honor.* Nec † vt à qui- 14
busdam putatum fuit, vel variatio temporis, vel augmentatio, aut diminutio quantitatis facit, onus esse extraordinarium. *Bal. in l. 1. C. de collat. ærn. lib. 10. late Thom. d. loco fol. 39. n. 2.* Et in contrarium sunt tex. *in l. munerum. §. patrimon. de mun. l. non videtur, de mun. & honor.* Hæc enim munera, prout † 15
necessitas postularit, aut vtilitas mouerit, & indictiones ab omnibus præstandæ & subeundæ sunt. Hinc quoque fit ordinarium munus † aliquando 16
sub certa quantitate, vel etiā incerta & nouo consensu augeri & principis indulgentia minui. *Thō. d. loco. per l. fin. C. de coll. fund. patr. l. fin. C. de priu. dot.*

Hæ

Hæ vero collectæ der Türckenhülff / Imp. in hunc vsque diem solemniter sunt interdictæ, exigente necessitate publica.

17 Tertium requisitum est † ob defensionem patriæ. Quarto accedit, quod patrimonijs omnibus & vniuersis tam ecclesiasticorum, q̃ priuatorum
18 bonis seu personis pro modo † facultatum, & sic ratione rerum sunt impositæ, vt Wormatiæ Ann. 1495. Augustæ Anno 1500. Coloniæ Anno 1512. Iterum Augustæ, Anno 1518. Anno 1530. Ratisbonæ Anno 1532. & 1541. Iterũ Spiræ, Anno 1544. & Ratisbonæ, Anno 1557. vbi semper pro facultate rerum tam principum, quam subditorum impositæ fuerunt.

Ex quibus constat ordinarium hoc onus & patrimoniale etiam, aut pro rebus impositum, & sic neminem liberum, *l. 2. & l. pen. C. de mun. patr. lib. 10.* Et dato, quod indictio sit extraordinaria, tamen
19 omnes possessores † conueniri debent, & ab omnibus agnosci oportet, quo facilius decretis publicis pareatur. *l. fin. C. de mun. patr. lib. 10.* Accedit clausula in Recessibus appositæ quæ vult, bona in contumaciam non soluentium capi. Vnde concludit etiam munus patrimoniale vel reale, cum bona affecta habeat.

Præterea episcopus est in quasi possessione exigendi collectas iuxta extractum ex registris. sunt ibi inscripta bona, ergo obligata *Bald. in l. si negotium, de neg. gest.* Et non solũ qui inscriptus est, sed etiam tertius possessor, vtcunq; immunis alias sit,
20 tenetur, quia res † trãsit cum suo onere. *l. fin. C. de prad. & omnib. rib. l. rescriptum. §. sciendum. de mun. & hon. l. fi. C. de exact. trib. l. sunt munera, & ibi gl. de vac. mun.* Est enim onus informatum, *gl. in l. incola, 2. de*
21 *mun.* pro † quo prædiũ conuenitur, non persona, *l. iura. C. de om. agr. def. lib 11.* Insuper quoq; Episcopi priuilegium accedit (est Caroli Quarti, de dato Neusij, Anno &c. 1349. 4. Non. Apr.) quo illi in ius omnes, etiam non subditos ratione bonorum collectare conceditur, quod iure subsistit, *d. l. munerum. §. præterea, de muner. & honor.* Siquidem et-
22 iam in omnibus † Recessibus vnicuique principi, quoad sua priuilegia, nihil est derogatum. Deinde ẽt posito illud iuris Episcopo non competijsse, & dd. actores contra ius grauatos, appellare debuissent. Quo non facto, & appellationis auxilio
23 omisso, impositio † etsi iniqua sit, manet, *l. non videtur. C. de mun. patrim.*

24 Quoniam igitur ordinarium remedium † habuerunt, nõ debuerunt ad extraordinarium confugere, & sic Episcopus impune mandato non parere potuit *tot. tit. C. commin. Epist.* Siquidem causa, siue communitas exegerit, siue episcopus vigore ordinationis, huc non pertinet. Illa enim habet Episcopum iudicem ordinarium, hic die Austrãg / iuxta quæ etiam mandatum annullandum, & causa remittenda videtur, vt in simili præiudicio N. contra Newburg / & iuxta reorum in exceptionibus petitionem.

Quoad secundum mandatum, dicit supra dicta bona, & res pro collectis affectas esse, & ab eo,
†qui illas præstare negat, talia capi posse. Habet 25
enim Dominus omnia prædia tacite hypothecata pro collectis, *l. Imperatores. de publican. Bart. in l. 1. C. in quib. caus. pign. tac. contrah. Iaf. in l. apud Iulianũ. §. hæres. de leg. 1. Bal. in l. 1. §. quod si nemo, quod cuiusq; vniuers. nomin.* Imo quod res ipsa † ob denegatio- 26
nem collectarum cadat in commissum, non modo iuri ciuili, sed etiam Const. & Recess. Comitiorum conuenire videtur. Si igitur totam vineam impedire potuit Episcopus, cur non licuisset ei culturam tantum prohibere? Et si dicatur damnũ emergere ex interdicta cultura, cur illud solutione 4. fl. præuia protestatione tamen, actores non auerterunt? Concludit igitur mandatum illud cassandum.

Quoniam vero prædicta mandata iam antea decreta citra iniuriam partis, nullo modo cassanda putat, videbit, an iure defendi possint? Et principio verè & propriè huius collectæ der Türcken-hülff ea est natura, † vt solemniter sit indicta, & 27
personis propter res. Quoniam vero ea onera, quamuis patrimonialia dicantur, † non alijs, quã 28
municipibus vel incolis indicuntur, *per text. in d. l. rescripto. §. sciendum, & l. fin. §. patr. de muner. & honor. & ibi gl. in verb. incolis.* non putat viduam nostram teneri.

Collectæ enim imponuntur † personis pro re- 29
bus, & ob id nec clericis imponi possunt regulariter, *l. de literis. & Auth. nulla communitas. C. de episc. & cler.* Nec etiam forensibus, *gl. & Bar. in d. §. sciendum. Bart. in l. 4. §. si actor. de re iud.* Et mixtum hoc onus videtur, quia imponitur † personæ propter 30
rem, & sic neq; res tantum, neq; persona tantum est immediata causa impositionis, sed vtrumque simul, scilicet persona & res. *Bar. Castr. & Salyc. in l. placet. C. de sacros. eccl. Idem Bart. in l. 1. C. de nul. in quo loco.* Et in hac † imponẽda semper habetur maior 31
respectus ad fructus & reditus, quam ad rẽ ipsam. *Bald. in c. 1. §. similiter. de c. Conrad.* Vbi autor illius text. dicit, quod duntaxat imponatur respectu fructuum & prouentuum annuorum. *l. si dependentes. de vsufr. l. 4. §. si actor, de re iud. Imol. in d. l. apud Iulianum. de leg. 1.* Et imponitur magnis & paruis per solidũ & libram, vt qui plus habet, plus soluat. *gl. in l. 1. C. de apoch. pr. lib. 10.* Huiusmodi sunt onera hæc quoq; nostra, quæ Castrensis noua vocat, & solummodo ciuibus & incolis imponenda. Et ideo si forensis † possideat in territorio alicuius 32
ciuitatis aliqua bona, non potest sibi imponi collecta de illis bonis. *l. libertus. §. sola. ad municip. Azo in summa, tit. C. de municip. patr. per l. neque. C. de incolis. Abb. in c. licet. de censit. & latè in c. non minus. de immun. eccles. Bart. in d. l. 1. C. de mulier. Castrens. Salycet. & idem Bart. in d. l. placet. C. de sacros. eccl. & in l. rescripto. de muner.* Et non ab alio, nisi à magistratu ordinario iniungi potest, cum principaliter personæ imponantur. Impositio autem collectæ iurisdictionem, iurisdictio vero necessario subiectionem præsupponit. Et quia hoc munus nõ est

intrinsecum ipsius rei, sed à re, vt fructus rei, cuius ratione imposita est, personæ id magis incumbit.
33 *Bart. in d. l. rescr.* Et quando imponitur collecta † ab eo, qui habet iurisdictionem vniformem in omni loco, vt Imper. & status imperij, tunc debet soluere quisquam pro rebus, quas habet vbiq; in loco domicilij. *l. de iurisd. l. penult. & vlt. de bon. auct. iud. poss.* Ecclesiæ vero personæ obligantur propter consuetudinem. *Bart. in l. numen. C. de aur. coron. lib. 10.* Cum quia hoc bellum contra infideles geritur, tum propter ipsorum corporis & bonorum defensionem & securitatem. Eodem modo etiam nostra hæc collecta die Türckenhülff/ personæ pro rebus est imposita, vt præstetur iuxta æstimationem ratione annui prouentus & fructuum à magnis & paruis iuxta solidum & libram. Quare etiam forenses collectari non possunt, nisi propter vniformem iurisdictionem eius, qui imposuit. Id confirmant Recessus Comitiorum, qui plerunque vtuntur hisce verbis: Einer jeden Person von beweglichen/ &c. vt in Recessu de Ann. 1500. statuitur, subditos in loco subiectionis de omnibus bonis collectari debere, vbicunque etiam sitis. Eadem Constitutio renouatur & confirmatur in Recessu Spirensi de Anno 42. §. Damit auch solche Ordnung. Idem confirmatur in Recessu Spirensi de Anno &c. 44. §. Damit aber solche Ordnung. Tertiò confirmatur hoc ipsum in Recessu Augustano. Anno &c. 51. §. Solchen der Stände/ &c. verl. Daß derowegen. Repetunt quoq; eadem verba, paucis exceptis, in hoc Recessu Ratisbonensi. §. So soll es derowegen/ intelligit ibi verba; wie herkommen/ iuxta Const. Imperij antiquiores. *l fin. C. de const. princ.* Verba vero vnd recht/ iuxta leges.

Concludit ergo, non licuisse Episcopo forensibus, multò minus personis Cameræ collectas imponere, sed quia & factum & ius notorium, sc. actores Cameræ subiectos, qui nũquam collectas soluerunt, apparet, quod iuxta ius & constitutiones ab episcopo nullæ collectæ exigi debuerint, &
34 in facto † notorio non requiritur solemnis forma iuris, seu ordinarius processus. *c. ad nostram. de iureiuran.* sed executiuè procedi potest sine iudicis
35 sententia. *Innoc. in c. ex parte. de verb. sign.* cum † notorium vim habeat sententiæ. *l. emptorem. ff. de act. empt. c. fin. de cohab. cler.* Præcipuè cum factum notorium expressam contineat iniustitiam. Verum propter vtilitatem publicam, quæ in primo mandato vertitur, scilicet ad tollendam disceptationẽ principum. 2. Vt tantò citius pareatur publico decreto. 3. Vt obuiam veniri possit periculo imminenti ex irruptione Turcæ, quæ causæ omnes vbiq; in Recessibus expressæ sunt, & proculdubio alias tam grauis pœna, scilicet banni, nunquam nisi ob easdem fuisset adiecta, valde dubitat, an iuxta iura & ordinationem hoc mandatum defendi posset.

Quoad secundum mandatum, censet illud iure contra Episcopum decretum: neque enim cultura † agrorum cuiquam est prohibenda. *l. 1. C. de collat. fund. pat.* Et ob id Constantinus sanciuit, nunquam sationibus vel colligendis frugibus insistentes agricolas ad onera extraordinaria trahẽdos esse. *l. 1. C. de agric. & censit. lib. 11.* Frugum vero appellatione † vuæ veniunt *l. frugum. de verb. signif.* vnde certe nec cultura vineæ interdici debuit, *argum. l. vltim. & pen. C. quæ res pign. oblig.* Maximè si quicquam iuris habuerit collectandi, id ex frugibus percipere potuerit. *l. Imperatores. de publ. Bar. in l. 1. C. quib. cauf. pign. tac.* Quia autem ordinario remedio vti potest, &c.

Nec refert, modicum in hoc actorum etiã prę-
iudiciũ, quia verendum, ne frequentius quid tale contingat, & ob id in vniuersum à lege interdictũ est. Vnde tãdem propter facti notorietatem, eiusdemq; qualitatem mandatum recte decerni potuisse, & Episcopum huic parere debuisse, & adhuc parere debere concludit.

Sed quod ad primum mandatum, quia principaliter eius cognitio ad nos non pertinet, & magnum, si in illa pronunciaremus, fieret præiudicium, non putat illud sustineri posse, cum propter expressam Recessui Spirensi de Anno &c. 42. in §. Damit/ adiectam limitationem, vbi dicitur: Doch sollen der Bawren Gütter den Obrigkeiten/ die sie zubelagen/ von Alters hero in gerühigen Gebrauch hergebracht/ in dieser Anlag/ zubelegen vnbenommen/ sondern vorbehalten seyn/ vnd sonst allen Hohen vnd Nidern Obrigkeiten Geistlichen vnnd Weltlichen/ das alles an jren Rechten vnschädlich vnd vnuergreifflich seyn. Tum ẽt, quia Episcopus docet, se habere possessionem iuris collectandi ea bona: itemq; priuilegium, † cui principaliter sine 38
causæ cognitione derogari non potest.

*Votum D. P.* Quoad primum mandatum, scilicet de arresto relaxando, putat id bene decretum, posterius vero, quo præcipitur, vt collectas imponat Episcopus, non putat sustineri posse. Concludit igitur cum Dn. Referente, oder daß mans eynstelle vsque ad discussionem causæ principalis, &c.

*Votum D. H.* Quæritur, an mandatum sine clausula sit rectè decretum, ita vt rei ob non paritionem in pœnas eiusdem sint declarandi, vel, an tanquam contra ius & Ordin. Camer. impetratum sit cassandum, Et in thesi præsuppono, quod regulariter † à mandatis siue præceptis nõ sit in- 39
coandum. In hypothesi autem apparet in mandato nostro duo præcipi. 1. Vt reus arrestum vineæ impositum relaxet. 2. Ne in posterum collectas ratione illorum bonorum petat, nec actores molestet.

Quod ad primum attinet, puto mandatum recte decretum, attento, quod periculum fuerit, ne vineæ incultæ manerent, & fructus maturi perirent, & sic nos esse in terminis Ordin. *part. 2. tit. 23.* Et quia tale † præceptum de relaxando arre- 40
sto iuri communi contrario, fieri potuisse parte præsente & inuita. Igitur hoc casu absente illa

fieri

fieri potuit. *l. 3. §. illud. de fideicommiss. libert. l. qui potest inuitu. de reg. iur. Iason in l. nec quicquam. num. 6. in 2. lim. de offic. proconf.* Relaxatio enim arresti modicum præiudicium Episcopo attulisset, cũ semper ius petendi collectas (si quod habuisset) sibi saluum mansisset. Quod vero ad secundam partẽ mandati attinet, ne sc. in posterum Episcopus collectas exigat, illud ipso iure nullum esse censeo: siquidem non citata parte, & sine causæ cognitione factum, adeo vt hoc præceptum, ne quidem pro nuda citatione sit habendum, *per not. Innoc. in cap. tuanos. n. 8. de cohab. cler.* Et licet non comparuisset reus, tamen non incidisset in pœnam. *Iaſ. in d. l. nec quicquam. num. 6. Alex. in d. l. de pupillo. §. meminisse. n. 4. de nou. oper. nunt.* Et sero nunc quæritur, an Episcopo competat ius collectandi, nec ne. Nam illa cognitio debuisset mandatum præcedere, non sequi. Dato enim Episcopo non licuisse collectas imponere reis, tamen sine causæ cognitione & parte non citata non potuisset iudex desuper pronunciare.

Porro quid sit pronunciandum, vehementer ambigo, siquidem ex supra dictis constat, mandatum pro parte bene, † pro parte male esse decretũ.
41 Quia tamen partes instant, nec arbitror contra
42 stylum Cameræ esse, † mandatum pro parte cassari, pro parte confirmari: cumque (id quod potissime hic attendo) constet arrestum iam etiam relaxatum, nec vlterius hoc petatur, puto mandatum esse cassandum compensatis expensis, tum quia iudex in culpa fuit, tum quia mandatum pro parte benè fuerit decretum. Et denique quia actores sunt vidua & pupillus, & sic miserabiles personæ.

Non obstat, quod mandatum pro parte bene
43 sit impetratum, & sic vtile † per inutile non debeat vitiari. Nam hæc regula locum non habet in decreto iudicis, quod est indiuiduum, & non potest pro parte verum, pro patre falsum esse, *lẽg. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. &c. not. Bald. in l. certi condictio. §. quoniam. n. 3. ff. si cert. pet.* Si tamen domini putarent, expresse pronunciandum, tunc ratione arresti paritionem adhuc iniungerem, reliqua vero contenta mandati cassarem.

Nec mouet me, quod arrestum iam sit relaxatum, quia id vigore mandati non est factum, & metus sit, ne in posterum iterum arrestum imponatur. Et sic Episcopus, à quo mandatum decretum est, non quæ postea secuta sunt, considerari debet, *arg. l. si minor. de seru. export. not. Bart. in l. 1. nu. 4. C. aduersus rem iud. &c.*

44 Sententia: † Jn Sachen ꝛc. Jst erkannt/ daß gedachten Beklagten/ den Klägern das geklagte Verbotte deß Baws der drey Morgen Weinackers beklagter massen zuthun/ nicht geziempt noch gebührt habe/ Sondern dasselbig ohn allen verzug auffzuheben/ zuuernichtigen vnnd abzuschaffen/ vnnd hierinne Keyserlichẽ Mandat zu parirn, vnnd zu gehorsamen schuldig. So viel aber das vbrige betrifft daß solchs auß fürbrachten Vrsachen zu cassiren vnnd auffzuhehen sey/ als wir Compensatis expensis, &c.

## *VOTVM VI.*

*De iure collectandi.*

## Jn causa Teutschmeisters/

*Contra*

## Die Graffen zu O.

SVMMARIA.

1 *Interdictum* vti possidetis, *competit pro iuribus incorporalibus & in specie pro turbata possessione.*
2 *In corporalibus is turbari dicitur, quando prohibet censum seu vectigal.*
3 *Actoris est libellum interpretari, vt vult.*
4 *Libellus secundum mentem actoris explicari debet.*
5 *Quilibet Princeps, comes aut magistratus in suo territorio habet ius collectandi.*
6 *Confessoria & negatoria cum interdicto vti possidetis, quandam cognationem habent.*
7 *Hæc in iuribus incorporalibus non procedit.*
8 *Ratio contrarietatis cessat in iuribus incorporalibus.*
9 *Munera ciuilia, patrimonialia, realia & mixta.*
10 *Patrimonialia dicuntur mere realia, & principaliter rebus indicuntur.*
11 *Collectæ sunt de regalibus, & ad ea pertinent.*
12 *Ordines, vt* Teutschmeister/ Johanniter Orden/ vnd anderer/ *cum suis pertinentijs, vt alij ecclesiastici, de iure communi priuilegiantur & eximuntur.*
13 *Priuilegia ecclesiis concessa, ad hospitalia extenduntur.*
14 *Collectæ tantũ incolis & municipibus imponuntur.*
15 *Ibi quis domicilium habere dicitur, vbi lares & rerum suarum summam constituit.*
16 *Is quoq; dicitur incola, vbi maiorem suarum fortunarum partem habet.*
17 *Et is quoq; dicitur incola, vbi sedem suam constituit.*
18 *Iurisdictio in non subditum nulla cadere potest.*
19 *Leuis mulcta pro delictis imposita, est quoq; de mero imperio.*
20 *Iurisdictionem habentes, etiam collectare possunt.*
21 *Superior iurisdictionem habens, subditũ quoq; extra territorium afficere potest.*
22 *Collectarum impositio non est de mero imperio.*
23 *Omne territorium iurisdictione munitur.*
24 *Territorium etiã dicitur iurisdictio in paucas personas.*
25 *Actor habens ius retendi, habet quoq; iurisdictionẽ.*
26 *Possessio per vnicum actum acquiritur.*
27 *Omne quod dominis à subditis præstatur, dicitur caritatiuum subsidium.*
28 *Pacta & conuentiones seruari debent.*
29 *Frustra precibus impetratur, quod iure communi debetur.*

30 Præsumptio fugæ non cadit in possessore bonorum mobilium & immobilium.
31 Possessio collectandi de vna specie in aliam transferri potest.
32 Incola dicitur, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit.
33 Collecta omnibus incolis à domino territorij imponitur.
34 Ille præfertur, cui priuilegium primo conceditur.
35 Qui prior tempore, potior iure est.
36 Priuilegia posteriora priora non tollunt.
37 Habens iurisdictionem simplicem, ius quoq; collectandi habet.
38 Impositio collectarum est actus iurisdictionalis.
39 Qui collectis necessitate belli, vel vtilitate publica indictis, in ijs quoq; exempti non excusantur.
40 Actor dicitur, qui primo ad iudicium prouocat.
41 Nemo sine titulo quid possidere potest.
42 Possessorio retinendæ petitorium concurrere potest.
43 Quilibet magistratus in sua iurisdictione collectas indicere, easq; ab omnibus exigere potest.
44 Duces ac Comites à pensitationibus liberi sunt.
45 Facultas collectandi non sine præfinitione quadã fit.
46 Principes ac status imperij nihil præ subditis suis præcipuum habent, nisi quod collectam illis imponunt.
47 Cuiq; magistratui liberum est subditos suos in subsidium collectare.
48 Ratio prior collectandi certam formam habet.
49 Collecta subdito de bonis alibi sitis in loco habitationis, an indicatur.
50 Forenses de bonis alibi habentibus, in loco vbi sita, collectam sustinere an debeant.
51 Collecta à principe iurisdictionem habente, non in omni loco vniformem imponitur.
52 Collecta pro rebus extra territorium sitis, extendi non potest.
53 Iurisdictioni eius quis subijciatur ratione bonorum in alicuius territorio existentium.
54 Potest etiam quis conueniri in loco domicilij ratione bonorum alibi sitorum.
55 Magistratu collectante, locus vbi bona sita sunt, præfertur loco originis & domicilij.
56 Possessoribus soluendi collectas onus incumbit.
57 Collecta, quæ personis pro rebus imponuntur, non ligent forenses.
58 Forenses ratione rerum possessarum onera subire nõ tenẽtur, quæ propter res personis impediuntur.
59 Omnis collectandi potestas è iurisdictione dependet.
60 Vnus homo plurium dominorum homo esse potest.
61 Hodie Duces, Marchiones & Comites de sua iurisdictione in perpetuum inuestiti, plenissimam habẽt potestatem.
62 Sub vniuersitate multa veniunt, quæ alias sub generalitate non veniunt.
63 Maior potestas semper in domino manet, quam in alium transfert.
64 Cuilibet magistratui subditos collectare permittitur.
65 Collectæ imperij quæ & quomodo intelligendæ.
66 Effectus priuilegiorum qui.
67 Dominus immediatus plus iuris, quàm mediatus in subditos habet.
68 Ordinaria & vniuersalis iurisdictio quæ.
69 Iurisdictio loco & territorio, quandoq; etiam personæ cohæret.
70 Territoriũ habere de substãtia iurisdictionis nõ est.
71 Is non territorium habere dicitur, qui speciale quid in eo habet.
72 Castrum in territorio Genuensium situm, non est de eius territorio.
73 Loca in diœcesi exempta, non sunt de diœcesi.
74 Vnus dominus iurisdictionem in parte alterius domini territorij an habeat.
75 Vnus dominus in vniuerso, alter vero in particularibus quibusdam rebus sub vniuersitate illa comprehensis vt sit, non inconueniens est.
76 Iurisdictio bifariam competit.
77 Munerum quædam sunt patrimonialia, quædam personalia, quædam mixta.
78 Munerum patrimonialium subdiuisio.
79 Munerum patrimonialium tertia species quæ.
80 Munerum quædam ordinaria, quædam extraordinaria.
81 Ordinaria lege, S.C. vel Principis conuentione indicuntur.
82 Extraordinaria à magistratibus imponuntur.
83 Extraordinaria talem præstationem certam non habent.
84 Collecta est munus ordinarium & patrimoniale.
85 Collecta non personæ, sed rei imponitur.
86 Impositionis forma diuersificat munera realia à personalibus pro rebus indictis.
87 Ordo Teutonicus priuilegiatus & exemptus est ab omnium secularium exactionibus, cum omnibus hominibus & bonis.
88 Teutonica domus in O. per Comitem ab D. ædificata fundata & dotata est.
89 Clausula, Saluo iure cuiuscunq;, quid operatur.
90 Immunitas alta personalis, alia realis.
91 Immunitas ordinis extra bona priuilegiata ad alia bona non extenditur.
92 Comites ab O. comitatum O. ab imperio in feudum habent.
93 Incolæ pagorum trium dictorum comitum Landgerichts subiecti sunt.
94 Comites ab O. gladij ius habent.
95 Comites sint fundatores, patroni & defensores domus Teutonicæ in O.
96 Comites ius gladij in ordinis subditos vt improprios habent.
97 Comites annuum tributum ex dictis pagis percepterunt.
98 In contractibus & grauioribus consensus superioris requiritur.
99 Legitimatio sufficit in iudicialibus.
100 Milites & alimentatio à subditis exigi possunt.
101 Superioritas mag nit wol angeschlagen werden.
102 Vocabulum, subditi, varie accipitur.
103 Verba secundum subiectam materiam accipiuntur.

104 *Subditi domicilium habere dicuntur, vbi conuenire possunt.*
105 *In antiquis instrumentis homines Ordinis vocantur* Vnterthanen.
106 *Iurisdictio diuiditur in cognitionem causarum & perceptionem pedagiorum.*
107 *Pedagiũ non percipiens, dominus territorij non est.*
108 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*
109 *Ius collectandi an vigore regalium competat.*
110 *Causa belli & necessitatis immunitati concessa, verbis quoq; generalissimis comprehenditur.*
111 *Seculari & domino territorij vniuersali tales subditos collectare & grauare non permittitur.*
112 *Ecclesiasticis quoq; suos collectare concessum est.*
113 *Verba,* exempt, oder nicht exempt, *quomodo intelligenda.*
114 *Priuilegium per non vsum amittitur.*
115 *Collecta* deß Friedschatzes / *quo iure & titulo introducta est.*
116 Friedschatz ob es auff alle Gütter verlegt werde.
117 *Necessitate cessante cessat & onus.*
118 *Inclusio vnius est alterius exclusio.*
119 *Aliud est esse in territorio, & aliud de territorio.*
120 *Superioritas ac iurisdictio ratione situs semper intelligitur.*
121 *Quæ non possunt singula multa iuuant.*
122 *Recessus imperij, atq; constituentes ipsi circa formã imponendi imperiales has collectas incerti ac dubij sunt.*
123 *Vocabulum,* Iubditi, *in iure varie accipitur.*
124 *Homines ordinis in comitatu O. degentes, an subditi ordinis vel comitum censentur.*
125 *A verborum & iuris regalis proprietate quid recedendum est.*
126 *Status imperij verba,* frey gestalt vnd zugelassen / *&c. Recessibus imperij inseri passi sunt.*
127 *Id, quod probabilius ac verisimilius est, sequi debemus.*
128 *Regalia ratione temporis sunt præferenda nouis.*
129 *Concessiones principũ semper facta dicuntur saluo iure tertij.*
130 *Ius imponendi collectas imperij an soli Imperatori competat.*
131 *Ius exigendi & recipiendi collectas per Imperatorẽ impositas, Electoribus cæterisq; imperij statibus permissum est.*
132 *Quæ differentia inter ius imponendi primario, & ius exigendi collectas imperiales secundario.*
133 *Ius collectandi an sit de regalibus.*
134 *Ius exigendi collectas à subditis per Imperatorem statibus iam impositas, ad quam iurisdictionis speciem referendum.*
135 *Vocabulum,* Obrigkeit / *in qua significatione sit accipiendum.*
136 *Ibi subditus propriè quis dicitur, vbi domicilium habet. &* n. 137.
138 *Vnum sine altero esse potest: sit territoriũ à tenendo, & gladij potestate definitur, vt* n. 139.
140 *Distinctio inter bona censualia ordinis, & bona propria hominum.*
141 *Collectarum aliæ prouinciales, aliæ imperiales.*
142 *Ius collectandi ad regalia pertinet.*
143 *Comites in suo territorio habent ius ordinis hominibus, & bonis collectas imponendi.*
144 *Immunitas per contractum concessa, amplius non reuocatur.*
145 *Iuramentum est personale, cum ab initio contractus ex conuentione legem acceperit.*
146 *Inclusio est alterius exclusio.*
147 *Actore non probante, reus absoluitur.*
148 *Casus omissus etiam in contractibus, dispositioni iuris communis relinquitur.*
149 *Bona, quæ ab ordinis hominibus possidentur, quædam ad ordinem pleno vel directo iure dominij, siue emphyteutica siue feudalia, vel quouis alio nomine spectantia, quædam rusticis de nouo, vel à multis retro annis tanquam propria, vel titulo emptionis, vel alio quocunq; aut hæreditatis iure acquisita.*
150 *Dictio,* keine / *est exclusiua, quæ tam mobilia, quam immobilia excludit.*
151 *Verbum, & coniunctio copulatiua, inter diuersa hic poni solet.*
152 *Collectæ personis tantum imponuntur, vel personis propter res.*
153 *Verbum,* Obrigkeit / *quomodo intelligendum.*
154 *Forenses collectari non possunt.*
155 *Res omnis cũ sua causa & omni onere ad quemcunq; etiam possessorem transit.*
156 *Domini territorij hodie à possessoribus bonorum in territorio sitorum collectas exigunt, licet personæ subditæ non sint.*
157 *Verbum,* Obrigkeit / *hic cum adiuncto ponitur.*
158 *Protectio iurisdictionem non tribuit.*
159 *Homines ordinis propter vna eademq; bona duplici onere grauari non debent.*
160 *Sententia definitiua huius voti quæ.*

## Initium à Iehoua, Amen.

D. B. *Refer.* Iurisdictionem fundatam esse ex communi consensu partium iuxta *l. si conueniunt. de iurisd. & l. 1. & 2. de iud.* Postquam enim der Schwäbisch Bund zertrennet / per consequens eius iudicium quoque (coram quo præsens nostra controuersia tanquam ordinario, vel, vt in Actis habetur, prorogato, cœpta) extinctum erat, prorogatio facta in Camera, prout videre est ex tenore literarum Comitum ad magistrum Ordinis transmissarum, sub dato vlt. Aug. Anno 35. & num. 3. & ipsa executa citatione 3. April. Anno 36. producta sub num. 1. Procuratoria vtrinque iusta, nisi quis forte dubitet quoad Magistrum Ordinis modernum & prædecessores suos, quod soli sine consensu Capituli, vel prout vocant, der Raths gebietiger vnd Land Commenthuren / sese legitimarint, sed quod potuerint constituere ad litem sine ipsorum consensu, ad instar aliorum, qui legitimam administrationem bonorum habent vniuersalem, tradit Spec. *in tit. de actore. num. 77. Innoc.*

*in c.edoceri.n.4. de rescr. idem in c.petit, vestra. de proc.* cum quibus transeo, maximè quia Princeps Imperij, vt alij, & plura extant præiudicia in Camera. Nullitates nullas video relevantes nisi quod fortè videatur examen illud super defensionalibus in totum inualidum, ob omissum interrogatorium, præcipuum à Commissario in examine ad 14. dictorum defensionaliũ. Quod tamẽ non puto, eo quia remansit facultas parti, vt postularet repeti testes ad interrog. etiam post publicationem examinis. *Innoc. in c per tuas. & c. cum causam. vbi etiam Fel. de test.* & ita obseruari in Camera tradit Mynsi. *obs. 32. cent. 1.* Sed cum non factum, eo minus hæc nullitas attendenda. Deinde rotuli non reperiuntur publicati, quædam etiam sigilla non recognita, sed cum partes hinc inde nullam mentionem facere de his reperiãtur, tacitè fortè pro recognitis & publicatis censebuntur haberi.

*De actione.* Actum puto coram d Domino Iudice Ligæ. Primum solo possessorio interdicto
1 quasi vti possidetis, quod competit pro iuribus † incorporalibus & in specie pro turbata possessione. *Spec. de rest. spol. §. nunc dicamus. num. 2. & 4. Ferrar. in libell pro turbata possess. verb. ad cessandum. nu. 3.* Colligitur enim ibi ex 3. artic eius libelli, quod d. Magister & eius antecessores à tempore immemoriali in pagis in 1. art nominatis, Hergebracht vnd gebraucht habe auff seinen armen Leuten vnnd Hindersassen / daselbst auch der eigenen Gütter Besitzer Steur vnnd Collect zu setzen / zuschlagen vnnd einzunemen sine contradictione Comitum, prout etiam recensẽt vnum collectandi possessorium actum in 4. artic. ante 60. annos ratione deß Leibgeldts / & in conclusione eius libelli petitur pronunciari, quod dd. Comitibus non licuerit in einnemmung der Steuren perturbirn, neque adhuc, sed quod desistere teneantur. Hoc enim casu, vbi quis iura mea aut vectigalia mihi cõpetentia sibi vsurpare vult, vti possidetis interdictũ dari tradit Rebuff. *de mater. poss. art. 1. gl. 2. num. 2. & 28. tomo 3. Fab. in §. retinenda. num. 16. de interd.* Et quod in corporalibus turbare is dicatur, † quando prohibet
2 censum vel vectigal. tradit Menoch. *remed. 3. retin. numer. 497.*

Et licet possit obijci ex quo in libello in 2. articul. fuit narratum de dominio, & post conclusionem fuit subiecta clausula, *peto ius & iustitiam administrari*, fuisse institutum possessorium & petitorium simul, ex quo simus in casu, quo vtrumque simul potest cumulari, quia hoc operatur d. clausula. *Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. col. fin, de acq. poss. in 2. lect. & in §. omnium. Inst. de act.* Eo tamen non obstante respondendum esse existimo, quod forte contrarium erit, quando actor hoc vellet, secus eo inuito, quia est in facultate a-
3 ctoris † interpretari libellum vt vult, qui secundũ
4 mentem actoris semper † debet interpretari. *l. si quis in intentione. ff. de iudic. Alex. consil. 200. num. 7. li. 2. vers. ex prædictis, & consil. 6. circa processum, n. 8. lib. 3.* Intentionem autem ordinis fuisse, quod in solo possessorio voluerit agere, & d. 2. art. ad colorandã tantum suam possessionem posuerit, constat ex Replica d. Magistri exhib. 6. Iulij an. 32. corãludice Ligæ Sueuiæ, ibi litem non esse de Lehen / Regalien vnd Pfandschafften / sondern vmb Turbierung vnd Verhinderung / & in pluribus etiam seqq, locis, id quod etiam postea acceptatur pro cõfessato super solo possessorio egisse. Ex aduerso vero per Comites exhibitus fuit f. 73. libellus super petitorio fundatus. Narratur n. in eo, quod Comitatum habuerint ab immemoriali tempore in feudum ab imperio, & ideo neminem habere ius collectandi, † 5
quam ipsos Comites. Cum a. ordo in quibusdam pagis collectarit, ideo petierunt pronunciari hoc ei non licuisse, petita cautione, &c. prout etiam petierunt super elisiuis in conclus. 5. Iulij An. 56. Hinc inter partes disputatio orta, quatenus concursus petitorij cum possessorio admittatur, quæ tractatur *in d. l. naturaliter. §. nihil commune.* Tandẽ tamen fol. 108. inter se conueniunt partes & consentit d. Ordo in libello reconuentionali, seque offert eidem respõsurum. *Saluo iure cuiusq;*, & præsertim, Daß kein Proceß dem andern keine Verhinderung gebehre. Ex quo apparet clarè Comites per modum reconuentionis agere voluisse in petitorio solo, licet postea in suis articulis tam possessorium quam petitorium deduxisse videantur, qui concursus admittitur, teste Zas. *in d. §. nihil cõmune, n. 33. & 34.* Si autem postea inspiciamus Ordinis defensionales, peremptoriales & elisiuos 12. Ian. an. 43. productos, videmus & ipsum ordinem tam in narratione, quam conclusione petitorium cũ possessorio cumulasse, verba conclusionis sunt: Da schon Ordo in possessione nicht funditt, daß dannoch Ordinis Vnterthanen zu steweren Comitibus kein Recht zustehe. Quæ cumulatio iure fieri potuit, per d. Spec. *de restit. spol. §. verum. n. 1. & Ferrar. loco quo supra, verb. ad cessandum, n. 8. & in termino Ripæ esp. 175. n. 5.* Nec multum referre video, siue istæ actiones separatim siue coniunctim detur. Nam videtur eadem probatio requiri, & aliàs cõfessoria & negatoria † habeant quandam cogna- 6
tionem cum interdicto *vti possidetis*, & petitiones etiam similes, vti videre licet apud Practicos.

Apparet itaque quod quilibet asserit se habere ius collectandi, & esse in possessione eius, sicque vtrimq; tàm petitorium quam possessorium tractasse. Et quamuis Bart *in d. §. nihil commune. nu. 29.* concludat secundum omnes, quod præcedere debeat possessorium & prius expediri, attamen conclusionem illam limitet Bald. *in l vnic. §. 1. in princ. nu. 17. C. de cad. tollen.* eam videl. non procedere † in 7
iuribus incorporalibus, in quibus vnus contra alterum, & alter contra alium potest agere, dicendo ius suum esse, & se possidere vel quasi. Nam isti duplices libelli procedunt in petitorio & possessorio retinendæ rerum incorporalium, & est vtilis mutua petitio propter pleniorem victoriam seq. Ias. *in d. l. naturaliter. §. nihil commune. n. 15.* approbãdo illam limitationẽ cessantibus rationibus Bart.

cum

8 cum in iuribus incorporalibus cesset ratio † contrarietatis & ordinis, si vterque in se vult assumere onus probationis. Ad effugiendas itaque disputationes concluderem vtrumque remedium cumulatius dandum interdicto, sc. quasi vti possidetis & quasi confessoriam & negatoriam atque ordinem (quia prius ad iudicium prouocauit & vbique in Actis se nominat actorem, exhibens etiam prius seine Probation schrifft/ & alia quæ Actoribus in processu conueniunt) actorem constituēdum arbitror. Non obstant protestationes hinc inde ab ipso ordine factæ, quia contrariæ sunt actui, sicque tolluntur per *c. solicitudinem. de appell. & notatur in c. cū M. de constit.* Requisita sunt notoria, si directe instituantur, de vtilibus vero nihil certi nobis constat, sed quia ad instar directarum dantur ex similitudine quoq; colligenda dantur. Ad decidendā nostram causam puto prēmittenda ea, quæ Gail. præmisit in causa Teutschmeister contra Fugger/ An. 62. Diuisionem sc. munerum ciuilium, quædam † patrimonialia, realia, & mixta. Patrimonialia iterū diuidi in mere realia † quæ principaliter rebus indicuntur, & in ea quæ principaliter personis ratione rerum indicuntur. Secundo collectas dici, quæ non habeant certam ac determinatam formam, sed secundum superioris voluntatem variantur. *Bal. in l. fin. n. 5. c. sine censu vel reliq Bart. in l. 1. num 27. C. de muner.* Et hac ratione inter munera extraordinaria computantur, quorum impositio non fit prouisione vel lege generali, nec ob causam ordinariam vel successiuam, sed extraordinariam occurrentem *l. in honoribus: § vacationem. de vacat. Paris. cons. 25. lib. 1. n. 5. Ias. in l. placet. n. 7. C. de sacros. eccles.* Tertio, subditum variis modis dici, primo ratione domicilij, *c. ex parte B. & ibi gl. de for. compet. & ibi Panor. Socin. in l. licet ratione. n. 8. eod. tit.* Secundo ratione originis primæ vel paternæ *l. assumptio. & ib Bar. §. 1. ad municip. & l. ciues. C. de incol. lib. 10.* Tertio ratione delicti, idq; improprie. *gl. in Clem. 1. ad verb. subditos, de for. comp.* His ita præmissis constat Actorem se fundare in primis super priuilegiis & regalibus, seu potius confirmationibus priuilegiorum per Carol. V. Anno 30 & Ferdin. Anno 58 & 59. sibi & Ordini datis, prout in 1. & 2. perempt. videre licet. Dictarum autem confirmationum sub lit. F. G. & H productarum effectus est, vt Ordo habeat illa ipsa priuilegia & facultates, quæ à multis retro Cæsaribus antecessoribus suis apparent concessa. In quibus etiam cōfirmationibus, præsertim Caroli V. tenor dd. priuilegiorum reperitur insertus, videre licet, quod d. Ordini immunitas ab omnibus collectis super bonis eorum vbicunq; sitis data sit, quod fieri debere necessario tradunt Dd *in Auth. si quis in aliquo. C. de edend.* Et quod validum sit priuilegium concessum ad instar alterius, pot ssimū si appareret illud, ad quod fit relatio in terminis, tradit Paris. *cons. 25. num. 50. & 51. lib. 1.* Quod vero Ordo regalia in suis habeat, constat ex Lehenbriff. lit. E. Collectas autem esse de regalibus † & ad regalia pertinere facit *c. 1. vers. extraord. naria. & ibi Bald. quæ sint regal. Schurf. cons. 59. num. 20. cent. 1* Constat etiam ex eo, quod princeps sit imperij qui ex communi sententia Dd in suo principatu tantum potest, quantum Imper. in Imperio. *Felin. in c. quæ in ecclesiarum. n. 32. de constitut. Schurf. cons. 18. n. 2. cent. 3. Zas. cons. 1. n. 21 lib. 2.* Et alias iuris non solum Principem inferiorem à supremo, verum etiam communitates, ciuitates, villas, &c. pro necessitatibus occurrentibus subditis suis collectas imponere posse *per text. in l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cuiusque vniuers. nom. vbi Bar. n. 1. & 2. facit l. 1. vbi Bart. nu. 24. C. de munerib.* in quo loco, prout etiam Gail. *in observat.* passim tradit. Præterea etiam Ordo cum suis pertinentiis, † vt alij ecclesiastici sunt de iure cōmuni priuilegiati & exempti, communiter Dd. *in c. 2. de restit. in integ. lib. 6. & in c. non dubium. extra de senten. excom. c. parochianos, extra eod.* & omnia priuilegia concessa † Ecclesiis extenduntur ad hospitalia *l. omnia. vbi gl. C. de Episc. & cler. Rom. cons. 477.* Præterea iuris, quod collectæ non imponantur † nisi incolis & municipibus. *l. rescripto. §. fin. in fi. vbi gl. de muner. & honor.* inquirendum igitur ist, cuius incolæ sunt homines illi, qui in litem nostrā veniūt. Et quod homines hi ordinis sint tam origine quā assumptione, clarum videtur esse. In eo enim loco quis domicilium † habere dicitur, vbi larem rerumq; suarum summam constituit, vnde rursus non sit discessurus *l. ciues. C. de incol. lib 10.* Et is efficitur incola, † vbi maiorem partem habet fortunarum suarum, item vbi quis constituit † sedem suam. *Bart. ibid. num. 9.* Quod autem hi omnes in dictis locis rerum suarum certam fixamq; sedem constituerint, extra dubium esse videtur. Accedit his actus iurisdictionalis. Patet enim ex dictis testium, quam ex propria confessione reorum, actorem habere in omnes suos iurisdictionem & cōsequenter subiectionem, quia in non subditum † nulla cadit iurisdictio. *l. fin. de iurisd. & tot. tit. C. si à non compet. iud* Item, daß er etliche eygene & cum Comitibus gemeine Gericht/ in quibus causæ ciuiles expediuntur. Item, die kleine Frevel zustraffen/ sed leuis mulcta, quæ imponitur † pro delictis, est etiam de mero imperio. *l. leuis mulcta. C. de mod. mulctar. Ias. in l. 2. 3. & 4. ff. de iurisd. omn. iud.* Apparet itaque actorem in dictis locis habere omnem iurisdictionem præterquam die vier Fälle. Primo Gladii potestatem, qui autem habēt iurisdictionem, † collectare possunt. *Alberic. in l. imperium. de iurisdict. Alexan. in addit ad Bart. in l. 1. C. de superindict.* Siquidem collecta actus iurisdictionis est. *d. l. rescripto. §. fin. & notatur in l. data. C. qui accus. non poss. Bartol. in l. 1. de censibus & l. fin. ff. de decret. ab ord. fac* vbi potest superior iurisdictionem habens † afficere subditum etiam extra territorium. Et quod impositio collectarū † nō sit de mero imperio, saltem inde patet, quia d. collectę in pecuniario commodo consistant, quod repugnat imperio, item quia iure actionis petūtur. *Bald. in l. prædia.*

9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22

*dia. C. de fideicom. num.3.* An vero territorium actoris vel reorum sit? cõstat quidem bona & subditos in reorum Graffschafft sita, sed non in eo-
23 rum territorio, cum omne territorium iurisdictione munitum sit. *Bald. in rub. quæ sint regal.* Reos autem hic nullam iurisdictionem habere, nisi ius gladii tantum modo ex productis ordinis priuilegiis patet, daß omnia iudicia, bona & immunitates in omnibus locis ordini & eius territorio ex speciali concessione competant: ergo merito idem ius & iurisdictionem habere debet Non obstat, si dicatur absurdum esse, si Actor tot territo-
24 ria specialia habiturus sit, nam territorium potest † etiam dici iurisdictio in paucas & quidem singulares personas. *Ioan. And. in c. cum cõtinget. de for. compet. Alex. in d. § territorium. de V.S.* Itaque mirũ videri non debet, si actor ibidem ius tenendi ha-
25 bet † & iurisdictionem. Territorium quoq; quoad suas personas & subditos & sua bona propria habere dicatur, cum sit princeps imperij, iurisdictio vero quoad situm & locum territorio çohæret. *Alex. in l. 1. nu. 32. & ibi Apostilla de iurisd. omn. iud.* Moueor etiam hoc argumento Actoris, quod ipse non sicut alij principes suos certos districtus coniunctim & in vno loco, sed sparsim & diuisim hinc inde in imperio sub aliorum principum & statuũ imperij Dominio & territoriis habet, vnde si singuli ordins subditos ad suam iurisdictionem trahere aut eosdem collectare vellent, certe nihil aut parum ordini foret reliquum, & sic onera imperij sustinere non posset. Vltra hæc videtur dictum, ordinem esse in possessione iuris collectandi. Deponunt enim eius testes in primo rotulo 30. 31. vsque ad 38. inclusiue 41. 42. 49. 50. se audiuisse à suis parentibus, quod ordo ante 60. annos subditis suis zu M. ein Stewer auffgelegt/ quæ vocabatur ein Leibgelt/ sic quoque quoad K. 17. 18. 20. vsque ad 27. inclusiue & alii ad eosdem articulos ita etiam quoad P. per 44. & vltim. test. Quod autem etiam per vnicum actum possessio
26 † adquiratur, tradit Menoch. *de arbitr. casu 160.* interuenientibus præsertim requisitis, quæ ibi, & quod præsumitur scientia propter vicinitatem. Ac licet possessionem illam saltem in vnica specie collectarum adquisitam esse subsidij videlicet caritatum, locum tamen habere videtur in omnibus speciebus aliis concurrentibus, etiamsi in eis nunquam appareat obseruatum, maxime quando inducta est animo adquirendi hanc facultatem generaliter quoad alias omnes species, quod ex his facile præsumendum puto. *Cyn. in l. 1. C. de emancip. & plures quos refert Paris. d. consil. 25. num 86. lib. 1. & num. 102. Bar. in l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de itin. actuque priuat. num. 1.* vbi dicit, quod si quis habeat iurisdictionis concessionem ab eo, qui haberet ius concedendi, & vteretur iurisdictione in vno actu, retineret in omnibus. Sed ordini concessum est ius collectandi ab impp. & ita ab habentibus ius concedendi, & intercessit ille actus vnicus. Ergo potuit etiam retinere in reliquis actibus præsertim cum hæc species subsidij caritatum aliquando propius ad hanc nostram speciem accedere videatur, quam alię species. Omne enim, ꝙ dominis † præstatur à subditis, seu 27
quod ab eis peti potest, dicitur caritatiuum subsidium. *Soc. iun. cons. 16. num. 3. vol. 3.* & non nisi magna & iusta causa, atque probabilis necessitas vrgeat, imponitur, de quo subsidio notat Menoch. *de arbit. iud. quæst. cas. 178. cum seq.* Sed hæc procedunt tantum quoad dictos tres pagos M. R. vnd P. Nam de aliis nihil probatur, nisi velimus à vicinitate loci aliquid inferre. His adminiculantur donatio & transactiones quædam sub lit. I. K. & M. à d. ordine in originali productæ; sub lit. enim K. reperiuntur ordini anno 1278. donati zu einem ewigen Seelgereht à quondam Comitibus von D. 10 Huben Landts in pago P. cum omnibus iuribus & in specie mit der Stewer/ Sub lit. v. M. num. 1. Ludouicus von O. fatetur, daß er von wegen der Vihestewer/ quam accepit ab ordinis hominibus in seinem gebiet/ es sey von derselben steuwer oder von Wagenfarten/ vel etiam qualitercunque ordo sit grauatus, oder welche Sachen wir sie beschwert haben biß auff diesse Zeit/ quoad conuenerint. Ita quod concesserit ordini inquinque pagis R. Z. G. P. vnd N. vber ihr eygen Leut vnnd Gut/ vmb keinerley schlechte Sach nicht sollrichten de dato 1313. sub lit. vero M. n 2. Ludouicus comes in O. Iunior fatetur, daß auff seine Bitt Magister ordinis Wolff von N. jhm erlaubt vnnd die Gnade gethan/ seine Stewer von seinen Armen Leuten derer dreyer Häuser E O. vnnd W. zu nehmen/ & quod in posterum per vitam solche Leut vñ Gütter non velit amplius collectis grauare nisi consensu & bona voluntate d. Magistri. Fatetur præterea, daß er zu diesen zeiten noch fürbaß nimmermehr kein Recht weder von Gewonheit noch keinerley Sache wegen Gewalt habe Stewer zunemmen à iam dictis hominibus & subditis sub dat. 1357. Eiusdem fere tenoris sunt illæ sub d. lit. M. n. 3. nisi quod eę se aliquanto latius extendant ad omnes videl. ordinis homines & bona im Reich gesessen vnd gelegen de dato 1378. & in fidẽ maiorem duces Bauariæ eas confirmarunt, prout iunior Comes Fridericus postea anno 1383. easdẽ ratificauit. Item pagus M. cum omnibus iuribus ab ipsismet comitibus zu O. venditus ordini pro 280. lib. heller an 144. außgenommen waß dem Menschen an daß Leben gehet. Pacta enim & † con- 28
uentiones seruari debent. *l. iuris gentium. §. prætor ait. de pact.* & frustra precibus impetratur, † quod 29
iure cõmuni debetur. *l. vn. C. de thesaur. lib. 10.* Nec obstare videtur, cum pacta huiusmodi vel transactiones sint stricti iuris. *Bal. in l. sub prætextu. last. num. 7. C. de transact.* quod ideo illæ stricte intelligi debeant, & non nisi ad steuras prouinciales se extendere possint. Quia responderi forte poterit ipsos status post impositionem deß gemeinen Pfennings in Recessibus ipsorum disposuisse, vt quemadmodum in prouincialibus collectis

fuerit

fuerit obseruatum, & iure quilibet collectauerit. Ita etiam in collectis imperii obseruandum, ibi: wie herkommen vnd Recht / sed nulla obseruantia vel ius in illis potuit allegari, cum antea non fuerit in vsu huiusmodi imperij collecta sed primum adinuenta. Ergo iure transactionum tantum competit ordini, vt suos collectare possit, de quibus recessibus infra latius. Similiter quoad bona mobilia idem ius habere videtur ordo in suos vigore dictarum tranlactionum, in primis vero sub lit. M. nu. 1. dum mentio fiat von Viehestewer/& eo magis, cum alias iure pro imponendis collectis tam mobilia quam immobilia æstimantur per ea, quæ tradit. *Bar. in L. C. de mulierib. in quo loco munera. num. 28.* Nam sicut in possessore
30 immobilium † non cadit præsumptio fugæ, sic in bonorum mobilium, quando non facile possint amoueri, vt sunt rusticorum vaccæ, boues. *Bar. in l. sciendum. ff. qui satisd. cog.* venire etiam paratam pecuniam licet sit fœnori data, item omnia debitorum, item ea quæ quis ex artificio & industria lucratur, & alia quæ tradit Iser. *in tit. quæ sint reg. §. & plaustrorum. num. 55. & 56. quem ibid. Afflic. sequitur.* Atque ex his videtur intentio actoris non solum ratione bonorum ordinis, sed etiam quoad bona ipsorum rusticorum propria probata, maxime tum possessio collectandi (vt supra dictum
31 est) transferatur † de vna specie in aliam, vt qui sit in possessione collectandi in vno seu vna specie, is etiam sit in specie omnium reliquarum specierum. *Alex. cons. 68. num. 18. 19. lib. 2. Paris. d. cons. 25. num. 57. 58. lib. 1. Scharff. cons. 79. num. 28. & 29. cent. 1.* Denique se refert in causa Teutschmeister S. contra Fugger.

## An elisa?

AD elidendam intentionem actoris exhibetur primo priuilegium concessum à quodam Imp. Sigismundo ann. 1419. in quo confirmantur & de nouo conceduntur illa ipsa priuilegia, quæ ab antecessoribus suis dictis reis sunt cõcessa. Videlicet vt habeant d. Comitatum O. centum limitibus circum scriptum mit sampt dem Landgericht/Wildpan vnd Gelaid/quod ex aduerso non negatur, & per testes quoque sufficienter probatum. Probatur deinde Comites ibidem habere ius gladij. Ergo merum imperium per *l. imperium. ff. de iurisdict.* vigore itaque regalium & meri imperii ipsos etiam posse collectare subditos ordinis, nam (vt supradictum) collectæ non imponuntur nisi incolis & subditis Incola autem
32 is dicitur, † qui in aliquam regionem domicilium suum contulit. *l. pupillus. 239. §. incola. de V. S.* Cum igitur regio, id est, territorium ad Comites pertineat, sequitur etiam, quod inhabitantes eam regionem animo perpetuo manendi, incolæ quoque eorum sint. Contra vero incolæ actoris dici non possunt, cum nullum sub eo originem aut domicilium habeant, sola vero habitatio & agrorum possessio non facit incolam *l. libertus. §. sola domus & l. domicilium. ff. ad municip.* Nec obstant, quæ supra de originis & domicilij iure pro ordine adducta sunt, quia potius pro Comitibus faciunt, cum locus domicilij & originis non sit ordinis nec reorum.

Potest itaq; collecta imponi † domino territo- 33
rij omnibus subditis & incolis: præsertim de bonis in suo territorio sitis, nisi talis dominus ratione talis incolæ vt hominis sui contra tale ius subiectionis in territorio & districtu fundatum allegare & obiicere possit priuilegium exemptionis vel præscriptionem *c. auditis. vbi gl. & Abb. n. 8. de præscript. c. cum dilectus. de capell. Monach* Ac licet ordo priuilegia vel potius confirmationes produxerit, ea omnia tamen nihil ad præsentem nostrum casum facere videntur propter clausulas insertas illas, videl. Inmassen seine Vorfahren ab antiquo innegehabt vnd besessen/ Item so viel sie deren in vbung/Brauch vnd possession gewesen vnd noch seynd. Præterea iuris, quãdo duo priuilegiati concurrunt, quod ille debeat præferri, cui priuilegium † primo concessum est *arg. l. 2. C. de priuileg. fisc.* Semper enim ille, qui prior est tempore, † 34 35
potior est iure, & regulariter priuilegia posteriora † non tollunt priora. *l. sed & posteriore. ff. de legib.* 36
Quod vero comitibus priuilegia seu regalia in iis locis prius concessa sint, hoc ex datis saltem patet. Nec obstant ea quæ supra de caritatiuo subsidio allata sunt, quia illud tantum in tribus pagis reperitur receptum, nec animo adquirendi sibi possessionem, quia promiserunt se in perpetuum illos non amplius collectaturos. Scientia quoque & patientia Comitum satis colligi non potest. Nihil enim releuat, quod isti homines sint ordini Gerichtbar/Vorstbar/gelobt vnd geschworen/& ideo etiam Stewrbar. Quia non satis expeditum, quod ille, qui habet iurisdictionem † simplicem, 37
habeat & ius collectandi, præsertim in imperii collectis. Præterea huiusmodi iurisdictio specialis & bassa non debet derogare iurisdictioni generali & altæ *Bal. cons. 253. num. 2. lib. 5.* Et dato impositionem collectarum † esse actum iurisdictio- 38
nalem, & non nisi ab habentibus iurisdictionem imponi posse, tamen Comitibus duplici vinculo isti homines sunt subiecti, ratione scilicet maleficii & domicilij. Ergo multo magis competit Comitibus ius steurandi.

Nihil quoque facere videtur, quod prætenditur actorem esse principem imperij, ab eoq; habeat sua regalia, quia non constat, quod ratione illorum bonorum sit princeps, è conuerso vero certum est Comitatum esse feudum imperii. Argumentum quoq; illud ab impossibilitate cõtributionis, si non omnes ordinis homines sub diuersis statibus imperii habitantes collectarentur, vix refutatione dignum, imo, contrarium patet auß den gemeinen Anschlägen/so auff die eynkommen gemacht/quod non sit æstimatus ratione omnium suorũ hominum, sed saltem aliquorum, & forte allein seiner Kammergüter halben. In dictis

ctis enim Anschlägen videre est, quod non tantũ contribuat, quantum alij principes vel comites. cũ tamẽ notoriũ sit, quod multo pinguiores fortunas & reditus habeat, quam alij principes imperij. Deniq; non obstant priuilegia exẽptionis, quia ex communi Dd. sententia in collectis, quæ
39 † propter necessitatem belli vel vtilitatem publicam indicuntur, etiam exempti non excusantur, *Paris. cons. 68. n. 14. & 22. p. 1. Alex. cons. 30. per tot. vol. 1.* vbi limitatur illa conclusio, nisi in genere de hac necessitate esset cogitatum tempore cõcessionis. Accedit quod nec recessus imperij admittant huiusmodi priuilegia exemptionũ. Reliqua, quę pro ordine in suis productis adducuntur, magis pro Comitibus quam ipso ordine facere videntur. Ponderãdum etiã arbitror pro dictis reis comitibus, quod hic in Camera obtinuerunt den Reißwagen / in locum vero reisen vnd folgen videtur, cp collectæ successerint, quæ vt supra dictũ est, sunt de regalib. *Festus de æstimo & collectis p. 2. c. 2. Schurff. d. cons. 59. n. 1. & 2. cent. 1.* His accedit possessio deß jährlichen Friedenschatz in pagis A. P. & O. quam d. Comites ibi habent, & vocant jährliche Stewer / tribut oder collect. quod etiam ex aduerso nõ impugnatur. Cum itaque ex his & aliis per Aduocatum Reorum ad longum deductis constet, d. reos in locis controuersis merum & mixtum imperiũ, in quibusdam etiam simplicem iurisdictionem, solos item regalia vel saltem antiquiora, adiudicarem ipsis dictas collectas litigiosas auff ordinis Güttern / nisi transactiones obstarent, in quibus iis renunciasse videntur. Ac licet ibi nulla mẽtio fiat de dictis collectis nostris, & sic obiici possit in dictis transactionibus non venire, nisi de quibus verisimiliter cogitatum vel expresse actum est, præsertim cum supra dictæ trãsactiones sint strictissimi iuris *Mynsing. cons. 64. nu. 37. cum seqq.* Tamen his non attentis arbitror bene ponderanda inter alia ista verba generalia: daß mir kein Recht weder von Gewonheit noch keinerley Sach halben Gewalt Stewer zu nehmen / &c. vbi videtur fieri nõ potuisse, quin de iis & similibus habita fuerit memoria & cogitatio in d. transactionibus, maxime cum ante similes collectæ in imperio fuerint vsitatæ. Et quamuis hic iterum dubitari posset, magnam fuisse differentiam inter collectas deß gemeinen Pfennings / & has nostras, tamen ego in effectum nullam video, nisi quod antea ipse imperator mediate per suos officiales deputatos à subditis omnium imperij statuum collectas receperit, hodie vero per ipsos status immediate collectio huiusmodi permittitur, forte solummodo ideo ne manifestetur in quantum cuiusq; status in imperio facultates sese extendant. Quare concludo vigore dictarum transactionum recte nos posse pro ordine pronunciare in peritorio, so viel seine eigene Leute vnd Gütter anlanget. Quod vero ad bona allodialia siue propria rusticorum, cum non solum de iis in dictis transactionibus nulla fiat mentio, sed expresse videãtur excluſa per verba illa; jhre eygene Leut vnd Gütter / puto recte reos absolui posse, maxime cum & alias dicti subditi in bonis ordinis pro veris incolis censendi etiam comitum: Ergo multo magis in bonis propriis. Compensatis expẽsis, quia casus difficilis. In causa attentatorum puto pro ordine pronunciandum, cum illa bona, super quibus attentatum sit, extra controuersiam propria ordinis. Et si dominis visum fuerit pronunciandum, in hoc primo putarem Reos condemnandos esse in expensas.

## D. B. Corref.

IVrisdictionem puto fundatam per consensum partium, vt D. Refer. Procuratoria pariter iusta & sufficientia, non attentis illis, quę late in hac materia distinguunt Dd. Canonistæ *in c. edoceri, de rescripto & c. comparati. de iudic.* Cũ stylus & vsus huius iudicij huiusmodi mandata pro sufficientibus recipiat. Nullitates nullæ. Nec enim refert, an publicatio attestationum per interlocutoriam facta sit, vel alias sine ea copia ipsarum partibus data, quia respectu iudicis semper publicatæ dicuntur, & etiamsi partibus non petentibus publicentur communicenturq;, omissa quoque respectu partium publicatio nullitatem sententiæ non induceret, vt pote cum illa nõ de ordine substantiali iudicij sit, licet de ordine iustitiæ esse dicetur, vt per *V ant. de nullit. & defect. proces. num. 40.*

## Quæ actio?

INitio coram iudice Sueuicæ Ligę solum interdictum retinendæ vti possidetis intentatũ fuisse nõ dubito, in quo licet vterq; litigator & actoris & rei personam sustineat. *§. pen. vers. duplicia. Inst. de interd. l. 3. §. hoc interdictum duplex. ff. vti possidetis.* Tamen is, qui primo ad iudicium prouocat,
† actor dicatur. *l. in tribus. 13. de iud.* nimirum quo- 40
ad iudicij ordinationem. *Bald. in l. non cogendum. §. fin. de procur.* Qui vero principaliter se defendendo à iudicio contra se moto, licet consequenter idem se in possessione manuteneri petat, rei partes obtinet. *per not. Bar. in l. de pupillo. § si procurator, n. 1. de nou. oper. nunc.* Ideo & hic administrator ordinis Teutonici Actoris. Comites vero ab O. reorum partes merito sustinent. Quod autẽ merum possessorium à principio ex parte administratoris intentatum sit, ex libelli coram iudice Ligæ Sueuicæ 11. Aprilis anno 32. editi conclusione & petitione satis patet, (quæ licet tituli allegatio in narratis libelli facta fuerit per solam clausulæ salutaris subiectionem, nisi actor ipsemet aliud voluerit) non alteratur. *Neuiz. cons. 79. nu. 4.* Quando enim certo liquet actorem tantum vnã actionem in conclusione libelli comprehensam intentare voluisse, clausula illa in diuersum nihil operatur. *argu. l. continuæ. §. cum ita. de V. O. vt per l. si. in c. significantibus. num. 92. de libell. oblat. Paris. cõs. 131. num. 12. lib. 1.* Idcirco illa tituli allegatio tantum

ad co-

ad coadiuuandũ & confortandum possessorium, non ad petitorium inducendum facta videtur, vt per Cor. *consil. 10. col. 4. vers. & ideo vol. 4.* præsertim cum in iurisdictionalibus (quia sine titulo † possideri non possunt) titulum ostendi saltem pro colore requiratur, vt per Contard. *in l. 1. limi. 2. §. 7. nu. 31. & 38. & §. 8. n. 21. cum aliquot seqq. C. si de moment. possess. fuer. appel.* Vnde Bald. *consil. 165. ad fin. vol. 3.* possessoria iurisdictionum initia quodammodo mixta appellauit vt puta in quibus non solũ substantia possessionis attendatur, sed & qualitas, hoc est, quod iure possideantur, iuris scil. adminiculo concurrente, vt qui in meliora adminicula, ille etiam meliorem habeat possessionem, & in possessorio victus existat. Vnde consequenter non improbabiliter dici & defendi posse videbatur, quod Comites in defensionalibus suis, licet titulos & causas possessionis collectandi iuris sui, (in qua se turbari ab aduersario in artic. 26.) late deduxerint, id esse ad colorandum possessorium & non ad effectum pronunciandi super petitorio factum esse, præsertim cum nullam petitionem defensionalibus suis subiecerint, & id petiisse videri possunt, quod in ipsis duplicibus iudiciis petitum intelligi solet, in quibus præterea, quod reconuentio ipsis connexa sit, & ius excipientis seu defendentis, directo iure agentis opponatur, necessarium non quoq; sit, quod excipiens aliquid petat, vt per Bal. *in l. cum Papin. 14. n. 3. C. de sent. & interloc.* Veruntamen cũ ipsimet rei in exceptionibus suis contra ordinis peremptorialem & elisiuos 18. Apr. an. 43. in Camera productis se petitorium defendendo vsos esse excipiendo, deduxerint. Atq; administrator cõtra respondendo, negando, contradicẽdo & replicando, & sic litẽ desuper contestando, vt per Contar. *in d. l. 1. d. lim. 2. §. 6. n. 46* Et sic partes iura sua hinc inde deducendo, & desuper probationes faciẽdo processerunt, vtrinq; à possessorio ad petitorium transiuisse, vel id cum cõfessoria, alter quasi possessoria, alter quasi negatoria cumulasse recte dici possunt, prout & iure facere potuerunt, quia cum circa in corporalia non sit repugnãtia inter possessorium & petitorium. *Abb. in c. pastor. n. 17. de causa poss. & proprie.* vbi exemplificat, quãdo quis alteri negat ius collectandi cõpetere, & cum illo agit, ne turbetur in possessione vel quasi *Ripa in §. nihil cõ. n. 150. Menoch. rem. retin. 3. n. 339. & rem. 5. nu. 92. & pulchre Bald. consil. 161. lib. 3.* cum vtrunq; quasi possidenti competat, & regulariter vbicunq; petitorio à possessorio vel quasi fomẽtum recipiat, & à possessore exerceri possit, cum possessorio retinendæ † petitorium concurrere & cumulari possit *Bal. in l. ordinarij. 13. n. 6. & ibi Sal. n. 5. C. de rei vind. Menoch. rem. retin. 3. n. 543.* Idq; per modum vel cumulationis, vel mixti iudicij, vel exceptionis, vel mutuæ petitionis seu reconuentionis, vt per eundem Bal. *in l. incerti. n. 12. C. de interd.* Cæterum quando præsens controuersia collectas imperij concernit, atque in eo omnis in vtroq; iudicio quæstio versetur, vter litigatorũ sit in possessorio vel quasi dictas collectas hominibus iurisdict. ergo ordinis Magistri in pagis articulatis subiectis imponendi, vel vtri eorum ius illud collectandi homines illos cum ratione bonorum, quæ ab ordine possident, tum etiam illorum, quæ alias proprietario quodam iure habent, de iure magis competat: Operæ precium me facturum existimo, si quædam ex istis super collectis publicatis recessibus (maxime cum ex iisdẽ omnis controuersia descendere videatur) tum quædam alia ad rem præsentem non inutilia præmisero. Præmitto igitur primo, etiã origine & primordio rei attento omnes imperij collectæ quocunq; tempore indictę à summa imperatoris ac imperij potestate, tanquam à capite processerint, & etiam nunc hodie procedant, illas tamen non ita eadem perpetua ratione & modo imperij subditis impositas, indeq; exactas fuisse. Quemadmodũ enim Rex in regno suo, vbi publica necessitas exigit, præsertim eo casu quo regni seu imperij summa in discrimen deuocetur omnibus subditis suis tã mediatis quã immediatis, qui iurisdictioni ipsius tanquam superioritatem vniuersalem & maioritatem habentis subiecti sunt, collectas † indicere, atq; ab omnibus & singulis exigere, aut vero saltem Baronibus & reliquis regni statibus tãquam subditis immediatis collectam imperare, ac reliquos imperij subditos mediatos Baronibus tanquam suis dominis immediatis in subsidium collectandos relinquere potest, *vt post Andr. de Isern. Mat. de Afflic. in tit. quæ sunt regal. super verb. & extraordinaria. & Iac. de S. Georg. in tract. de homag. n. 36. vers. sed hic cadit. tradit Rol. à valle consil. 1. n. 23. 24. 76. 77. & seqq. vol. 1. Crauet. consil. 603. num. 9. vol. 4.* vbi etiam pulchre dicit clausulam illam reseruatoriam; *inuestituram reseruans sibi ius regium vel imperij iura, seu ius superioritatis seu alti dominij, vel quodcũque aliud ius,* vulgo dech vns vñ dem heyligen Reich an vnserer Obrigkeit vnschädtlich/eo spectare dicit, quod vigore istius clausulæ subditi mediati etiam ad illa saltem onera cogi per principem possint, quæ ad ius illud vniuersale ac supremi altique dominij tuendum pertineant. Sic enim dissimili ratione duos generaliter collectandi modos inde à centum propemodum retro annis, & forte ab illo tempore, quo collectarum vsus in imperio primum cæpit vsque in hodiernum diem introductos, diuersisque temporibus vsurpatos & hactenus receptos fuisse ex omnibus imperii recessibus, quotquot tandem illorum à maioribus nostris literarum monumentis consecrati, ad hanc posteritatem transmissi peruenerunt, vel nostro hoc seculo promulgati sunt, passim deprehendere licet.

Vnum quod ab imperatore ac imperio omnibus tam magistratibus quam priuatis & subditis, hoc est, omnibus imperij ciuibus. *l. in orbe Rom. ff. de stat. hom.* nemine excepto collecta indicitur, sicut factum est mit dem gemeinen Pfenning/

vt

vt est videre in recessu de anno 1495. fol. 29. & 30. p. 1. Item anno 1500. fol. 42. & 43. anno 1542. §. vnd wiewol & § seq. fol. 284. ead. p 1. Alterum (qui est priori crebrior & vsitatior) quo non omnibus imperii subditis indistincte, sed immediatis tãtum, vt pote electoribus, principibus & statib. primarie imponitur, & quia illi huiusmodi collectam per se sustentare non possint, ne de reditibus propriis & consuetis exactionibus persoluere, prout alias de iure tenebantur. *arg. text. l. fin. C. de priuileg. dom. aug. lib. 11.* vbi impp. dicunt se reditus patrimonij necessitatibus publicis frequentissime deputare. *Bald. in l. neminem. C. de SS. Eccle. & in c. conquerente. de offic. ordin. Cardin. in clem. 1. col. 6. de excus. prælat. Natta pulchre cons. 380. per tot. Luc. de Penna in l. 1. col. 2. C. de superindict. lib. 10. Socin. iun. in cons. 98. num. 10. lib. 3. Menoch. cons. 75. num. 86. & 87. de arbitrar. iud. cas. 178. num. 13. 14. Franc. Marcus q. 471. par. 1. Boer. q. 134. ad fin. num. 8. Præpos. in prælud. feud. num. 78.* Dieweil es denselben vnerschwingliche Anschläge auß jren Cammergüttern vnnd gefällen zuleisten vnnd darzustrecken nicht müglich / ideo ipsis de publico potestas fit, vt subditos suos in subsidium collectare possint, daß ein jeder Churfürste / Stände oder Obrigkeit jhr vnderthanen derhalben vmb hülff vnd Stewer ersuchen / vnd die von jhnen eynbringen möge / vt est in recessu de anno 30. fol. 217. §. vnd dieweil die eylende hülff / & de anno 44 fol. 310. § vnd die weil nun / p. 1. & de an. 48. §. wiewol nun fol 16. p 2. & passim in omnibus vsque in hunc diem seqq. recessibus cum anno 44. inclusiue ille collectandi modus hactenus perpetuo in imperio obseruatus inoleuerit, ita vt imp. principum & statuum imperij in subditos directe amplius non compellat, aliqua onera subire, sed quotiescunque aliqua necessitas publica postulat, aliquid conferre principes & status propterea requirantur, ac collectam subeant, vt recte de collectis eiusmodi imperii scripsisse videtur Iacob. Mandinel. *cons. 64. ad fin.* Atque hæc postrema hodie recepta collectæ indicendę ratio, licet non minus quã prior illa imperatoris ac imperii auctoritate & nomine (non vigore regalium, quorum virtute quilibet imperii status iura imperii exercentes pro necessitatibus occurrentibus & casibus permissis, subditos suos collectandi potestatem habent, quæ per hanc imperij collectationem seu contributionem tantum abest, vt ipsis adempta, vt etiam in recessu de anno 42. fol. 84. §. Es sollen auch. vers. fin. expresse reseruata sit) subditis imponatur atque exigatur, & nõ minus quam prioris formę collecta (etiam si à minoribus magistratibus indicatur) ordinarium munus sit, vt infra latius dicetur.

Nec vacationem cuiquam qualitercunq; priuilegiato magis tribuat, quam si ab imperatore ipsomet omnibus imperij subditis immeditate & directo imposita esset. *fac. text. expressus in l. omnes omnino vbi Luc. de Penna & Ioan. de Plat. C. de annon. & tribut. lib. 10.* & expressum est in recessuum textibus, in verbis illis sie sein exempt oder nicht exempt, gefreyet oder nicht gefreyet / vt pote quæ imperium imperij collectas primario statibus indictas respiciunt, non status ipsos quasi illis, qui in territoriis certis iurisdictionem suam fundant: illos qui alias contra ipsorum collectas priuilegio aliquo vel alio iure se defendunt, sed ab imperij collectis immunes non sunt, sed illas pro sua rata pro se & subditis suis contribuunt *collectandi*, potestatem collectandi facere imperator voluerit, nimirum ne concessiones summi principis cum iniuria & damno tertij intelligantur. *l. 2. §. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. public. l. memnerint. C. vnde vi*, quem imperator vix verisimile est subditos alij domino vel magistratui in subsidium venire & auxilium præstare voluisse, quam illi à quo bona temporalia sua & sic propemodum vitam ipsam haberent, *vt per gl. in l. aduocati. C. de aduoc. diuers. iud. Bal. in l. in tuis. C. de oper. libert. & Fel. in c. cum oporteat. col. 4. de accusat.* Sicut pariter ne credendum imperatorem ampliorem collectandi potestatem statibus indulgere voluisse, quam alias magna & improuisa ditionis vel terræ suæ necessitate vel necessaria defensione excepta, & sic extra collectas priuilegiatas de iure communiter haberent, prout illa verba: wie rechtmässig herkommen vnd Recht ist / darüber mit der That niemandt zubeschweren / non adeo obscure mihi innuere videntur, præterea quod ipsorum non interfit, eiusmodi interpretationem recessuum facere, quasi ipsis illos collectis grauare liceat, quia alias à pensitationibus quibuscunque † ipsorum ordinariis communibus & vsitatis liberi & immunes essent, cum hæc collectandi facultas † non sine certa præfinitione neq; in infinitum, adeoq; ipsorum compendium priuatum facta & promissa sit, sed eatenus saltem, quatenus quemlibet statum sua sibi ab imperio assignatæ collectę portio tangat, allein so fern sich einer jeden Oberkeit gebürende Anlage erstreckt. Atque verisimile mihi esse videtur taxam der Anschlag secundum ordinarios & perpetuos reditus cuiusq; status factam esse: tamen à priori collectæ forma tum in aliis, tum vero potissimum in hisce differt, quod in illa subditi in loco domicilii habitationis de omnibus bonis vbicunq; sitis collectentur, daß ein jeder an dem ort / da er gesessen von allen Haab vnd Güttern / so er allenthalben hat / vnuerhindert / wo sie seyn oder ligen / seine Anlag geben / vt in supra dict. recess. de anno 1500. fol. 42. super rubr. daß ein jeder nichts mehr / ꝛc. & d. recess. de anno 42. fol. 286. §. damit / expresse continetur. Id quod in ea collectæ indicendæ forma à iuris ratione non est alienum, vt paulo post dicetur, vt pote cum ab vno supremo principe vt imperatore, qui iurisdictionem vniuersalem & vniformem in omni loco, vt pote per totum imperium habet, omnibus eius ciuibus & incolis maioribus pariter atque minoribus imponatur. Sicuti nec principes, duces & status quicquam † præ subditis suis præcipuum

44

45

46

puum habeant, præter illud quod curæ æstimationis suorum subditorum & eius quod collectæ nomine cuiq; pro modo facultatum suarum indictum fuerit, exactio ipsis demandata sit, tanquam canonicariis ex actoribus quibusdam constitutis, der gestalt daß sie nach den gemeinen lage anzuschlagen / vnd Ordnung nicht höher / ringer oder anderer gestalt / & sic secundum scriptum modum jhre Vnderthanen anzuschlagen vnnd zubelegen vnd was also einem jeden zu seiner gebürenden Anlage aufferlegt / dasselb bezahlt / erlegt vnnd eynbracht werde / Krafft jhrer tragenden Obrigkeit / zu ordnen / zuuerschaffen / vnd zuuerfügen jhnen aufferlegt worden / vt in sæped. recessu de anno 42. §. Es sollen auch). fol. 284. & in §. dem sollen fol. 287. latius est comprehensum. At in posteriore forma nihil tale cautum est, sed forte etiam quia principibus & statibus vt aliorum statuũ subditorum, qui sub ipsis domicilium non habent, bona sibi supposita collectent, expresse non est interdictũ, id ipsis tacite permissum videtur vel saltem id omne iuris cõmunis dispositioni relictum, quatenus alias certi aliquid ea de re per obseruãtiam legitimi vsus introductum alicubi non sit; simpliciter enim cuiq; principi, statui vel magistratui † liberum factum est subditos suos, prout legitimo vsu receptum iurique consentaneũ sit, in subsidium collectare ist einer jeden Oberkeit frey gestelt / vt partim in supra dictis recessibus de ann. 30 44. & 48. ibi vt infra deinde in seqq. recessibus explicatius continetur.

47

48 Quare cum prior collectandi ratio † certam formam sibi expresse datam habeat, minus circa illam dubitationis existit. Quia vero posterior ad iuris dispositionem generaliter relata, & de ea nõ adeo inter omnes iuris interpp. æque conueniat, ideo certi aliquod circa eam constituere & terminare difficilius erit. præsertim cum an collecta subdito † de bonis alibi sitis in loco domicilij habitationis indici possit, vel an forensis de bonis, quæ alibi habet † in loco, vbi sita sunt, collectam sustinere debeat, variantibus desuper opinionibus non leuiter disceptetur. Sed relictis illis suo loco cum ea hinc longius deducere nec conueniat, nec adeo necessarium esse videatur, saltem distinctionem Bart. post Guil. de Cuneo *in l. 1. nu. 33. & 34. C. de mulieribus in quo loco, &c.* quæ omnẽ hãc dubitationem pulchre decidere videtur, subiiciam quæ talis est: Quod vbi collecta imponitur ab eo, qui habet iurisdictionem non in omni loco † vniformem, vt à principe, tum collectas quis soluere debet pro omnibus rebus, quas habet vbique: Vbi vero imponitur ab alio inferiori, † tunc collecta pro rebus extra territorium sitis extendi non potest, eo quod bona subiecta ipsius iurisdictioni non sint. *l. fin. de iurisd. l. cum vnus. 12. §. is qui possidere. de bon. auctor. iud. poss. c. vltim. de paroch. & c. quoniam. de decim. gloss. in d. l. 1. C. de mulieribus in quo loco &c.* quam dicit communiter approbari Purpur. *in l. placet. C. de SS. Eccles.* & Thomatus pulchre explicat *in tract. de muneri. sect. incip sane si negotium geritur. num. 21.* Eandem distinctionem Guil. de Cun. refert & sequitur Luc. de penna *in d. l. 1. colum. 2. ad fin. & tangit Platea colum. 2. ibid. Petr. de Vbald. de collect. quæst. 19. num. 57. Festus de collect. part. 1. c. 1. num. 23. Thomatus in d. sect. num. 27. Ægid. Bossi. in tract. de principe num. 113. Socin. cons. 125. col. 2. vol. 1. Paris. cons. 71. nu. 1. & 2. vol. 1.* vbi quod translati ad domicilium loci dominantis non possint collectari in loco originis pro bonis, quæ ibi sita habent. Cõfirmatur hoc, q ratione bonorum in alicuius † territorio existentium iurisdictioni illius quis subiiciatur, & ratione illorum ibi conueniri possit *l. pupillo. 27. de tut. & curat. dat. ab his, & c. l. Titium & Mauium. 47. § tutores. ff. de admin. & peric. tut. l. quod legato. 38. ver. si autem. de iudic. l. fin. C. vbi in rem act. c. sane c. fin. de for. compet. Rom. consil. 361. col. 1. Natta cons. 389. num. 2. & latissime Fel. n in c. dilectus. el 2. col. 5. nu. 10. de rescrip.* Nec obstat, quia etiam in loco domicilij habitationis † ratione bonorum alibi sitorum conueniri quis potest, igitur & pro bonis illis oneribus quæ personis pro rebus indicuntur, ibi vbi degit grauari quem posse, *per d. l. fin. C. vbi in rem act.* & reliqua similia iura, vt per Bar. *in cõs. incip. ciui. 195. col. 3. lib. 1.* Nam præterquam quod loquitur Bar. in eo casu, quo magistratus loci bona illa non collectat, vt per eundem *in l. 1 n. 33. C. de mul. in quo loco, &c.* quia quãdo magistratus collectat, locus † vbi bona sita sunt, prefertur loco originis & Domicilij, vt per Ruin. post Bar. quem adhoc alleg. *consil. 11. num. 10 volum. 5. & Cassian. Putæum lib. 3. com. opin. in exempl. Lugdun. fol. 113.* non vti in actoris, qui reali actione aliquem conuenire velit, est in electione vtro in loco vel rei sitæ vel domicilij reum conueniat, *per supra allegata Iur. & Felin. in c. dilectus el 2. de rescrip.* Sic pariter in magistratibus collectam indicentibus potestate positum est personam sibi subditam de bonis non in præiudicium tertij, ad quem tuitio publica bonorum illorũ spectat, collectare illis, qui extra iurisdictionem suam sita sunt, vt quæ collectandi potestas, cum iurisdictionis sit, non magis quam ius dicendi potestas extra territorium ius dicentis se extẽdere potest. *d. l. fi. ff. de iurisd. & d. l. cũ vnus. §. is qui possidere.* Hinc Deci. *cons. 285. n. 1. & cons. 694. num. 10.* regulam cõmunem dicit esse, quod onus collectas † soluendi possessoribus incumbat, & consuetudinem Italiæ generalem seruare, vt quis ibi collectam patiatur, licet Bal. *in l. etiam. n. 15. C. de execut. rei iud.* Proinde quod dicitur, vbi munus personæ propter res indicitur in loco domicilij bona vndiq; sita æstimãda & collectanda esse quasi persona, vt principale bona ad se trahat. *l. vn. §. pen. C. de impon. lucrat. descript. lib. 10.* verum est, & procedit, quando bona sub eadem iurisdictione sita sunt, alias secus *arg. l. cætera. 41. §. sed si quis. de legat. 1.* vt ex Oldrad. sententia & solẽni eius tractatu *de muner.* (cuius formalia illa verba esse dicit) refert Soc. *in supra all. cons. 129.* nec obstat vulgatum illud quod collectæ

49

50

51

52

53

54

55

56

57 † quæ personis pro rebus imponentur, non ligent forenses, cum subditis, hoc est, ciuibus tantum imponantur. Quia respondetur primo, quod illud tunc & eo casu procedit, quando collectæ impositæ in ciuitate & alibi spectent principaliter cõmodum personarum, vel ad cumulandum ærarium particulare eius loci, secus si spectet tuitionem aut defensionem bonorum eius loci, & sic & bonorum, quæ forensis ibi possideret, vel respicerent principaliter cõmodum principis, vt tributa & munera patrimonialia, quia tunc etiam forenses collectis illis tenerentur, vt omnes ab ipso allegatos concludere testatur Tiber. Decian. *responso suo num. 4. lib. 1.* & sentit ita expresse Paris. à Decia. non allegatus *cons. 25. num. 8. & 9. lib. 1.* qui allegat ad hoc idem tenentem Luc. de penna *in d. l. 1. num. 3. C. de mulieribus. in quo loco. per l. omnes prouinciarum. in verb. territoria ciuium, per quod possessores prædiorum significantur. Codice de oper. pub. & l. fin.* vbi idem Lucas de penna *col. 6. C. à quibus mun. & præstationibus nemini licet se excus. lib. 10.* & Bald. dicit in imponenda collecta esse inspiciendam causam, ob quã illa indici debeat, vtrum omnes in prouincia tangat pariter, vt si imponatur causa tuendi prouinciam & habendi proprios stipendiarios, quæ causa omnes tangit, & principaliter publicæ vtilitatis causa fit, tunc omnibus indici debet, & ei qui vnam tantum domum vel possessionem aliquam in prouincia illa habet, idq; pro modo patrimonij quod habetur, siue in immobilibus siue in animalium capitibus, siue pecunia numerata per *l. fin. & ibi not. C. de mun. patrim.* facit pro hac sententia pulchre ratio, quam Salic. *in l. neminem. C. de SS. Eccles.* adducit & refert ex ipso Nat. *cons. 160. num. 8.* Quare ratione rerum possessarum non te-
58 neantur forenses † onera subire, quæ propter res personis impediuntur, quia sc nec commoda nec honores loci percipiant. *arg. l. eum qui, in pr. de iureiur.* & addit ibi Salic quod onera mere realia tributorum & onera conseruationem rei & fructuum concernentia subeant etiam forenses, tunc & secundo non inconuenienter responderi existimo, quod vulgatum illud supra dictum verbum procedat in muneribus vel collectis personalibus & realibus prædialibus, quæ in loco, vbi ipsa prædia sita sunt, solui debent, vt egregie distinguit ad hoc alias à nemine, quantum ego viderim allegatus Dom. à S. Gemi. *in c. 3. num. 7. de muneribus Ecclesiast.*

59 Præmitto secundo; quoniam omnis † collectandi potestas, sicuti alioquin munerum impositio. *l. munus l. pupillus. § munus. ff. de V. S.* à Iurisdictione dependet & vigore eius collectæ exigũntur, licet de regalibus sit *c. vn. quæ sint regal. Crau. cons. 195* & meri imperij gradus quidã (vt nonnulli volunt) maximi esse dicantur. *Bal. in l. etiam. de exec. ret iud. Soc. iun. cons. 98. num. 24. lib. 3.* vnde in Imperij recessibus quibuslibet magistratibus, quibus imperialis collecta indicta, permissum est subditos suos in auxilium requirere & subcollectare, ist einer jeden Obrigkeit frey gestelt vnd zugelassen/jhre Vnderthanen mit Stewer zubelegen/ vt supra ex recessu de anno 30. est allegatum. Non immerito ista inde incidit dubitatio, qui & quales magistratus & subditi verborum illorum cõprehẽsione sint intelligendi, & si plures magistratus, qui vel eosdem subditos varie & diuerso respectu possideant ( quia vnus homo † plurium 60
dominorum homo esse potest ) concurrant, vtri tum in concurso illo imperiales collectas ab hominibus illis exigendi potestas competat. Et de iure quidem indubitatum videtur, quod sicut olim procõsules & prouinciarum præsides, ita hodie duces, Marchiones & Comites † de Ducatu, 61
Marchionatu & Comitatu suo in perpetuum inuestiti plenissimam potestatem habent. *l. si in aliquam & l. & ideo l. nec quicquam. de off. proconsl. l. ex omnibus & l. omnia. de off. præsid.* Et imperium merum per principem pro consulibus, præsidibus, hoc est, ducibus, Marchionibus & similibus cõmunicatum sit, vt per Bart. *in l. imperium. num. 6. de Iurisd.* Atque ideo ad ipsos non tantum gladij potestas pertinet. *l. illicitus. §. qui vniuersas. de offic. præsid. auth. de defensor. ciui. §. audient. Bal. cons. 499. num. 2. vol. 4.* Sed & tributorum collectarumque impositio & exactio in omnes, & ab omnibus in territorio suo habitantibus, & propterea iurisdictioni suæ subiectis. *§. si quis igitur ex quolibet. auth. quibus mod. natur. effic. sui,* vt pote quibus de dominio perpetuo inuestitis & dominis constitutis regalia huiusmodi competant, imo & reseruata principi exercere possit. *Dec. cons. 403. num. 6.* post Castr. ab omnibus ad hoc allegatum *cons. 34. col. 3. in fin. num. 6.* Cuius opinionem contra Felinum & alios quosdam dicit receptam Soc. Iun. *cons. 98. num. 1. vol. 3.* etiam si illorum regalium mentione illa vniuersali concessione facta per nomina significantia vniuersitatem, veniant regalia, vt per Ial. *cons. 45. col. 4. nu. 16. lib. 1. & pulcre per Crau. cons. 411. num. 46 & seqq.* in qua concessione transeunt omnia iura, quibus concedens vti poterat in concesso suprema potestate vel dominio excepto, vt pulcre per Dec. *cons. 123. num. 25. vol. 3.* allegant ad hoc Bald. *in l. Beneficium. col. 1. de constit. Princip.* & alios Seisel. *in spec. feud. tit. qui feud. dare pos. ver. vnde verum est.* vbi regulam ponit cum 9. limitationibus. Licet in generali concessione talia iura non veniant *l. 1. §. 1. de offic. eius cui mand. est iurisd. c. per trãslationem. vbi DD. de offic. leg. vt per Castr. cons. 63. p. 1.* Quandoquidem sub vniuersitate † multa ve- 62
niunt, quæ alias non veniunt sub generalitate. *Dec. cons. 123. num. 10. & 92.* quamuis non minus si Rex vel Imperator Duci vel Comiti regalia vel imperialia generaliter concedat in terra sua omnia, quæ in persona principis cohærent, concessisse videtur, & sic quæ ipsemet concedens habuit, licet specialiter ex regalibus illis nihil expresserit, vt per And. de Iser. *in rub. quæ sint regalia n 3* & quod in tali concessione speciali enumera-

tione

tione nō opus sit, sed generalis sufficiat omniū regalium in genere dicit communem Ægid. Bosſ. *in tract. cum tit. de regalib. num. 27.* Quamuis si quędam in specie expressa sint, tunc illa sola expressa censeantur. *Roland. à Valle consil. 1. num. 17. lib. 2.* Nisi causa generalis subiecta fuerit, quę similia vel minora expresse includat, vt per Rom. *consil. 271. & Castr. in d. consil. 63.* Sed circa has communes Dd. doctrinas singulariter & summopere notandum, quod imperator qualitercunque merum imperium & omnia regalia Electoribus, principibus, Ducibus, marchionibus, comitibus, vel quibuscunque aliis statibus vel tacite per concessionem vel inuestituram, dignitatis administrationem siue iurisdictionem omnem esse scribit *Bal. in l. 2. num. 28. C. de Jeru. & aq.* Et easdem dignitates regales esse forte quoad constitutionem earum, non quoad dignitatem realem cum illis communicandam vt declarat Lanc. Conrad. *in templo omn. iud. lib. 1. c. 4. num. 6. & seqq.* dixit idem Bal. *in c. 1. n. 3 per text. ibi. de feud. March. Alex. consil. 25. circ. num. 10. lib. 5. Socin. consil. 68. num. 1. Lib. 1.* Vel expresse per concessionem regalium generalem aut specificam communicet eam communicationem sic semper exaudiri, vt in ipso communicante maneat maior potestas illa, quæ communicata sit, sic bellissime Bal dixit Imperatorem alios sibi sumere in partem solicitudinis, sed non in plenitudinem potestatis, nihil per id sibi absorbendo de suprema iurisdictione, quæ quia quid perfectum sit neque crescere neq; minui possit. *Bal. consil. 333. col. 2. lib. 1* cui concordant, quæ scripsit Gram. *vo-*
63 *to 2 8. num. 5.* quod semper in domino maneat † maior iurisdictio & potestas, quam in alium trāsferat. Quare inuestitura vel concessio Imperatoris quæcunque semper intelligenda est vt maioritatem supremamque potestatem atque ea omnia, quæ ad illam tuendam ac conseruandam necessaria sunt, sibi reseruasse putetur. (Cum nec possit proprietatem imperij vel ius superioritatis, quod in iurisdictione imperij habet, à se eradicare, nec transmittere, nec donare, alienare, vel alias ab imperio eximere, vt per eundem Bal. *consil. 327. num. 17. lib. 1.* vbi Imperatorem, procuratorem & officialem maximum appellat, & Pet. Iac. *in pract. libel. super iurisd.* ibi: *positionales coloris*, in tantum concedendo donandoue alicui homines imperij non ipsos alienare, sed adhuc maioritatē imperij retinere dicatur *Bal. consil. 333. col. 2. lib. 1.*) Atque sic suprema collectandi potestas quacunque aliis eius facta concessione non obstante apud Imperatorem imperiumque ipsum perpetuo remanere, quam in casu euidentis necessitatis, vbi Imperij totius discrimen versetur, vsurpare possit, vt supra initio huius voti dixi, & pulchre tradit Crauet. *consil. 603. num. 2.*

Quibus ita positis perspicuum esse inde puto, vt quæcunque in imperio indictæ collectæ, vt pote non ab aliis communicata, sed reseruata suprema & apud Imperatorem perpetuo residente potestate descendant, proinde q; collectarū illarum ratio alia & plane diuersa sit ab illa, quam Dux Marchio vel Comes vigore suorum regalium prouinciis & dominiis suis imponunt, vt pote quæ per Imp. principaliter ac directo principibus, & statibus imperij, & deinceps in ipsis & per ipsos principes & status tanquam magistratus secundario & indirecte plebeis & subditis eorum ob communis patriæ salutem contra imperij & Christiani nominis hostem non huius vel illius prouinciæ in particularem defensionem propugnationemque imponitur, sicut magistratus illi quicunque modo alias de iure eius rei potestatem habeant, suos subditos pro cogenda sibi assignatæ collectæ summa in auxilium aduocent & quasi subcollectent, non vi & virtute regalium suorum (vt supra quoque tetigi) sed summa imperij auctoritate sibi de publico facta, tributa & demandata concessione ac potestate, vt supra allegata verba: damit einer jeden Obrigkeit/wie rechtmässig herkommen vnnd Recht ist/ꝛc. Frey gestellt vnd gelassen/clare exprimunt, & euidentissimum quoque eius rei argumentum præstat reseruatio illa, cuius supra etiam memini principibus & statibus in Imperij recessibus expresse facta, quæ vtique eius efficaciæ & operationis esse videtur, vt si necessitas quædam incidat, princeps & quilibet status imperij, generali illa contributione imperij non impediente, incolas & subditos terræ suæ pro defensione illius collectarum oneri nihilominus subiicere possit per supra dicta. Quare & quia einer jeden Obrigkeit/& sic indistincte cuilibet magistratui, quatenus alioquin legitima vsurpatione vel de iure id possit, vt in verbis rechtmässig herkommen/oder recht ist/ꝛc. permissum est † 64
subditos collectare, consequi inde videtur, verba Imperij recessuum Obrigkeit vnd Vnderthanen non aliter interpretatione coangustanda esse, vt illos tantum magistratus comprehendant, qui in ditionibus ac dominiis suis iurisdictionē fundant tanquam in territoriis, tum vt illos tantum subditos, qui sub Iurisdictione eiusmodi domicilij sui constitutionem fecerunt, respiciat, reliquos vero magistratus, qui, qua alia ratione legitima iurisdictionem suam defendunt, & sibi subiectis imperant, omnino excludant, & quoscunque ipsorum subditos, qui alias ipsis immediate parent, adeoque caritatiua subsidia ab illis exigendi potestatem habent competenti illis de Iure subsidio eos defraudando, reliquis terrarum dominis collectandos subiiciant, quam sane mētem recessuum fuisse nequaquam verisimile est, sed potius quod cuilibet statui suos subditos quocunque modo ipsi subditi sint, modo etiam collectandi ipsos potestatem vel ex legitimo vsu, vel alias de Iure vel priuilegio aliquo habeat in subsidium suum non aliter, atque alias, vbi non tam propter terræ improuisam quam aliquam magistratus necessitatem collecta, indicenda foret, collectandos relinquere voluerint.

65 Sic enim omnino collectas † hasce imperij intelligo quod magis collectarum, quæ alias non propter prouinciæ casum insolitum, aut guerram imminentem inopinatam, sed potius propter domini vel magistratus ipsius necessitatem ac indigentiam subditis imponuntur, vt post alios distinguit Soc Iun. *d. consil. 98. volum. 3.* instar habeant, & illis assimilandæ videantur, ne alias commodum collectarum concessione & mandato imperatoris ad illum deriuetur ac transferatur, ad quem alias non tam indistincte pertineret vel perueniret: Contra vero auferatur illi, qui subditorum suorum subsidio vt collectam imperij sufferre possit, nõ minus sed forte magis indigeret, quod à mente principalis alienissimum esse videtur, quasi is de alieno largiri voluerit, faciunt pulcre notata Lucæ de penna *in l. fin. col. 5. Codice de exact. tribut. lib. 10.* Atque contrariam Imp. mentem præter supra dictam reseruationem euidentissime conuincunt principibus quibusdam passim data immunitatum & exemptionum priuilegia, quibus à reliquorum principum, in cuius territoriis homines & bona sua sita habent, exactionibus & collectis omnino exempti sunt, saluo tamen & excepto Iure, quod territorium dominis competere possit, vt plerumque in huiusmodi priuilegiis exprimitur, & si expressum non sit, semper tamen sine damno & præiudicio alterius concessa de Iure intelligantur. *l. nec damnosa. Codice de prec. Imp. offer. l. nec auus. Codice de emancip. lib.* & secundum ea quæ in terminis per Lucam de penna *in d. l. fin. col. 5.* notantur.

66 Sicut priuilegiorum † illorum ille sit effectus & operatio, ne extra casum euidentis necessitatis vulgaribus & communibus collectis grauentur, vt pote quæ necessitas semper in omni immunitate quibuscunque amplissimis verbis concepta, iure ipso tacite excepta est. *l. si ex toto. in pr. vbi late Alex. & Iaſ. de leg. 1. Panorm. & Dd. in c. peruenit. num. 24. de immunit. Eccles. Tiraquel. de nobilit. c. 20. numero centesimo sexagesimo nono & Luc. de penna in l. fin. col. 3. & 4. vers. Quarto ex his quæritur. Codice de limitroph. li. 11. Neuizan. consil. 66. num. 9. per infinita iura & Cravet. cons. 905. numero tertio.* Item ne propter imperij collectas vel illarum prætextu ab vllo imperij principe vel statu onerari possint, sicut hoc priuilegiorum illorum tenor declarat, dum quod eiusmodo exempti de omnibus suis hominibus, subditis & bonis quascunque Imperii contributiones ipsimet sustineant & persoluant, contestatur, prout infra in proposita facti specie latius dicetur. Confirmatur hæc sententia, quod dominus proximus & im-
67 mediatus † plus iuris quam mediatus in subditos habeat, & ideo subdit illi potius domino suo mediato, quam immediato succurrere & opem ferre debeant, & non nisi in casu euidentis necessitatis ad auxilium mediati astringantur, per tradita Crauett. *in d. consil. 603. numero secundo.* & faciunt notata Roland. *consil. 1. num. 80. volum. 2.* Præterea quod potius domini proximi sui Sacramentum fidelitatis præstiterunt (licet in mediati domini territorio domicilium habeant, tamen non de territorio illo esse dicuntur, sed per priuilegium inde exempti sint, vt per Anchar. *consil. quadrincẽtesimo trigesimo septimo ad fi.*) subditi esse dicantur, faciunt, quæ late scribit Crauet. *cons. 442. num. 3. & seqq.*

Præterea hanc interpretationem non obscure adiuuare videntur verba contextus ipsorum recessuum super Imperij collectis, in quibus licet in recessu de anno 51. §. Solche der Stände / ꝛc. fol. 72. p. 2. verbum Obrigkeit statim in recessu de anno 57. rursum expunctum & resecatum est, vt in recessu illo §. So soll es derwegen / fol. 197. par. 2. videre licet, atque ex eo tempore hactenus in omnibus Imperij recessibus omissum fuerit, idque sine dubio variarum disputationum præcauendarum causa, quod ex illo vocabulo, ordentliche / super recessibus illis oriri & moueri tum in quorundam statuum compendium, multorum vero præiudicium & grauamen, & infinitorum imperialium priuilegiorum euersionem detorqueri poterat. Notum enim est ex vulgata & communi iuris interpretum sententia, ordinariam ac vniuersalem iurisdictionem † illam 68
proprie dici, quæ territorio cohæret, vt per Bart. *in l. 1. §. initio. num. 9. de offic. præf. vrb.* sicuti communiter teneri testatur Iacob. de S. Georg. *in l. fin. numero secundo in 1. lectur. de Iurisdict.* Sic vt licet iurisdictio interdum † loco & territorio, quando- 69
que vero personæ cohærere possit, vt post Bart. tradunt omnes *in l. fin. in fin. de iurisdict.* in dubio tamen eam territorio cohærere iudicandum fuit, secundum eundem Bart. *in l. inter eos. de acquir. rer. domin.* vnde Matthæus de Afflict. *in c. num. 5. qual. vasall. iurar. deb. fidel. determinat.* quando iurisdictio respectu personarum detur, quod illa nunquam ordinaria, atque ideo iurisdictio, quam dominus pro feudo habeat, extraordinaria sit, veruntamen cum non sit de substãtia iurisdictionis
† ordinariæ territorium habere, vt per Bal. *in* 70
*dict. leg. 1. §. initio. col. 1. in fin. de offic. præf. vrb.* non minus legitimam ac ordinariam iurisdictionem illi quoque habere dicuntur, qui illam in certas tantum personas & res vel bona limitatam habent (quemadmodum feudi dominus quantumcunque etiam vilis rusticus super rebus, quæ ab ipso in feudum recognoscuntur, iurisdictionem ordinariam habere dicitur, *per c. imperialem. §. vlt. de prohib. feud. alien. per Frider. vt per Cardin. Zabarell. in Clem. pastoralis, super vers. denique in 3. notab. & col. 3. quæst. 4. de senten. & reiud.*) licet territorium non habeant nisi improprie & abusiue, sicut Iohann. Andre. illum qui in certas personas potestatem habet, propterea territorium habere dixit. *in cap. cum contingat. de for. compet.* cum in certo fundo territo-

rium

rium non constituatur, per Bal. *in l. à procuratore. C. Mandati. & in c. 1. § fin. nu. 2 quib. mod feud. amitt. & in c. 1. nu. 7. de allod. Bart. in l. 1. ad fin. de iurisd. Iason post Bal. in d. l. à procuratore. cons. 57. num. 16. vol. 3.* nec
71 territorium habere † dicatur, quicquid speciale in territorio habet. *Decian. d. cons. 123. n. 34. apostill. Bal. in l. 1. §. initio. col. 1. in fin. cers. sed dubitatur de offic. præf. vrb.* licet nunquam ius reale in re radicatum talis iurisdictio sine territorio considerari possit, vt per Ias. *cons. 46. num. 27. vol. 2.* eamque iurisdictionem specialem etiam intra alterius territorium habere possunt, titulo vel singularis priuilegij, præscriptionis, vel alio quocunque, vt per Bal. *in c. 1. num. 16. de capit. qui curiam vend. l cum multa. C. de bon. quæ lib. & d. c. 1. num. 7. de allod.* Nihil enim impedit, quin vnus iurisdictionem vniuersalem, quæ à territorio describitur, vt Bal. *in d. l. cum multa,* inquit alicubi & alter ibidem iurisdictionem aliquam specialem in certas personas & bona ab vniuersali illa excepta habeat, ille cum territorio vel in territorio castri ducatus vel alterius vniuersitatis sibi inuestitæ de iure communi, hic ex priuilegio, præscriptione vel quocunque alio iure, vt per Anchar. *consil. 30. num. 12. & 16.* sicuti multo magis insolitum non est, quod quis castrum cum peculiari territorio intra prouincialem alterius habeat, & sic ad alium quam prouinciæ dominum cum omni sua iurisdictione pertineat, vt per Ioan. Andr. & post eum Abb.
72 *in c. nimis. de iureiur.* sic quod vnum castrum sit † in territorio Genuensium, non sit tamen de ter-
73 ritorio Genuensi: sicuti loca exempta sunt † in diœcesi, non tamen sunt de diœcesi. *Anchar. consil. 437. num. 3.* Item, quod vnus dominus habeat
74 iurisdictionem † in parte alterius domini territorij, vt per Bald. *in l. vno de legatorum. col. pen. de offic. deleg. Ias. in d. consil. 146. num. 4.* Quemadmodum non est inconueniens, vt vnus sit dominus
75 in vniuerso, † alter vero in particularibus quibusdam rebus sub vniuersitate illa comprehensis, *per text. in l. 1. §. fin. vers. sed enim gregem. de rei vind.* Sic ratione iuris non repugnat, vt idem circa iurisdictionem, quæ dominio similis est, contingat, cum argumentum à dominio ad iurisdictionem & econtra regulariter procedat, vt pulcre per Bart. *l. 1 ad fin. de iurisdict. & l. qui furere cepit, vbi Bartol. Bald. & omnes, de stat. hom. Baptist. Eimo. de alluuionibus lib. 2. cap. 6. num. 16.* Et quia ex
76 iam dictis patet, iurisdictionem bifariam † competere posse, vel ratione certi territorij, vel respectu certorum bonorum & personarum, à iuris ratione alienum etiam non videtur, vno (sicuti Bald. iurisdictionem consideratam respectu territorij qualitatem quandam esse dixit *in l. data opera. num. 29. C. qui accus. non poss.*) vt qualitates territorij ducalis, &c. quæ non nisi domino territorij competant, & territorio cohæreant, cum non reperiatur persona, cum qua finiantur, vt in simili dixit Bald. *in c. 1. quæ sint regal. numero quarto.* Alteri sicuti iurisdictio in res & personas particulares tributa. Vnde etiam illud consequitur, quod iis qui in res & personas in alterius territorio sitas & habitantes iurisdictionem suo quodam peculiari iure habet, etiam collectandi potestatem eodem iure super illis habere, & sicuti in iurisdictione, ita & in collectandi iure, si titulum legitimum iuris sui per priuilegium, præscriptionem vel alio modo ostenderint *c. 1. & c. cum persona, de præscript. in 6. vt per Anchar. d. consil. 437. ad fin.* contra eum qui de iure communi in territorio fundatus, & non tam de publico interesse, quam priuato suo commodo certat, wie ein ander Obrigkeit. In his imperij contributionibus quænam vi regalium vel ob loci particularis necessitatem vel defensionem, vt supra deductum est, imponuntur, obtinere & in iudicio victor existere possit.

Tertio & vltimo præmitto munerum † quæ- 77
dam patrimonialia, quædam personalia, quædam mixta esse, vt sunt text. *in leg. 1. & leg. vlt. de muner. & honor.* Item munera patrimonialia † ite- 78
rum subdiuidi, sic vt quædam rebus imponantur, quædam vero personis principaliter propter res, vel respectu bonorum, in quibus obligatio, vt inquit Bald. in personam dirigitur, sed causa finalis est res ipsa *l. rescripto. § fin. d. tit. Bald. in l. 1. num. 33. C. de sent. quæ pro eo quod inter.* Quibus 79
quidam adiiciunt adhuc tertiam speciem † munerum patrimonialium, quæ quodam sumptu personæ, nulla tamen patrimonij contemplatione imponuntur, vt est tributum & census, qui soluitur per capita in recognitionem vniuersalis dominij, vt de his omnibus late scribit Ioan. de platea *in rubric. & l. iurisdictionis. C. de annon. & tribut. & in l. vnde. Codice de mulier. in quo loc. lib. 10.*

Præterea munera quædam ordinaria, † quæ- 80
dam extraordinaria esse, quæ vtraque tamen bi 81
fariam sic dicuntur. Nam ordinaria dicuntur † primum, quæ lege, SCTo vel conuentione principis inducuntur. *l. 1. C. de vacat. mun. & l. 1. C. de indict. lib. 10.* Extraordinaria vero, quæ à magistratibus † imponuntur. *d. l. 1. C. de vacat. mun. & l. in* 82
*honoribus. § qui muneris ff. eod.* Et munera extraordinaria dici, quecunque ab inferiore seu ab vniuersitate imponuntur, putat Bartol. *consil 180. incip. Si aliqua possessio. numero secundo lib. 1.* & Ruin. *in consil. 117. num. 5. lib. 4.* dicit quod siue collecta sit certa & perpetua, siue incerta & varietur in tempore omni casu dicatur extraordinarium munus, refert & sequitur Crauet. *consil. 945. num. 22.* secundo modo ordinarium vocant, quod habet certam annuam ac regularem & semper vniformem perpetuamque præstationem secundum Guilhelm. *de Cun. in l. neminem. Codice de Sacrosanct. eccles. Cyn. in l. voluntariæ. Codice de excus. tutor. Bartol. in d. l. 1. colum. vlt. num. 40. Codice de mulieribus in quo loc. & c. Bartol. Bellincinus in tract. de subsidio caritatiuo quæst. 32. num. 6. & 7.* Extraordinaria vero † quod talem præstationem certam 83

& perpetuam non habet, verum vt res & neceſſitas poſtulat, imponitur. *l. ſed etſi per prætorem. §. ſi feriæ*, ibi, *feriæ extra ordinem indictæ vel repentinæ ſolennibus opponuntur. Ex quibus cauſis maior, &c. Bartol. in d. l. 1. C. de mulier. d. num. 40. Iaſ. in l. plures num. 7. C. de SS. Eccle.* Collecta igitur munus † ordinarium eſt & patrimoniale, mixtum quo de perſonis pro rebus pro modo facultatum imponitur. vt tenet Iſern. *in tit. quæ ſint reg. in verb. extraordinaria collecta. num. 61. Matth. de Afflict. num. 13. & Bald. num. 6. Petr. Antibolus in tract. de munerib. in diuerſis quæſtionib. quæſt. 3.* Quod quidem ſecundum ſupra dicta quando munus ordinarium pro eo, quod à lege vel principe indicitur, accipitur, in collectis imperij minus dubitationis habet, eas ſcilicet ordinarium munus eſſe, ſecundum id quod not. Luc. de penna *in d. l. 1. C. de indict. lib. 10. & text. ibid. in verb. accipit*, quod collectæ quæcunque quæ in regno vel imperio principe demandante imponuntur, munera ordinaria & canonica dicuntur. Nec minus recte munus patrimoniale mixtum dici poteſt, quia perſonis vt ciuibus & incolis ratione rerum imponuntur. quamuis non dubitem etiam munus mere patrimoniale aliquando dici poſſe, quando forenſibus nimirum vel ipſorum prædiis in aliquo territorio, vbi domicilium non habent, imponuntur, quia tunc collecta, licet perſonæ vt non ſubditæ imponi non poſſit, imponi tamen poteſt rei, quæ ſubdita reputatur, poſtquam ſita eſt in territorio collectam imponentis, vt pulcre allegans ad hoc Innoc. *in c. poſtulaſti, de for. compet.* inquit Caſtr. *in l. inter debitorem. col. 2. de pact.* addens ſic debere limitari regulam *l. libertus §. ſola, ad municipal.* vt ſci.
84 intelligatur, quod non poſſit imponi collecta † perſonę forenſi, ſed bene rei.

Nec etenim inconueniens eſt, vt vnũ vel idem munus, & eadem collecta, munus mere patrimoniale & mixtum ſit, per ea quæ tradit *Ioan. de Platea in tit. C. de immunit. nemin. conced. lib. 10.* vbi inquit, quod quando impoſitio collectæ fiat pro onere mere reali & refectione viarum, pontium, ad quam prædia vicina teneantur, tunc Eccleſiam & forenſes teneri ſecundum æſtimationem iugerum & animalium, quæ ſunt in illis prædiis adiacentibus, &c. Et Bald. *in l. per Bithiniam. ſupra alleg.* vbi expreſſe dicit eandem collectam diuerſo reſpectu patrimoniale & mixtum munus dici poſſe. *C. de immun. nem. conced. lib. 10.* Et facit huc diſtinctio Nonij. *conſ. 45. num. 19. & ſeqq.* allegans Pariſ. *conſ. 25. num. 75. lib. 1.* & quod tradit Franc. Aretin. *conſ. 132.* formam impoſitionis ſolam eſſe,
86 quæ diuerſificat munera realia † ab illis, quæ perſonis pro rebus indicuntur, vt ũ verba dirigantur ad rem, munus reale ſit, ſi vero ad perſonam, munus mixtum dicatur, prout etiã diſtinguit Bald. *in l. fin. num. 3. C. ſine cenſibus & reliquis, &c.* Quamuis id per Neuizan. poſt alios ab ipſo allegatos *conſilio ſexageſimo ſexto numero trigeſimo tertio* reprobetur.

## An probata.

EX peremptorialibus & eliſiuis articulis ordinis conſtat ipſum intentionẽ ſuam fundaſſe in inueſtituris, regalibus, priuilegiis & immunitatibus ab Impp. & Regibus Romanis ſibi & ordini à multis retro ſeculis tributis, conceſſis & donatis, item in iuriſdictione, quam in omnes ſubditos fidelitatis Iuramento tanquam ordinario magiſtratui ſuo obſtrictos, ipſorumque bona omnimodam (ſolis cauſis maleficiorum exceptis) in articulatis pagis, vbi quædam ſua peculiaria, quædam vero communia cum Comitibus Iudicia conſtituta, dahin jhme dicti ſubditi gerichtbar vnd Vogtbar/ꝛc. habeat, cuius Iuriſdictionis, item prædictarum inueſtiturarũ, regaliorumque vigore ſibi vt principi Imperij ius collectandi competat, eiuſque quaſi in poſſeſſione ſit. Item, quod de iure communi, ſicuti alij Eccleſiaſtici, ordo ſinlariter priuilegiatus & exemptus ſit † ab omnium 87
ſecularium exactionibus, cum omnibus hominibus & bonis. Denique in tranſactionibus quibuſdam inter ordinem & Comites olim erectis, quibus Comites omni collectandi iuri ſuper ordinis hominibus & bonis ad tres Teutonicas domos E. O vnd W. gehörig/ & in comitatu O. habitantes & ſita renunciauerint, & omnem deſuper iuriſdictionem ordini (exceptis criminum caſibus) ceſſerint, quæ & qualiter probata ſint, breuiter videndum.

Quod igitur ad inueſtituras & priuilegia in Iudicio exhibita attinet, ex inueſtiturarũ literis ſub D Ferdinando Imp. 26. Martij anno 58 datis manifeſtum eſt, quod magiſter ordinis multis antea regaliorum ſpeciebus, ſi non maioribus, certetamen non diſſimilibus ante enumeratis per generalem ſubiectam clauſulam; *de omnibus vel quibuſcunque aliis ſpecialiter non expreſſis regalibus vt alius quilibet imperij princeps, iura principis habens, ſit inueſtitus*: quod ad probandam iuris collectandi conceſſionem ſufficit, licet in ſpecie de ea mentio facta nulla ſit, ſecundum ea quæ ſupra in commiſſis deducta ſunt. Et quod illa collectandi facultas ſuper omnibus ordinis hominibus ſubditis, domibus & bonis Adminiſtratori ipſi vt imperij principi per priuilegia exemptionum tributa & collata ſit, ipſemet priuilegiorum tenor probari videtur, dum de ſubditis & bonis ſuis ab exactionibus aliorum liberatis, Ordinis Magiſtrum omnes contributiones imperij inferre dicitur, facit ad hoc elegans doctrina Bar. *l. 2 § videndum, ad SC. Tertull.*

Quod quando aliquis remouetur à lucro vel commodo contemplatione alterius, tunc commodum intelligatur applicari illi, cuius intuitu & reſpectu fiat illa remotio vel priuatio, quam doctrinam approbant Bal. *conſil. 88. num. 2. vol. 3. Rom. conſ. 43. n. 7. vol. 3.* & communiter ita teneri teſtatur Curt. Iun. *conſ. 93. n. 7.* ſicut cõmodũ collectarum

aliis

alijs adempt͂ Ordinis Magiſtro vt imperij principi tacite applicatum putetur. Quod autem non ſolum ab illis collectis quocunque modo de facto vel proprio prætenſo ipſorum iure, ſed etiam ab iſtis, quę publicarum contributionũ imperij nomine & prætextu, quibus ordinis homines & bona per alios magiſtratus vel imperij ſtatus grauari & onerari poterant, ſecuritatẽ & immunitatem Adminiſtratori & ordini ipſius præſtare conferreq́ue Impp voluerint, ex eo manifeſtatur, quod verba priuilegijs in eodem contextu Ordinis Magiſtrorum ratione ſubditorum & bonorum ſuorum omnia imperij onera ac penſitationes quaſcunque ſufferre & perſoluere conteſtentur, quæ in priuilegio Carol. V. de anno 30 ita ſonant: Daß Adminiſtrator ſeines Ordensleuten/ Vnterthanen/Obrigkeit/Häuſer vñ Gütter allenthalben im H. Reich geſeſſen vnnd gelegen / ſo ſie in Verleihung deß Reichs regalien empfangen/in allen vnd jeden deß Reichs Abligen / Heerzügen/ Anſchlägen/Aufflagen vnd Beſchwerden gehorſamlich vertretten ꝛc. quibus verbis generaliter & indiſtincte omnia imperij onera quocunque vel ordinariorum vel extraordinariorũ munerum nomine nuncupentur, quæ quocunque tempore ſecundũ occurrentem neceſſitatem per imperium ſtatibus indicũtur, ſub clauſula, *omnia & ſingula, &c.* comprehenduntur, vtpote cum clauſula huiuſmodi eam naturam habeat, vt intactũ nihil relinquat, *per gl. in c. vt circa. §. 1. verb. omnia & ſingula, de elect. in 6.* vimque diſiunctiuam habeat, vt perinde ſit, ac ſi omnia onera ſingulatim & in ſpecie expreſſa eſſent, per Bal. *in l. 2. col. 2. circ. med. C. de probat. & in l. 1. n. 45. in fin. C. qui accuſ. non poſſ. Crau. conſil. 381 nu. 4. & latius conſil. 603. numer. 3.* Nec quidquam in contrarium mouent clauſulæ illæ priuilegiorum, quibus illa confirmantur, ratificantur & renouantur: So viel Adminiſtrator vnnd ſein Orden deren in Vbung/Gebrauch vnd Poſſeſſion geweſen vñ noch ſeyn. Itẽ/männiglichen an ſeinem Rechten vnnd Gerechtigkeiten vnuorgriffen vnnd vnſchädlich ꝛc. Nam cum ante 300. & amplius annos Ordo titulum pro omnibus caſtris, caſalijs, hominibus & poſſeſſionibus ſuis, quas tum temporis habebat & in futurum adeptus erat libertatis ſuæ ab omni datione, collecta, exactione, angaria, & omni onere cuiuſlibet ſeruitutis, vt eſt in tenore priuilegiorum ordini per D. Fridericum 2. de anno 1221. datorum, & inter monumenta antiqua literarum, in cauſa Teutſchmeiſter contra Fugger productorum à Diuis Impp. ſit conſecutus, atque in eius libertatis quaſi poſſeſſione ab illo tempore, quo templum & domus Teutonica
88 † in O. contra per Comitem ab O. ædificata fundata ſunt, & dotata (quod factum anno ſalutis 1242. documenta in cauſa Teutſchmeiſter contra O. den Heerwagen betreffend producta conſtat) per ſcientiam & patientiam dominorum Comitum conſtitutus, & per 300. annos hactenus in libertate illa per Comites relictus ſit, atq; adeo nec vnus quidem actus, quo Comites ab ordinis ſubditis collectam vnquam exegerint, vllibi allegatur, multo minus de illa vel vlla alia collecta iure ipſorum exacta (vt deinceps dicetur) doceatur, per hoc ipſum & quod regalium ſibi per Impp. collatam poteſtatem & titulum habent quaſi poſſeſſionem iuris collectandi, quod mera facultatis eſt ſubditos ſuos penes Adminiſtratorem & Ordinem ſemper remanſiſſe, & adhuc eſſe rectè dici poteſt, præſertim cum vel omni exercitio vel vſu iuris ſui deſtituti ſint, vel caruerint, quandoquidem ſuper articulis in poſſeſſorio firmatis ſe olim ante 60. & plures annos collectam, quam ein Liebgeldt vocarunt caritatiuum fortè ſubſidium, ſicuti quod Eccleſiaſtici ordinis magiſtratus à ſubditis ſuis exigere poſſunt, proprie appellari ſolet, vt per Fernand. Vaſq. *illuſtr. controuerſ. cap. 8. num. 3.*

Quamuis alias etiam à quouis ſeculari ſubſidium petente à ſubditis vſurpetur, vt patet ex his, quæ ſcribit Franc. Lucanus *in tr. de fiſco & eius priuilegijs, in 3. part. pri[illegible]. nu. 5. Bal. in c. conquerente. ad fin. de offic. ordin.* à ſubditis ſuis in tribus pagis articulatis exegiſſe probarint, puta in R. per 4. teſtium depoſitionem in 1. Rotulo, item quod duo teſtes Ordinis 44 & 45. in eodem rotulo de collecta Cæſarea, quæ ordinis ſubditis zu P. per commendatorem O impoſita fuerit, ad artic. 3. & 4. depoſuerint cuilibet homini 11. Pf. comprobaretur prædicta per documenta nouem ſub litt. I. R. L. M. producta, ex quibus manifeſtiſſimum eſt, quod ipſorummet Comitum modernorum Antecеſſores ab an. 1313. nihil talis modi iuris ſibi vendicare, vel aſſerere vnquam auſi fuerint, ſed quod ſuper quibuſdam collectis, quas ab ordinis hominibus in ditione Comitum exegerant, cum ordine tranſegerint & in compenſationem illarum iuriſdictionẽ omnem quam vſque in id tempus retinuerant, quatuor caſibus criminum exceptis, primum in quinque pagis, puta R. S. P. G. vnd N. Deinde generaliter in omnib. pagis in Comitatu ſuo ſitis ſuper bona & homines ordinis ad tres domos ordinis in O. E. vnnd W. pertinentes, ipſi ordini contulerint, ſecundũ tenorem literarum, vber eygen Leuth vnd Gut de d. dato 1313. & 1378. Item quod ſibi nullum ius ſubditos vel bona ordinis grauando eſſe vel competere, ſed quod aliquoties cum reliquis ſubditis ſuis ordinis bona & homines collectarint, id nullo iure ſuo, ſed ad petitionem ſuam eius rei gratiam & conceſſionem ſibi per Magiſtrum ordinis factam, ſe feciſſe ſæpiſſime expreſſe profeſſi ſunt, & medio iuramento omni collectæ impoſitioni renunciauerint in literis datis anno 1357. 1378. & 1383. Denique quod confeſſionem illam in literis tranſactionis ſuper damnis & violentijs ruſticanis anno 1526. interpoſitis repetierint, quod ordinis homines ſibi Comitibus weder Steuwrbar / Schatzbar noch Reißbar ſeyn/ vnde cõſequi etiam puto illam clauſulam, †*ſaluo iure cuiuſcunq; &c.* Comitib. con- 89

tra propriam ipsorum sæpissime reiteratam confessionem, iuratamq; renunciationē parum prodesse vel proficere posse, nisi reseruationem illam ad casum ineuitabilis necessitatis terræ vel ditionis auff ein Landsnoth referre voluerimus, per ea quę in præmissis de necessitate vbiq; excepta, & q̄ hic non in casu prouincialium collectarum, sed communis imperij patriæ simus, q̄ ab vno Duce vel Comite terræ alicuius domino, sed tanquam ab vno totius vniuersitatis imperij supremo domino indicuntur, prout supra dixi. Quod autem etiam de iure communi tam Canonico quam ciuili Magister cum fratribus suis ordinis militiæ beatæ Mariæ à secularium iurisdictione & exactione omni, sicuti alię Ecclesiasticæ personæ immunes & exemptæ sint, probatur per Dyn. *consil. 52. per tot. & ibi add.* Etsi vero immunitas hæc & exemptio, cum secundum tenorem inuestiturarum aut priuilegiorum, tum ex Comitum & ordinis transactionibus seu donationibus, vel iure communi bona ordinis & ipsorum subditos tantum comprehendat; & illis quasi circumscripta est, vltra in ea expressa extendi non debeat. *c. ex ore. & ibi Pan. n. 4. & c. cum capella, de priuileg. & pulcrè Alber. Brun. consil. 35. num. 6. & seqq.* sed potius vt materia odiosa strictè interpretanda. *c. priuilegium. vbi gl. & Dd. de priuil. in 6. c. per exemptionem. & c. si Papa. cod.* Quia tamen immunitas hæc tam personalis † 90
quam realis. & quidem etiam respectu hominum, die auff den Teutschmeisterischen Güttern sitzen/realis est, ideo colentes illa de priuilegio illo cū bonis mobilibus, equis & iumentis suis participare videntur per *gl. in Clem. 1. verb. excolendas. de decim.* de aqua & alijs adhuc iuribus. *Deci. consil. 51. nu. 14. & 42. vol. 3.* Ad bona vero subditorum, quæ ab alijs Comitum subditis compararunt, & vltra ea, quæ ab ordine habent, possident, non pertinet, cum 91
illa bona ordinis non sint, nec immunitas hæc † extra bona priuilegiata ad bona alia magis extendi possit quam priuilegium nobilium circa bona feudalia, quæ ratione seruitiorum habent, & propterea ignobiles etiam bona illa possidentes de ipsis collectas non præstant. Ad alia vero bona non feudalia, quæ nobilis sibi à rustico comparauit, extendi vel produci potest, per ea quæ post Luc. de Penna *in l. vlt. C. de fund. limitroph. lib. 11. & alios tradit Tiraq. in tract. de nobilitate, c. 20. num. 166. & 170.* & Academia Lipsensis inter cons. Francofortensia *tom. 1. consil. 37. num. 50. cum trib. seqq.* Accedit his, quod testes ordinis, artic. 2. posit. quoad eygene Güttere/quod illa ordini Steuwrbar vnanimiter negarint omnes. Atque ex his omnibus, quibus diutius insistere, vt in re per se data superfluum puto, concludo intentionem magistri ordinis bene fundatam esse.

## An elisa?

NEc infringere vel elidere illam videntur fundamenta in contrarium adducta. Potissima autem fundamenta illa esse videntur, primum quod Comitatum O. certis suis limitibus designatum ab imperio à multis seculis † in feu- 92
dum recognoscant Comites, & iura regalia habeant, in quo Comitatu pagi articulati hinc inde siti sunt, ac proinde in omnes illorum incolas & inhabitatores tanquam suos domicilij ratione subditos, quoad iurisdictionem altam, & collectandi potestatem fundatam de iure intētionem habeant. II. Quod incolæ pagorum † illorum 39
subiecti sint Comitum Landgericht. III. Quod ius † gladij ibidem habeant. IV. Quod ex pagis 94
4. V. P. M & O. ab antiquo & vltra hominum memoriam annuū tributum, Steuwr/Friedschatz vnd Schatzungen/prout confusis inuicem nominibus rem eandem, puta den Friedschatz appellarunt, leuauerint, & adhuc. V. Quod ordinis homines in O. de bonis ipsorum proprijs Comitibus in omnibus Schatz/Steuwren vnd Anschlägen steuram persoluerint & adhuc. VI. Quod incolæ omnium articulatorum pagorum ratione bonorum suorum, præcipue propriorum collectentur, vt alij Comitatus subditi sine contradictione cuiusquā. Vltimò, quod ipsi Comites sint † fundatores. pa- 95
troni & defensores domus Teutonicæ in D. Hæc sane fundamenta partim ex supra euidentialium loco præmissis confutationem suam habent, partim quæ quasi possessionem collectandi ordinis bona & homines concernunt, minus probata reperiuntur, partim denique quæ bona incolarum propria respiciunt, ex eo quod quasi in Comitum ditione relicta ipsorum iuri collectandi cedere videntur. Nam quod Comitatum & territorium certis finibus: qui tamen non articulati (minus probati sunt) determinatum & conclusum rei habeāt, id iurisdictioni & collectandi potestati, quam in subditos suos, in Comitum quidem ditione degentes (vt actores in supra allegatis antiquissimis documentis sub lit. M productis diffiteri non videntur) sed à iurisdictione illa vniuersali, consensu ipsorum met Comitum exemptos, suo quodam singulari iure & priuilegio Actor habeat, nihil derogat, nec impedit, quin vigore illius sui iuris Imperij quascunque collectas, vt alius imperij status ac magistratus subditis suis, prout subditi etiam qui alicuius iurisdictioni siue altæ siue infimæ suppositi sunt, dicuntur. *Panormitanus in c. significasti. numer. 11. de for. competent. Rebuff. de mater. pos. artic. 4. gloss. numer. 15. libr. 3.* Sicuti legitime ab antiquo receptum, obseruatum vnnd herbracht/ac sic de iure sibi competat indicere & exigere posse, saluo tamen reliquo iure, si quod Comitibus ratione vniuersalis ditionis suæ alias de iure competere posset, prout hæc omnia in præmissis late sunt deducta. Pariter non officit ordini, quod quibusdam forte casibus subditi ordinis ad iudicium prouinciale Comitum trahuntur, vt quidam testes in 1. Comitum Rotulo ad artic. 4. defension. deponunt, fortè criminum ratione vel qua alia de causa, quæ

ad

ad iurisdictionem ordinis non pertineat, item
96 quod Comites † ius gladij in ordinis subditos, vt
in proprios habeant. Quia illa omnia nec iurisdi-
ctioni nec iuri collectandi speciali ordinis quid-
quam detrahere possunt, cum & alias potestas gla-
dij ad ius collectandi, vt diuersam iurisdictionis
speciem vt per Bart. & Dd. *in l. imperium, de iurisd.*
nihil inferat, sed horum alterum apud vnum, al-
terum apud alium dominum eodem in loco esse
possit, vt per eundem Bart. *in l. si publicanus. §. fin. de*
*publican. Hieron. de monte. de finib. regund. c. 78. num.*
*14. & 31.*

Cęterum licet circa producta de finib us territo-
rij Comitum iudicio prouinciali & gladij po-
testate dubitari possit, an illa omnia de omnibus
& singulis pagis articulatis per Comites probata
sint, & non immerito dici omnibus recte perlu-
stratis, omnia, prout de iure oportebat, probata
non esse, cum de reliquis tum neque de quasi pos-
sessione gladij potestatis, quæ vix dum in pagis
quinqu., puta V. M. S. S. & S. per testium depositi-
ones in 1. Comitum Rotulo probata reperitur
ad 5. art. Veruntamen cum Comites vt possessores
iuris vniuersalis ius cõmune & eius præsumptio-
nem, atque sic quoad bona quæcunque subdito-
rum ordinis propria, vti in ditione sua vniuersali
sita (qualem nullã ordo allegauit) fundatam re-
spectu ordinis Magistri pro se habeant. Magister
vero ordinis soli speciali iurisdictioni suæ innita-
tur, quam extra priuilegia nullam habet, nisi quid
legitima præscriptione sibi pręterea acquisiuisset,
de quo tamen in actis nihil docetur: Ideo vlterio-
ri discussione desuper nulla est opus. Quod vero
Comites in 9. vsque ad 13. inclusiuè defensi elisi-
uis art. suis & in 6. super elisiuo (quem secundum
prænominatos articulos intelligendum Comites
in replicis & probationibus suis 23 Octobr. anno
71 productis ver Inhalts deß sechsten super elisiui
articuli declarauerunt) posuerint, quod ex 4. su-
97 pra dictis pagis † annuum tributum ein Friedschatz
tempore immemoriali perceperint & adhuc per-
cipiant, atque inde probare vel velle inferre vide-
antur, se in quasi possessione esse de bonis ordinis
annuum tributum ab ordinis subditis exigendi
atq; inde referre ad collectam imperij imponen-
dam, id (præterquam quod etiam antecedente
probato, non consequeretur) probatum, quan-
tũ mihi videtur, nullibi reperitur. Et quia in Co-
mitum rotulo nullus testis desuper examinatus
est, quamuis in 1. ordinis rotulo ad 2. interrog. art.
2. quamplures testes deponant indistincte, quod
der jährliche Friedschatz in dd. 4. pagis inter subdi-
tos tam ordinis, quam Comitum angelegt werde/
vt de P. testis 15 16 19. 44. & 45. de M. testis 31. 32.
33 34. 35. 36. 37. & aliquot seqq. de O. testis 3. tamen
reliqui de bonis distinguentes circa ordinis subdi-
tos. id solummodo ad bona illa restringunt, quę
post Auffrichtung deß Friedschatzes in dd. pagis ad
ordinis homines peruenerint, vt expresse depo-
nit testis 4. annorum 75. Comitibus gebe man
jährlichen zu Mettingen vnnd Obermergen Fried-
schatz / qui tempore patris sui auffgericht worden/
vnnd wer vor Auffrichtung deß Friedschatzes in dd.
pagis inter ordinis homines etwas erkaufft / der
sey desselben Friedschatzs mit dem Viehe frey / was
aber hernacher an sie kommen / das werde im Fried-
schatz nach seinem Wehrt zugleich den O. vnnd an-
dern Güttern angelegt / cuius testis distinctionem
statim sequitur testis 5. annorum 74. & confir-
mans illam proprio exemplo addit, quia ipsemet
testis nach auffrichtung deß Friedschatzes ad ordi-
nem kommen / so werde er auch nach seinem Ver-
mögen gleich andern angelegt. Et testis 6. diser-
te exprimit, quod ex ordinis subditis zu Ober-
mergen / tantum 4. aut 5. Selden ad illam con-
tributionem trahantur. Accedit his testis 49.
qui dicit, quod zu M. O. vnnd P. quotannis cer-
ta summa Comitibus zu Friedschatz dependatur,
& quicquid ordinis subditi de bonis proprijs ex
Comitum Gebiet bekommen / vnnd demselben zu-
uor Steurbar gewesen / dasselb bleib alles vnueren-
dert.

Hisque testibus omnibus concordat testis 97.
in postremo rotulo Comitum, qui ad art. 6. & 7.
interrog 2. deponit, quod ordinis Hueb vnnd Le-
hengütter / Itẽ / ein Hauß oder drey zu Obermergen
werden im Friedschatz nicht angelegt / præterea aber
werde durchauß nach eines jeden Vermögen an
Haab vnnd Güttern mit Belegung vnnd eynbrin-
gung solches Gelds kein Vnderscheid gehalten. Et
quidem generaliter distinctione tali, quod bona
æstimata ante si ad ordinis subditos perueniant,
etiam postea Comitibus pensitent, complures de-
inceps testes inhærent, vt testis 16. 19. 30. 39. qui
proprio exemplo distinctionem illam compro-
bat, quod ipsemet bona tam æstimata, quam non
æstimata possideat, testis 45. 48 50. & 51. Ex quib.
omnibus apparet intentionem Comitum quoad
pensitationem deß Friedschatzes de bonis ordinis
probatam non esse.

Quare concludo denique intentionem ordi-
nis, quoad bona & subditos suos per Comites eli-
sam non esse, & sic pro ordine, quoad illa definiti-
iue pronunciandum esse. Attentata puto expres-
sè reuocanda, sed petitam restitutionem per Co-
mitem factam tacitè prætereundam, quia nihil
vel parum probatum; Compensatis expensis.

## D. S.

LEGITIMATIONEM sufficientem esse, li-
cet in contractibus & grauioribus † requira- 98
tur consensus superioris, tamen in iudicialibus
sufficit † talis legitimatio, vt extant præiudicia 99
multa. Actorẽ constituo magistrum ordinis pro-
pter modum pronunciandi, cum nihil in posses-
sorio probatum & petitorium tamẽ plenè tracta-
tũ, non adeo videtur repugnare protestatio, quin
in petitorio pronunciari possit, quia conditio-
nalis est, quatenus iuris & opus. Et quia etiam
in

in peremptorialibus petitio alternatiua est, ad petitorium directa, actionem negatoriam instituta vel confessoriam ex altera, quoad censualia bona ordinis videtur intētio fundata, primo quia præsumitur æstimatio siue Anschlāg ratione illorum bonorum facta ordini, vti coniectura est ex vocabulo Anschlāg/quod non videtur referri posse ad nudam superioritatem seu territorium in genere, quia non solent aut vix possunt illa æstimari. Secundo argumento eorum, quæ traduntur de modo conficiendi æstimum scilicet secundum vires patrimonij per æs & libram. Nec refert, daß die Anschlāg auff Volck zu Roß vnd Fuß gemacht anno 18. & 21. atque ita magis videantur inspectæ vires in numero subditorum aut equitum, licet illa non parum vrgeant, tamen cum in re incerta versemur, & aliquo modo ex illis constitutionibus appareat, plerunq; in arbitrio positum, vel militem vel pecuniam subministrare, & deinde alimētatio seu sustentatio eiusdem potius inspecta, quæ à statibus ex reditibus facienda. Et
100 quia concessum, vt à subditis † illud subsidiū exigere possint, idipsum secundum facultates, & de iure onus mittendi armigeros dicitur patrimoniale. *Bal. in l. etiam. § fin. C. de exec. rei iud.* Itē argumento sunt verba illa constitutionis de anno 26. ibi: nach jeders Vermögen/& anno 30. status auff all jhr Eynkommen angelegt/fol. 219. ibi, jhre Vnterthanen vnder Oesterreich gelegen: Item anno 42.
101 ibi: daß die superioritates † nicht wol mögen angeschlagen werden/ideo non tam attenditur quis superior vel dominus territorij, quam magistratus & dominus, darauff er angeschlagen/vnde merito status ab ijs exigunt darauff sie angeschlagen/quod licet patrimonium ipsorum dominorum sustinent seu efficiunt, quia census & reditus soluant potius, quam alius dominus, qui imperium vel similia iura habet, cum deficiente fisco supplere debeant, qui alias eum constituunt vel efficiunt, argumento est etiam Abschied de anno 1400. & anno 1542. vbi in specie dz die Commenthur von allen jhren Renthen/Eynkommen/ꝛc. & vtcunque ab origine sit constitutum, liquet iam ad rem deuenisse, vt æstimum, quod dominis factum est, & onus soluendi ex fisco tale esse, vt magis subditis videatur imponi, quam ipsis dominis, prout etiam illo ann. 30. à quo lis præsens causam habuisse videtur, permissum daß ein jeder Stand seine Vnterthanen vmb Hülff vnd Steuwr möge ersuchen/quod quidem subintelligitur in subsidium bonorum Cameralium, tamen per vsum vel abusum communem postea subditis indicta & plus exactum quam contributum. Vnde hæc controuersia orta propter priuatum commodum, cum tamen potius nudum ministerium præstare debeant. Licet de iure etiam pœna dupli sit contra illos statuta. *Ioann. de Platea in l. placet. C. de excus. mun.* Neque his adeo obstat, quod reperiamus leue esse æstimum ordinis in Reichs Anschlägen/quia vel causa esse potest, quod ipsimet Magistri quasi continuo militabant in castris, vel communis error & oscitantia perequatorū, de quo omnes status conqueruntur: In tanta tamen obscuritate vbi de mente eorum, qui æstimum fecerunt, quia scilicet acta illorum & causas mouentes, item neben vnd kleine Anschlāg/nec non der Deputaten Anschlāg/quorū vbique mentionem in recessibus imperij non habeamus, diuinare vix possumus, putarem quantum coniectura assequi licet supra adducta magis adminiculari ex parte actoris, quam reorum ex causis supra dictis. Secundo pro ordine facere videtur, daß die Stände vnd Obrigkeiten jhre Vnterthanen belegen sollen/ ꝛc. Etsi enim varie subditi vocabulum † accipiatur, 102
nec census præstatio semper importet subiectionem. Et verum alias quod verba in digniori significatione accipienda, tamē ex vsu communi, quē videntur respexisse constituentes Vnterthanen vnd hinder sassen dicuntur, qui iurisdictioni & potestati alicuius subditi sunt, vti testes hic & in causa Teutschmeister contra Fugger/deinde vulgare, verba secundum subiectam † materiam accipienda. 10
Hæ autem constitutiones non disponunt de iure puniendi facinorosos, aut etiam de protectione illa solita & immediata, sed de exigendis subditis in subsidium, vt diximus, & ita magis respiciunt iurisdictionem & potestatem in persona subditorum, quæ sunt exigendæ, quam imperium, sed ius illud speciale Comitum mulctandi, &c. Ideo non mirum si ad illam iurisdictionem & dominium potius, quam ad aliud ius verba referenda dicamus, sicut & subditi dicuntur habere † 104
domicilium, vbi conueniri possunt, non solum vbi habitant, vt in hac materia collectarum *Cache. consil. 6. de censib. col. 2.* Sed alia quæ pro intentione actoris faciunt, melius ex illis, quæ pro elisione per reos adducuntur, elici posse videantur. Primum namque non videtur obstare, quod vigore regalium, quæ ab imperatore habent, sibi ius collectandi asserant, quia si per se considerentur illa regalia, verū est ius collectandi ad ea plerunq; referri & ad superioritatem. Verum quoad has collectas, quæ dominis conceduntur in subsidiū, vt soluant à superiore impositas, an referri debeant, ambigitur, nec satis probatur: videtur 2. quod non per superiora, quia verba constitutionis hoc non inferunt. Deinde quia eo tempore, quo primum regalia concessa dicuntur, Comitibus hæ collectæ in vsu non fuerunt, ideo de ijs dubitari potest, an verba inuestituræ de ijs possunt intelligi. Item quod Imperatori necessarium visum est, hoc specialiter statibus concedere, quasi id alias illis vigore regalium non competeret, & de iure regulariter tali casu non possunt, imo aliquando propter abusum expresse prohibentur.

Quamobrem illa verba inuestituræ magis referenda videntur ad collectas illas prouinciales, quæ forte ob necessitatem prouinciæ particulare indicuntur, à quibus si ad imperiales hasce argumētari velint, Comites idem ordini ex eodem titulo

tulo concedere cogentur, cum & ipse regalia habeat vber alle seine Vnterthanen / vbicunque sint, sed nec tales esse, indictio est, quod nec ipse Imperator per se eas imponere possit. *Afflict. in t. quæ sint regal.* Nec secundo refragatur, quod Comites asserunt, hæc regalia non ita in pago, sicut ordo ea habet sibi concessa, sed potius certi & limitati territorij respectu, cuius fines latissime se probare dicunt, non solum antiquo documento, sed etiam testibus, qui fere deponunt iuxta documentum, daß controuersi pagi in Q. Gebiet ligen / prout etiam imperium & alia iura eodem territorio finiãtur. Nam primo iterum respondetur ex his præcisè ad collectas non inferri, deinde quod territorium non plus tribuat, quam sit in vsu & exercitio. si enim à terrendo dicatur, tunc ad imperium, quod in locis controuersis præcipuum habent Comites, refertur, siue ad vniuersitatem agrorum, nihil inde sequitur, nisi quod iura competentia eo vsque extendantur. Ideo si in hac vniuersitate agrorum, siue in territorio imperium seu iura Comitum inhærere dicamus, hoc solum probatum erit, quod eatenus illa habeant, immo nec absolute in eodẽ territorio, vel iura superioritatis, vel imperium ipsum habere Comites ostẽdi possent, vt quia in bonis ordinis nec prehensionẽ habeant, nec causas appellationum, nec confiscationem bonorum. Et prẽterea ex dictis testium & alijs causis his pendentibus constat, id ius in territorio cum pluribus vicinis controuersissimum esse, prout ex actis etiam liquet. Quod V. fuerit Reichsstecken / & Comites de D. eodem territorio bona & Comitatum habuerint, & præsertim in eo loco, vbi confusissima solẽt esse territoria. Nec satis etiam liquet, an bona adquisita per ordinem de Comitatu fuerint. ex eo quia forte alias alienari non potuissent. Et supra dictas controuersias ostendunt causa H. contra O. O. contra B. das Geleydt zu G. & plures aliæ. Item D. contra O. N. contra O. Cum igitur ipsi rei non ratione imperij hoc ius collectandi contra inhabitantes sibi vendicant, vt in Replic. in prim. defensi. non obscurè prouidentur, sed magis intuitu superioritatis & regalium in territorio, nec absolutè illud probãt: videtur intentio ordinis non elisa, præsertim cum nec inuestituræ de hoc producantur, & si quid de dicto territorio & finibus probaret Imper. Sigismundi confirmatio producta, tamen continet tantum die Landgericht / Wildbahn vnd Geleyd / de iure collectandi nihil, prout etiamsi Wesembecio credimus *consil. 27. & 46. lib. 2.* id inseri non solet, & si esset, tamen adhuc sub Iudice lis, an hæ collectæ comprehenderentur, scilicet Reichssteuwer / in quibus sunt quædam specialia, vt quæ ex speciali concessione imponuntur. Item propter verba, Obrigkeit vnnd Vnterthanen / per superiora. Nam & hic videtur si fuissent status de superioritate, quod expressissent die hohe Obrigkeit / prout in simili consuetudine Gallica *Chassan. in consuet. Burg. §. 4. verb. iudice vers. haute iustice &c.* & ipsimet rei in antiquis instrumentis † vocarunt verbo Vnterthanen homines ordinis, nec absurdum quod inter eosdem fines seu idem territorium iura huiusmodi superioritatis diuersa, & quasi territorio separata sint, ita dicit Bald. *consil. 65. inc. de euidentia præmittendum est, colum. fin. lib. 1. in antiquis.* 105

Et quod iurisdictio respectu cuius dicitur territorium, diuiditur † in suas species, &c. in cognitionem caussarum, perceptionem pedagiorum, scilicet qui non percipit † pedagium, non est in territorio dominus quoad illum articulum. Quod confirmatur ex eo, quod tale ius collectandi antehac etiam data occasione, sibi non sumpserint Comites, nisi forte quoad propria bona subditorũ ordinis, vt in registris se ipsos produnt de anno 22. & 32. Imo & quod in specialibus seu prouincialibus collectis, quæ vigore regalium ipsis competere possunt, ea tantum collectarint, quæ pro Comitibus fuerunt collectabilia scilicet, ein Friedschatz / sequitur igitur, quod dicitur vnius inclusionem † esse alterius exclusionem. Verum dum in hoc dubio hæremus, an vigore regalium † tale ius collectandi competat? Et plures in genere dicant esse de reseruatis, nec posse concedi, vt Ferrar. Mont. *lib 5. c. 5. de feud.* Et Wesemb. dicit, sicut nec vectigalis impositio (quæ tamen de regalibus est) concedi solet in inuestituris, nec etiam potest, vt Dd dicunt, videntur superiora iterum magis pro ordine facere, coniunctis præsertim alijs sequentibus. Nam & corroborari videntur ex transactionibus seu pacto inter partes, vbi Comites profitentur & promittunt, daß sie kein Stewr auff ordinis Gütter vnd Leuthen / &c. Vtcunque temporalis videatur illa promissio quoad paciscentes tantum, ibi: Weil wir leben / & quia nulla mentio successorum vel hæredum, & quia specialis prouisio de ratificatione vnius tantum, id est consideratione dignum, tamen quia verba reperiantur perpetuitatem significantia, fürbaß nimmermehr kein recht / &c. Et fauorabilis sit iuri communi & consuetudini seu vsui, de quo ibi attestantur, conformis: Et præterea quod potissimũ videtur, perpetua obseruatione tam in hoc quam in alijs punctis pactorum ibi insertorum sic confirmata pacta, ne idem actus diuerso iure censeat. Deinde etiam si dicatur tales collectas imperiales tum temporis in vsu non fuisse, tamen cũ ipsimet Comites collectas, quas prius imposuerint per has controuersias sibi eodem titulo seu iure asserant, ac in possessione se fuisse contendant, nec alijs cõstat, quibus suos collectare soleant, & in quibus specialiter locum habere possit pactum, sequi videtur de ijs intelligendum pactum, quæ vigore regalium generaliter sibi adscribunt Comites, vt non obstat illa Doctorum disputatio, immunitati concessa † etiam generalissimis verbis, cõprehendatur belli suæ necessitatis causa, quia hic non tam agitur de immunitate absoluta, quam quis collectare possit: Et quod saltem respectu Comitũ 106 107 108 109 110

immu-

immunes esse debeant, videtur de mente paciscẽtium fuisse, ad hoc quod Dd. limitant illam doctrinam, si verba generalia sint & geminata, ibi: Daß wir kein Recht weder von Gewonheit / vt per Alex. *consil. 30. l. 5.* Item limitant, si titulo oneroso, vt hic videtur, & præterea si pacto iurato: tunc enim pro ea haberi, ac si omnia specificè fuissent expressa *Neuiz. consil 66. num. 20.* Ideo non obstat, quod dicitur Ecclesiasticos & priuilegiatos nõ esse exemptos hoc casu, sed cæteris paricatos. Nam id concedendum, sed non ex eo infertur, quod ideo liceat magis alijs extraneis eorum subditis collectare, sed magis intelligendũ respectu Imperatoris. Et semper eo res redit, an subditi, & cuius sint, quoad hoc ius collectas imponendi. In quo videtur concurrentibus argumentis, quæ supra difficilius concedendum esse seculari, & qui non
111 est vniuersalis † dominus territorij tales subditos collectare aut grauare, cum res facilè redeat ad suam naturam & principium, & argumento est, quod passim in recessibus permittitur Ecclesia-
112 sticis † vt suos ipsimet collectent, quod videntur & verba recessus de anno 48. Eines jeden ordent-
113 liche Obrigkeit/ꝛc. Satis innuunt & verba † exempt oder nicht exempt, possunt de illis intelligi, quos constat vel personarum vel rerum ratione certi vel vniuersalis dominij subiectos.

Si adhuc vrgeatur, videri recessum ab istis pactis seu transactionibus, quia tempore tumultus rustici collectarunt Comites, quia eo tempore dicunt, daß der Friedschatz auffkommen, qui adhuc non impugnatur, & fatetur actor à causa simili extraordinaria belli scilicet originem traxisse, cum tamen ex transactione videbantur tuti fuis-
114 se. amitti autem priuilegium † per non vsum non est dubium, sed respondetur nescire nos, quo iu-
115 re vel titulo introducta † sit illa collecta deß Friedschatzes / licet ex nomine vocabuli videatur pacis caussa redimendæ inducta, & aliam ob causam solui potest, vti colligitur ex transsumpto illo ratione O. producto, quod colligatur Friedschatz von wegen deß Friedschutzes/ꝛc. Vtcunque tamen sit, cum habeamus confessionem, ex actis non obscurè deprehenditur, non in omnibus pagis controuersis aut ab omnibus ordinis subditis absolutè illam collectam solui, vt per testes actoris ad 2. interrog. 2. posit sit & reorum ad 6. 7. & 8. su-
116 per elisiuis, quamuis quidam dicunt, † Friedschatz werde auff alle Gütter gelegt / tamen magis illis, qui distinguunt cum testibus actorum, ideo non potest dici recessum omnino à pacto dicto, sed etiam addi potest, quod tali solutione quis sibi non præiudicet, qui immunitatem semel adquisiuit, præsertim vero in collecta diuersæ naturæ. Ex supra dictis tollitur alius scrupulus, qui latere videtur, quod scilicet lit. M ab initio habeat von der Viehsteuwr / quasi de illa tantum transactum, vt liberentur ordinis subditi, ideo non impediri alias collectas, quia vt dictum in alijs literis verba sunt generaliſſima, ibi: es sey von derselben Steuwr/ Wagenfahrt / oder welcherley Sachen & postea nimmermehr kein Steuwr zunemmen / præterea & in recentiori instrumento de anno 26. iterum dicitur, quod non competat illis ius collectandi. Et quamuis videantur verba ordinis narratiua, tamen ijs non contradicitur ibi, prout nec omnibus alijs pactis supra dictis, quod mirum in Aduocato, quamuis & frigidè satis actoris Aduocatus attenderit. Quod vero vlterius possessione longæua collectandi Comites nituntur, vtque hoc videtur obesse actoribus, cum de nullo actu doceant, excepto Friedschatz in certis tantum pagis & casibus, da sie vor Steuwerbar gewesen/ licet post in 6. super elisiu. aduocatus de generali possessione loquatur, cum tamen antea de quibusdam tantum articulasset. Veruntamen de possessione illius collectæ ad nostram non omnino procedere argumentum supra diximus, non magis quod non satis ostenditur, qua ex causa originem habuerit. At etiamsi dicamus ob causam extraordinariam indictam, puta belli vel necessitatis, tamen non debuit verti in ordinariam, cum id non possit fieri, nisi à suprema potestate, *l. 1. C. de indict. & ibi not.* & consensu. Quin ob hanc ipsam causam eo minus adiudicandum Comitibus, quia Iurisconsulti dicunt ex *cap. pro necessitate 1. quæst. 1.* quod cessante † necessitate ces- 117
sare debeat onus, vt Abb. *in c. cum venerabilis. in fin. de consuetud. vbi addit.* Nam ita grauanti subditos minus fauendum, quod iam proprium commodum quæsiuerit: Et magis fauendum eis, qui hactenus pepercerunt huiusmodi perpetuis oneribus, cum duo sint nominatores eum præferendum, qui minus exigit Ioan. Plat. *in l. cum te. Cod. quemad. ciu. mun. imp.* Sed etsi possessionem Comitum ideo iniustam attendere velimus, magis videtur id faciendum in poss. ordinis, qui caritatiuam exegit, nomine fortassis mitiori, effectu fortassis simili, quo alia subsidia ad defensionem status ordinis, quod onus non minus necessarium, quam collectæ & onera alia, *Chassan. rubr. 1. §. 4. versic. & fortes homines. numer. 13. Bert. consil. 354. p. 3.* Et ideo si possessionem attendere velimus, magis attendendam possessionem ordinis concludo.

Non videntur etiam iuuari Comites ex præiudicio quod adiudicatum est illis ius seruitutis eines Reißwagen auffm Teutschenhauß / licet certè Aduocatus posset hoc vrgere, propterea quod nostri interpretes non raro de vno ad alterum argumentantur: attamen si illud attendere vellemus, ante omnia examinandæ rationes & causæ eius sententiæ essent, & videndum, an conuenirent cum hac nostra: Quantum quidem colligi potest, ea potissimum fuit, quod aliquo modo vsus probatur, propter quem à priuilegijs recesserint, cp verba sententiæ ostendunt, wie gebräuchlich vnd Herkommen sine vllius tituli allegatione, quem quidem efficacem iudicarint. Nam ius patronatus, protectionis & similia insufficientia puta-

putarunt, sed tantum quod testes deposuerint, daß sie gehöret oder gesehen / daß ordo einen gantzen Wagen gehalten oder gestellt / cum tamen ordinis Magister de dimidio tantũ confessus esset, & plures testes: Et dominorum confessione ibidẽ satis dubia causa reputata, & inter eos dissensio fuit, vnus tantum numero vicit, & mirum certe cum ipsimet Comites in præsenti causa 18 defension. de duobus tantum equis ponant, & de nulla alia seruitute quoad hoc. Cum itaque non ex hoc fundamento conuictum intelligamus ordinem, de quo hic agitur, scilicet vigore regalium & territorij, seu possessione deß Friedschatzs / non satis apparet id nobis præiudicio esse, eo addito quod videantur aliquo modo separata esse, nec in odiosis de vno ad aliud præcisè inferri. Præterea quod certæ tamen domus respectu, ex qua & alia similia sumptibus tamen Comitum, si in persona proficiscantur vt dicit 3. testis in Rotulo ordinis deberi colligatur, quæ quia titulo non constant, & quod etiam vsu & consuetudine magis fiat, argumento sunt alij vicini, vt Marchiones, E. N. de quo 25. testis, ideo non extendenda, cum forte in recompensam vel protectionis aut patronatus prætextu, & quod antiquum esse vsum ex dictis testium apparet, præsumitur si in realibus ita fundati fuissent, quod non neglexissent eodem iure vti, & in-
118 clusio vnius † est exclusio alterius. Demum & quod inter easdem partes & magis in terminis cõtraria præiudicia exstant, quod etiam non parum mouet, & ad confirmandam nostram sententiam facere videtur, vt in causa Teutschmeister contra F. qui casus videtur per omnia similis, quia eadem fundamenta vtrinque: Etsi non ignoremus legibus esse disceptandum, præsertim vbi vota discrepantia, tamen concurrentibus rationibus, de quibus supra id, quod non obscuris autoribus nec sine ratione receptum videtur, sequi satius videretur, quam recedere, nisi meliora adducantur. Et dici posset in fortioribus ibi pronunciatum, quia ex parte reorum magis certum finitum & vniuersale territorium & concessio certior quã hic. Nam ibi præfectura die Pflege processit ab Imperatore in reos F. absolute quoad superioritatem & imperium, & in ordinem tantum das Dorffgericht cum pertinentijs. Hic de similibus non adeo constat, nisi quod Comitatum habeant, in quo tamen alijs multa competunt Iura,
119 & licet bona in eo sita, tamen aliud est esse † in territorio, & aliud de territorio. Et superioritas
120 † ac iurisdictio ratione situs semper intelligitur, nisi quatenus aliut possideat, prout & hic accipiendum, quod Ordo iurisdictionem & ius collectandi non minus possideat, & ijs quæ ad alium spectant, nihil adimit. *Dec. consil. 468. num. 18.* Cui præiudicio & aliud accedit, quo in hanc sententiam domini inclinasse videntur in causa P. contra Teutschmeister W. contra B. pignorationis. Et licet contrarium videatur præiudicium in causa Augspurgk contra N tamen non satis intelligitur, vtrum in petitorio pronunciatum ibi, nec forte ciuitas eadem iura habet, quæ hic ordo. Et hanc sententiam etiam ratio æquitatis suadere videtur, quod æquius sit, quod ordo collectet quam alius, quia probabilius est, cum parcius vel benignius cum suis hominibus, vel ob hanc ipsam causam, vt eo melius perpetuos illos census persoluere possint, & iurisdictionem conseruare, quam alius, qui talia non expectat, quique hac collectandi occasione grauare nimis subditos alterius ac prouentus & iurisdictionem inuertere possit. Licet & ipsi Comites mulctas habeant, tamen illæ tam certæ non sunt, ac prouentus.

Facit vltimo quasi quædam confessio reorum in 25. super elisiu. quod regalia ordinis extendantur ad censualia ordinis tantum, sicut & alijs in locis sibi videtur repugnare aduocatus. Ex quibus omnibus simul tamen iunctis & connexis, vt quæ non prosunt † singula multa iuuant (nam 121
quædam si separentur impugnari & in infinitum disputari possint) concludo vt rationes supra adductas magis facere, vt quoad hæc bona censualia in partes ordinis inclinandum & pronunciandum putem. Quoad bona propria subditorum ordinis, quæ ipsimet emerunt, videbatur nulla esse ratio differentiæ, quia si personas subditos dicamus, quoad bona ordinis videtur idem quoad reliqua bona earundem personarum dicendum, cum eadem iurisdictione regalibus & iuribus comprehendantur. Verum cum in obscuris versemur, non videtur facile extensio facienda, nec forte differentiæ ratio exactius intuentibus nobis deerit, quia scilicet non ita sunt censualia ordini, quod & ipsum aliquale subiectionis signum est, ideo minus subiecti, nec ex supradicta causa præsumuntur in æstimum ordinis veniisse, sed & potissimum quod præsumptiue pleraque à Comitum subditis adquisita, eo magis quod testes quoque hoc asserant & quædam etiam alia ostendantur, vt æquius sit cum onere transire. Accedit, quod & in transactionibus non comprehendantur, item & ob hanc ipsam ambiguitatem, vbi vtrinque sunt rationes & motiuæ, mediam illam quasi viam rusticam in dubio accipiendam potius, vt vtrinque aliquid cedat, vt & ipsiusmet actoris testes æquam fere indicant, & ita se contributores obtulerunt, dubium non minus videtur circa eos subditos, in quibus communem habent iurisdictionem litigantes, atque ita vtrinque census seu reditus ex multis: tamen ex testium dictis colligitur minimam partem esse communem zu S. scilicet den vierdten Theil / ideo de leuibus minus curandum, cum reliqua fere diuisa esse dicant, præterea quoad cõmunia reditus non ita certi, vt æstimari possint, item quia nimis laboriosa videretur illa diuisio propter perplexitatem & incertitudinem, item & quia casus mulctandi controuersi, aliter olim, aliter nunc obseruatum dicunt testes, ita etiam quoad bona mobilia supra

dictis rationibus quæ videntur ab ordine magis collectanda, quia & à comitibus non procedunt, &plerumque præsumuntur ante emptionem bonorum adquisita, ita accessoria magis ad bona propria ordinis, quam ad adquisita & plerunque vilia bona sunt.

Quod ad attentata si de modico agatur,& principaliter von W. B. accipiantur, eadem videtur ratio de modico non pronunciandum, nec constat,quod bonis ordinis fuerit W. H.cum ipsemet W. B.vt 4.testis in supereliſ.dicat. dz er seiner eygnen Gütter halben an dreyen örten steüren muß/ita quoad petitionē comitis vix videtur expresse super eadem pronunciandum, tanquam super reconuentione.Nam si quoad dicta bona censualia non obtineāt, quoad propria vero seu empta rusticorum bona nō satis probatur,quod ordo exegerit, nec verisimile, cum testes dicant ēt ab ordine se prohibitos,& præterea etiam Comes quædā extorserit võ W. B. & alias videtur quædam compensatio fieri posse,quoad dominos; quo vero ad subditos, periculum est,etiamsi adiudicaretur comitibus restitutio, nihil tamen ipsis restitutum iri maxime post lapsum tanti temporis.

Quoad modum pronunciandi,vix putarem per modum reconuentionis; quoad Reos esse pronunciandum, quia post litis contestationem illa petitio primū data,&non per modum reconuentionis,sed defensionis, daß Reis nicht gebürt habe/ so viel ordinis Zinßgütter belangt/ d. ordinem zuerhindern. Quoad reliqua bona Reos absoluendos, posset forte addi, so viel von comitibus herkommen/oder jnen zuuor steurbar gewesen. Expensis compensatis.

*D.M.* quoad iurisdictionem,procuratorium,legitimationes,nullitates, & actionem intentatam cum dominis ante me sentio. Ad causam vero ipsam quod attinet (vt quod sentio, paucis exponā)ingenue me fateri oportet,nisi priuilegia executionis & transactionis inter partes olim initæ, pro ordine adminicularentur, dz mich die vbrigen argumenta vnd Vrsachen so nit weniger ex recessibus imperij, vnd desselben Anschlägen/ als auch ex Dd.nostrorum commentarijs außfürlich deducirt werden/ kaum bewegen solten/ quin tam ratione bonorum censualium ordinis, quam propriorum bonorum censerem, cum nullam in effectu aliam differentiæ rationem (quæ attendi posset) esse videam, quam quod illa dictis priuilegijs & transactionibus expresse reperiuntur inserta, eorum vero nulla in eis facta est mentio. Si enim præsumptionibus & coniecturis hic certandum, adeoque à verisimili mente statuentium, alijsque argumentis à probabili sumptis præsens causa alioquin satis anceps,magnique præiudicij, definiri possit vel debeat (vti videtur, cum non solum
122 recessus imperij, † adeoq; constituentes ipsi circa formam ac modum imponendi imperiales has collectas incerti sint ac dubij,sed &iuris nostri interpretes valde in hac materia fluctuēt) putarem equidem non minores præsumptiones esse pro Comitibus Reis nostris,vt qui simul bona & personas territorio (vel saltem comitatu) ac iurisdictioni suæ quasi vniuersali subiectos habent (de regalibus hic nondum loquor) quam pro actore, qui eas duntaxat ratione specialis cuiusdam iurisdictionis,& pacto speciali sibi concessas,vel ratione annui census, sicque limitato modo in alieno territorio deuinctas & obligatas habent. Constat 123
quidem *subditi* † vocabulum varie in iure accipi, ita quidem vt is etiam qui censum vel pensionem soluit (licet improprie & abusiue) sub eo comprehendatur. Quamobrem autem in presenti nostro casu, id potius in debiliori, quam fortiori & digniori significatu accipi hominesque actoris dess Ordens Bawren oder Zinßleuthe. (Sic enim proprie illos appellari puto) in exactione collectarum imperialium magis subditi ipsius ordinis,ratione cuiusdam annuæ pensitationis,& iuramenti præstiti (quod tamen & ipse limitatum esse puto) quam comitum ratione nimirum domicilij, bonorum, protectionis, territorij, salui conductus, Landtshuldigung/ gladij, potestatis, vectigalium, mulctarum, adeoque vniuersalis propemodum iurisdictionis censeri debeant, id nulla satis firma ratione (quod pace dominorum dico) assequi possum. Non me mouet,quod dicitur territorium, seu fines territorij non esse absolute, veluti decebat, probatos, quia sufficit pro subiecta materia per testes probatum esse, controuersos pagos,adeoque ordinis homines & bona in comitatu O. vel vt nonnulli deponunt in der Graffen Landt/ Herrschafft/ Gebiete/ Zwang/vnnd Banne/ꝛc. sita esse. Cum enim Comites tanquam domini vniuersales comitatus, sui iuris communis præsumptionem quoad bona quæcunque ditioni suæ subiecta,sicque fundatam intentionem habeant, non adeo referre arbitror, etiamsi de limitibus seu finibus, eorumque extremitatibus, wo dieselbe kehren vnd wenden/non tam exacte cōstet, minus referre puto, quod quædam iura in iam dicto territorio, vel forte fines ipsi à vicinis quibusdam statibus in dubium & controuersiam vocantur, vnde videbatur dictum territorium eo minus certum, vel iurisdictionem Comitum vniuersalem dici posse. Nam respondetur non tam hoc loco considerandum esse,quid cum alijs vicinis principibus ac statibus in alijs diuersis causis controuersum sit, (cum ea de re adhuc sub iudice lis sit) quam quid in præsenti nostra causa ex actis probatum appareat,vt sic (iudicio meo) nihil obstet, quominus respectu saltem ordinis, & territorium & iurisdictionem vniuersalem (paucis quibusdam iuribus exceptis) Comites habere dicamus, donec lites cum alijs vicinis statibus in Camera cœptæ, iure definiantur,præsertim cum plerique testes expresse deponant, daß die Graffen von O. in articulatis pagis die rechte Ober vnd Landtherrn seyen/ad depositionem eorum me referendo.

Sic

Sic quoque parum pro ordine facere puto, quod collectæ istæ imperiales, quę subditis in subsidium imponuntur, modo & forma ab alijs collectis prouincialibus nonnihil differant, ita quidem, vt in exactione illarum electores, principes & status imperij pro nudis quasi administratoribus, exactoribus, & ministris censeri possint: Vtcunque enim res se habeat, siue munus, siue onus ministerium illud exactionis appellemus, siue etiam iure regalium, siue ex demandata quadam imperatoris potestate ac permissione id competat, ex hoc tamen non deciditur principalis quæstio nostra: An scilicet homines ordinis in Comi-
124 tatu O. degentes subditi † ordinis vel Comitum sint censendi. A qua tamen quæstione decisio huius causæ vnice ac totaliter dependet, siquidem recessus imperij generaliter disponunt, daß ein jede Obrigkeit jhr Vnterthanen mit Steuwer belegen möge/ nulla vel regalium, vel imperij, vel superioritatis, vel aliorum iurium speciali mentione facta.

Sane si in hac quæstione quis magistratus sit & qui subditi dicendi, &c. verba potius in alieno ac improprio, quam vero ac genuino suo sen-
125 su accipere, adeoque à proprietate verborum, † & iuris regulis non nihil recedere liceat, quid obstabit, cur ein jeder Obrigkeit freygestelt / potius ita intelligamus, quasi imperator der Chur vnd Fürsten/ jhrer Mayestatt selbst gethanen vberschlag/ & modum quasi præscriptum sich hat belieben vnnd gefallen lassen/ quam quod statibus (præsertim vero electoribus) iam primum concedere vel permittere voluerit id, quod se iam antea vigore suorum regalium habere, sibique licere nunquam dubitarunt. Notarunt enim illi, qui publicis imperij consultationibus interfuerunt: ostendunt id quoque non obscure in imperio publicati recessus, quod in harum collectarum impositione non tam imperator statibus, quam status imperatori formam ac modum præscribunt. Ius quidem eas indicendi apud imperatorem, tanquam supremum magistratum, de iure residet. Modus vero seu forma, quantitas & summa earundem penes imperij status remansit, ita quidem, vt vltra voluntatem & arbitrium ipsorum nostro hoc tempore cogi vix possint, sed precibus inducendi ac promouendi veniant. Quod autem electo-
126 res, † cæteriquę imperij status dicta verba frey gestelt vnd zugelassen/ &c. recessibus imperij inseri passi sunt, id reuerentiæ causa, quæ summo capiti, ratione superioritatis ac præeminentiæ merito deberur factum esse credendum est.

Quinimo etiam probabiliter dici posset, imperatorem verbis illis non propterea vsum esse, quasi sine expresso ipsius permisso vnd erlaubnuß statibus non liceret collectas halce imperiales in subsidium à subditis suis ad instar aliarum collectarum exigere, sed ea potius de causa, ne Comites, Barones, alijque inferiores status subditos suos (prout fieri solet) vltra modum æstimi, vber jhren gebührenden Anschlag grauarent, vti verba recessuum hoc satis indicant, siue igitur (intellectum hunc sequendo) collectas iure regalium, siue ratione superioritatis ac imperij, siue ex sola imperatoris demandata potestate, ac concessione competere dicamus, vbiq; reorum conditionem potiorem esse existimarim.

Ad regalia quod attinet, licet ea vtrinque allegata & probata etiam videantur, tamen si quod probabilius † ac verisimilius est, sequamur, negari 127
vix poterit, in tali regalium concursu eos, qui regalia sua exercere volunt, in proprio suo principatu, Comitatu, territorio, adeoque tam in bona quam personas collectandas sibi subditas (vt in proposito casu Rei Comites) potiores esse censendos ac præferendos illis, qui eas duntaxat in
alterius territorio certo aliquo respectu habent 128
obstrictas, vt taceam Reorum regalia † ratione quoque temporis (vt quæ antiquiora sunt) præferenda esse.

Vnde vix verisimile est, quod imperator per concessionem regalium (non loquor hic de priuilegio immunitatis) ordini factam Comitibus nostris præiudicare, vel eam potestatem ordini dare voluerit, vt regalia sua in alieno quoque territorio, adeoque in personas sibi non subditas (proprie loquendo) non sine magno præiudicio & damno aliorum statuum, qui antiquiora regalia habent, exercere queant. Quandoquidem concessiones Principum semper intelliguntur factæ saluo † iure tertij. *Iaf. in l. quo minus. num. 11. de* 129
*flumin.* & saluo iure illius, cui primo in eodem loco antea tale ius fuit concessum. *c. ex parte. 12. de offic. & potest iudic. delegat. Socin. consil. 39. visis. rumer. 10. volum. 1.* Ideo quoad tertium strictissime sunt accipiendæ; vt per Dd. *in l. beneficia. de constit. princip.*

Et mirum sane videri posset, eum, qui simul & bona & personas ditioni suæ vniuersali subiectas habet, in exercitio regalium cedere debere illi, qui duntaxat personas ratione specialis cuiusdam iurisdictionis vel annuæ præstationis, sicque limitato modo sibi deinctas habet. Et quamuis non ignorem dubitari posse, vtrum hoc ius imperiales collectas imponendi sub regalibus comprehendatur, cum plerique existiment, eas de reseruatis esse, quæ alijs, etiam electoribus concedi non possint, siquidem specialia quædam habeant, à reliquis collectis plane diuersa: Tamen quia hic non agitur particulariter de ipsa primaria impositione collectarum imperialium (quæ vtique impositio imperatori, tanquam supremo capiti, merito reseruatur) sed duntaxat de iure exigendi à subditis collectas per imperatorem iam impositas, & sic de secundaria impositione seu sub collectatione earundem, putarem equidem, non vsque adeo peccare, si distinctione quadam vsi, hoc ius ad instar aliarum col-

lectarum sub nomine regalium comprehendi, illud vero soli imperatori reseruatum esse diceremus. Neque hanc meam sententiam à ratione & dominorum votis prorsus alienam censendam arbitror. Licet enim domini existimauerint, ius
130 imponendi hasce imperij collectas † soli imperatori (vt iam dictum est) competere, illudque alteri cedi ab eo non posse, interim tamen non
131 negarunt, quia ius exigendi & recipiendi † collectas per imperatorem impositas, Electoribus, cæterisque imperij statibus concedi ac permitti possit. Imo idipsum per publicatos imperij recessus permissum esse, non solum asserunt, sed tanquam præcipuum argumentum pro actore vrgent.

Quo quidem satis mihi innuere videntur,
132 inter ius imponendi primario, † & ius exigendi seu imponendi collectas hasce imperiales secundario, non minimam differentiam esse. Vnde non video, qua ratione hæc duo in decisione huius causæ inuicem confundi possint, vel debeant. Nec enim hic in genere quæritur, vtrum ius col-
133 lectandi † de regalibus sit, sed in specie & indi-
134 uiduo, an ius exigendi † à subditis collectas per imperatorem statibus iam impositas, inter regalia, vel ad quam iurisdictionis speciem sit referendum? Præterea cum Actor ipsemet passim in actis asserat atque contendat sæpe dictum ius imperij collectas exigendi vigore regalium sibi competere, eo minus mirabitur, si idem quoque ius ex parte aduersarij statuatur. Et hæc de regalibus: Quod si vero dicamus collectas hasce non tam ratione regalium, quam vigore superioritatis ac imperij (de quo tamen hoc loco prolixior esse nolo) competere, certe hoc quoque casu, si omnia supradicta Comitum iura (quæ forte singula per se non sufficerent) diligenter examinentur, coniungantur, atque cum Actoris iuribus conferantur, vix aliquem futurum puto, qui non Reorum iura potiora, ideoque eos ratione imperij ac superioritatis, & consequenter etiam in exactione collectarum actori præferendos esse existimauerit. Non puto obstare, quod à verisimili mente statuentium hic iterum argumentatur, videlicet si status de superioritate sensissent, daß sie ohne zweiffel die hohe Obrigkeit in specie würden exprimirt haben / cum vocabulum Obrigkeit /
135 † per se & sine adiectione supradictæ qualitatis in potentiori significatu accipiatur; vnde supra dictum argumentum forte rectius inuerti, & sic argumentari posset, daß die geringer oder nidere Obrigkeit der höhern in impositione collectarum solte præferirt werden / quod id proculdubio in specie expressissent, cum alias & ratio & ius ipsis repugnare videatur. Denique si nec iure regalium nec ratione superioritatis vel imperij, sed ex sola imperatoris demandata potestate atque concessione hoc ius exigendi à subditis collectas competere dixerimus, iam si repetantur ea, quæ supra de vocabulo subditi, & qui proprie vel improprie subditi dicantur, adducta sunt, videtur etiam hoc casu Reorum conditio in exactione collectarum imperialium potior esse, nisi supradictum vocabulum in altero atque improprio sensu potius, quam in sua propria ac genuina significatione accipere velimus. *contra gloss. in Clement. 1. in verb. subditos. de for. compet.* Vbi subditus † proprie dicitur ratione domicilij. *Abb. in c. 3. de* 136
*appellat. & in c. nuper & ibi gloss. de sentent. excommun. c. penult. extra de for. compet. c. dilecti. de arbitru.* Nec subditus proprie dicitur, etiamsi sortiatur forum, nisi domicilium habeat. *d. Clem. 1. & ibi gl. in verb. subditos. de for. compet. Late Soc. in c. 1. versic. prima declaratio. extra eodem.*

Vt sic parum obstare videatur: Quod ordinis homines ratione bonorum censualium nicht an das D. sondern an deß Ordens Landtgericht folgen müssen. Nec etiam ex eo concludenter sequitur, daß dicti homines eben einer solcher Gerechtigkeit halben / (ratione nimirum fori, cum tamen alia reliqua iura superioritatem, adeoque vniuersalem iurisdictionem denotantia, penes Reos sint) mehr deß Ordens / als der Graffen Vnterthanen zuhalten seyn / nisi quis contra text. gloss. & Dd. *in d. Clem. 1. verb. subditos.* (Vbi non ratione fori, † sed ratione domicilij proprie subditus dicitur) 137
nouam sibi definitionem subditi confingere, & à proprietate verborum recedere velit: minus recte, (iudicio meo) procedet hæc argumentatio. Dieweil ordinis homines an Comitum Landtgericht ratione bonorum ordinis zufolgen nit schuldig Ergo so haben Comites kein vniuersalem iurisdictionem vel territorium, sicut & hoc argumentum claudicat: Der Orden hat daß Landtgericht ratione suorum bonorum. Ergo etiam territorium.

Quia vtrunque falsum, & vnum † sine altero 138
esse potest, præsertim si territorium † à tenendo, 139
gladijque potestate definire volemus. Ex quibus omnib. simul iunctis non sine ratione dici posset, Reorum partes tam vigore regalium, quam ratione superioritatis & imperialis concessionis potiores, ideoq; eos in exactione harum collectarum, quoad omnia bona nullis exceptis, actori præferendos esse.

Verum vtut sit, cum hæc causa non parum dubia, & actoris cura (licet iudicio meo imbecilliora sint iuribus Reorum) priuilegio immunitatis atque partium transactionibus munita sint, in quibus Reorum antecessores expresse profitentur, daß sie hinfüro keine Stewr auff ordinis Leuth vnd Gütter weder zu diesen zeiten, noch fürbaß nimmermehr nemmen sollen noch mögen / (quod pactum proculdubio perpetuitatem denotat) alijsque rationibus ante me sufficienter deductis, putarem cum dominis, quoad bona ordinis censualia, Emphyteutica seu propria pro dicto ordine pronunciari posse, Reos in hoc puncto condemnandos. Quantum vero ad reliqua bona hominũ ordinis

pro-

propria siue mobilia, siue immobilia, (nullam enim differentię rationem video, siquidē in transactionibus non comprehenduntur) dictos Reos à petitione actoris absoluendos esse, Compensatis expensis.

Ad attentata quod attinet, cum de re modica videatur agi, putarem ea tacite præteriri posse, ꝙ idem etiam circa petitionem comitum articulis super elisiuis annexam (cum parum vel nihil probauerint) pronunciandum censeo. Saluo.

D.G. Quoad iurisdictionem procuratoria, nullitates & actiones cum dominis. Actor se fundat in regalib. & priuilegijs ordini concessis ab impp. Deinde de iure communi Ecclesiasticis competentibus. Deinde in quasi possessione omnimodæ iurisdictionis, quam solis 4. casib⁹ maleficij demptis in suos subditos exercuit & exerçet: Præterea in transactionibus & renunciationibus quibusdam olim inter ordinem & comitem erectis, quibus omnibus subnixus, putat intentionem suam subditos suos collectandi fundatam. Verum præ-
140 mittendam distinctionem † inter bona censualia ordinis, & bona propria hominum. Secundo du-
141 plicem collectarum speciem † constituendam, prouincialium & imperialium, de quibus alij domini ante me, cum quibus etiam concludo, intentionem Actoris, quo ad collectas imperiales per dicta priuilegia & documenta fundatam, quā sane per ea, quæ à comitibus pro elisione adducuntur, elisam non esse apparet ex sequentibus. Quamuis enim comitatum se habere prætendant certis limitibus circumscriptum, quem ab imperio in feudum recognoscant, & iura habeant regalia, quorum vigore ius collectandi subditos & incolas articulatorum pagorum in districtu d.co-
142 mitatus sitorum (cum ius illud † sit de regalibus. *Menoch.consil.32.num.30.& fin.lib. 1.*) & iure superioritatis, seu alti dominij (cui vt digniori respectu iurisdictionis, quam ordo in suos exercet, sæpe dictum ius collectandi accedere debeat, *Iaſ. in l.imperium. num.3. de iuriſdict. Tiraquell. de retract.§. 1.gloſſ.7.num.82.& §.30.gloſſ.1.num.15.*) illis competat. Tamen hisce & alijs, quæ pro hac parte adduci possent, fortiter obstant conuentiones, transactiones & renunciationes supra dictæ. Etenim vt ex multis pauca desumam, verba documenti Anno 1357. erecti clara sunt. Item de Anno 1378. Ex
143 quibus colligere est, sæpe d comites habere ius, † ordinis hominibus & bonis collectas imponendi, si quod antea ex prædictis illis competebat, à se abdicasse, illique medio iuramento renuntiasse.
144 Quo faciunt notata per Dd. immunitatem † per contractum, etiā iureiurando non interueniente, concessam, reuocari amplius non posse. *Bart. in l. penult. de decr. ab ord. faciend. Abb. consil. 36. vol. 1. Alex. consil. 30. num. 17. vol. 5. Et Cacher. decis. Pedem. decis. 91. num. 10.* Quanto fortius id procedat, contractui iuramento accedente, vt hic.

Et licet instando pro comitibus obijci possit, verba documentorum restringi solummodo ad personas loquentes, nec fieri mentionem hæredum & successorum. Item quod iuramentum sit personale. Tamen nihil obstare videtur ex eo: Quod cum ab initio contractus † ex conuentio- 145
ne legem acceperit, hæres contra defuncti, vel successor contra antecessoris factum, præsertim iuratum venire non possit. *l. cum a matre. C. de rei vindic. Gabriel. lib. 6. tit. de reg. iur. concluſ. 11.* Faciunt, quæ tradit dictus Gabriel. *libr. 3. concluſion. 5. de iureiurand. num. 2.*

Nec obstat, quod iuramentum sit personale. *Innocent. in c. veritatis. de iureiurand.* Quia respondetur: Quod id tantum procedit quoad vinculum periurij, sed non quoad efficaciam obligationis. *Bald. in l. etiam in fin. de iureiurand.* Quam Baldi declarationem fere omnes Dd. sequuntur, vt apud Gabriel. *libr. 6. concluſion. 6. num. 2. & 3. & Couarr. in c. quamuis pactum. part. 1. §. 3. num. 4. de pact. num. 6.* Vnde puto intentionem actoris ratione bonorum censualium bene fundatam. Bonorum autem propriorum subditorum, cum nō solum in documentis allegatis non fiat mentio, sed etiam ex parte actoris de illorum exemptione & immunitate nihil sit probatum, Reorum quoque intentio ex supradictis & alijs fundamentis de iure sit fundata. Ideoque vnius inclusio † sit ex- 146
clusio alterius, & Actore non probante † Reus 147
absoluendus, casusque omissus etiam † in con- 148
tractibus, relinquatur dispositioni iuris communis. *Dec. consil. 555. numero tertio.* Quare Reos, quoad hæc bona absoluerem, & in alijs omnibus cum D. Correferente pronunciarem; Expensis compensatis.

D.O. Concludit cum D. G. & M. ex ijsdem & alijs rationibus, quæ possunt in eandem sententiam adduci. De mobilibus aliquantulum hæsito, si res esset momentosa & non difficilis separationis instrumenta fundorum ab ordine possessorum tribuerem ordini, reliqua vero Comitibus. Veruntamen quia deprehendo ex prima transactione, daß sich die Graffen auch der Vihesteuwer begeben/ & probabile sit, reliquam subditorum supellectilem vel desuetam, vel vilem esse, & videam transactiones & renunciationes illas auff ordinis Leut vnnd Gütter in Kriegszeit kein Steuwr zu geben/ puto non esse operę pretium, vt distinguatur, sed magis esse & expeditius, vt eorundem mobilium bonorum, valde prægnantibus verbis conceptas, steurā in genere, vigore dictarum transactionum ordini relinquatur: In reliquis omnibus cum D. Correfer. & alijs supra nominatis dominis. Saluo.

D. à F. Ad causam principalem quod attinet, omissis ambagibus puto hic consideranda † du- 149
plicia bona, quæ ab ordinis hominibus possidentur, & ratione quorum partes litigantes vtrinque sibi ius collectandi competere contendunt, videlicet quædā ad ordinem pleno vel directo saltem iure dominij, siue Emphyteutica, siue feudalia, vel

quouis alio nomine spectantia appellemus. Quædam vero rusticis de nouo, vel à multis retro annis, tãquam propria, vel titulo emptionis, vel alio quocunque aut hæreditatis iure acquisita. Quoad priora, rem expeditam, & claram esse arbitror, & intẽtionem actoris de iure communi fundatam, quod Ecclesiasticis præstat immunitatem ab omnibus oneribus. *l. placet. C. de SS. Eccles.* & ipsimet Comites in documentis exhibitis non obscure, imo expresse fateri videntur, nullum sibi ius, neq; ratione personarum nec bonorum in ordinis homines collectas indicendi, qualescunq; etiam, Vbi bona sita sint, cõpetere; vti habetur in documẽto sub dato Veneris post Blasij anno 1378. & de 26. Septem. Anno, &c. 83. relato. Hic faciunt conuẽtiones reiteratæ deliberato animo prægnantissimis verbis præsentibus viris illustribus & notabilibus ad hoc specialiter in testes vocatis, initæ & conceptæ, idque iuramento interueniente, sigillis ipsorum met, & interuallo obsignatæ & ad maiorẽ cautelam confirmatæ, ac demum à iunioribus comitibus, aliquot post annis ratificatæ, ad quarum verba breuitatis gratia me refero. Quibus non tãtum mobilia, sed & immobilia propter vniuersa-
150 lem iurisdictionem, †(Feine) quæ omnia excludit.
151 Et verbum, † E T, quod inter diuersa poni solet, comprehendi puto. Nam quæso si adimeremus huiusmodi rusticis instrumenta fundorum, & iumenta, quid ipsis imponi posset, aut quid reliquũ foret, vnde collectæ solui possint. Item quod Comes Ludouicus ratione pecorum collectas exactas cum ordine transegerit, & sanctè pro se & pro suis promiserit, imposterum huiusmodi oneribus ordinis homines non grauaturos. Quod testatur documentum de dato Andreæ de Anno 1313. sub lit. M. Quod vero ordini ius collectandi in homines suos & bona ad commendas in D. E. vnd W. pertinentia, & ab ipsis possessa competat, extra dubium esse puto, vt ex eo perspicue demõstratur, quod comites tribus diuersis, & longe disiunctis temporibus, videlicet anno 1313. anno &c. 1357. & anno 1378. fateantur facultatem collectas exigendi sibi ab ordine concessam, & precario obtinuisse cum expressa obligatione & promissione, id ordini præiudicio non futurum vel quid tale imposterum sine ipsorũ consensu tentaturos, attestantibus hoc documentis lit. M. n. 1. 2. & 3. Vt hic taceã de donatione Comitũ à D. & emptione pagi M. cum omnibus iuribus, quæ habent, vel habere possent Comites ab O. Nam ita sonant literæ de dato anno 1323. Et nisi ordini competijsset ius collectandi, alteri id cedere vel concedere non potuisset. Comites enim si in hoc iure fundati fuissent, propria authoritate steuras à subditis exigere potuissent, nec ordinem desuper interpellare, precibus efflagitare, & tanquam magno accepto beneficio, alijs in rebus de iure suo remittere, & reuersales suas dare tenebantur. Ex quibus omnibus ad oculum patere arbitror, iniqueque feciisse Comites, quod contra dispositionem iuris communis & supradictas conuentiones iuratas partim, ordinem non solum in iure suo impedire, sed & ibi nouum ius vendicare voluerint. Igitur eos condemno, tam in causa principali, quam ad interesse (implicite intelligens restitutionem pecuniæ ratione horum bonorum ab ordinis hominibus contributionis nomine exactæ) quod ex natura huius actionis negatoriæ venit: etsi expresse esset petita restitutio, expresse etiam adiudicarem, præsertim cum lite pendente hæc peracta sint, cum tamẽ Comites ante hoc in nulla possessione vel quasi huius iuris, ad quod tuendum, conseruandumq; tale quid prætendere potuissent, fuerint.

Quoad bona rusticorum propria in districtu Comitatus sita, & ab alijs dubio procul sui generis hominibus comparata & adepta, quod attinet, in ijs maior potest esse dubitatio. At ego superuacaneum esse existimo, ingredi in præsenti causa pelagus illud immensum, & vagum mare, an collectæ †imponantur personis tantum, vel 152
personis propter res, qualia sint munera personalia vel patrimonialia, ordinaria vel extraordinaria, an competant iure regalium tantum, vel vigore superioritatis, meri & mixti imperij aut simplicis iurisdictionis, vel denique ex demandata Cæsaris potestate: Denique quis dicatur proprie, quis abusiue, qualiter verbum †Obrigkeit 153
accipiendum, an in potiori, vel alia significatione. De priuilegijs, regalibus & inuestituris vtrinque concurrentibus, & quis virtute horum habeat potiora iura, & si quæ sunt similia. Quia haud multum ad rem facere videntur, licet vtriusque partis aduocati vehementer in eo laborauerint, & vterque probare intenderit, se esse die Obrigkeit / & collectandos sibi subditos. Sed id ideo factum puto, ne metu communis & generalis regulæ: forenses †collectari non posse, à 154
iure collectandi excluderentur. Ego quidem homines ordinis, qui bona ordinis possident, quoad ipsorum personas per supra dicta. Item conuentiones & alia iura, quæ ordo habet, liberos & immunes esse, nec illis aliquod onus simile imponi, vel indici posse.

Quia vero exactis constat, plerunque omnia bona in pagis controuersis sita, ordinis & Marchionis, quicunque etiam sint ipsorum possessores, siue laici, siue Ecclesiastici iurisdictione carentes, oneri collectarum hactenus subiecta fuisse. Non video igitur, cum hæc rusticorum bona propria inde prouenerint, quare diuerso iure debeant censeri, præsertim cum ordo in illis alias nullum ius, nullam iurisdictionem vel simile quid vindicat vel assumat, & regulariter omnis res transeat †ad quemcunq; etiam pos- 155
sessorem cum omni causa & onere. Frequentissimum hodie est in imperio, quod domini territorij à possessorib. †bonorum in territorio sitorũ, 156
(nisi subsit aliqua causa præscriptionis legitimæ libertatis, immunitatis, exemptionis, concurren-

tis

tis iurisdictionis, vsus contrarij, vel qua similis) exigere solent, licet personæ subditæ non sint. Et quamuis videatur id magis ex statutis, consuetudine, vel more, per omnes iam fere prouincias Germaniæ recepto & vsitato, vel vsurpatione quadam non parum ex recessibus imperij plus quam obscuris causata, quam de iure communi procedere, tamen in iudicando non facile ab eo recedendum, præsertim si nihil concludens in contrarium moueatur, allegetur & probetur. Accedit hisce, quod rusticorum bona, multis ante litem cœptam annis, iuxta rationes æstimi productas, plerique oneri collectarum supposita, & sic comites, multis etiam ex testibus hoc asseuerantibus, in possessione vel quasi percipiendi fuerint: igitur merito manutenendi. Nam, quod in districtu Comitatus sita sint propria rusticorum bona, expeditum, & tam ex testium depositionibus, quam ex ipsis documentis clarum est.

Ex quibus omnibus consequi videtur, quod licet ordinis homines, tam quoad personas ipsorum, quorum mobilia accedunt. *Iac. de S. Georg. in tract. de Ren. & oper. num. 17.* quam bona ad ordinem spectantia nulla ratione à comitibus grauari possint, tamen propter bona in territorio cum onere acquisita, & comitum possessione aliquali saltem probata, præsertim nulla iusta apparente exceptione ad illorum collectationem teneri, & obstrictos esse. Nec ante hanc litem nostram més & intentio, quæ facto ipso vt plurimum magis, quam verbis declaratur, homines ordinis in vllo grauare, vel sibi subditos reddere, sed tantum curarunt valorem bonorum, de quibus supra ad catastrum & rationes me referendo in quo comites etiam adhuc requiescere debent.

Hoc etiam obiter mouendum duxi ad comites non pertinere rationem vel modum in hæc vel alia bona, vbicunque etiam locorum sita, ordini suis hominibus vel indicendi, vel exigendi collectas præscribere posse, sed id ei liberum relinquendum, quantum de iure atque illæsa conscientia ordo possit ac debeat. Facit cõtra vniuersalem comitum in ordinis homines prætensam superioritatem, vel iurisdictionem vniuersalem, quod neque in antiquissimis, neq; modernis documentis illos subditos suos, vel alio, minus potẽti vocabulo, quod subiectionem denotet, nominare ausi fuerint. Imo in moderno documento sub lit. I. producto, de dato Anni 1526. nihil aliud iuris in eos prætendunt, Dañ daß sie die Peinliche
157 Oberkeit haben/(Quod verbum † Oberkeit hic po-
158 nitur cum adiuncto, & sic improprie) vnd daß sie in jhrem Schirm sein: Protectio autẽ non † tribuit iurisdictionem. Et huc referri posse arbitror ea, quæ supra passim in actis de Friedschatz habentur & dicuntur, sed quicquid sit, ita moderãdam nostram sententiam existimo, vt saluum sit cuique ius suum, & quoad eius fieri possit, ne ordinis ho-
159 mines † propter vna eademque bona duplici onore grauentur.

Super attentatis den W H. betreffend/ expresse pronunciandum arbitror, compensatis expensis. Saluo, &c.

D. E. Concludo cum domino correferente, & aliis dominis, quo sc. ad bona ordinis Emphyteutica siue censualia pro ordine definitiue pronunciandum: ratione vero bonorum propriorũ Reos absoluendos esse. Nec displicet distinctio D. O. in bonis mobilibus, si ea momẽti alicuius & separatione digna forent, sed cum plura inde in cõmoda subsecutura timeam, & Comites quoq; in prima transactione sub lit. M. der Viehstewer: veluti principaliori renunciauerint. Ideo & ego distinctionem illam prætereundam satius puto. Et tam in hoc puncto quam aliis (excepto attẽtatorum, in quo sum indifferẽs, siue expresse desuper pronuncietur, siue prætereatur) cum dominis, vt supra dictum, concludo. Saluo, &c.

*Sententia † definitiua.* Jn Sachen weyland W. 160
jetzt Herrn H Meister Teutschordens / Klägern eins/wider auch weyland C. W. & consortes in actis benant/jetzt Hern W. vnd G. Gevätteren / alle Graffen zu O. Beklagter/andertheils/verhinderung der Stewer betreffent/ist allem vorbringen nach zu recht erkant / daß gedachten Beklagter jhnen Klägern/an besteurung der Ordensleute/ vnnd Gütter in Articulirten Dörffern / Flecken/ vnd weylern geklagter massen zuuerhindern / vnnd zu attentiren nicht gezimet noch gebüret / sondern daran zuuiel vnd vnrecht gethan haben/sich dessen hinfürs zuenthalten/auch genugsambcaution zuthun / gleichfals dem W. B. zu V. daß wegen deß Hofs daselbst / abgenommen Schatz vnnd Straffgeld zu restituirn schuldig / aber die vbrige ermelte Leute eygene in oberührten Dörffern/Flecken vnd Weilern gelegene Gütter belangendt / die Beklagte von angestelter Klage zu absoluiren vnnd zuerledigen sein / als wir sie hiemit respective condemniren, verdammen/ absoluiren/vnd erledigen / auch obgedachte attentata reuocirn vñ auffheben/die Gerichtskosten allenthalben auffgelauffen / auß bewegenden vrsachen gegen einander compensirend vnd vergleichendt.

## *VOTVM VII.*

## DD. Assess. in causa H. contra P.

### *Materia iuris collectandi.*

SVMMARIA.

1 *Interdictum vti possidetis, pro iuribus incorporalibus competit.*
2 *Ius quærendum diuersis in casibus proponi potest.*
3 *Hoc in voto speciatim de quasi possessione agitur.*
4 *Particula* oder anderer / *in specie de quibus collectis loquitur.*
5 *Ius quærendum diserte exprimitur.*
6 *Punctus citationis hic de collectis prouincialibus accipitur.*
7 *Status imperij ex speciali concessione collectas im-*

*periales ex regalibus Imperatoris indictas, subditis suis in subsidium imponunt.*

8 *Inferior Princeps vigore propriorum suorum regalium collectas prouinciales territorio principatus sui imponere potest.*

9 *Rustici litigiosi sui domini quondam imperialem quandam collectam tradiderunt, sed nullam prouincialem.*

10 *Possessorium iurisdictionis admixtam causam proprietatis habet.*

11 *Qui interdictum* quorum bonorum, *intendit, sufficit probare præsumptiue esse hæredem.*

12 *Qui actum contra vniuersitatem gerit, tanquam generalis dominus est, & in quasi possessione singulorum.*

13 *Quælibet possessio præsumitur certa siue continuata præcedente titulo.*

14 *Transactio non alium & nouum titulum tribuit, sed veterem continuat.*

15 *Collectare est actus iurisdictionalis.*

16 *Qui habet titulum & exercet iurisdictionem in vno acquirit quasi possessionem eius quoq; in aliis.*

17 *Iurisdictio, quoties per aliquot actus particulares acquiritur, censetur etiam acquisita circa alia, quæ sub eadem specie comprehenduntur.*

18 *Possessio vnius actus specialis generat possessionem iuris vniuersalis.*

19 *Qui est quodam in loco in possessione baptizandi, is potior quoque erit in possessione consecrandi.*

20 *Per exercitium vnius actus competentis erit, quis possessor totius iuris patronatus.*

21 *Collectæ, vectigal & gabella, an sint eiusdem iuris.*

22 *Quilibet Princeps* von Alters hero *collectam in suo principatu collegit.*

23 *Impositio collectarum est meri imperij.*

24 *Collectare est meri & mixti imperij, & omnimodæ iurisdictionis.*

25 *Iurisdictio territorio materialiter inhæret.*

26 *Principes hodie regalia notorie habent.*

27 *Vniuscuiusq; principatus dicitur esse omne illud, quod intra limites & fines eius est.*

28 *Omne, quod est in Regno vel Baronia, præsumitur esse sub protectione & iurisdictione Regis vel Baronis.*

29 *Is potior esse in possessione censetur, intra cuius limites res est sita.*

30 *Positio terminorum per transactionem facta, ius nouum non constituit.*

31 *Possessio de loco in locum, quando habet locum, & quando non.*

32 *Transactio nomine titulum non constituit.*

33 *Cui vnū quid debetur, eidem & reliquū debeatur.*

34 *Negligens in vno actu, non præsumitur negligens in sequenti.*

35 *Is vim facit, qui contra, cum prohibetur, facit.*

36 *Prohibet is, qui saltem se prohibere dicit.*

37 *Qui non collectantur, actum libertatis acquirunt.*

38 *Statibus imperij collectatio in specie concessa est.*

39 *Status imperij hic nō nisi nudam exactionē habent.*

40 *Executor merus ad executionem suam iustificandam rusticos citare potest.*

41 *Plures magistratus in locis litigiosis esse solent.*

42 *Collectæ vocabulum est odiosum.*

43 *Collectare quo ad exercitium & vsum est actus iurisdictionalis.*

44 *Locus quidam in ipso territorio potest esse exēptus.*

86 Sententia nulla ex defectu iurisdictionis confirmanda tenet, si ab ea appellatum non fuerit, vel si semel de nullitate dictum.
87 Possessio nulla potest mutari in aliquam, & possessio nulla si reiteranda, venit confirmanda.
88 Nullitas & iniquitas quando simul proponi & decidi possint.
89 Iudex potest in eadem sententia eandem partem, quæ in articulo nullitatis obtinuit in negotio principali, iuxta tenorem primæ sententiæ, quæ fuit declarata nulla, condemnare.
90 Nullitas si versetur circa acta & sententiam omnia debent reuocari, quæ sunt secuta ex ea & ab ea.
91 Petens sententiam primam confirmari, quæ probare debeat.
92 Appellatus inuito appellante, omisso appellationis puncto, in principali negotio procedere potest.
93 Iudicis est lites quam primum dirimere.
94 Petitio & conclusio libelli præcipue sunt ponderanda.
95 Petitio non ad iudicem, sed ad partem & certam personam directa, plenam causæ cognitionem, & litis contestationem requirit.
96 Libellus requirit expressionem talis causæ, ex qua oriatur obligatio & actio.
97 In alimentorum petitione paupertas & infirmitas probanda sunt.
98 Exceptio inepti libelli etiam post sententiam opponi potest.
99 Iudex supplere debet à partibus non opposita.
100 Iudici non competunt hæc tria; non petita petam, non excepta excipiam, non probata probabo.
101 Maritus tenetur vxori inopi præstare alimenta, etiamsi patrem habeat.
102 Alimentorum causa pia & fauorabilis est, & nu. 106.
103 Iudex inferior rectè implorat auxilium superioris pro facienda executione.
104 Nullitates executionem sententiæ regulariter non impediunt, modo sit retractabilis.
105 Executio sententiæ, quæ nondum lata est, dari non potest.
107 Alimenta sunt præstanda filio, etiamsi adhuc dubitetur, vtrum sit filius.
108 Confirmatio sententiæ nullæ nihil operatur.
109 Sententia reuocata, reuocantur etiam, quæ sunt secuta ab ea, vel ex ea.
110 Comites, Barones & nobiles partim præscriptione memoriali, partim priuilegijs, à quorumcunq; iudicum iurisdictione exempti sunt, & solum imperatorem cum Camera agnoscunt.
111 Genus omnes species sui natura inclusiuas comprehendit.
112 Generale verbum non recipit arctationem, nisi in eo, quod includi non potest.
113 Resolutio contractus eiusdem naturæ esse censetur, cuius erat contractus.
114 Non contradicens, cum id facere possit vel debeat, consentire dicitur.
115 Dictio, darneben, idem significat, quod dictio, præterea.
116 Pactum vt quis conueniatur, coram iudice non suo, & cui nullo modo subest, valet, idque eo magis, quando sit iudici præsenti & acceptanti, num. 117.
118 Filius conuentionem patris sui, cuius hæreditati se immiscuit, seruare adstrictus est.
Pater curi filio eadem persona censetur.
119 Hæres in contractu subintelligitur, etiamsi eius mẽtio facta non sit.
120 Pacta omnia transeunt ad hæredes etiam eorum nõ facta mentione.
121 Ius quod est de me, idem est de hærede meo.
122 Hæredis persona conditionem obligationis non mutat.
123 Hæres tenetur sequi forum defuncti.
124 Hæres representat defuncti personam.
Fides in vicem iuramenti data, corporali iuramento comparatur.
125 Iuramentum facit actum valere omni meliori modo & forma.
126 Iuramentum etiam ad hæredes extenditur, & eos obligat.
127 Iuramentum, licet quoad reatum periurij personale sit, tamen quoad robur actus, cui accedit, habet effectum realem, & transit ad hæredem.
128 Hæres tenetur stare in iuramento defuncti.
129 Paria sunt, nullam ab initio fuisse causam, vel fuisse aliquam, sed eam finitam.
130 Metus, vt effectus producere possit, durare debet.
131 Metus iusta causa non est, quòd quis carceratus fuit, antea nisi probet, quod hoc iniustè factum & sæpius fieri soleat.

132 De metu illato protestatio fieri debet.
133 De metu non protestans, cum facile posset, potius volens, quam nolens præsumitur.
Obligatio personalis personam promittentis non egreditur.
134 Prohibitio facta ipsi hæredi de non alienando, non comprehendit filios hæredum.
135 Pacturi simpliciter factum nō extenditur vltra personas, quibus cum pactum gestum est.
136 Pacta an omnia ad hæredes transeant.
137 Filius adeundo hæreditatem quasi contraxisse cum omnibus creditoribus hæreditarijs videtur.
138 Hæres quando sortiatur forum defuncti.
Contrahentes præsumuntur se regulasse secundum intentionem iuris.
139 Actum faciens censetur se adstringere legibus, de illo actu loquentibus.
140 Actus, qui sit ab aliquo, secundum ea, quæ ius disponit, præsumitur factus.
141 Statuto stricti iuris, aquitas officij iudicis addere ei nihil potest.
142 Statuto fieri potest, vt Reus forum actoris sequatur, non obtinet inter subditos statuentium.
143 Ciuitas non potest statutum facere de his, quæ suæ iurisdictionis non sunt.
144 Statutum loquens de persona non subdita, inualidum est ex defectu potestatis.
145 Verba per se clara interpretatione non indigent.
146 Verba sunt notæ passionum, quæ in animo habentur, & vltra ea non est dispositio legis trahenda.
147 Statutum tanquam exorbitans, ne quidem ex identitate rationis extensionem patitur.
148 Statuta quando ex identitate rationis extenduntur ad causam similem.
149 Veniens ex ratione interpretata simili vel maiori, venit ex tacito intellectu.
150 Tacitum semper cessat, vbi est locus expressus.
151 Interpretatio contra expressam dispositionem nulla admittitur.
152 Statutum iuris correctorium extensionem personæ ad personam non admittit.
153 Dispositioni iuris communis relinquuntur omnia, quæ alijs dispositionibus non prouisa vel munita sunt.
Transactiones paternæ super feudo factæ filijs non præiudicant.
154 Iuramentum ligat ipsum iurantem, non vero ampliat actum iuratum.
155 Iuramentum non supplet vim clausulæ specialis.
156 Iuramentum secundum naturam illius actus, cui adijcitur, eundem firmat & roborat.
157 Iuramentum recipit omnes conditiones, quas recipit actus, super quo iuratur.
158 Iuramentum à defuncto præstitum, non obligat hæredem ad forum ipsius.
159 Hæres quando ligetur in iuramento defuncti.
160 Pater & filius diuersa persona reputantur in materia stricta & propria.
161 Prætor seu iudex non potest proprios subditos in alio territorio citare, nisi per iuris subsidiales.
162 In citatione, si est vitium, nunquam valet processus in præiudicium absentis.
163 Iudex super exceptione non tangente negotium principale in libello deductum, sed simpliciter incompetentiam iudicis negante, omnino & expresse pronunciare debet.
164 Nullitates in Camera imperiali, dum modo de meritis causæ constat, attendi non solent, neque debent.
165 Ordinatio Cameræ de quibus nullitatibus intelligenda sit.
166 Nullitas iurisdictionis omnino attendenda, & omnia maxima reputatur, n. 167.
168 Nullitas ex defectu iurisdictionis resultans, potest quandoque opponi etiam post tres & quatuor conformes sententias: neque talis informitas sanari, vel à proprio iudice suppleri potest, num. 169.
169 Sententia non tantum ex defectu consensus, sed etiam propter defectum solemnitatis, nulla rata haberi non potest.
170 Sententiam confirmari petens, quid probare debeat.
171 Iudex appellationis quando primam sententiam confirmare vel reformare possit.
172 Acta & actitata omnia corruunt & nouo penitus processu, ac nouis actis opus est, vt iterum ex integro de causa cognosci possit.
173 Testium non rite receptorum dispositio non valet, sed pro non scriptis habetur.
174 Attestationes inualide quando consensu partium validari possint.
175 Iudex quando super meritis cognoscere, & sententiam priorem confirmare, vel reformare possit.
176 In causa mandati executorialis quid.
177 Sententia definitiua quæ.

IN mandatis procuratorum nihil desidero. Quamuis ex intitulatura protocolli per verba Appellanten & Appellaten clare denotari videretur, præsens negotium ad Cameram deuolutum, & sic ante omnia eius formalia examinanda venire, tamen error, qui forte incuria N. vel potius culpa procuratoris non recte designans, vel dictitans rubrum, commissus, statim ex tenore emanatæ citationis, libello eiusve petitione, totoque processu deprehenditur. Cameram scilicet ob prætensas quasdam nullitates, & præsertim ob defectum iurisdictionis per viam simplicis querelæ, tanquam superiorem, & recte quidem aditam, ideo non puto insistendum, nec aliud actrici superfuit remedium. Nam vt tutrix iterato & peremptorie legitime à prætore N. ad instantiam partis aduersę citata per literas respondit, † se nolle comparere, nec comparuit, & sic fere fuit contumax, *Bal. in l. ea quæ. nu. 1. C. quomodo & quando iudex*, cui audientia † denegatur, & beneficio

neficium appellationis præcluditur, *l. 1. & ibi Bar. num. 1. Cod. quor. appell. non recip. Mar. in verb. appellatio. par. 6 de appell. numer. 273. & seq. Alex. in consil. 105. num. 8. vol. 5.* Et sententia iam transierit in rem iudicatam, ita vt nihil superesset, nisi vt sententia illa excusationi mandaretur,

Fundamentum igitur nostræ iurisdictionis & prætensæ sententiæ nullitas principaliter intenta-
3 ta, & recte aditus superior † propter grauamen primi iudicis. *Bar. in l. si expressim. num. 14. de appell. Alex. consil. 73. num. 11. lib. 6.*

4 Nec dubium, quin † de nullitate quilibet, qui se grauatum sentit, dicere possit. *Vant. de nullit. c. 4. num. 1. fol. 59.* Omnium etiam iudicum sententiæ nullitatis vitio possunt impugnari. Cum igitur nihil horum desideratur, videlicet quoad tempus & nullitates principaliter deducatur, quod ex eo manifeste apparet, cum hoc remedium solum separatim, & sine quouis alio remedio sit intentatum, & ad hoc nobile iudicis officium imploratum, *per Bar. in d. l. si expressim. num 12. & 13. Alexand. consil. 225. num. 22. lib. 6.* Concludo Cameræ iurisdictionem fundatam.

5 De actione imploratum † officium iudicis nobile pro cassanda sententia. *Bar. in l. 1. n. 14. C. quando prou. non est necesse.* Hoc tamen obiter notandum cum nullitatibus etiam iniquitatem incidenter deduci, ad acta me referendo.

An intentio actoris probata? Nullitates, quæ proponuntur, diuersi generis sunt: quædam enim concernunt personam iudicis, vt suspecti & recusati, item quod causa ipsius commodum concernat.

6 Et sufficit † sola recusatio sine plenaria probatione ad impediendum processum, *Alex. consil. 104.*
7 *num. 4. lib. 5.* Sed hæc exceptio, quia † non de nouo superuenit, in prima instantia ante litis contestationem legitime erat proponenda. *l. cum apertissim. C. de iudic. l. ita domum. C. de procur. Mar. de appellat. num. 74.* Accedit quod sint nudæ allegatio-
8 nes, cum tamen quilibet fundamentum † suæ intentionis teneatur probare, etiam super negatiua, *Afflict. decisio. 377. num. 2 Cod. de probat. Vant. a quo & quibus modu. cap. 7. num. 1. & 2.* Quædam respiciunt processum, videlicet se citatum ad locum non tutum, sententiam libello non conformem, nec ad audiendam eam citatum. At notorium est contrarium. Patet etiam ex inspectione libelli & sententiæ in rebus & caussis conuenire; *l. per hanc. Cod. de temp. appellat.* Verum quidem, quod vidua ad audiendam sententiam non fuerit citata.

At quum iterato personaliter citata respon-
9 dit se nolle venire, & sic vere † contumax sit, iudex vlteriori citatione non indigere censuit, præsertim causa iam bene instructa. *Afflict. decis. 286. num. 6. Bald. in l. si accusatoribus, numer. 16. de accusat. Alexand. consil. 105. num. 15. volum. 5.* Et forte de sylo ita obseruatur N. qui † sequendus est, *Afflict.*
10 *decis. 39. num. 6. Iaf. in l. nec quicquam. num. 18. & 50. de offic. proconf. Vant. quib. mod. sententiæ null. &c. num. 107. cum 2. seqq.*

Quoad sententiam manifestæ iniquitates, quæ nullitati assimilantur, nempe si in maiorem summam, quam petitum condemnetur, alimenta non pro modo facultatum ex æquo existimata, & tali personæ, quæ & seipsum ex industria alere potest, & à marito ali debeat, quibus alimenta non debentur. Sed prima prætensa iniquitas ex actis confutabatur, ita vt vlteriori confutatione non sit opus.

Restat, vt discutiamus nullitatem, quæ ex defe-
11 ctu iurisdictionis N. procedit, quæ nullitas dicitur insanabilis, † & nulla lege censetur sublata talis nullitas. *Vant. de nullit. ex defect. iurisdictio. num. 7. Alexand. consil. 81. num. 9. lib. 7.* nec valere tale statutum, quia † tolleretur defensio, *Alexand. consil. 105.*
12 *num. 7 & 8. lib. 5.* nec † iudicatum dici potest ab eo,
13 qui ius iudicandi non habet, *l. 1. §. fin. ad Tertullian.* Et extra † territorum ius dicenti impune non pa-
14 retur. *l. fin. de iurisdictio.* Cum † & citatio extra terri-
15 torium in sibi subditum, consensu domini territorij fieri debeat. *Mar. part. 6. de citat. num. 39. & seq.* At quæri posset, cui huius exceptionis probatio incumbat.

Et primo videtur † negatiuæ qualitatis acci-
16 dentalis seu extrinsecæ exceptio † fere improba-
17 bilis, *l. 1. Cod. de mand. princip.* Quod nisi affirmatiua † probetur, negatiuam pro legitime proba-
18 ta haberi, *cap. cum contingat. de offic. delegat.* cum nemo † iudex esse præsumatur. *Bald. in l. 2. Codic. de*
19 *seru. & aqua num. 48.* non enim † nascitur cum ho-
20 mine, sed per ministerium ei attribuitur. *Vant. à quo & quib. mod. num. 6.* & facta non præsumuntur per vulgaria. Sed quia prior sententia transiit in rem iudicatam, hoc casu † negatiua etiam
21 ex defectu iurisdictionis probanda. *Bartol. consil. 80. num. 1. & consil. 90. num. 12. lib. 1.* quamuis lata esset propter contumaciam. *Alex. consil. 25. num. 1. lib. 6. Cassiodor. decis. 1. num. 1. & 2. de præsumpt. Vant. loco iam d. num. 6.*

Videndum igitur, quid præstiterit actrix. Com-
22 petens † iudex dicitur, qui habet iurisdictionem, & eius exercitium super litigantes, *Mar. dist. 8. numer. 1.* Notorium autem & in confesso, quod actrix & eius liberi non sunt de territorio prætoris N., & † sic recte citari non potuerint, *l. præses prou.*
25 *de offic. præsid l. qui neque. Cod. qui dare tutor.* Nec rõe contractus, vel quasi delicti, vel quasi rei vel possessionis, de qua agitur, vel per factum aut submissionem ex sua & propria persona forum sortitus, vel alias tacite vel expresse in eius iurisdictionem consensisse, immo defectum iudicantis opposuisse, ita vt iudici hoc impedimentum notum fuerit, *argum. l. si quis ex aliena. 5. ff. de iudic. l. hæres absens, & ibi gloss. in verb. habebit, de iudic.* Cum igitur nulla ex supradictis modis subiaceant iurisdictioni dicti prætoris, & vix alius reperiatur, negatiua circumscripta certis terminis, & per consequens defectus iurisdictionis satis probatus videtur. DD.

*in c fin. extra de for. comp.* Occurrit etiam Elisioni, quæ in statuto, consuetudine, pacto vel longæua obseruantia ciuitatis N. consistit. Habet autem dicta consuetudo, vel obseruantia siue statutum: quod omnes ciues emigrare volentes in vel ante remissionem iurisiurandi, quo reipublicæ obstricti fuere, data † fide loco iuramenti promittere tenentur, se in omnibus negotijs & causis cum conciuibus suis eo tempore, quo & ipsi ciues fuerunt pactis & gestis, iudicio coram prætore N. stare velle. Et hoc est vnicum argumentum assertæ iurisdictionis N. Quod tamen varijs modis & causis impugnatur. Nam primo prætendit actrix eius statuti & facti totius ignorantiam, † quæ negationi assimilatur. *l. fin. C. de condict. indebit.* Secundo, documento producto nullam fidem tribuendam, cum statutum nō integre, nec legitime ad instantiam iudicis, sed partis tantum aduersæ sit editum, ad ampliandum etiam iurisdictionem prætoris N. eiusque honorem saluandum, processusque nullitatem confirmandam faciat. Tertiò, si qua etiam de iudicio sisti à marito defuncto cautio sit præstita, illam tanquam vi & metu extortam nullas habere vires. Quartò, negat factum, tempore quo fuerit ciuis, vel etiam in districtu N. se non extendere. Quintò, dato quod in supradictis omnibus nullus sit defectus, tamen obligationem defuncti mariti fuisse personalem, personam eius non egredi, nec hæredes ligare, cum eorum mentio nulla sit facta; lis cum defuncto non cœpta, & statutum contra iurisdictionem ordinariam, cui † fauendum, tanquam odiosum restringendum. *cap. cæterum. de iudic. & c. hodie. de reg. iur. in 6.* nec extensio † à persona ad personam facile admittenda. *l. miles. de testam. milit. Afflict. decis. 265. numer. 26.* Renuntiationes etiam per se sint odiosæ, & † in prorogationibus sit locus pœnitentiæ, præsertim lite non contestata, idque fortius in hærede defuncti. *Iaſ. in l. 3. num. 23. de iudic. Innocent. in c. dilecti, in fin. princip. num. 2. & ibi Abb. de Capell. Monach.* Accedit, si † quis promiserit se iudicio sisti, & non steterit, tenetur quidem ex illa stipulatione ad interesse. *l. fin. ff. si quis in ius voc. l. vbi 75. de V. O. l. fin. de prætor. stipul.* Sed coram suo conuenire debet. *l. congruit. de offic. præsid.* cum † iudex prorogatus nullam iurisdictionem habeat, cum antea non fuerit iudex. *Innocen. in c. conquerente, de offic. ordin. Bald. in Marg. ad Innoc. in verb. prorogatione.* Certum est etiam, quod † hæredes non teneantur ex illis contractibus, qui ad illos sui natura non transeunt. *l. quæsitum. §. fin. Instit. de precar. Bald. in c. 1. num. 11. qui succeſſ. feud. &c.* sicut nec † priuilegia personalia ad extraneos hæredes extenduntur. *gloss. Bart. & Dd. in l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de itin. act. priuat.* & mutata † persona, quæ est alterius conditionis, mutatur etiam qualitas. *l. Licitatio. §. pen. & fin. de acquir. hæred.* Ius vero ciuitatis per dimissionem, vel saltem mortem defuncti patris omnino est dissolutum, & cum nihil commodi vel emolumenti ad hæredes peruenerit, nec merito ipsis oneri esse debet. Nec præsumitur, quod defunctus tam graui præiudicio hæredes grauare, vt tanquam status & comites imperij, & tot priuilegijs & immunitatib ab imperio donati, se minoribus & inferioribus subijcere, ac eo ipso & ordinariæ iurisdictioni & priuilegijs renunciare voluerit.

Dispiciendum nunc est, an per supra Dd. statutum vel consuetudo reipublic. N. vel pactum, cautio seu obligatio, iurata defuncti ita sint enerua-ta, vt hæredes non ligent, & per consequens N. nulla competat in hæredes iurisdictio. Statutum tale N. esse & obseruari probatur ex † Vrfundi sigillato, & in contumaciam quasi recognito. *Iaſ. in l. si quis ab aliquo. num. 1. & 2. C. de edend. text. gloss. & DD. in c. cum à nobis, de testib. DD. in l. nec in arbitris. C. de arbitr. Soc. reg. 247.* An N. habeant facultatem ita condendi statutum, nil dicam, quia obseruantia habet, vt quod † ciuitates faciant, seruetur. *Bart. consil. 81. ante num. 1. in fin. lib. 1.* Facit item † inueterata consuetudo licitum id, quod est illicitum. *Iaſ. in l. si certi condictio. §. si nummos, num. 22. ff. si cert. pet.* & potest † inducere, vt quis in alieno territorio possit iurisdictionem exercere. *Iaſ. in l. extra territorium. num. 18. de iurisdict.* & dare iurisdictionem ordinariam. *Iaſ. in l. morte. 43. & 45. eod. tit.* quæ tantum † habet de effectu & potentia, quantum de vsu. *Iaſ. in l. de quibus. num. 24. de Legib.*

Ex quibus clarum arbitror, quod talis consuetudo induci † possit, vt ciues alicuius ciuitatis, qui inde emigrare velint, nihilominus sub ordinaria iurisdictione ipsius, cui antea subiecti fuerunt, certis & specificatis in causis remaneant, & ibi se iuri sistere, & præsentare teneantur, maxime speciali interueniente pacto vel conuentione eaque iurata, quæ omni veriori, quo potest modo, valere facit & sustinet, *l. cum pater. §. filius. de leg. 2. Philipp. Portius consil. 5. num. 50. Chassan. d. consil. §. 6. verb. contra le princ. num. 5. & ibi add.*

Et ita eo d. statutum vel pactum intelligo, vt sit quædam reseruatio † iurisdictionis ordinariæ & dimissio non pura, sed conditionalis, quæ suspendit effectum *l. 1. & 2. C. de his, qui sub modo, &c. gloss. in l. generaliter, verb. derelictis. Cod. de Episcop. & Cleric. faciunt not. l. si quis arbitratur, de verb. obligat. Bart. in consilio nonagesimo quinto, numero quarto, lib. 1.* videlicet, ego te non aliter dimitto, quam ea conditione, vt in omnibus causis & negotijs, quæ cum conciuibus tuis tempore ciuitatis tuæ gessisti, coram hoc tribunali conuentus, respondere velis, & vt Resp. de eo possit esse securior, desuper præstes iuramentum. Hic sensus (quem ego verum & genuinum puto) si accipiatur, non opus est multum de renuntiatione, vel prorogatione iurisdictionis disputare. Cum non alienæ iurisdictioni, quod quidem alias quis sponte † facere potest, *leg. 1. 2. 51. & 74. de iudicijs*, se submittat,

mittat, sed sub veteri & priori remaneat. Plures
42 enim quis iudices habere potest, quo casu † electio est actoris, vbi & coram quo reum conuenire velit. *l. 3. de eo quod certo loco, l. hæres absens. 19. §. fin. de re iud.* Nec obstat præposteratio verborum vel ordo. *Bald. in l. fin. num. 12. C. de fideicom. libert. l. 1. C. de execut. rei iud.*

43 Quia magis † inspicimus ordinem necessarium, quam ordinem verborum. *l. in talem, de hæred. instit. Bald. in c. inter monasterium. numer. 8. de re iud.* conditio suspendit, & vt effectum habeat omnino supplenda, sicut modum adscriptum supplere necesse est. Et quamuis hoc videatur satis graue, sibi tamen ipsi imputet, quod tali oneri se subiecerit, nec alij superiores vel magistratus de interuersione suæ iurisdictionis merito conqueri possunt, quia id partim ipsorum proprio facto contigit, quod talem susceperint, non inquirentes, num & alium superiorem habeat nec ne *l. factum. de reg. iur.* Ex his puto corruere primam & secundam oppositionem, & tale statutum induci posse. & vigere probatum.

44 Tertia exceptio de vi & metu † nullius est momenti, neque probata, nec etiam præsumitur in libera ciuitate. *Affict. decis 263. num. 2.* Præsertim cum hæc promissio sit facta secundum iam diu vigentem consuetudinem, & obseruantiam. *l. licet locati. Alexan. consil. 8. num. 4. volum. 6.* Factum ipsum, & natiuitas filiæ naturalis ex testium depositione conuincitur, quod mater scilicet cum patre N. rem habuerit, & filia ibi nata sit. Dato nunc, quod propter obligationem iuratam & reseruatam iurisdictionem defunctus obstrictus fuerit, non obstantibus quibuscunque exceptionibus vel priuilegiis, sui copiam N. facere, superest omnium maxima difficultas, an etiam hæc obligatio ad hæredes transeat, eosque non minus, quam patrem liget atque teneat, maxime cum eorum nulla facta sit mentio. Antequam vero eo descendamus, diligenter ante omnia rationem & causam finalem huius consuetudinis vel statuti perpendendam censeo, quam vnicam & solam esse arbitror, ne ciues N. ob contractus vel alia facta quondam cum conciuibus suis gesta & pacta cum magno dispendio rei familiaris, mercantiæ & sumptuum extra tribunal adire & sequi
45 teneantur. At notissimi iuris, quod † hæres maxime suus, eadem causa defuncto reputetur esse persona, ita vt actiue & passiue teneatur de facto, & ex causa defuncti. *Iason in l. 2. §. si in facto. num. 2. de verbor. oblig.* nec conuenire possit. *l. cum à matre. C. de rei vind. Iason in l. apud Iulianum. §. si quis. num. 12. de leg. 1.*

46 Sic qui promittit † pro se, etiam pro hæredibus promisisse videtur. *Dec. in l. hæredem. num. 5. de reg. iur. vbi addition. Alexan. consil. 13. num. 8. lib. 5.* Imo
47 † promittens de suo facto tantum, non excludit vniuersalem & suum hæredem. *Decius d. l. hæredem. num. 7. Bald. in l. fin. num. 5. in fine. C. de actio. empt. Alexand. consil. 8. num. 15. cum duobus seqq. lib. 5. Boer. decis. 67. numer. 5. & 6. Tiraquel. de retract. conuent. quæst. 1. gloss 6. num. 5. Item de retract. legit §. 1. gloss. 9. num. 40* licet stipulatio sit pœnalis, & hæredis nulla facta mentio. *Iason in l. stipulatio ista habere licere. in princ. & § sicut. num. 1. & § si quis dolo. de verbor. obligat.* Sic si testator dicat: *volo peti à † Titio solo,* po- 48
test etiam peti ab eius hærede. *l. non solum. la. 2. §. tale de lib. leg Iaſ. in d. l. si stipulatio. in princ. num. 9. in fine.*

Nam quod iuris est de aliquo, idem etiam † 49
iuris est de eius hærede, licet eius mentio non sit facta *Alexand. d. consil. 18. num. 16.* Quia hæres non 50
debet esse melioris † conditionis, quam defunctus, *Iason in l. Pomponius. §. quæsitum. num. 8. 24. & 28. de acquir. possess. Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. gloss. 6. in verb. hæreditas. num. 4. & 10 circa finem.* Nec 51
ex eius † persona immutari obligationis conditio. *gloss. in d. l. 2. §. ex his. & l. in executione. §. per pactũ de verbor. obligat.* maxime (vt supra dictum) quando † militat eadem ratio in defuncto, quæ in hę- 52 53
rede. *Iason in d. l. 2. §. ex his. num. 2.* cum & † dictiones exclusiuæ non excludant similes casus. *l. 1. §. 2. si mensor falsum mod. dixer. text. & glos. in l. as alienum. vbi Bartol. num. 2. C. de prad. minor.* vel ea quæ procedunt, per eandem rationem, *Bald. in d. l. ob as. num. 1.* Vnde Dynus *in c. argumentum. num. 4. de regul. iur.* dicit, quod ea, quæ conueniunt in identitate rationis, non debeant separari in constitutione iuris, cum tacite videantur, in quo reperitur eadem ratio, etiam in materia pœnali, *Bald. in l. data opera, num. 11. C. de his, qui accusari non poss.* & correctoriis. *Authen. quas actiones. de sacrosanct. eccles. Alexan. consil. 53. num. 12. lib. 4.* Quod & in statutis obtinet. *Bald. in l. his solis. num. 1. & 3. C. de reuocan. donat.* 54

Ratio † enim est mens legis & statuti, quæ decidit omnes casus, non per extensionem, sed sicut genus comprehendit species, sic generalis ratio cõprehẽdit diuersas casuũ species. *Tiraquell. de retract. legit. § 20. gloss. vnica, verb. si le Mary. num. 2.* & 55
† est potius interpretatio & declaratio, quam extensio.

Nec videtur statutum restrictiue loqui, & vbi vnica ratio reddi potest, habetur pro expressa, *Tiraquel. in iam dicto loco. num. 2. & 3.* etiam in odiosis. Omissum † quidem in consuetudine vel 56
statuto habetur pro omisso. *l. 1 C. de summa Trinit. & fide Cathol.* sed id verum, nisi sit omissum ratione rarioris vsus, aut ii omissum sit, simili expresso, aut si in vtroque eadem ratio. Tiraquel. *dicto loco. §. 20. nu. 6. & 11.* qui ad hoc allegat *c. penult. de iure iuran.*

Ratio † enim moderatur quamlibet dispositionem non aliter, quam gubernaculum nauem. 57
*l. cum pater. §. dulcissimus. de legat. 2. Philip. Portius consil. 30. num. 41.* Si statutum † loquens in fideius- 58
sore, habet locum in correo principaliter obligato. *Alexan. conf. 41. nu. 12. lib. 5.* & disponens † de exe- 59
quendo vel capiendo debitore, vel & incarcerando. *Chass. des censes. §. 6. verb. cõtra le principal. n. 2.*

intelligitur etiam de ſuo hærede. *Alexan. conſil. 18.*
60 *numer. 16. lib. 6.* licet eius mentio non fiat, imo † expreſſio hæreditatis in lege videtur ſuperflua. *Iaſon in d. l. 2. §. item ſi in facto. &c. per l. veterũ. C. de contrahen. ſtipulat.* cum ſine expreſſione ſemper
61 tranſeat obligatio † actiue & paſſiue, licet inſtrumentum de eo non cantet. *Bal. in l. 1. C. quorum legat. &c.* etiam in pœnalibus. *Chaſſ. de verb. contra le*
62 *principal. numer. 3. 4. & 5.* An vero † diſpoſitio ſit perſonalis vel realis, ex ratione elici ſolet. *c. requiſiuiſti. de teſta. Abbas in c. quoniam. numer. 8. & 12. de offic. delegat.* Qualitatum enim diſpoſitionem principaliter debemus attendere, & ſi ſubiecta materia vel verba innuant, quod ſit perſonalis,
63 talis erit cenſenda: verba enim † ſeruiunt intentioni, & non intentio verbis, *c. mandata, de præſumpt. & c. 2. de appellat. & Abbas d. c. quoniam. num.*
64 *8. de offic. delegat.* Et † ſubtilitas verborum vitanda, ne contrahentium voluntas impediatur, *text. in l. vnic. in fin. C. vt actiones ab hærede incip.*

Quæ autem ſit mens & ratio noſtræ conſuetudinis, ſupra dictum. Ex qua facile eſt videre, quod licet verba videantur concepta in perſonam emigrantem, tamen illam non fuiſſe cauſam immediatam, ideo cum eo non extingui. *l. non ſolum. de in integ. reſtitut. Bald. in conſil. 112. num. 1. & 2. lib. 2.* ſed ad hæredes tranſire, licet eorum nulla mentio facta ſit *l. fin. de hæred. inſtit. Bald. conſil. 200. num. 6. lib. 2.* & quia videtur de præſumpta mente
65 † ſtatuentium fuiſſe, pro expreſſo habendum. *l. tale pactum. § fin. de pact. Bal. d. conſil. 200. num 6. lib. 2.* Nam de hoc interrogati, proculdubio idem reſpondiſſent N. *Alexan. conſil. 36. numer. 17. lib. 6. &*
66 *conſil. 24. num. 34. lib. 2.* Facit † etiam identitas rationis, vt idem caſus dicatur, *c. fin. vbi Dyn. num. 12. & 13. de reg. iur. in 6. Bald. conſil. 324. num. 2. lib. 5.* in
67 tantum, vt etiam in propria † ſignificatione verborum ad latam fiat extenſio, & ea verba offendere liceat. *l. filium habens. C. ad Macedoni. Iaſon in l. 1. §. veteres. num. 30. de acquiren. poſſeſſ. Alexan. conſil.*
68 *20. num. 13. lib. 2.* Nam cauſa finalis † magis attendenda, quam verba præciſa. *Afflict. deciſ. 392. num. 21.* His accedit, quod ita hactenus obſeruatum dicitur. Statuti autem interpretatio vel declaratio à nemine potius, quam ab ipſis ſtatuentibus petenda. *c. cum veniſſent, de iudic. Grammat. de-*
69 *ciſ. 65. num. 77.* Imo † ipſa obſeruantia habet vim declarationis verborum ſi in iis aliquid eſt dubij. *Alexan. conſil. 8. numer. 7. lib. 6.* Et quod ſi de facto
70 quid obſeruatur, † perinde eſt, ac ſi de iure ſubſiſtat. *Alex. d. conſil. 8. num. 1.* non habita conſideratione ſtatutæ iuſtitiæ vel iniuſtitiæ. *Angel. conſil. 248. num. 1.* Cum igitur veriſimili mente ſtatuentium, *Alexan. conſil. 24. numer. 34. lib. 2.* ex præſenti
71 ſententia & obſeruantia, † ad quam in dubio recurrendum. *Bald. conſil. 67. num. 6. in fin. pag. 5.* ap-
72 pareat, & eadem ſit ratio † in hæreditate atque defuncto. *Alexan. conſil. 7. numero nono & decimo. lib. 7.*

Non video, quomodo diuerſum ius ſtatui poſſit vel debeat. Hoc etiam ſtatutum † non pro- 73
pter perſonam, ſed cauſam introductum ſit, *Zaſius in ſing. 6. cap. 4. numer. 1. pag. 2.* & iuramento vallatum ſit hoc pactum. *Bald. conſil. 2. num. 6. volum. 3. l. fina. C. de non numer. pecun.* Et talis eſt effectus, vt licet reatus periurij extinguatur, tamen
† hæres ſtare tenetur eis, quæ defunctus iurauit. 74
*l. nam & poſtea. §. fin. de iureiuran. Bald. conſil. 471. num. 2 lib. 5. Afflict. deciſ. 381. numer. 8. & 9.* Poſſet his addi, quia ſemel in cauſſa mandati executorialis nullitas propoſita, & de ea dictum iam amplius
quæri non poſſit, cum † ſemel quæſitum & iudi- 75
catum ſit. *l. 2. C. ſi ex falſ. inſtrum. Bart. in l. 1. numer. 11. C. quorum appell. recip.* Item ſi verſaremur in materia prorogationis, quod in pacto ad conſeruandam iuriſdictionem † non ſit locus pœni- 76
tentiæ. *Decius in l. ſi conuenerit. num. 29. de iuriſdict.* Et quod fortius eſt, iuramentum habet vim litis conteſtationis, per quam tollitur pœnitentia, & tenetur iurans præciſe ſeruare, *Decius d. l. ſi con-*
*uenerit. num. 3. 4. & 8.* Nam licet † promiſſor facti 77
præciſe cogi non poſſit, ſed ſoluendo intereſſe liberetur. *l. generaliter. in fin. C. de non num. pecun.* Et iuramenta non aliter † vel amplius ligent, 78
quam ſecundum naturam contractus, quibus apponuntur: tamen propter votum & iuramenti religionem factum eo caſu præſtari debet. præſertim ſi facile expediri poſſit. *Zaſ. in l. ſtipulationes non diuiduntur. numer. 39. cum aliquot ſeqq. de verb. oblig. Iaſon in d. l. ſi conuenerit. num. 7. & 15.* Fundata igitur iuriſdictione prætoris N. & proceſſu ſubſiſtente, cum à ſententia contra ius litigatoris appellatum non ſit, nihil reſtat, niſi vt executioni mandetur. *l. 1. §. item. C. de ſent. quæ ſine cert. & deciſ. 1. num. 16.* At quia hic paſſus eſt valde dubius & perplexus, hoc ſtatutum † ſit odioſum, & licet 79
in fauorem ciuium tendat, ſtricte tamen intelligendum, *Tiraq. in præf. de retract. legit. num. 65. &*
*67.* correctorium etiam iuris † communis, quo 80
caſu non debet plus operari, quam ſit in eo ſpecialiter ſcriptum, *Alex. conſil. 172. numer. 5. lib. 5.* de perſona ad perſonam non facile fiat extenſio, ita vt ſtatutum † loquens in debitore contractus, 81
non habeat locum in alio debitore. *Alex. conſ. 8.* 82
*num. 28. lib. 3.* & loquens † in perſonam non comprehendit facientem per alium. *Alex. conſil. 59. nu.* 83
*4. & 7. lib. 6.* Nec fictioni ſit locus † in ſtatutis, ſed mera veritas inſpicitur. *Tiraquel. de retract. legit. §. 9. conſil. 10. verb. de dans lan. nu. 37.* Fortiter etiam pro contraria opinione ſtringat text. & quæ ibi notantur per DD. *in l. hæres abſens. de iud.* me dominorum iudicio ſubmitto. Et dato prætorem N. N. plane fuiſſe incompetentem, & ſic proceſſum & ſententiam nullam, perpendendum quid in hoc ſupremo tribunali ſit agendum. Tradunt 84
autem D communiter, quod † nullitas principaliter deducta, vt hic, deuoluat negotium principale, & totam cauſam ad iudicem nullitatis, ita vt ſuper meritis cognoſcere, & ſententiam vel confirmare vel reformare, etiam ex noua cauſa,

86

& nouis probationibus possit. *Gail. obser. 127. numer. 1. & obser. 135. numer. 3. lib. 1. Alexan. consil. 225. numer. 24. lib. 6. & consil. 59. numer. 1. & 2. lib. 4. Bartol. in d. l. si expressim, num. 14. in fine. & num. 15.* vbi additio literis A. & B. *idem in l. sicut proponis. num. 1. C. quom. & quando miles.* Item super nullitate tantum vel iniquitate duntaxat, aut etiam super vtroque, vel partim super vno, partim super alio pronunciare possit, vt puta in tali puncto fuisse iustam, in tali iniustam. Bald. *in l. eos. numer. 10. vers. quærunt DD. de appellat.* & pro parte nullam pronunciare, pro parte confirmare. *Bart. in l. quædam. in princ. ff. famil. erciscun. Alexan. consil. 122. numer. 15. lib. 2.* licet de nullitate sententiæ tantum sit dictum. *Alexan. consil. 53. numer. 1. & 2. lib. 5. Dec. consil. 483. numer. 8.* etiam quoad reformationem. *Alexan. consil. 79. num. 4. lib. 2.* Quamuis autem Doctores communiter velle videantur, quod prima †
85 sententia nulla non possit confirmari. *Couar. in c. Raynutius. num. 1. de restit.* nisi eius defectus sit sublatus, & processus defectuosus sanatus, *Bald. in d. l. eos. num. 11. C. de appell. Alex. consil. 53. numer. 15. lib. 5.* Tamen late deducit Alex. quod etiam sententia
86 †nulla ex defectu iurisdictionis confirmata teneat, si ab ea appellatum non fuerit, vel si semel de nullitate dictum. *Alex. consil. 111. numer. 1. 2. 3. & 4. & ibi add. litera A. lib. 5.* facit aliquo modo *Alex. consil. 67. lib. 6.* Quia igitur semel super hoc puncto nullitatis, vt supra attigi in causa mandati executorialis iudicatum sit, & prior sententia tacite confirmata, nec ab eo prouocatum sit, ea nunc denuo recte confirmari posse videtur, cum etiam
87 †possessio nulla possit mutari in aliquam, & tenuta nulla si reiteranda, veniat confirmanda. *Alexan. d. consil. 97. lib. 6.* Sed huic forte obiici posset petitam esse restitutionem in integrum, & Cameram eo nomine adiri posse, extra dubium puto *l. 3. C. si aduers. rem iudic.* Porro tradunt DD.
88 quod quamuis nullitas † & iniquitas, dummodo contrarietas non resultet, simul proponi & decidi possint, tamen hoc verum, si petitum fuerit, habita prima sententia pro nulla, ex integro pronunciare: quia tunc satis erit, si iudex dicat, cancellata tali sententia vel illa non obstante, tanquam ipso iure nulla pronunciamus, tali quid debere fieri. *text. & Bal. in l. si. præses. C. quom. & quãdo iud.* Nam talis cassatio habet vim sententiæ *Vantius quot & quibus modis. num. 45* &
89 potest † iudex in eadem sententia eandem partem, quæ in articulo nullitatis obtinuit in negotio principali, iuxta tenorem primæ sententiæ, quæ fuit declarata nulla, condemnare, *Bal. in d. l. eos. num 10. Tholos. quæst. decision. 114. & ibi addit.* Secus autem si instet & contradicat petens super nullitate tantum cognosci, quia tunc nullitates reuocari, & postea de meritis cognosci & pronunciari debet. *Bart. in d. l. sicut proponis. num. 5. Franc. in c. dilecto. numer. 8 de appellat. Bal. in l. cum quærebatur. numer. 4. de re iudic.*

90 In tantum, vt si nullitas versetur † circa acta & sententiam, omnia debeant reuocari, quæ sunt secuta ex ea & ab ea. *Bal. consil. 275. num. 2 lib. 1.* & nouus processus instituì, nec summatim, si causa est ordinaria, sed plenarie renouari. *Zasius in d. l. cum quærebatur. num. 5. in fin.* nullo autem modo sententia prior ex primis actis confirmari. Nam
91 † qui petit sententiam primam confirmari, debet probare, quod is, qui tulit sententiam, erat competens, & quod ordinem iuris seruauerit. *Guid. Pap. quæstion. 294.* Cum igitur vidua actrix petat duntaxat sententiam nullam pronunciari, & non solum sententia vitio nullitatis laboret, sed etiam omnia acta & actitata ex incompetentia iudicis sint infecta & nulla, videntur iudicis Cameræ partes esse, vt definiat sententiam prius latam esse nullam, & decernat iterato causam audiendam esse *Bald. in d. c. sicut proponis. num. 14. Capel. Tholos. d. quæst. 114. & quæst. 179. Zasius in d. l. cum quærebatur. num. 9. in fine. &c.* Nisi priori præiudicio inhærere, & petitam restitutionem denegare velimus: aut forte dicamus, merita causæ, & iniquitatis punctum, æque atque nullitatem ipsam in hoc iudicio deductam & propositam; negata enim est filiatio, requisita decernendorum alimẽtorum impugnare, testes reprobatos, & allegatum non fuisse habitam rationem bonorum, & facultatis personarum.

Vnde non absonum fore, si super illis pronuntiet iudex, quoniam ei proposita, & in eius notorium venerunt. *l. iudex. de re iudicat.* præsertim id parte aduersa expresse petente, exemplo appellati. qui inuito † appellante omisso appella- 92
tionis puncto in principali negotio procedere potest. *Alexan. consil. 753. num. 11. lib. 6.*

Cui addi potest, iudicis † esse lites quam pri- 93
mum dirimere. *l. quidam existimauerunt. ff. si certum petat.* ad euitandum circuitus & reiterationes processus, & prouidere, ne cum interitu partium ad pascua aduocatorum lites protrahantur. *Zasius d. l. cum quærebatur. numero septimo de re iudicat.* ordinatione etiam hoc sit prouisum. Sed hæc non obstare puto, cum sententia ex defectu iurisdictionis non transeat in rem iudicatam, & præsens causa non satis sit instructa, imo etiam in meritis agentis deficere videatur, & magis ipsi consultum sit, vt super nullitate, quam meritis pronunciemus, &c. vt patebit ex seqq. Et primo quidem de actione. Si inspiciamus supplicationem pro citatione prætori exhibitam & in 10. artic. libelli actum deprehendemus ex stipulatu tantum ad consequendam, & desuper testes examinati, & hæc esset vtilissima, tamen quia petitio & conclusio libelli tendunt ad alimenta tantum, & illa † præcipue consideranda sunt. *A-* 94
*lex. consil. 121 num. 1. lib. 1.* necesse est se accõmodare voluntati agentis.

Qua in re puto officium iudicis intentatum esse, non quidem illud latissimum, in quo verba referuntur tantum ad iudicem, illum hoc facere

posse

posse & debere. *Abbas in c.1.nu.10.in fin.extra,de offic.iud.*& tradit formulam Specul.*in tit.qui filij sint legit. numero secundo circa fin.* Sed potius illud,
95 quod loco actionis ponitur, quia petitio † non ad iudicem, sed ad partem & certam personam directa & plenam causæ cognitionem & litis contestationem requirit. *Abbas in d.c.1.num.1.2.3.& 6.* Requisita huius officij iudicis pro præstandis alimentis, tradit Rofre. *sub Rub. de offic. iudic.* quo petuntur alimenta. *pag. 5. in princ. & passim multis in*
96 *locis, &c.* Et cum libellus de sua substantia † requirat expressionem talis causæ, ex qua oriatur obligatio & actio. *D.in l.1. ff.eod. Alexan.consil.166. lib.6.num.5.*

97 Et in hoc officio iudicis de forma sit, quod † per agentem deducatur se esse pauperem & infirmum, ita vt aliunde non habeat, nec sua industria se alere possit. *Alexan.consil.48.num.2.lib.3. & consil. 27.num.2 lib.4.l si quis.§. alimenta.§ impubes.de liber. agnoscend.* At cum hæc duo omissa sint, necessario sequi debet absolutoria saltem ab obseruatione iudicij. *c. examinata. de iud.l. 1. §. 1.ff.si mensor falsi.*
98 *mod.dix.* Nam exceptio † inepti libelli etiam post sententiam opponi potest. *c.cum dilectus.num.3.&*
99 *4. & ibi Afflict. de empt. & vend.* & Iudex † parti quod opponat, supplere debet. *gloss. & DD. in l.1. C.vt quæ desunt Aduoc. Abb.in c.si examinatur.num.21. de iud.* Et posito, quod hæc non releuarent, tamen nec ex post facto probata paupertas & infirmitas, quæ sunt fundamentum intentionis. *Afflict.decis. 377 num.6.* Et licet negatiue concepta, tamen omnino probanda allegantur. *Alex.consil.91.num.9. lib.7. Ferrar. in libel. quo agit vxor. in verb.ac etiam. vers.hic autem.in fin.*

Nec dici potest, quod hæc nota fuerint iudici,
100 quia † iudici non competunt hæc tria: *non petita petam, non excepta excipiam, non probata probabo,* Bal. *in l.vn.numer.6.7.8. & in l.C.vt quæ desunt Aduoc. part.*

101 Accedit, quod filia iam sit maritata, & † maritus teneatur ad alimenta, licet patrem habeat, *l.si filia.§.1.ff.famil. erciscum. Cynus in l.quod in vxorē C. de negot.gestu. Ferrar.in d.verb.ac etiam.* Cum igitur fundamentum actricis ad causæ victoriam pertinens deficiat, & rea si non ab actione, saltem ab obseruatione iudicij per supra allegata absoluēda veniret, & ita satis sit pro ipsa, pro nullitate tantum, quam coniunctim, & meritis, atque iustitia causæ, secundum iam deducta pronunciare, eo minus anxij debemus esse de reiterando pro-
102 cessu in hac causa alimentorum, quæ alias † pia & fauorabilis dicitur, *Mant.sing. 22. num 4. Afflict. decis.252.num.8.* præsertim cum in eius fauorem tēdat, vt requisita huius actionis seu officij melius deducat, & probet. Concludo super in contrarium allegatis non obstantibus, pronunciandum à iudicibus prioribus nulliter processum & iudicatum cum appendice: Wo sie einander Sprüch vnd Forderung nicht erlassen wöllen/ daß sie solches an gebürenden Orten thun mögen. Expensas, si fieri posset, vellem compensare, sed vereor, quod non possit. His accedunt, quæ post conclusionem in causa pro N. sunt allegata, ad conuincendum defectum iurisdictionis prætoris N. Vtigitur finis imponatur huic causæ, nec detur ansa & occasio sententiam Cameræ in causa mandati executorialis latam, nescio in quam partem trahendi, & vix supersit, quod amplius dici possit petitionē p̄ rescindēda conclusione ipsas quoq; conclusiones cum suis exhibitis, neque expresse reiiciendas, nec admittendas, sed tacite hanc submissionem prætereundam, euentualem litis contestationem pro pura, & causam ex officio pro concluſa acceptando, pronunciandum quod iuris, &c.

## In causa mandati executorialis,

### *VOTVM II.*

IMploratum officium iudicis pro exequenda sententia, & recte inferior iudex † superioris 103
auxilium pro facienda executione implorare. *l.à Diuo.de re iudic.* vel literas scribere potest. *Iason in l.si conuenerit.num.26.de iurisdict.* Sciendum nullitatis quæstionem † regulariter sententiæ execu- 104
tionem non impedire, modo sit retractabilis, *c. suscitata.cum ibi not.de in integr.restit* alias enim esset dare † executionem sententiæ, quæ nondum 105
esset lata *tit.C.de execut.rei iud. Vant. quot & quib. modus.c.6.num.29. cum 2.seqq.* nisi nullitas in continenti, & de facili liquidari possit. *l fin.C.de ordin. cognit. Alex.consil.181 num.4.lib.6.* vel ex defectu iurisdictionis proposita proueniat.

Posteriori enim casu, etiamsi altiorem indaginem requireret, retardanda est executio. *Vantius d.cap.6.num.33.* Sed quid mouerit iudicem Cameræ, quare illam non attenderit, non video: licet enim alimentorum causa † censeatur pia. *l.1.§.sed* 106
*excipiuntur, vb Iason num 7 de feriis.*

Et ita fauorabilis, vt etiamsi dubitetur, vtrum quis sit filius, præuiæ causæ cognitione, officio 107
iudicis † alimenta sint præstanda. *d.l.si quis.& l.negent.ff de liber. agnosc. Ferrar. in libello pro legato rei singul. verb. coram vobis*, nec impediatur per litis contestationem, vel appellationem. *l.fin.de appel. recip. Afflic. decis.152. numer.3.* imo nec satisdatio requiritur, nec impetuntur. *l.1.in princ.ff.si cui plus quam per leg.Falcid.Afflict. d. decis.132. numero quarto.* si officio iudicis decernuntur: secus si iure actionis petuntur. *Guilhelm. de Ludou. sing.139.fol. 299.* Attamen perpendenda erit & diligenter examinanda iurisdictio decernentis alimenta, in qua cum ex supra dictis deficiat, & sententiæ nullæ confirmatio † nihil operetur. *Paris. consil.24.* 108
*numer.158.lib.2.* agens in causa nullitatis obtineat, obtinebit etiam reuocationem executionis. *Rota decis.3.de except.rei iud.* Quando enim reuocatur sententia, † omnia quoque debent reuocari, 109
quæ sunt sequuta ex ea, vel ab ea. *Bald. consil.*

275.num.2.lib.1. Ex quibus concludo, mandatum executoriale cum omnibus subsequentibus reuocandum atque cassandum. Quoad expensas, vt in causa nullitatis dominis relinquitur cogitandum, num expresse super restitutione pecuniæ iam dudum respectu alimentorũ solutæ, & partim adhuc depositæ pronunciare, vel sub verbis, cum omnibus subsecutis tacite comprehendere, & adiudicare velint.

## *VOTVM III. Correferentis.*

QVoad mandata procuratoria & iurisdictionem Cameræ, cum D. Refer. quia nullitas defectus iurisdictionis prioris iudicis in hoc iudicium principaliter deducta, & pronunciari desuper petitum est, puto vna cum Refer. iudicis officium nobile, & id quidem solemne loco actionis principalis propositum esse. *Innoc. in c.2. num.2. de offic. iud. Spec. de offic. omn. iud. § 1. numer.5.* Ad probandam autem intentionem actricis variæ quidem adducuntur nullitates, quarum tamẽ præcipua est ea, quod dicitur, iudici priori nullam omnino iurisdictionem competere in actricem, eiusque filias: qua probata superuacaneum foret de reliquis verba facere, cum vel ex hac sola totus processus, & omnia actitata corruant. Et in primis quidem allegatur notoria illa Imperij † consuetudo & obseruantia, qua Comites, Barones & Nobiles eiusdem partim ex immemoriali præscriptione, partim vero ex priuilegiis & concessionibus Cæsareis, prout ipsi quoque N. iuxta priuilegia sua, Anno &c. 74. Cameræ insinuata, à quorumcunque iudicum iurisdictione exempti sint, & solum Imperatorem cum Camera agnoscant, nec aliter, quam vel iuxta Außträg / vel hic in Camera conuenire possint iuxta ordinationẽ: Quod si secus fiat, iudicium nullum esse, nec processum, nec sententiam, tanquam à non suo iudice latam valere, *iuxta l. fin. C. si à non comp. iud. iudicat. dicat.* 110

Nec obstaret, quod maritus actricis N.N.N. ciuis N fuerit, cum is ante obitum, Anno scilicet 70. ius suum ciuitatis resignauerit, transferendo simul domicilium suum in locum & territorium, vbi præter Imperatorem alius superior non agnoscatur, quibus subiungitur, iudicem N. cui quidem hæc omnia, tanquam notoria nota fuerint, tamen ad nulliter emanatam suam citationem, de iis quoque inscriptis fuisse certioratum, sicque quod nulla amplius prætori seu iudici N. in d. N.N.N. vel hæredum suorum personas iurisdictio competierit, neque hodie adhuc competat. *c. appellanti. de appell. c. accedens. c.1. extr. vt lite non contest. & est text. in c. pastoralis. vers. vt illud. & c. de sent. & re iud. Canon. Salyc. in l. omnes. §. executionibus. num.1. C. de epis. & cler.* & hæc actricis argumenta partim in confesso sunt, partim vero ex actis prioris instantiæ constant, quibus puto intentionem actricis probatam.

*De elisione.* Grauia hic & prægnãtia argumenta ad eneruandam actricis intentionem proponuntur. Quorum primum est, quod actricis maritus N.N.N. tempore resignationis iurium ciuitatis, Senatui N. promiserit, Daß er von allen dem / so sich bey Zeit seines Bürgerrechts zu N. verlauffen / daselbst Recht nemen vnd geben wölle.

II. Quod illa promissio non simpliciter, sed sub fide data in vicem iuramenti facta sit.

III. Causam hanc originem traxisse ex facto pluribus annis ante dictam resignationem ciuitatis à defuncto N. N. commisso. Et primum quidem argumentum fortiter stringere videtur, cum fruatur auctoritate & testimonio senatus N. referentis id ex statuto ciuitatis ita obseruari solitum, & cum N. N. similiter ita obseruatum esse. Ideo in hoc casu nostro diligentius examinandum. Et hæc intendit, quod iam dictus N. in primis iuribus ciuitatis N. omnibus & singulis renunciauerit, ac dimissus sit, per nouam tamen superuenientem stipulationem eorundem iurisdictionem iterum prorogarit. Resignationem autem siue remunerationem omnium iurium subiectionis præcessisse puto ego quidem (saluo dominorum iudicio) verba illa in dict. Vrkund Ibid. Sein bey vns habend Bürgerrecht / von vns in sitzendem Raht auffgesagt / &c. quamuis generaliter posita, satis tamen declarare. Nam qui in genere † dicit, omnes species sui natura inclusiuas cõprehendit, nec generalitas ratione specierum restringitur *l. sub prætextu. la 2. vbi Bald. in 1. & 2. notab. C. de transact.* dicens, quod generale verbum † non recipiat arctationem, nisi in eo, quod includi non potest: addens in tantum sufficere, quod casus in genere includi possit, vt si etiam de hoc specialiter cogitatum non fuisset, tamen continere facit secundum eum, *l. qui iure. ff. de testam. milit.* Cum vero iurium ciuitatis non minimum illud sit, quo quis coram magistratu, seu iudice eiusdem ciuitatis iuri stare astringitur, & necessario in receptione cuiuscunque ciuis iisdem iuribus includatur. Ergo etiam in resignatione eorũdem iurium, eandem vim retinere necesse est, vt scilicet inclusum maneat. Censetur enim † resolutio contractus eiusdem naturæ esse, cuius est vel fuit contractus, *Bart. in l. & ideo. num. 2. ff. de condict. furt. Bal. in l. pactum. num. 16. C. de collat. Iason in l. si vnus. §. pactus ne peteretur. num. 26. ff. de pactis.* allegans ad hoc gl. sing. *in l. 3. §. contrarium.* (quam esse vnicam in iure dicit, secundum Baldum *in rubric. titul. de iureiuran.*) *de acquir. possess.* 111 112 113

Idque maxime in hoc nostro casu procedere puto, cum nulla diuersitatis ratio appareat. Huic autem significationi iam dicto modo factæ consensum N. senatus adhibitum, & consequenter remissionem aller Bürgerlichẽ Pflicht factam esse, vel eo ipso constare puto quod neque de contradictione N. neque de reseruatione der alten vorgethanen Bürgerlichen Pflicht ex supradicto

Vrkund/

Vrfund quicquid appareat. Qui enim non
114 contradicit, † cum tamen id facere vel debeat, vel possit, maxime cum de contrahendo seu distrahendo agitur, consentire dicitur, *argum. l. 2. & ibi gloss. C. de acquir. possess. & l. si à te ff. si seruit. vind. Iason in l. quæ dotis. num. 83. solut. matrim.* Et vbi aliquid reseruatur sub verbis seu dictionibus exceptionis, & ea signationem denotantibus, (quarum nullam in nostro Vrkundt reperio) omnino fieri debet, *Bart. in l. si eum §. qui iniuriarum. si quis cautio. num. 6. Iason num. 35.* Quinimo nouam postea obligationem iurisdictionis N. prorogatiuam subsecutam esse, secunda illa pars indicta Vrfund / *versic.* vnd darneben / ꝛc. ostendere
115 videtur. Nam dictio † illa, darneben / quæ idem significat, quod dictio, *præterea*, in hoc casu nostro est alterius, & quidem nouæ obligationis inductiua: & in hunc modum dicta Vrfund / dicere intendit. Præterea vel non attento, quod N. ius suum ciuitatis resignauit, eoque dimissus est, vt iam superiorem nullum, nisi solum Imperatorem, tanquam Baro imperij agnouerit: ideoque nec alibi, quam coram imperatore vel Camera, vel Außträg conueniri potuerit. Ad instantiã tamen & petitionem N. iurisdictionem eorundem ratione contractuum & aliorum tempore suæ ciuitatis ibidem gestorum prorogare voluerit, promittendo, Daß er derhalben zu N. Recht geben vnnd nemmen wöllen / quod facere potuit.
116 Nam † valet pactum, vt quis conueniatur coram iudice, alias non suo, & cui nullo modo subest.
117 *l. 1. & 2. de iudic.* idque eo magis, quando factum † est iudici præsenti & acceptanti, vt hic; quia iam amplius non est locus pœnitentiæ, prout tenent Castrens. & Angel. *in l. si conuenerit. ff. de iurisdict. Abbas in c. significasti. num. 3. de foro compet.* nec ipse tantum paciscens seu promittens, sed & hæredes eius ex eadem obligatione teneri videntur, cum
118 filius † conuentionem patris sui, cuius hæreditati se immiscuit, seruare adstrictus sit, & pater cum filio eadem persona reputentur. *l. ea quæ à patre. C. de testam. milit. l. fin. C. de impub. & aliis substitut. & Authen. de iureiuran. à moriente præstito. in princ.* Quod procedit, etiamsi de hæredibus expresse nihil sit dictum: quia nihilominus in contra-
119 ctum hæres † subintelligitur *l. si pactum. vbi Dd. de probat. l. veteres. & l. fin. C. de contrahen. & committen. stipul. & Bald. consil. 112. n. 1. vol. 2.* dicit gene-
120 ralem naturam pactorum esse, quod † transeant ad hæredes, etiamsi hæredis nulla fiat mentio. Idem & Iason asserit *in l. stipulationum. la. 2. §. si in facto. num. 2. de verbor. obligat.* vbi dicit, quod
121 iuris † est de aliquo, idem & de eius hærede, licet de hærede non sit facta mentio, *per l. postulante. in princ. & ibi Alex. ff. ad Senatusconsult. Trebellia.* Idem vult Iason *in l. stipulatio ista. num. 9. de verbor. oblig. & Alexand. in l. quamuis. numer. 3. ad Trebellia.*

122 Non enim ex persona hæredis conditio † obligationis immutatur *per text. in l. stipulationum. la. 1. §. ex his. vbi etiam gloss. de verb. obligat. Bald. in l. si plures. num. 17. C. de condit. insert.* Et tenetur hæres 123
† forum defuncti sequi, *l. hæres absens. in princ. de iudic. vbi Bart Bald. Alberic. & omnes.* Quod eo magis in casu nostro obtinere videtur, cum hæredes non ex persona sua conueniantur, sed eo, pro quo defunctus eorum parens poterat conueniri, & sic ex iure creato & formato in ipsius persona, quo casu † hæres eandem repræsentat, vti dicit Franc. 124
Aretin. *consil. 123. num. 4. versic. nec obstat. per l. cum à matre. C. de rei vindic. & l. 1. & 2. C. de hæred. act. tenet Iacob. de S. Georgio in d. l. hæres absens. de iudic. num. 1.* Facit insuper, quod ista promissio N. non simpliciter, sed sub fide inuicem iuramenti data (quæ corporali iuramento comparatur. *Felin. in c. num. 15. de sponsal.*) facta est. Vnde ex hoc quoque ipso mutari amplius voluntas promittentis non potest. *per text. in c. fin. extra, ne prælati vices. & c. Felin. in c. 1. num. 1. de iud.* tenent Angel. Alexand. Castrens. & Iason *in d. l. si conuenerit.* Et hanc communem esse fatetur Dec. *in d. c. 1. num. 23. de iud.* Est 125
† enim iuramentum eius efficaciæ, quod faciat actum valere omni meliori modo & forma, *per text. in l. cum pater. § filius* (quam omnes Dd. ad hoc allegant) *de legat. 2.* Et adeo procedit, vt fieri amplius nihil possit, quam seruari iuramentum. *per gl. in. l. si pecuniam. verb. necesse habeas. ff. de condict. causs. data, & c. & Ias. in l. eodem. n. 23.* dicit hanc
communem, *vt ibi per eum.* Quod idem † quoque 126
ad hæredes extenditur, & eos obligat. Nam licet iuramentum, † quod alias quidem per se perso- 127
nale est, quo ad reatum scilicet periurij. *iuxta Dd. in c. veritatis. de iureiur.* tamen quantum ad robur & validitatem actus, cui accedit, habet effectum realem, & quo ad sui obseruantiam transit ad hæredem, vt tradit Bald. *in l. fina. num. 16. C. de pact. Bart. in l. cum quis decedens. §. codicillis. num. 10. de lega. 3. Abbas in d. c. veritatis. numer. 3. de iureiuran. Canonist. in c. quamuis. de pact. Socin. consil. 38. num. 2. volum. 3. Dec. consil. 639. num. 6.* Et quod † hæres te- 128
neatur ei stare, quod iurauit defunctus, determinat Afflict. *decis. 381.* Nec aduersatur prędictis, quod ab actrice allegatum est, hanc promissionem vna cum iuramento à N. defuncto, metu præcedentis capturæ, & ne denuo carceribus manciparetur, factam & extortam esse. Nam causa illius assertæ capturæ tempore huius promissionis seu pacti, (propterea quod res omnes cum creditoribus compositæ erant) sublata iam fuerat, vti patet ex ipso N. Vrfund / neque alius iustus metus superueniens, qui in constantem virum cadere possit, probatus, nedum allegatus est. 129
Vnde cum † paria sint, nullam ab initio fuisse causam vel fuisse aliquam, sed eam finitam. *per l. 1. ff. de condict. sine caus. & l. nihil interest. de nautico fœnor. Afflict. in constit. regni. scilicet, sub rubr. de extraord. præparat. iudicior. num. 3. lib. 1.*

Et metus quoque † durare debeat, vt effectus 130
producere possit. *l. metum. quod metus caus. Clem. pastoralis. §. notorium. de sent. & re iudic. Dec. consil.*

*219 numer.3.& 4.Socin.consil.104.numer.7.volum.3.*

131 Neque iusta causa timoris † dicatur ex eo quod quis carceratus fuit antea, nisi probet, quod iniuste factum, & quod hoc sæpius fieri soleat. *Bartol.in l.de pupillo. §. si quis ipsi prætori. numer. 15.Zas. numer. 9. de noui oper. nunciat.* Nihil certe metus hoc casu nostro actrici suffragabitur, imo etsi metus aliquis tempore promissionis vere subfuisset, idem tamen obtineret, cum de metu illato

132 † nunquam fuerit protestatum, quod tamen fieri debebat. *l.2. C. de his qui propter met. iudic. non appellat. c.fin.de appellat. Alexand. consil. 146. numer.31. lib.5.* Maxime cum extra ciuitatem N. & sic in loco tuto domicilium suum habuerit, vbi protestari facile potuisset. Quo casu Bald. *in d.consil. Schismatu. mihi in §. sed quia. numer.* 3. protestationem

133 omnino necessariam esse dicit. Nam qui † non protestatur, cum facile posset, potius volens, quam nolens præsumitur, *sequitur Alexand.consil. 146.numer.31.* Multo minus inimicitiæ illæ magistratus N. & quæ de iudice suspecto allegata sunt, dictæ actrici opitulantur, cum ne vnica quidem violentia, vel alia quæuis causa deducta, probatue sit, quæ suspectum iudicem reddere, & non iure magistratus facta dici queat. Ex quibus intentio actricis elisa, & prætoris N. iurisdictio fundata videtur.

Sed responderi potest, stipulationem illam ratione prorogatæ iurisdictionis N. magistratui factam, in persona defuncti N. tantum (quatenus ex adducta Vrfundt videre licet) conceptam esse, & neminem præter solũ N.N. comprehẽdere. Vnde personalissima est illa obligatio, nec personam promittentis egreditur. *iuxta tradita Bald. in*

134 *consil.304.num.1. lib.5.* vbi dicit, prohibitionem † factam ipsi hæredi de non alienando, tanquam personalem non comprehendere filios hæredum, quod dictum sequitur Ial. *in l.filius familias. §.diui.ff.de legat.1.in 2. lect. numer.151. & refert Ripa*

135 *ibidem numer.111.* Nam † neque alias pactum simpliciter factum extenditur vltra personas quibus cum huiusmodi pactum gestum est, quia illarum personarum contemplatione tantum gestum intelligitur. *per l.si vnus. §. ante omnia. de pact. Bald. in l.si actionem.C. eodem tit.* Et sic quoque in hoc nostro pacto simplici & in solam personam N.N. N. verba restringenda esse, nec extendi posse ad alias in eodem non comprehensas puto.

His non obstat, quod superius dictum, gene-

136 ralem naturã pactorum esse, vt † ad hæredes trãseat: etiam nulla eorum mentione facta. Item hæredes ex eo hic conueniri, quod defunctus eorum parens præstare tenebatur, cum eadem persona censeantur, nec obligationis conditio ex eorum personis immutetur, iuribus allegatis. Nam respondetur, ea iura procedere & loqui in casibus, vbi de sui natura pacta ad hæredes transitoria sunt, & vbi verborum forma, res seu iura in stipulationem deducta, transire patitur: secus si forma verborum seu natura contractus hoc non patiantur, (prout in casu nostro etiam partim dictum, & partim infra latius declarabitur.) Sic Baldus limitat *in d.consil,112.num.1.volum.2.allegans l.eum qui.la 2.de verbor. oblig.l.actione. §.morte. ff.pro socio.*

Et ita vigore eorundem iurium hæredes nostri ratione alimentorum à defuncto N. N. debitorum conueniri possunt, † cum adeundo hæ- 137
reditatem, quasi contraxisse cum omnibus creditoribus hæreditariis videantur, *l.apud Iulianum. §. fin.in fin.& ibi gloss.Bartol. & Angel. ff.quibus ex causis in possessoriũ.& §. hæres Institut. de obligat.ex quasi contractu.Castr.consil.67.versic.nec obstat. Socin. consil.38.num.1.vol.3.*

Sed ex eo non sequitur, quod in foro etiam defuncti ita indistincte conueniri possint, quin potius est textus apertissimus *in d.l.hæres absens.de iudic.* cum communi approbatione omnium D. quod lite cum defuncto nondum cepta, hæres † tum demum eius forum sortiatur, si in eo 138
loco reperiatur, non alias, *ita tenent Castr.& Angel.in d.l. hæres. de iudic. refert Curt.iun. & sequitur Iacob.de S.Georg.in eadem lege.*

Cum igitur ex actis constet, litem cũ defuncto N. ratione alimentorum non fuisse incoatam, neque hæredes in loco, vbi pater eorum nomine alimentorum obligatus, vel quasi dicitur, repertos, sed in territorio respectu iudicis N. alieno, & imperio immediate subiecto, vbi tam domicilium, quam bona paterna, ex quibus alimenta petita præstanda forent, habent, ac possident; ideo non in loco asserti contractus vel quasi, sed coram istius territorij iudice, vbi hæredes domicilium & bona paterna habent, hi coram imperatore nimirum vel Camera conueniendi fuissent. *d.l.hæres absens. & gloss.in l.si is qui Romæ. verb.debet. & vtrobique D.de iudic.&c.*

Atque cum hæc, quoad hæredes defuncti ita sint, de intentione iuris præsumuntur etiam fuisse de mente contrahentium. *Bartol. in l.hæredes mei.§.cum ita.num. 4.ff.ad Trebellian. Aliciat.de præsumption.reg.3.præsumpt.32.in princ p.* Nam qui actum facit, † censetur se adstringere legibus de 139
illo actu loquentibus. *l si duo.vbi Castr. in vltim. notabil.ff.de acquir.hæredit. Alexand.consil.103.numer.8. lib.2.& tradit Iason in l.1. §.in operis.num.1.versic.ego respondeo.ff.de noui oper.nunciat.* vbi citat Bald. dicentem, quod actus, † qui fit ab aliquo secundum 140
ea, quæ ius disponit, præsumitur factus. Communem dicit Dec. *consil.138.num.5.*

Ita ergo in proposito casu nostro idem præsupponendum & præsumendum, maxime cum hæredum nulla in eo pacto fuerit specifica facta mentio. *l si ita stipuler. vbi Castr. Zas.& plerique Dd. ff.de verbor.obligat.*

Et quia ex obligatione à statuto proueniente hic agitur, quæ obligatio per se stricti iuris est: ideo id quoque efficit, vt statutum, cuius vigore hæc obligatio orta est, stricti iuris esse dicatur: ita † quod æquitas etiam officij iudicis addere ei ni- 141

hil possit, *per l.in hac ff. de triticar. action. Bald. in rubric. extra de constitut. numer. 29. Iason in l. Iulianus §. qui fundum.num.2. de verbor.obligat.* Nec obstat, quod dici posset, statutum nostrũ fauore ciuium (ne cum dispendio rei familiaris extra tribunal sequi teneantur) conditum fuisse, ideo vt effectus producere posset, non ad emigrantes tantum, sed ad hæredes eorum intelligendum esse, licet nulla eorum in statuto mentione facta, cum mens statuentium ea quoque dubio procul fuerit, *per gloss. singul. in l. tale pactum. § fin. in gloss. fin. ad fin. & ibi Iason numero decimosexto de pact. vbi plures.*

Nam vt de potestate statuentium (quæ ab omnibus Dd. *l. cunctos populos. C. de summa trinit. & fid. Cathol. & l. omnes populi. de iustit. & iur.*) plura dicere prætercam: hoc saltem obiter significandum putaui, quod licet statuto fieri † possit, vt 142
reus forum actoris sequatur, id tamen inter subditos statuentium tantum obtinere. *Bartol. in l. 2. num. 2. C. de iurisdict.*

143 Alias vero non potest ciuitas † statutum facere, de his, quæ suæ iurisdictionis non sunt, *& Bartol. in d. l. 2. num. 2. Anchar. consil. 163. numer. 5.* Sed in
144 ualidum dici statutum ex defectu potestatis, quando † loquitur in persona, quæ non est subdita, *item Bart. not. in l. cunctos populos. nu. 26. & 42. C. de summa Trinita Cyn. in l. 1. num. 11. C. quæ sit long. consuet.*

Imo nec ipse cuius emigrans, quamuis iureiurando promissum iurisdictionis prorogaturum, si affirmauerit, inuito iudice seu superiore eius territorij, vbi domicilium suum constituit, à priore iudice citari, vel ad citationem eiusdem emanatã comparere potest, nec aliud iudici priori superest remedium, quam vt contra promittentem agat, & periurium, prout Zasius asseuerat, *in l. extra territorium. in fin. numer. 15. de iurisdict.* vbi plane in terminis nostri statuti loquitur. Et idem quoque Friburgi cum ciuibus emigrantibus obseruari ait.

Hinc est, quod statuentes nostri non tam, quod è re ciuium suorum sit, (sicuti superius dictum) quam id quoque perpendisse videtur, & tramites suæ potestatis in condenda lege seu statuto excederent. Et cum animaduerterent, vix eis licere, ciues suos emigrantes ex alieno territorio ad tribunal suum renitentibus superioribus reuocare, multo certe minus conuenire, de aliis remotioribus personis, qui vel ipsi in ciuitate sua non contraxerunt, eorumue iurisdictioni, vel ratione personarum vel bonorum subiecti non sunt, aliquid statuere velle, cum id ipsum quoque de iure eis non sit permissum, *d. l. fin. Codice de iurisdict.*

Ideo caute agentes, ipsius tantum contrahentis ciuis personam statuto suo ligari voluerunt, iuxta literam D. Wrfundt/cuius verba, cum
145 per se † clara sint, alia interpretatione non indigent, *l. non aliter. de legat. 3. & l. Ille autem. §. cum in verb. eod. tit.* vbi dicitur, quod si in verbis nulla sit ambiguitas, non debere admitti quæstionem voluntatis.

Sunt enim verba † notę passionum, quæ in a- 146
nimo habentur. *l. Labeo. de suppell. legat.* & vltra ea non est dispositio legis trahenda. *l. quod constitutum. ibi, quantum ad verb. eius. ff. de testam. milit.* vbi Bartol. *in princip.* dicit, hanc legem solere allegari in materia statutorum. Quod scilicet à verbis eorundem non recedatur, quod eo magis in casu nostro procedit, quia correctio iuris per illam interpretationem induceretur, quod disponit hæredem in loco domicilij, vel vbi maior pars hæreditatis sita est, conueniri debere, *iuribus superius allegatis.*

Quo fit, vt tale statutum, † tanquam exorbi- 147
tans, ne quidem ex identitate rationis extensionem patiatur. *l. quod vero contra. de legib. l. si vero. §. de viro. soluto matrim. l. 2. C. de noxal. actio. c. cum dilectus. de consuetud. Et in reg. quæ à iure de regul. iur. in 6.* Et si quando reperiatur, quod statuta † ex i- 148
dentitate rationis extendantur ad causam similem, illud est ex eo, quod de iure communi non reperitur contrarium dispositum in illo simili, ad quod volumus facere extensionem: secus si de iure communi reperiatur expresse contrarium dispositum. *Bartol. expresse post gloss. in authen. quas actiones. numero nono Codice de sacrosanct. Eccles.*

Et quamuis Bart. in allegato loco videatur sequi de extensione legis, tamen etiam in statuto idem notat, *in l. omnes populi. numer. 60. de iustit. & iur.* Fundatur hæc opinio ex ratione, quam refert gloss. singulariter *in c. capientes. §. quod si per viginti. quam omnes sequuntur, de elect. in 6.* vbi dicit, illud, quod venit † ex ratione interpretata simili vel 149
maiori, venire ex tacito intellectu, & tacitum † 150
semper cessat, vbi est locus expressus, *l. continuus. §. cum ita. de verbor. obligat. l. precibus. C. de impuber. & aliis substitut.* Cum ergo casus noster in iure ciuili scriptus sit expresse dispositus, contra hanc expressam † dispositionem nulla est admittenda 151
interpretatio ex tacito intellectu, sicuti nec alias quoque in † statuto iuris correctiuo extensio 152
personę ad personam conceditur. *Bartol. in d. l. si vero. §. de viro. numer. 2. solut. matrimon. Plenius in l. si constante. numer. 25. & aliquot seqq. eodem titul. vbi Dd.*

Atq; ex his puto cõstare, etiamsi maxime causa finalis statuti N esset, qua ciuibus modo supradicto consuleretur, tamen ex ea de persona in statuto comprehensa ad aliam, quæ non est comprehensa, argui non posse, sed ipsis potius verbis statuti, quæ de solo migrante ciue, nulla hæredis mentione facta loquuntur, inhærendum, nec aliter interpretari debere, quam ipsum statutum loquatur, tradit Bald. *in c. significante. vers. quod si statutum. de appell.*

Quod vero de hærede, vbi is ex cõtractib. & ge-

stis defuncti patris conueniendus sit, controuertitur iuris communis dispositioni, sicuti alia quę-
153 cunque aliis † dispositionibus non prouisa vel munita relinquendum *per l. commodissime. de liber. & posthum. c. susceptum. de rescript. in 6. & l. si dotem. solut. matrimon. Bald. consil. 95. in fin. lib. 5.* Si enim (vt cum Bald. *in c. vltim. num. 2. versic. in contrarium. extra de eo qui mitt. in possess.* loquar) statutum aliud voluisset, aliud quoque scripsisset: neque potest quidem ex sententia in præsenti causa lata, obseruantia consuetudinis seu statuti N. quod ad hæredes extēdatur inferri, sed requireretur sententia de præterito, & cui non fuisset contradictum. *Canonist. communiter in c. cum tanto. de consuet. extra. vbi Butrius num. 26. & 27.*

Accedit, quod hic agitur de extensione, quæ contra naturam eius, quod est in obligationem, deductum esse videtur. Priuilegium namque N. Anno 74. Cameræ insinuatum, quo iurisdictione quorumcunque iudicum, solo Imperatore & Camera exceptis, exempti sunt, eius naturæ est, vt omnibus ex illa prosapia descendentibus prodesse debeat & id quidem actricis nostræ filij, non à defuncto patre suo N. N. sed à primo acquirente, N. illorum auo, vel potius ex beneficio primi concedentis acquisiuerunt. Vnde argumento à simili sumto, quemadmodum in feudo antiquo, quod ipsum etiam ex beneficio & prouidentia concedentis teneri dicitur, transactiones paternæ super eodem factæ, filiis non præiudicant, sed contrauenire filij possunt, *iuxta not. per Frider. in cap. 1. de alien. feud. patern. Bald. cap. 1. §. hoc quoque. versic. conuenire. de succes. feud. Idem in consil. 137. in addit. volum. 2. Aretin. consil. 14. num. 12. versic. præterea.* Ita etiam ratione huius priuilegij pater in præiudicium filiorum stipulari non potuit, etiam si hoc maxime voluisset. Cum ergo ex his constet, heredes N. in pacto iurisdictionis prorogatiuo non comprehensos, neque per se teneri, vt forum defuncti sequantur, nec tandem statutum de eis loqui, vel ad eos extendi posse, parum certe admodum iuramentum pacto prædicto adposi-
154 tum operabitur, cum † iuramenti natura sit ligare ipsum iurantem, non vero ampliare actum iuratum, *per not. Bald. in l. si plures. num. 31. C. de condit. insert.*

Et ita iudicatum esse affirmat Afflict. *decis. 78. num. 3.* vbi quidem in simplici tantum renunciatione loquitur. Dd. autem per eum allegati loquūtur in iurata. Ita quoque decisum refert Guido Pap. *decis. 427.* & consulendo sequitur Bartol. *consil 55. numer. 15. volum. 2.* vbi subdit, quod iura-
155 mentum † non suppleat vim clausulæ specialis, *late Grammat. decis. 101. nu. 89.* Intelligitur enim iu-
156 ramentum secundum naturam † illius actus, cui adiicitur eundem firmare & roborare. *l. fin. C. de non numerat. pecun.* Quod ita seruari & communiter practicari refert Benedict. Capra. *reg. 87. num.*
157 *231.* & recipit omnes † limitationes, conditiones & subauditiones, quas recipit ac habet ille contractus seu actus, super quo iuratur. *Abb. in c. quēadmodum. §. illudentem. numer. 5. de iureiur. Cornetus consil. 126. numer. 11. volum. 1. & consil. 246. num. 10. volum. 3.*

Imo quod iuramentum † à defuncto præsti-
158 tum, non obligat hæredem ad forum ipsius, *late Francus in c. cum. c. laicus. num. 4. de for. compet. in 6.* Et quod in materia stricta & propria (prout in casu nostro) pater † & filij diuersæ personæ repu-
159 tentur, tractat eleganter Gomesius *in § actionem. num. 5. & 6. instit. de action.* Tandem quod Afflictus dicit, hæredem teneri stari iuramento defuncti, præcipue locum habet, quando in obligatione †
160 seu iuramento hæredum facta mentio est aliqua, prout ipse Afflict. *supradicta decis.* addit, ea, quæ de iuramento defuncti dicta sint, obtinere, si iurans adiecerit verba, *pro se & hæredibus.* Quod secus est in casu & obligatione nostra; imo nulla hæredum facta mentio, imo etiamsi expressa eorum mentio facta esset, tamen cum non versemur in casu hæreditatis seu iuris ex voluntate defuncti filiis & hæredibus relicti, sed in eo, quod ex necessitate ad filios & hæredes deuolutum est, vt supra ostensum, nihil obstaret, quo minus iidem filij & hæredis facto, & stipulationi patris etiam iurato contrauenire, & suo priuilegio exemptionis vti possent, faciunt tradita Alb. *in rub. C. si in fraud. patr. liber. num. 3.*

Quid pronunciandum? Cum prætori seu iudici N. tam ex communi fama, quam defuncti N. N. viduæ literis ad eum datis in modum exceptionis transmissis & actis nostris insertis, non ignotum fuerit, dictam viduam cum filiis non in territorio N. sed in proprio, vbi præter solum Imperatorem alium superiorem non agnoscunt, & cum aliis Imperij Comitibus & Baronibus pari priuilegio ac libertate vtuntur, domicilium suum ac bona quoque paterna habere, neque illos quoque in obligatione mariti & patris defuncti comprehensos, nec statutum N. iuxta supradictum Vrkundt vllam hæredum mentionem facere, ita vt ipse iure ab eorum iurisdictione exempti sint, quo casu certus erat, se omni penitus iurisdictione tam ratione personarum, quam bonorum eorundem carere, ideo citare illos (maxime ad domum) cum etiam proprios subditos † non possit in alio territorio, nisi per iuris
161 subsidiales citare. *Iason in l. fin. numer. 24. de iurisdict. Aretin. consil. 135. mihi colum 4.* vbi dicit communem.

Quod idem etiam asserit Mar. *rubric. de citat. num. 40.* Et ita etiam in praxi obseruari, nec ab ea recedendum ait Iul. Clar. *libr. 5. sentent. quæst. 31. versic. posset vero, non debet. at. iuxta gloss. in c. veniens. de accusat. Bald. in l. ea quidem. num. 1. C. si mancip. ita fuer. alien. &c.*

Nec peccarunt citati non comparendo, *per gloss. in c. super literis. §. de præscript. verb. Abb. in cap. 2. numer. 16. de dilat. not. Cyn. & Bald. in l. generaliter. in princip. C. de Episcop. & cleric. Franc. Mar. quæst.*

*401. numer. 2. part. 1.* Multo minus in causa principali procedere potuit vel debuit, *c. si duobus. de appellat. vbi gloss. & postea Dd. communiter. Bald. in c. causam quæ. numer. 1. de rescript. Abbas in c. cum ordinem. numer. 6. eod. tit. facit gloss. fin. in l. si accusatoribus. C. de hu qui accus. non poss. quem sequitur Marsil. in Pract. crim. §. quoniam numer. 30. vbi citat Bald. in authent. si omnes. numer. 8. C. vt se ab hæred. abst. &c.*

162 dicentem, quod vbi est† vitium in citatione nunquam valet processus in præiudicium absentis, *sequitur Roland. à Vall. in consil. 68. numer. 14. & seq. vol. 2.* Et id quidem eo magis hic obtinet, quia iudex N. super exceptione non competētiæ oppositа, non pronunciauit, quod tamen in hoc casu nostro requirebatur. Neque enim per processum ad vlteriora intelligitur iudex iurisdictionis carens, se tacite pronunciasse competentem, nisi de exceptione fuisset plane cognitum & discussum, *iuxta Bartol. in l. à procedente. numer. 13. C. de dilat.* quod Castr. *in l. nam & postea. §. si damnetur. ff. de iureiur.* Ita declarat quod videatur satis esse de exceptione cognitum, quando fuit de ea inter partes disputatum: quia scilicet exceptum, & deinde quoque replicatum. Et isto quidem casu per processum ad vlteriora videri exceptionem reiectam, in hanc sententiam inclinat Angel. Perus. *cons. 200. vers. super eo autem quæritur.* Sed in casu nostro, & ex actis primæ instantiæ apparet exceptionem incompetentiæ non semel, sed duabus quidem vicibus ad citationes prætoris N. emanatas oppositam & transmissam, ex ordinatione quoque copiam earum petitam & obtentam, sed in contrarium ne iota quidem replicatum esse, ad acta me referendo, ita vt ex auctoritatibus etiam iam allegatorum dici non possit, iudicem N. per processum ad vlteriora super cōpetentia tacite pronunciare, & exceptiones reiicere voluisse, cum ex officio in hoc præsenti casu, se propter notorium defectum iurisdictionis ei non licuerit, nisi videatur seu dicatur defensionem patris aduersæ, stantis pro iurisdictione, assumpsisse in hoc puncto, &c. Quod simili nullitati subiaceret Abb. *in c. super literis. numer. 10. de rescript.* vbi plene, &c. Imo, quod neque tacita pronunciatio in hoc casu nostro sufficiat, sed expressa necessaria sit, tenet Inn. *in c. præterea. numer. 1. vers. nec obstat. de dilat. Anton. de Butr. in c. super literis. numer. 37. de rescript. Felin. in c. sub orta. numer. 6. limit. 4. de re iudic. Abbas in c. cum ordinem. num. 6. de rescript. Bart. in l. præscriptione. numer. 6. in fin. C. si contra ius vel vtilit. public. numer. 6. in fin.* Et sequitur consulendo Raynutius *consil. 114. numer. 19. &*

163 *20.* Iudicem † super exceptione non tangente negotium principale, in libello deductum, sed simpliciter incompetentiam iudicis negante (prout est in casu nostro) omnino & quidem expresse pronunciare debere, allegans auctoritates Bart. Butr. & Bald. *in d. l. præscriptione. & Canonist. in c. Romani. §. contrahentes. de foro compet. & d. c. super literis. de rescript.* Ex quibus communem hanc esse opinionem concludit. Ac licet in summo hoc consistorio † nullitates (dummodo de meritis 164
causæ principalis ex actis constet) attendi non soleant neque debeant, *iuxta ordin. tit. 34. §. 1. part. 3.* Et in actis quidem coram iudice N. ventilatis, & hic in Camera reproductis, causam principalem ita deductam reperiam, vt definitiue pronunciari posse existimem, tamen † ordinatio in- 165
telligitur tantum de nullitatibus ex processu, qui iuris positiui est, descendentibus. *Gail. obseruat. 42. numero primo & obseruat. 78. numero sexto & septimo & obseruat. 84. numero quarto, numero primo.*

Sed hic constat nobis nullitas iurisdictionis, † quam omnino attendi debere, *idem Gail. monet* 166
*in d. obseruat. 4. num. 8.* Quæ † nullitas ab omnibus 167
etiam Dd. omnium maxima reputatur: quia iurisdictio est fundamentum fundamentorum iudicij, & ideo nullitas † ex defectu eiusdē resultans, 168
potest quandocunque opponi, etiam post tres & quatuor conformes sententias, & executionem earum impedit, *per Bartol in l. 1. §. & parui. nu. 7. & ibi Alex. in addit. verb legitim. circa fin. ff. quod vi aut clam. refert Angel. Perus. consil. 248. vers. tandem super fluis resecatis, allegans notabilem gloss. in clem. 1. de sequest. possess. & fruct.* Quippe cum nullam vnquam ad eius causæ cognitionem, iurisdictionem habuerit iudex, prout in casu nostro. Et ita definit Angel. *in §. appellatur. num. 12. Institut. de except. Rip. in l. 4. §. condemnatam. numer. 25. de re iudic. Alexan. consil. 77. num. 8. & seq. volum. 2.* Neque talis infirmitas † sanari vel etiam à proprio 169
seu ordinario iudice suppleri, imo nec sententia rata haberi potest, cum nulla sit non tantum ex defectu consensus, sed etiam propter defectum solemnitatis, quæ non potuerunt coram alieno iudice interuenire. *Felin. c. nonnulli. §. sunt & alij num. 49. de rescript.* Et hanc esse communem attestatur Abbas *in c. significasti de foro compet.* Et eo amplius non confirmari talis sententia potest, cum iuxta Innocent. *in c. 1. de confirm. vtil. vel inutil. num. 3. versic. item plus dicimus.* is, qui sententiam 170
confirmari † petit, probare debeat, quod iudex, qui sententiam confirmandam protulit, erat competens.

Quod in hoc casu nostro factum non est, nec fieri potuit. Refert & sequitur hanc Innocentij sententiam Guido Pap. *quæst. 294. numero primo* vbi ait, se ita vidisse terminari in Camera consilij, &c.

Quod enim dicitur, iudicem † appellationis 171
posse confirmare seu reformare primam sententiam nullam, procedit, quando nullitas, quæ erat in prima instantia, cessaret in secunda, vt quia allegata, non tamen probata, vel dubie probata esset.

Secus vbi non cessat, sed adhuc durat, quia scilicet probata est, vt in casu nostro. Nam alias secunda sententia eodem vitio laboraret cum prima. *Bart. in l. cum quærebatur num. 2. de re iudic. Imol. in l. si expressim. numer. 6. de appellat. Abbas cap. cum*

*dilecti.*

*dilecti num. 4. & ibi Canonist. fere omnes. Imol. in c.*
172 *dilecto. numer. 96. de appellat.* Vnde † & omnia acta & actitata corruunt, & nouo penitus processu ac nouis actis opus est, vt iterum ex integro de causa cognosci possit, *Bart. in d. l. cum quærebatur. numer. 1 de re iudic. & Imol. in d. l. si expressim. numer. 7. de appellat.* vbi dicit communem, ita vt nec acta litis decisoria saluari, & super iis in sequenti processu ordinario pronunciari possit. Quia nullitas nostra sæpius allegata non partem actorum, sed totum processum respicit, eo quod à iudice iurisdictione carente, & sic omnino nulliter processum
173 est. ideo nec † testes rite recepti, nec eorum dispositiones valere possunt, in alio quocunque iudicio, sed pro non scriptis debent haberi, *c. cum causam. in gloss fin. in fin. de testib. & Clem. testes. gloss. in verb. true. eodem tit. in clem. & ita Bald. consil. 286. nu. 1. volum. 3. faciunt notata Felin. in d. c. causam quæ. nu. 20. de probat.* vbi amplius dicit, quod attestationes,
174 † licet alias inualidæ, possint consensu partium validari, tamen secus esse in his, quæ receptæ sunt à iurisdictione carente. Ad quod allegat Rotam & plura iura ibidem, *refert & sequitur Hyppolitus de Marsil. singul. 10. num. 5.*

Nec obstat prædictis, quod nullitas deuoluat causam principalem, ita vt iudex super meritis cognoscere, & sententiam priorem confirmare
175 vel reformare possit, quia id non † procedit, vbi obstat nullitas iurisdictionis, *Vant. de nullit. ex defect. processus. numero septimo Gail. obseruat. 127. numero tertio lib. 1. Mynsing. obseruat. 63. cent. 4.* neque puto nos hic versari in terminis, quibus Alexand. consuluit *lib. 5. consil. 111. & consil. 67. lib 6.* Videtur enim loqui Alexand. in priori consilio de sententia ab incompetente quidem Iudice lata, per iudicem tamen appellationis, coram quo nullitas principaliter deducta fuit expresse confirmata, quæ in rem iudicatam transierit.

In nostro autem casu sententia primi iudicis incompetentis propter non interpositam in rem iudicatam (vt ita dicam) transiit, &c. Vnde ad exsecutionem eius à parte victrice hic in Camera actum, & ex edicto nullitas iurisdictionis per viam exceptionis tantum deducta, qua non attenta pro exsecutione sententiæ, in priori instantia latæ, fauore alimentorum (vti videtur) pronunciatum est, cui sententiæ, quamuis viduam defuncti N. nunc actricem acquieuisse quis dicat, neque rationem habere velit restitutionis in integrum per eandem petitæ, tamen quia illud iudicium, quo sententiæ exsecutio petebatur, summarium fuit, *l. à diuo Pio. §. si super rebus. de re iudic.*

Non video, quid obstiterit vel obstet, quo minus nullitas eodem quasi tempore ab actrice vidua N. in plenario iudicio separatim, & quidem principaliter intentata prosequi potuerit, & iudex quoq; desuper pronunciare adhuc possit, nisi forte contra *l. penult. ff. de his qui sunt sui vel alien iur. & c. veniens de testibus.* contra etiam Doctorum ibidem scribentium opinionem quis præsupponere velit, sententiam in summario iudicio latam parere præiudicium plenario. Sic neque Alexand. *consil. 67.* supra allegatum contra nostrum casum militare puto, cum Alexand. ibi de recusationis terminis suspecti iudicis loquatur, & tantum propemodum circa finem concludat, quod iudex appellationis vel nullitatis non possit eam sententiam confirmare, nisi ex actis ante recusationem factis, postquam præcesserant acta substantialia iudicij, & in prima sententia non fuerit aliquis error expressus, qui dictam sententiam redderet ipso iure nullam, sed in casu nostro secus esse superius iam ostensum, ideo non insisto, &c.

Tandem non obstat, quod causa principalis (scilicet alimentorum) hic quoque disputata est, quia in euentum tantum & incidenter eam actrix, & quidem semper cum protestatione exposuit, principaliter autem nullitatem deduxerit, & super ea pronunciare petiit, imo amplius neque causa principalis ex deductis in hac instantia satis instructa esse potest, nisi actis prioribus iunctis, quæ nulla sunt ex defectu iurisdictionis, nec ex eis iudex instrui potest, *per iura supra allegata.* Ergo in causa principali ad definitiuam procedi non potest, *Paris. consil. 106. nu. 15. lib. 4.*

Ex quibus concludo omnino & quidem super nullitate tantum pronunciandum. videlicet nulliter à iudice priori processum & iudicatum sit, reseruato partibus iure agendi super principali in Camera. *iuxta not. Bald. in l. 2. numer 18. C. de rescind. vendit. Alex. in l. iudex. numer. 23. de re iudic. Marcus quæst. 547. numer. 31. part. 1.* vbi tenent superiorem aditum principaliter super nullitate, licet pro qualitate istius nullitatis sententiam primam confirmare seu reformare non possit, reseruare tamen posse partibus ius agendi apte in causa principali coram se ipso.

Expensas vero Cameræ compensandas puto, cum non partis reæ, sed iudicis culpa (qui in causa mandati executorialis, exceptionibus nullitatis, iurisdictionis non obstantibus, sententiam priorem exsequendam demandauit) hic processus quoque continuatus fuerit; ex ea enim sententia ius iam quæsitum se habere, pars rea nullatenus dubitauit, prout ex actis hinc inde videre est.

## *In causa mandati exsecutorialis.*

## *VOTVM IV.*

CVm sententia † nulla nullam mereatur exsecutionem, maxime quando adest defectus iurisdictionis, & talis nullitas per viam exceptionis proposita (prout in casu nostro, licet altiorem indaginem requirat, exsecutionem tantum sententiæ suspendit, *Alexand. l. 4 §. con-* 176

*damnatum.num.22.Ias.num.19.de re iudic.* Iudici Cameræ omnino attendenda erat, quod prætermissum, cum iam demum in plenario iudicio suppleatur, id efficit, vt sententia etiam pro executione prioris nulliter late euulgata necessario reuocanda veniat: annullato enim principali annullatur & accessorium, & omne id, quod ex eo sequutum est, *Butr. Abb. & Can. in c. auditis. de procurat.*

Concludo itaque mandatum executoriale cum omnibus subsequutis cassandum esse nullæ restitutionis in sententia mentione facta, cum cassatio subsequutorum in effectu idem cõprehendat, quod restitutionis vocabulum. De expensis idem, quod in causa nullitatis sentio, ne ex eo, quod à iudicis culpa factum est, proximi innocentia oneretur.

*VOTVM V.*

COncludit cum vtroque referente in causa nullitatis, & mandati exsecutorialis causam vult hic retinere cum his verbis, daß sie solches an diesem Käyserlichen Cammergericht thun mögen/ compensatis expensis in vtraque causa, restitutionis verbum vult omittere.

*VOTVM VI.*

Consentit cum quinto.

*VOTVM VII.*

VVlt pronunciare nulliter processum sententiarum in caussa nullitatis, mandatum exsecutoriale cassandum, expensas compensandas, quia nulla culpa partis restitutionis verbum omittit. Causam quoque vult hic retinere.

*VOTVM VIII.*

SImiliter cum Dominis referentibus quoad vtramque causam, remittendo causam ad cõpetentem, vel etiam non displicet, vt hic retineatur per verba, daß sie solches hie thun mögen. Omittit quoque verbum restitutionis, cum alias contineatur in cassatione mandati, & omnium inde subsequutorum. Et expedita futura erit repetitio N. deß außgelegten vnnd hinderlegten Geldes. Expensas quoque vult compensare, quia magis facultate nostra, qui alimentorum fauore videamur plusculum, quam fortassis fieri debuisset, attendisse, tum quoque ambitione iudicum, à quibus quam temeraria libidine litigandi in hãc litem descendisse videtur.

*VOTVM IX.*

COncludit similiter cum Dominis referentibus, compensatis expensis, ne pars rea aliena culpa innocens grauetur, &c. causam in Camera retinendam restitutionis nulla mentio facta.

177 *Sententia definitiua;* † In Sachen N. N. Wittib Klägerin/ wider N. vnd consorten beklagte/ ist deren am 6. Julij vnnd 21. Augusti jüngst vorberichter Handelung Beylagen vnd gehaltenen Receß/ vnuerhindert der den 19. Nouembris An. 77. in euentum, beschehene Kriegsbefestigung pro Pura angenommen vnd lest man es bey dem am 4 Nou An. 77. hinc inde gethanen Beschluß bleiben/ darauff vnd allem Vorbringen nach zu recht erkannt/ daß durch Richter voriger Instantz nichtiglich procedirt vnd geurtheilet/ vnd wöllen die Partheyen ein ander Spruch vnd Forderung dieser Sachen halb nit erlassen/ daß sie solches an diesem Keys. Cammergericht thun mögen/ die Gerichtskostẽ derhalben auffgelauffen/ auß bewegenden Vrsachen compensierendt vnd vergleichend/ auch D. W. sein Begeren/ die Restitution originalium belangend zugelassen.

In Sachen N. N. vnd Consorten/ wider Weyland Herrn N. N. N. nach gelassene Wittib/ beklagte mandati executorialis, ist D. N. sein den 21. Junij An. 81. vnd D. N. den 21. Augu. jüngst beschehenem Begeren abgeschlagen sondern lest man es bey hie vor gethanem Beschluß bleiben/ vnnd erkannt/ daß das außgangen Vrkundt/ vnnd reproducirt Keyserl. Mandat sampt allem dem jenigen/ so darauß erfolgt zu cassieren vnd auffzuheben sey/ als wir dasselbig hiemit cassieren vñ auffheben die Gerichtskosten derhalben auffgelauffen/ auß bewegenden Vrsachen gegen einander compensierend vnnd vergleichendt.

## VOTVM III.

## In causa H.P.L.H.

*Contra*

## Die W. von G.

*Inuestituræ posteriores an derogent prioribus.*

SVMMARIA.

1 *Voluntatis mutatio non præsumitur, nisi probetur ab eo, qui conuenitur.*

2 *Contractus renouatus fieri videtur secundum formam prioris contractus, si de diuersitate non appareat.*

3 *Verba posterioris inuestituræ intelligenda sunt secundum naturam præcedentis contractus.*

4 *Nemo sibi possessionis causam mutare potest, nulla extrinsecus superueniente causa iusta mutandi.*

5 *Euidenter apparere dicitur illud, quod apparet ex legitimis coniecturis.*

6 *Expressum illud dicitur non solum, quando verbis exprimitur, sed etiam quando euidentibus signis colligitur.*

7 *Casus omissus solet haberi pro omisso.*

8 *Principum beneficia latissme interpretanda.*

9 *Inuestituræ sequentes à præcedentibus interpretationem accipiunt.*

10 *Relatũ est in referẽti cũ omnibus suis qualitatibus.*

11 *Illud quod ex relatione colligitur dicitur verum esse & proprie.*

12 *Relatum iuxta referentis mentem accipiendum est.*

13 In

13 *In referente plus esse nequit, quã referentis demonstrata voluntas continet.*
14 *Verba menti & non mens verbis deseruire debet.*
15 *Verba, vt deseruiant intentioni, impropriari debent.*
16 *Longe quod est à verisimili, falsitatis imaginem habet.*
17 *Clausula in principio, vel in medio, aut fine posita generaliter ad omnia refertur.*
18 *Sententia qua.*

PARVM referre puto in præsenti casu, qua actione actum sit, mihi tamen magis placet condictio ex l. moribus feudorum, vt asserit Dominus referens, hanc in causam feudalẽ existimo id quod actorum in 6. 7. art. ponendo non diffitetur. Neque enim principaliter ex pacto de reconuendendo agitur, ex quo vel vendit. vel præscript verb. Actio nascitur. *l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.* sed de natura & qualitate feudi controuertitur domino redimibile vigore primæ inuestiturę vasallus purum rectumque feudum ex tenore sequentium inuestiturarum concedẽtibus. Nam prior oblatio hypothecaria per posteriorẽ nouata, planè extincta atq; in naturam feudi degenerantis trãslata est.

*An probata?* Quare concludo vt referens actum, vt supra concludunt Domini Ref. actionem institutam plene probatam esse, idque non solum inuestituris & reuersalibus, verum etiam Reorum confessione propria, quibus & ego assentior.

*An elisa?* Cum omnis Reorum defensio, adeoque totius causæ fundamentũ in inuestitura domini consistat, quæ purè simpliciter & sine aliqua pacti de retrouendendo commemoratione facta atq; controuersa est, discutiendum ante omnia diligenter, an L. H. princeps per illam inuestituram dictum pactum reemendi remisisse videtur, nec ne? Quæ voluntas est anceps & admodum difficilis. Difficultatem facit, quod de expressa remissione in literis nihil constet, & voluntatis † mutatio nõ præsumatur, nisi probetur ab eo qui conuenitur *l. 3. de prob. Afflict. decis. 208.* Item, quod contractus † renouatus videatur fieri secundum formam prioris contractus, si de diuersitate non appareat, censeãturq; omnia repetita. Item, quod verba posterioris † inuestituræ intelligenda sint secundum naturã præcedentis contractus. Bart. *in l. si mihi & Titio. de verb. oblig. quem sequitur Dec. consil. 107. Alex. consil. 107. lib. 4.* Addo notissimam iuris regulam: *neminem sibi causam † possessionis posse mutare nulla extrinsecus superueniente causa iusta mutandi.* Ad hæc necessariam esse voluntatis declarationem constareque debere eam mutare velle. *Socin. consil. 13. vol. 1.* Quapropter nec rei, contradicente & opponente Actore, & intentionem suam probatam habente, possunt sibi causam possessionis mutare, nisi remissionis voluntatem plenissime probent.

Istis tamen non obstantibus videntur mihi rei æquitatem & ius scriptum pro se habere per ea, q̃ Dominus referens in hanc sententiam ad 2. 3. 4. & 5. reorum argumenta in suo voto adduxit, & sufficienter voluntatis mutationem quo ad elidendam Actoris intentionem probasse.

Non obstant allegata in contrarium. Et primo mutatio voluntatis non præsumitur, quia præcedit, nullo interueniente facto contrario, ex quo argui possit mutatio voluntatis, vel si de actu contrario non appareat. *Dec. in l. pacta nouissima. de pactis. Grauetta de antiq. temp. part. 4. verb. materia ista.* Sed hic vtrique factum ex interuallo interuenit, ex quo voluntatis mutatio argui possit, vt infra dicetur, id quoad mutatæ voluntatis probationem sufficit. Nam non solum voluntas euidẽs dicitur, quæ expressa est, verum etiam quæ per coniecturas colligitur. Et illud dicitur euidenter apparere, † quod apparet ex legitimis coniecturis, 5 licet non fuerit expressum. *l. licet. in princip. de legat. 1. vbi Iaf. facit. l. si locuples. de manu. testam. l. quidam testamento de vulg. & pupill. c. 2. de cognat. Spirit. Abb. in c. licet causam. de probat.* Item illud dicitur † 6 expressum non solum, quod verbis exprimitur, sed etiam quod euidentibus signis colligitur Iason *in d. l. licet.* Item licet casus † omissus soleat 7 haberi pro omisso. *l. commodissime. de lib. & posthum.* tamen secus est, vbi ex aliqua coniectura potest haberi pro expresso. *l. fin. d. tit. Brun. tractat. statut. art. 7. num. 4.* Quapropter cum ex præsumptionibus, signis & coniecturis euidentia voluntatis colligi poterit, diligenter ex ordine inuestituræ liter. B. C. D. notatis temporumque interualla ponenda sint. Et meo quidem iudicio ex ijs satis perspcue voluntatis mutatio arguitur. Illud namque in confesso est, nec negari potest, plus esse in inuestitura siue literis gratiæ concessum, quam erat in præcedenti pridie facta, atque si tali gratia contentus fuisset, frustra postero die, eiusdem rei, nomine tantum reuocationem, recognitionem, continuationem iam constituti feudi sine causa & cum quadam molestia à principe postulasset obtinuisset. Nec dici potest eum plus Codices vel exemplaria aut transumpta facere voluisse, eo quod D. cum B. tanquam suo vero originali non per omnia conueniat. Necessario igitur sequitur plus in D. quam in B. erat principem concedere voluisse. Fortissimum apud me argumentum est principum beneficia latissime † interpretanda, quando agitur de iure 8 tantum, quod est solius principis, nec tertij alicuius præiudicium vertitur. *l. nec Anus C. de emancip. liberor. l. Impuberi. de admin. tut. l. fin. de constit. princip.* Itaque in præsentia facienda est interpretatio talis, vt princeps aliquid dedisse videatur, & magis contra dantem quam accipientem Reg. *l. Labeo. de contrah. empt. & vend. l. stipulatio ista. §. alteri. de verb. oblig.*

Secundo nõ obstat, quod inuestiturę † sequen- 9 tes à præcedentibus accipiant interpretationem,

quia hoc certum est, si à præcedentibus non sit recessum *Dec. consil. 185.* Sed hic ab inuestitura B. recessum esse puto, reosq; initium suæ possessionis ex D. metiri, ad quam etiam seqq. inuestituras trahunt.

Tertio non obstat, pactum remissionis non esse expressum, quia voluntas, quæ ex coniecturis colligitur, pro expresso habetur, vt supra dixi. Deinde, quia totus Tenor, tota dispositio vltimæ inuestituræ, nouum pactum est, nouus Contractus, noua Voluntas, qua subsistente (id quod actor non diffitetur) non video, qua ratione ad præcedentem B. huic per omnia in materia & forma contrariam referri possit. Vtramque inuestituram considerent domini in B. fit mentio Hypothecæ ex recentioribus pecuniæ certa lege collocandæ in inuestituram C. similiter in D. harum nihil exprimitur, sed exordium, continuatio & dispositio, totiusque orationis contextus ad simplex, purum, rectum feudum pertinet. Voluit enim princeps in posterum rectum feudum esse, ideoq; hypothecæ & aliorum pactorum (de quibus in præcedentibus B. & C. nullam facit mentionem) nonne ex eo euidentissima & liquidissima voluntatis mutatio arguitur.

Quarto, non obstat Actorem de damno vitando certare Reos de luero captando, quia hoc in actorem retorqueri poterit, tum quia pecuniam acceptam sortem videlicet retinet, tum etiam propter seruitia feudi nomine sibi præstanda, tum quia interest principis multos habere vasallos.

Quinto, non obstat potissimum Actoris fun-
10 damentum, quod relatum sit † in referente cum omnibus suis qualitatibus. *Roman. consil. 260. Dec. consil. 539 vol. 4. consil. 689. volum. 5. Bart. in l. 1. §. fin. si fam. furt. fecis. dic per text. l. asse toto. de hæred. instit. l. Theopompus. de dot. prinil. l. Instrumentalis. de condit. instit. l. si ita scripsero de condit. & demonst.* Et illud
11 quod ex relatione † colligitur, debet verum esse, & proprie Bal. *consil. 212. vol 5. Dec consil. 687.* Sed in præcedenti in vlt. c. inuestitura D. in qua se fundant Rei, fit relatio ad præcedentes: ergo censentur minime omnia pacta prioribus inserta inuestituris. Hoc, vt dixi, Actoris fundamentum tan-
12 tum obstat, cum relatum iuxta mentem † Referentis accipiendum sit. *Panor. in c. super querela. tit. ne Cler. vel Mon. secul. se immisc.* nec plus in Referen-
13 te † de Relato esse potest, quam referentis voluntas verbis demonstrata continet: cum relatum sit pars referentis. *l. ait prætor. §. si iudex. de re iud. Alex. consil. 35. vol. 4. Rori. consil. 305.* Prædicta etiam verba secundum mentem referentis intellecta, non ad tenorem vniuersum præcedentium literarum, sed ad pertinentiam feudi tantum, & sic ad materiam, non vero ad formam referri debent, prout docte deduxit dominus referens. Nisi enim hoc modo intelligantur prædicta verba, auffmassen/ ꝛc. maxima sequeretur absurditas, videlicet quod dominium E. etiamnum esset Pfandtschafft & non feudum. Nam in inuestitura D. fit quoque relatio ad primas literas, dum dicitur: auffmassen vnsers Altvatters Brieff außweisen. Literæ autem aui non de feudo, sed de hypotheca loquuntur. Igitur relatio, quæ fit ad præcedentes literas necessario ad pertinentias referri debet, alias ea ratio esset absurda. Nam ipsemet L. Actor fatetur, vbique tam in responsionibus quam in positionibus ad defensionales articulos, item inuestitura Dominium E. non amplius esse Pfandtschafft/ sed feudum cum pacto de retrouendendo. Verba igitur, auffmassen/ ꝛc. licet regulariter posita sint, referri tamen non debent ad id, quod est contra mentem contrahentium, sed ad consonum intellectum restringenda scilicet. *l. 1. §. qui ait. ff. ne quid in loco sac. l. Lucius. verb. Imperator. ad munic. Bal. in l. fin. §. idem quæsiuit. de condit. indebit. text. in l. si de certa. C. de transact. l. si stipulatio. in princip. de usur.* Verba enim menti † & non mens verbis debet 14
deseruire *c. intelligentia. c. præterea. de verb. signif. d. l. in conuentionibus. ead. gloss. in l. si in venditione. verb. veritas. comm. præd. Socin. consil. 102. vol. 1.* Quod adeo verum est, vt verba † impropriari debeant, ad hoc 15
vt intentioni deseruiant, actusque valeat. *l. Insulam. de præscript. verb. Alex. consil. 53. vol. 7.* Præterea ad ea quæ non sunt, & verosimilia referri non debent, quia quod longe est † verosimile, falsita- 16
tis imaginem habet *Bald. in l 1. C. de Seru. fug. l. quia verosimile. de præsumpt. l. fin. C. quod metus causa.* Sed verosimile non est principem D. nihil amplius concedere voluisse, quam erat in primis concessum, per ea quæ D. referens late deduxit.

Finaliter non obstat aliud fundamentum Actoris, quod clausula in principio † vel in medio 17
aut fine posita, generaliter ad omnia referatur. *l. tali scriptura. §. fin. vbi Bart. de leg. 1. Boer. decis 146. p. 1.* Quia illud procedit, quando nulla ratio assignari potest, quam magis ad vnum quam ad alterum referatur, capit: Secus quando ratio diuersitatis posset adduci, tunc non habet locum relatio ad omnia, sed ad ea duntaxat, ad quæ commodius referri potest. *l. si idem cum eodem. §. fin. de iurisdict. Boer. d. decis. 146. Dec. in cap. secundo requiris, de appellat.*

Ex quibus omnibus concludo per posteriorem inuestituram D. prioribus B. & C. derogatum pactumq; de reemendo remissum esse. Et idem pronunciandum, bene iudicatum, male appellatum, compensatis expensis.

## Conclusum fuit contra R. N. & meum Votum & pronunciatum vt sequitur.

SENTENTIA: † In Sachen Herrn P. E. zu 18
H. eins/ wider E. vnd C von G. Appellat ander Theils/ ist allem fürbringen nach zu Recht erkandt/ daß in voriger Instantz vbel gevrtheilt/ wol davon appelliert/ vnd die Appellaten jme dem Appellanten den

den Widerkauff der halben Herrschafft E. mit aller zugehöre gegen Empfangung der gantzen widerkaufflicher Geldt darvon abzutretten/vnd gedachten Appellanten dieselbige halb Herschafft E. sampt allen jhren Zügehörungen/mit Erstattung von Zeit an beschehener Hinderlegung/auffgehabener Nutzung eynzuraumen vnd zu zustellen schuldig seyn/als wir auch sie die Appellaten darzu hiermit condemniren vnnd verdammen/vnnd die Gerichtskosten allenthalben auffgelauffen auß beweglichen Vrsachen gegen einander compensieren vnnd vergleichen/etc.

## VOTVM IV.

## In causa N. Bischoffen zu N. ex vna,

*Contra*

## N.N. Comites de N. ex altera.

*In puncto Compromissi Camer. in mandata* die hohe Wildban vnd Vogelweydt betreffendt.

SVMMARIA.

1 *Interdicti vti possidetis requisita.* & n. 20.
2 *Turbatio qualiscunque & quocunq; modo facta in interdicto vti possidetis sufficit.* & n. 20.
3 *Testes contra quorum personas non excipitur, sunt omni exceptione maiores.*
4 *Depositiones testium, quæ ortum ducunt ex auditu ab auis maioribus, in antiquis multum probant.* & num. 10.
5 *Euidentia facti nulla probatio maior & euidentior tollit q; omnem præsumptionem contrariam.*
6 *Donatio vt valeat constare oportet de iure donantis.*
7 *Testes ætate superiores cæteris præferendi sunt.*
8 *Testes specialia magis deponentes præferendi cæteris.*
9 *Testis de facto proprio cui interfuit, deponens magis concludit, ideoq; cæteris potior est.*
11 *Testes vero similiora deponentes præualent cæteris.*
12 *Numerus testium attendendus, & maior minori præferendus.*
13 *Possessio antiquior sola ad obtinẽdam victoriam sufficit, & præualet recentiori: etiamsi illa sit sine titulo, hæc cum titulo.*
14 *Possessio recentior videtur clandestina & vitiosa.*
15 *Causæ ab expensis releuantes in arbitrium iudicis collatæ sunt.*
16 *Legitimatio personarum ante omnia fieri debet.*
17 *Episcopus sine consensu capituli compromittere nequit: multo minus alienare.*
18 *Compromitti in ordinarium nequit.*
19 *Interdictum vti possidetis datur de iure incorporali, siue rebus siue personis id competat.*
21 *Interpretatio qualis in probationibus fieri debeat.*
22 *Donatio generalis includit omnes species.*
23 *Verbum nullum in contractibus debet esse ociosum.*
24 *Præscriptio ab imperatore tolli potest, & etiam statuto: Contrarium* n. 25.
26 *Registra in antiquis plene probant.*
27 *Possessio non probatur instrumentis.*
28 *Probationes exemplorum proprioru vel ex propria domo desumptorum suspectæ sunt.*
29 *Aucupium & venatio sunt diuersæ & separatæ species.*
30 *Separatorum separata debet esse ratio & dispositio.*
31 *Sententia quæ.*
32 *Possessorium & petitorium quando cumulari possint.*

CAVSA controuersa die hohe Wildban vnnd Vogelweyde/loca principaliora, de quibus controuertitur in genere, der Grünwaldt in dem Landt N. In specie die auff ermeldtem Grünwaldt ligende sondere Gehöltz vnnd Oerter/der N. N. N. N. & nonnulla alia loca, de quibus in libellis.

Compromissum cœptum 24. Decembris Anno 74. cuius forma hæc: *compromittunt cum renunciatione Appellationis, reductionis, supplicationis, reuisionis & restitutionis in integrum, prose & hæredibus sub pœna amissionis causæ in Cameram, vel ea retusante in magistrum Teutonicum eiusque successores,* datum sub decreto vtriusque 3. Decembris Anno 74. N.N.

## VOTVM. D. N.

IVRISDICTIONEM fundatam esse concludo propter spontaneum vtriusque consensum partis vigore compromissi & requisitionis desuper factę, de quo vtroque ex actis *c. cum dilectus. & ibi Canon. de arbitr. Specul. de compet. iudic. versic. 25. in compromiss. nu. 27.* deinde, quod iura de Clericis & rebus Ecclesiæ in compromissum non deducendis loquentia, ad causæ nostræ decisionem adaptari non videantur, idque sine respectu dd. Iurium, Episcopum tanquam liberam administrationem habentem compromisisse dicamus, siue respectu rei, de qua litigatur, foresti nimirum, quo casu magis vt Dux N. qua vt Episcopus agere, videatur, siue etiam, quod lis vertatur inter dominum & vasallos, vt nullum enorme Episcopatui N. sit timendum præiudicium *c. cum tempore. & c. per tuas. de arbitr. Specul. de arbitr. & arbitratu eod. titul. §. restat. versic. nunc quid. num. 7 Lanfranc. de arbitr. sect. 3. princ. n. 13. versic. 8.*

Nec obstat, quod in Camera tanquam ordinarium compromisisse videatur contra *l. sed si non seuuum. § si quis iudex. de arbit.* Cum ita stylo & vsu receptum sit, & attento hoc solo fundamento ex

Came-

Camera non remittatur, vti patet in multis compromissis partim decisis, partim adhuc pendentibus. Sic etiam non obstat obitus N. Comitis, pendente compromisso cum clausula ei inserta, quæ hæredum & successorum vtriusque partis mentionem facit, de iure sit sufficiens ad eam sustinendam. *Dd. l. diem proferre. §. 1. de arbitr. Ioan. Bapt. Perus. in lib. de arbit. c. 7. lib. 7. vers. ad propos.* Quoad picturas abreissen/locorum litigiosorum, nō puto opus esse specifica decisione, ex illa maxime ratione, q̄ ex omnium fere testium concordantibus depositionibus ad 1. & 2. artic. & ad interrogatorium vtriusq; tam in rotulo Episcopi, quam Comitum omnes tres picturas abreiß/ tam inter se, quam cum dictis testium ita conuenire videmus, vt satis putem nos ad pronunciandum hac in parte instructos esse, cum & accedant beyderseits eyngenommene & actis eynverleibte Augenschein per Commissarios.

*De actione*: Præsupponendo, Comites esse actores saltem quoad ordinem & processum, cum priores prouocauerint, *l. in tribus. de iudic. c. forus §. accusator. de verb. signif.* Concludo tam ex narratis & petitione libelli, quam ex ipsa Comitum confessione in conclusionibus *sub num. 145.* oblatis *fol. 3. vers.* dardurch / intentatum esse interdictum *vti possidetis*, seu actio in factum in allegati interdicti locum surrogata.

*An probata?* Cum duo sint intentatæ actionis
1 extrema, turbatio, de † qua in 9 & 14. Et possessio, de qua principaliter 3 4. 5. & 6. articul. agunt, vtrinque sufficienter probatum concludo. Turbatio probata existit per literas N.N. Comitis ad N. Episcopum Anno 54. scriptas, quas & Episcopus & Comes inter probatoria sua produxerunt. Quibus ad probationem 7. artic. accedunt testes 11. & 12. ad eundem artic. Item 29. testis in Rotulo Episcopi ad 3. & 4. interr. 14. artic. Item apud probationem 14. art. testis 12. & 16. & 21. vol. 4. Et plures alij in effectu cum superioribus concordantes, quos non recenseo, cum indubitati iuris sit
2 † in interdicto nostro qualemcunque turbationem, & quorumcunque modo factam sufficere, *gloss. Bar. & Dd. l. 1. vti possid.* Possessio vero vel quasi probata existit. Primo generaliter per 18 & 21. testes 1. & 3. testis 2. Rotul. ad 34. & 5. articulos probatoriales, cum quibus conueniunt, vno aut altero loco ex litigiosis excluso, test. 10. 11. 12. 13. 15. 16. & 19. omnes primi Rot. Multi præterea tā ex prædictis, quam alij vtriusque Rotuli de singulis litigiosis locis hinc inde ad varios articulos & interrogatoria in specie deponentes, quos non repeto, cum in relatione habeantur, præsertim cum nihil ab Episcopo contra personas dictorum testium excipi inueniant, quod alicuius sit
3 vel momenti † vel ponderis, vt huius intuitu, si non omni exceptione maiores, saltem eo vsque habiles & sufficientes ad testificandum censendi sint, donec contrarium probetur. *c. dudum. & ibi Felin. de præsumpt. Alexand. consil. 18. volum. 1.* Veluti inter referendum ita per omnia qualificatos inuenimus, vt plerique omni exceptione maiores dici queant, præsertim cum omnes fere de facto proprio deponant, cum ipsi sint prouectæ ætatis, 50. annum vel plurimum excedentes: tum dictis & depositionibus suis addunt, insuper quæ à parentibus, auis & maioribus audiuerunt. Quæ depositiones † in antiquis multum roboris 4
obtinent *Gabriel. commun. opinion. libr. 1. Rub. de testamentis, conclusion. 3. in princip.* Et quia ex depositionibus præcedentium testium illud quoq; constat possessionem vel quasi Comitum per omnes fere legitimæ possessionis qualitates & circumstantias, iustificatam esse, quod scilicet non vi, non clam, non precario, & sic bona fide, palam insuper, legitimo tempore pluribus iuribus in multorum præsentia, non contradicente Episcopo vltra 30. 40. 50 60. annos, adeoque vltra memoriam hominis sæpe dictam possessionem vel quasi, & exercitium iuris venandi continuarint. Concludo ex his omnibus actionibus & intentionem Comitum, quoad bannale forestum, der hohen Wildtpan/in 2. 3. 4. 5. & 6. art. comprehensum & specificatum, tam in genere, quam in specie vsque ad fluuium N. & non vltra sufficienter probatum esse. Sequuntur probatoria Episcopi quoad forestum.

*1. Quæ actio.* Collatis in vnum omnibus, quæ pro possessorio simul & petitorio colligi possunt, partim ex narratis libelli Episcopi, & vtraque parte petitionis. ibidem partim ex protestatione & declaratione Episcopi in subsequentibus productis facta, quod nimirum ea, quæ petitorium concernunt colorandæ possessionis, ergo tantum posita sint ita tamen vt cumulationem, quatenus de iure licita sit, expresse reseruare videatur cum similibus in actis deductis: Concludo vtrunque defendi posse, siue possessorium tantum interdictum scilicet *vti possidetis* institutum, siue petitorium, & in specie negatoriam cumulatam dicamus, idque non tam, quod ex quinto articulo & prima parte conclusionis in allegato libello, genus illud actionis colligi in facto posse videatur, quam quod de iure etiam omnia petitoria, quæ possidenti dari solent, & in specie confessoria & negatoria cum interdicto nostro concurrant, per ea quę tradit Castrens. *l. si de vi. ff. de iudic. num. 8. cum allegat.*

*An probata?* Si omnia conferantur probatoria Episcopi: concludo primo in petitorio, intentionem Episcopi, quoad prælentem litem & loca in compromisso litigiosa ex sæpe allegata donatione Henrici 2. imp. in qua principaliter titulus fundatur, probatam non esse per rationes & argumenta, quibus Comites hinc inde ad elidendam intentionem d Episcopi vtuntur. Quorum summa est.

Quod nulla fiat in dicta donatione mentio litigiosi foresti deß N. in genere, quid nedum in specie deß N. & aliorum locorum, de quibus

COR-

controuertitur. Idque patet ad oculum ex tenore concessionis vel donationis Henrici iam allegatę.
5 Et sic per euidentiam † facti probatum existit, qua nullam volunt esse probationem euidentiorem, cum tollat omnem præsumptionem contrariam. *Emptorem. ff. de act. empt. Alex. consil. 1. vol. 4.*

II. Patet rursus ad oculum ex allegatis probatorijs Episcopi *nu. 19.* perductis, quod anno 1344. transactio quædam inita sit inter N. & N. ratione locorum quorundā auff den N. sitorum in specie deß N. cui transactioni interfuit. N. Episcopus N. Ludouici IV. Commissarius, quia eandem sine omni probatione aut reseruatione sui iuris approbauit, & sigillo insuper Episcopatus confirmauit. Quam per sententiam ratificationem & tacitam quasi concessionem clarissimam probationem esse certum est. *per l. generaliter. C. de non n. pec. & c. per tuas. de probat.*

III. Facit ad elidendum titulum Episcopi specifica adeoq; individua locorum in sępe dicta donatione concessorum mētio, quam prędcedit vocula restrictiua, videlicet, vt sic nec tacite quoque veniant loca de quibus iam controuertitur. Idq; non tam propter vulgatam regulam *inclusio vnius, &c.* & quod expresse remouent præsumptionem taciti, quam quod ea, quæ sic determinato modo conceduntur, suppletionem non recipiant. *Rol. consil. 62. num. 9. vol. 1.*

IV Facit in specie ad elidendam prędsumptionē taciti, quod argumentum ab extremis ad media, quo Episcopus vtitur, locū hoc casu non habeat; Cum quod extrema sufficiēter probata non sint, tum quod media maiori ex parte naturam extremorum non sapiant. Cum ipsamet Arx N. Item castrum N. N. multorum insuper nobilium arces, prædia, syluæ, adeoq; totus tractus foresti Comitum à dextris viæ Regiæ, dictis extremitatibus ab Episcopo constitutis, includantur, in quibus tamen omnibus nihil iuris hoc tempore vendicat Episcopus.

V. Facit, siquidē concedatur, tacite media non minus venire, quam extrema, si tamen subsistat intellectus ille, quod nimirum Henricus loca in sępe allegata concessione specifica iure feudi potius & regaliorum, quam nudæ donationis transferre voluerit, id quod Episcopus N. in responsione ad liter. N. von N. probatoriales Episc. n. 22. oblata, nec non aduocatus N. Episcopi alicui innuunt, tum certum est plura imp. non transtulisse, quam dominium quoddam vniuersale seu generale, de quo iam nulla est controuersia, cum Comites vltro fateantur, sese vasallos esse Episcopi.

VI. Et eiusdem concessionis alio intellectu similis videtur colligi elisio d t. Dato enim simplicem & meram donationem factam ab H. eoque non vt Imperatore, sed vt duce, hinc rursus pro comitibus militat, quod de iure donantis, tanquā Ducis, & de re seu patrimonio priuato nihil probatum sit, ab Episcopo, imo historiæ contrarium docere videantur, cum fuerit Saxo ratione originis paternæ, nimirum nepos Ottonis I. ex fratre, nec non Dux Bauarię propter Ducatum eundem auo H. à d. Ottone magno dono datum. Et Duces N. adhuc tum temporis in viuis, & in flore fuerint. E conuerso autem Comitum quasi possessio longissimi tēporis in omnibus & singulis articulatis locis probata existit per deducta supra in probatorijs Comitum.

Vnde duplici ratione titulus nihil operari videtur, & inutilis esse. Primo in genere, quod de
† iurē donantis non constet, nec probatum sit. 6
*Spec. t. de locato. §. nunc aliquo. ver. 58. vt quæ not. Bar. l. fic. § si mihi. ff. de leg. 1. vbi Dd. quos refert Alex. cons. 28. num. 7. vol. 1.* Secundo in specie, quod allegata possessio particularium locorum excludat eo magis fundamentum Episcopi, quod nimirum possessio penes alios inueniatur, vti imp. præiudicare voluisse non videtur per ea, quę in terminis quasi consuluit Rol. *consil. 46. num. 67. vol. 3. & Ruin. ibid. alleg. consil. 13. num. 7. vol. 4.* Et hæc quoad petitorium. In possessorio similiter indubitatum esse concludo, Comitum partes nominibus potiores esse, cum intentationem validioribus probationibus fundatam habeant, per ea quę Dd. tradunt, præsertim Canon. *c. licet causam. de prob.* Nam si recte conferantur vtriusq; Ref. testes, primo ætate superant & † antecedunt Comitum testes, vt 7
hoc casu (cæteris paribus) præferendi sint. *Alciat. tract. de præsumpt. 145. per tot.*

II. Prævalent testes Comitum non tam quod plures actus venationum enumerant, quam quod eosdem per temporum, locorum, personarum, item præsentium, & alias similes circumstantias † 8
deducant, vt tali casu tanquam specialiora, & sic magis certa deponentes cæteris præferendi veniant. *c. præterea, c. nostra de test. Innocent. c. auditu de præscript. Menoch. de arbit. iud. quæst. lib. 2. cent. 5. casu 475 num. 8*

III. Præponderant testes Comitum eo quoq; fundamento, quod plerique actib. de quibus deponunt, interfuerunt, & eosdem ipsimet exercuerunt, quo casu cum de facto proprio loquuntur, † rationes magis concludentes, eo quod po- 9
tiores reddunt *Afflict. decis. 363. Tiraq. de retract. §. 1. gloss. 14. num. 48 Gabriel. de test. lib. concl. 1. num. 21.*

IV. Præferendi ex hac quoque causa, quod de antiquiore tempore, nec de sua tantum memoria, (quæ tamen & ipsa in plerisq; vltra 30. 40. & 50. annos extenditur) sed de his etiam quæ † ex 10
auditu parentum, auorum & maiorum acceperunt, quas probationes propter temporis diuturnitatem, & inde resultantem probandi difficultatem multum roboris obtinere dicunt *Abb. d. c. cum causam. 2. art. Gabr. d. t. de test.*

V. Ratione prærogatiuæ; quod nimirum depositio eorundem magis qualificata sit † & veri- 11
similiora deponere dicantur *l. ob carmen, § vltim. versic. sed quod nostra. de test. Bald. l. test. num. 21. C. eod. Abb. c. præterea. eod. tit. Afflict. d. decis. 363. num. 6* Et

quod

quod qualitas depositionis testium vna sit ex quatuor causis, quarum vnaquæque sola victoriam parit, tradit *Felin. d. c. licet causam. num. 8. de probat.*

12 VI. Facit, quod maior † numerus testium pro Comitibus deponit, cum accedant his, quos in vtroque rotulo produxerunt, decem plus minus testes Episcopi *d. l. ob carmen. Bald. l. ordinarij. num. 10. C. de rei vend. c. in nostra. de testam. & ibid. Abb. & Felin. c. cum causam. num. 8.*

VII. Et vltimo, potiora sunt Comitum iu-
13 ra † antiquiori possessione, quam solam ad obtinendam victoriam sufficere tradit *Felin. d. c. cum causam. num. 9.* vbi omnes ita tenere dicit Bartol. *l. si duo. num. 4. vti possidet. Bald. d. l. ordinarij. Ripa c. cum Ecclesia. nu. 23. de causa poss. & propriet.* Et quod tali casu dato etiam probationes ex vtraque parte, tam numero, quam dignitate pares esse, antiquior possessio prævaleat, Menoch. tradit *rem. 3. retin. num. 725.* Imo, quod etiam is, qui antiquiorem possessionem sine titulo probat, præferatur ei, qui recentiorem probat cum titulo. Concesso etiam, quod titulo eius, qui recentiorem possessionem probauit, sit antiquior, multis argumentis confirmat Menoch. *d. loco. num. 727.* Rationem esse crediderim, quod titulum nihil operari Dd. dicunt, vbi possessio est antiquior, *Boer. decis. 25. n.*
14 *9.* Cum possessio † recentior videatur clandestina & vitiosa *Boer. vbi supra, Alexand. consil. 88. vol. 5.* Et hæc quoad ius foresti.

De iure aucupij: iam quoad Vogelweyd / de qua agitur ex parte Episcopi in 31. artic. eiusdem libelli. Ex parte Comitum in 16. & 17. artic. Item in 3 interrog. 5. & in 7. interrog. 8. art. libelli, nec non 13. & 14 artic. 2. Rotuli & interrog. eorundem. Item in registris der verliehenen Vogelweyd / ex vtraque parte productis, nomine Episcopi fol. 167. nomine Comitum. fol 205 Litigatur autem principaliter inter partes (quantum ego videre possum) allein von den Vogelweyden die vmb N. vnd N. vñ in derselben Marck mögen gelegen seyn: veluti colligitur primo ex indice siue registro Episcopi allegato inter probatoria eiusdem nu. 7. Allegatur ex locis litigiosis vnus scilicet tantum ein Vogelherdt auff dem Standt zu N. cui accedunt testes 14. ad 3 interrog. 5. articul. ad 19. ad 7. interrog. 18. artic. similiter 21. ad prædictum interrog. 14. artic. Quantum igitur attinet ad loca, quæ principaliter litigiosa esse diximus, scilicet in vnd vmb die Marckung N. vnnd N. parum à Comitibus probatum inuenio, cum secundus tantum testis habeat de dictis locis deponentes 10. scilicet 1. Rotuli ad 3. interrog. 5. artic. qui dicit se non vidisse vel N. vel N. Vogelherdt in iam dictis locis, ausserhalb was N. hinder der N. bey der Mühle vmb N. vnd N. haben soll. Item testem 1. 2 Rot. ad 2. interrog. 14. art. vbi deponit, Comites haben auch etliche Vogelherdt vmb N. vnd N. zuuerleihen / quod dictum præterquam quod per se generale est, & ratione caret, eo incertius etiam redditur, quod in eadem dispositione testes addit, daß N. auch etliche Heyde vmb N. zuuerleihen hat / item in f. d. depositionis daß zwischen N. vnd N. ein Vogelherdt sey / der zwischen beyden Theilen streittig. Quantum vero attinet ad Vogelherdt / in quorum possessione Comites se fuisse dicunt am N. an dem N. am N. Item am N. & in genere in omnibus locis in 5. art. specificatis, indubitatum arbitror, quod Comitum intentio fundata sit, per ea quæ deponunt testes 3. 6. 7. 14. 17. 18. 19. 21. ad 3. interrog. & 4. ad 4. interrog. 5. artic. omnes primi Rotuli in probationibus Comitum & testis 1. 2. 6. 7. 9. 10. 11. 12. Rotuli ad 13. & 14. artic. qui per consequens etiam deponunt de 16. & 17. artic. libelli. Quibus accedunt etiam allegati extractus der N. Zinß vnnd Vögel Register inter probatoria Comitum sub litera B. num. 74. producti, item distinctio, quam faciunt omnes fere testes Episcopi ratione dextri lateris deß N. quatenus dicta Vogelherdt versus latus illud sinistrum extenditur.

Episcopi intentio ratione possessionis vel quasi der Vogelweyd habetur in d. 31. artic. quoad generalem possessionem auff den N. & locis in libello articulatis: in specie vero quoad Vogelherdt im N. N. in 32. artic. Quibus coniungi potest quoad loca 5. artic. in libello Comitum 5. interrog. Episc. Ad 31. artic. quod attinet duos tantum testes inuenio. 15. ad 14. & 26 ad 6. artic. Quibus aliquo modo correspondent, quoad articulata tamen loca, testis 13. ad 4. interrog. 4. articul. & ad 5. & 6. artic. nec non 19. & 20. in d. interrog. ad 4. artic. Ad ea autem, quæ possessione 5. artic. Comitum interrogat. Episc. in 3. interrogat. ibi nullum omnino ex omnibus Comitum testibus vtriusque Rotuli inuenio, qui in d. loco de allegata possessione, vel quasi quicquam pro Episc. deponat. Nam quod 1. test. 2 Rotul. Comitum ad d. interr. deponit, an denen Orten / daruon er deponiert (deponit autem de omnibus locis excepto, Grundt) habe Episcopus die Vogelherdt durch den Amptmann auff N. verleihen lassen / illud triplici ratione subuertitur. 1. Quia singularis & vnicus. 2. Vt possit hoc casu Episcopi testibus coniungi, tamen ibidem addit, contradictum esse à comitibus veluti etiam 3. Subiungit, daß beyde Theil hierumb streittig allweg gewesen. Restat igitur, quantum in specie die Vogelherd im N. N. sitam Episcopus probauerit. Ad 19. districtus, probationem possunt primo repeti testes 15. & 26. supra de generali possessione der Vogelweyd auff den N præsertim 15. qui ad 4. artic. dicit, quod præfectus N. die Vogelherdt nicht allein zu N. sondern auch auff dem gantzen N zu verleihen. Quibus accedit testis 4. ad 4. & 15 artic. Item d. testis 13. & 14. interrogat. 6. Et in effectu quoad sinistrum latus deß N. omnes illi testes per eundem N. Graben limitem constituant der streittigen Vogelweyde / quales sunt testes 4. ad 4. artic. 13. ad 14. interr. 5 & 6. art. 15. test. ad d. 4. art. 17. ad eund. item 18. 19. 20. 26. 28.

16.28.& 29. Licet enim in genere de quasi possessione Episcopi ratione der Vogelweid / à sinistra parte tamen deß N. deponunt, (à Statt N scil. ad N. ascendendo) vt hoc limite constituēdo omnia fere loca litigiosa & hæc ipsa quoque, quæ non tam quoad Wildban/quam in specie quoad Vogelweid/à Comitibus probata diximus, vna includi videantur (scil. omnia loca litigiosa) prædictorum tamen testium dicta ad N. N. non vno modo restringi posse videntur, veluti videre licet in depositione testis 4. qui cum ad 4. articul. constituisset terminum deß N. (id quod ad 4. inter. d. 4. art. Item ad 5.& 6. art. tertia vice repetit) tandem ad 11. Interrog. 6. art. subijcit, was er von den Vogelherden/ꝛc sic 18. test. Item test. 20.&c. Quibus aliquo modo accedit, quod idem testis ad 14. Interr. dicit, se audiuisse & scire, daß durch N. Weidmeister die Vogelherdt auff N. ꝛc. Faciunt etiam nonnihil ad hoc propositum, quæ deponit d. test. 17. ad d. artic. 4. Ex his concludo, quod scilicet ad Vogelweid loca principaliter litigiosa vnd in derselben Marckung in sinistro latere N. ab Episcopo sufficienter probata sint; ita vt absolui, & hoc in puncto pro ipso pronunciari queat. Putarem tamen ad excludendam nimiam generalitatem d. sinistri lateris deß N. in sententia specificam mētionem fieri debere der Vogelweid/eamque vel ex parte Comitum scilicet, daß Episcopo nicht gebüret/ Comites ratione der Vogelweid zu turbieren am N N. N. vnnd was derselben mehr deß N gelegen/vel ex parte Episcopi, exprimendo in genere die Vogelherd/so viel deren auff der lincken Hand deß N. in N. Marckung/ vel in specie & nominatim exprimendo, quotquot derselben Episcopi Vogelherd in sinistro latere habere possunt ex actis.

Quid pronunciandum? Ratione der Vogelherd iam dictum est, quoad Widban. Cum ex supradictis appareat, quod Comites super turbata possessione sese fundant, quorum etiam intentionem probatam esse ostensum est. Idcirco concludo, in hoc puncti foresti siue deß Wildbans pronunciandum pro Comitibus in terminis, & forma communi interdicti vti possidetis, per ea, quæ tradunt Bartol. & Dd. *l. 1. §. hoc interdictum. numer. 8. & 10. cum seq. vti poss. Abb. c. cum causam. num. 38. de probat.* daß nemblich Episcopo nicht gebühret noch geziemet/Comites in jhrer Possession vel quasi zu turbieren/sondern daran zuviel vnrecht gethan. Et quod ideo inposterum abstinere, & cautionem desuper præstare teneatur? Illud dominis quoad formam cogitandum relinquo, an non pro verbis, articulierte Maß/ quæ videntur sententiæ inseri posse, specifica mentio locorum litigiosorum fieri debeat vel saltem extremitatum dicti foresti fluuij nimirum N. deß steinen Brücklein ß/ præsertim cum Comites dictum forestum non solum an vnnd in dem N. N. de quo multi testes deponunt per adducta supra, sed & vltra dictum fluuium in pagos & villas ibi adiacentes in libello extendant. Licet enim intellectus Comitum talis esse queat, quod allegata extensio ad ordinē potius decurrentis ibidem fluuioli, quam ad ampliandum forestum facta sit, tamen ad excludendas cauillationes consultius arbitrarer, extremitatem dicti foresti specificam designationem in sententia facere, tali forte forma: daß Episcopo nit gebüret/Comites in possessione vel quasi deß hohen Wildbans/ so viel dessen gelegen/ vel so weit derselb sich erstreckt den N. N. biß hierauff vel an das stein Brücklein zu turbieren. Expensas pro qualitate causæ nostræ, cum Episcopus nō omnino nihil præstiterit, saltē quoad Vogelweid compensabo, cum & alias causæ ab † expensis releuantes in arbitriū iudicis collatę sint. *per l. properandū. §. sin autem alterutra. C. de iud. & ibi Dd. Menoch. de arbitr. iud. quæst. lib. 2. cas. 27.* 15

## *Votum D. Correferentis.*

IVrisdictionem fundatā ex ipso Compromisso cum D. Ref. & requisitione vtriusque partis, ad susciendum Cameræ tanquam alioqui iuri sdictionem supremam Imperatoris & statuum, repræsentandi factæ *per l. 1. & pen. de iud.* & in terminis compromissi. *l. non distinguemus de arbit. c. cum dilecti. Gail. obs. 150. nu. 5. lib. 1.* Sed quia hæc ita vera sunt, prout ego semper putaui, modo Episcopum sui iuris, & liberam in rebus compromisso contētis administrationem habentem, non vt corporis alicuius partem ac in re communi socium, vel saltem autoritate & consensu in hac vlterius indigentem, constituamus. Alioquin iure communi inspecto, cum frater & socius capitiati sint, nec quicquam, nisi vt Clericus & Ecclesiasticus siue à Pontifice, siue à Cæsare habeat, licet temporalia sint, adeoque anceps oritur pugna, an compromittere potuerit, adeoq; an solus satis sua constitutione personam suam legitimauit. Debet enim ante omnia sufficiens fieri personarum legitimatio etiam parte † non vrgente ex officio iudicis. 16 *Dd. l. fin. C. de edict. diui Adr. tol. Specul. tit. de rit. nupt. §. 1. vers. sed pone.* Etiamsi iudicium summarijssimum sit. *Van. de nullit. ex def. compar.* Communis enim est sententia Dd. quod Episcopus sine † 17 consensu capituli, & citra tractatum præhabitum compromittere nequeat, non magis quam alienare, quia scilicet facit vnum corpus. *Zur Zan. com. opin. 77. & ibi Menoch. de arbit. iud. consil. 171. n. 43. & 44. lib. 2. cent. 2. Capic. decis. 93. n. 3. & 4.* Temporalis enim est Ecclesiasticorum, tam in temporalibus, quam Ecclesiasticis potestas. *c. vt autem Ecclesiasticæ. c. 2. donat. vnius verbo Abb. quæ est com. opin.* Quib. accedunt comminatæ in vltimo scripto cauillationum vitandarum occasiones, in executione & nota quodammodo, quasi referentes non viderint ante capituli in actis nullam mentionem fieri, vel eius interesse non allegatur. Quibus tamen non obstantibus, nostro præsertim casu, consensu capituli vel requisitione eiusdem opus non

fuisse puto, licet ad cautelam & pro maiori securitate factum sit. Nam quamuis is Episcopus, quicquid habet regalium & superioritatis, non aliter quam Ecclesiasticus habeat, & eatenus duplicem personam sustineat, tñ quia temporalia ab Imperatore tantum recognoscit, nec quoad illa capitulo magis, quam alijs vasallis, aut alijs statibus suis obnoxius est, imo in omnibus, vt caput & gubernator est capituli, ideoque liberam, non tamē generalem potestatem habet. *c. cum nobis. de elect. c. nullus. 18. q. 2.* absurdum est, illum compromittere non posse in dubijs causis, quod nimis fieret impar fratribus suis alijs & locijs, cum cœlo terraque differat, compromittere abalienationibus & obligationibus Imo alias minus posset, quam alij administratores publici contra tradita. *l. magistri. & l. Imp. de pact.* Maxime in superiorem alias causæ iudicem, coram quo cęteris paribus, sine consensu capituli de omnibus temporalibus ad instar iudiciorum sint redacta, immo vice transactionum. *Costal. l. 1. de transact.* Ideoq; *c. cum tempore, de arbit.* quod in casu speciali limitato modo loquatur de iuribus Ecclesiæ & spiritualibus, Dd. ei legi innitentes vltra intelligi non possunt, per doctrinam Bar. *l. non solum.* Idq; eo magis quod regulariter non modo inter directos & vtiles dominos, de re feudali licite vnus, altero nō requisito, compromittat, sed alteri eorum sine consensu alterius cum tertio, de eadem re si controuersia sit, compromittere possit, modo sciat alter. *c. 1. §. vasallus. num. 3. si de feudo def. cont. sit. & c. Aluar. c. 1. § si inter. de leg. Corra.* Vt taceam, quam absurdum sit, Episcopum, qui omnium statuum suorum gubernator & rector esse debet, in eas angustias relegare, vt nec quidem inter suos, se & alios vicinos, maiores vel pares, quibus capitula aliquando infesta sunt, de dubijs causis compromittere posset, & sic litigare cogeretur ēt cum periculo suo & suorum propter discessum capituli, tanquam pupillus vel adultus, curatoris autoritate deficiente, vel vt inter socios inuito socio in re communi. Alterum dubium à Refer. etiam motum & refutatum est, quod scilicet in Camera potuisset compromitti, licet alias regulariter cōpromitti non possit in
18 † ordinarium, iuribus à Dd. Ref. adductis, adde Gram. *decis. 9.* Ego enim in hoc etiam stylo Curiæ inhæreo, modo iurisdictio ordinaria in hoc non impediatur, aut ei præiudicetur, alias enim per abusum aut non vsum leges tolli contra rationem iuris esse puto.

Actio quæ instituta? Quatenus vterque possessorio tantum egit (quod tamen libelli conclusio Episcopi non admittit, nisi literam corrumpamus) res est expedita, & concludo cum D. Ref.
19 vti possidetis esse intētatum. Nam † illo etiam ius incorporale petitur, siue sit rebus, siue personis, & qualitercunque competens. *Ferrar. libel. pro turb. poss. num. 3. Menoch. rem. 3. act. retinend. num. 115.* Si vero, daß der Wildban daselbst sibi in suo, & eygenthümblichen zustehet, vt cōclusio libelli habet, & in responsion. ad 1. art. Comitibus allein vier theilige Obrigkeit zugibt, Episcopus etiam in locis controuersis non tantum directus, sed etiam vtilis esse velit, quoad actionem intentatam, cum alias non esset controuersia, quia Comes fatetur, se etiam Wildban in dictis locis ab Episcopo recognoscere, sed ratione inuestituræ, quo cum N. feudis ipse etiam peculiare suum forestum Lehen gemacht/ sed id Episcopus negat in intento donationis priuilegij, de non præscribendo, & alijs iuribus proprietatem loci ēt introducētibus, prout & verisimile est, vt Episcopus N. & N. hodie obtineat, ideo minora coniuncta eodem iure censeri hic subsisto, sane vtilis rei vendicatio pro talibus iuribus, iure proprietatis debitis tanquam fructus Rei dari posse videtur, si non obstat. Glossa & aliqui *in §. omnium. institut. de action.* volunt, rei vendicationem pro rebus incorporalibus non dari, sed quia id refellit post Theoph Thomas Iureus *in §. æquo actori. & Zas. d. §. omnium.* Ideo ego verum putarem hic institutum possessorium vna non, sed solum petitorium institutum esse, quod non compatitur secum. *Dd. l. naturaliter. §. nihil commune. de acquir. poss. Ferrar. d. forma. verbo d caſſandum.* Ideo missis subtilitatibus pro veritate grosse & indistincte videtur danda confessoria: siue iure quis proprietatis iura sua, siue seruitutis in alieno velit venari, siue quatenus seruitutem in re sua alteri negat, negatoriā cum Ref. darem. Nam Dd. indistincte confessoriam & negatoriam dant, dum non distinguunt iure seruitutis vel proprietatis, quis aliquid prętendat. *Zas. num. 24. §. æque. & ibi Ias. num. 31. & Zas. in intell. sing. c. 11. lib. 1 Oldend. Clas. 4. verbo cui & ad sup. act. 3.* Non obstante quod Impp. simpliciter venationes regalibus suis incluserunt. *Guid. decis. 218. Capol. seru. rust. 1. 21. num. 9. Dec. consil. 27.* potest dici venationes de per se & non vt fructus proprietatis posse considerari, & tum tam in proprio, quam alieno confessoria pati possunt: Secus si vt fructus proprietatis. Prædictis stantibus aliud incidit dubium, quis actor, quis reus vel vterque talis dicendus, & quis ordo seruandus? Ex D. Ref. voto, vt ego intelligo, Comitem, tanquam qui in duplici hoc iudicio primus ad litem prouocauit, vel saltem expresse se actorem, & aduersarium reum nominat, vel saltem non negat, actorem faciam. *l. in tribus. de ind.* Quā quam cum Menoch. *20. remed. recup. num. 43.* hoc casu credendum, quādo alter titulo nititur, aliud dicendum esset. Sed ego Ref. sequar, vt vltra Ref. non ratione tantum processus, sed etiam decisionis causæ libellum & omnia, quæ Episcopus prætendit pro exceptionibus meritorum causæ principalis vsurpabo, vt mihi & Dominis breuitatis gratia parcam. Quoad Comitem igitur, qui tantum possessorio agit, extrema sunt ab vna parte possessio, idque tam tempore cœptæ, quam contestatæ litis. *§. sed & interdicto. §. retinendæ vbi Fab. num. 23 & 24. de interdict Ferrar. d. loco. Affict. decis. 156. & 344.* quorum † tamen primo proba- 20
to, al-

to, alterum per se sufficit præsumptiue probari, quia reijcitur probatio in aduersariũ. *Cacher. dec. 43.* Ex altera parte turbatio. Possessio Comitis in omnibus locis, de quibus quæritur, nõ modo per ipsorum, sed Episcopi plures testes probata est, & sic generaliter non vt Episcopi restrictiue, quod notandum puto, licet testes Episcopi den Vogelherdt auff der lincken Seitten deß N. aut non, vel non satis legitimum, aut certũ comitem faciunt, idq; non modo ratione deß Wildbans / sed etiam der Vogelherd / in quo tantum inter aliquot testes Episcopi & Comitum magna reperitur differentia Domini etiam accusandi, quod qui ab Episcopo testes producti pro magna parte possessionem in Wildban longam, non vi, non clam, non precario dicunt Comitum fuisse, & ijdem testes in Vogelherdt / aut præter paucos non negant, si coniunguntur testibus Comitũ, qui de vtraq; idẽ vnanimiter dicũt, cum ab Episcopo producti reprobari nequeunt, sc. eund. *gl. Bal. & dd. in d. l. si quis testib. C. de test. Innoc. Abb. & Fel. c. præsentium, extra, eod.* Et in Wildban nullus sit, qui obstet testium conflictus, victoriam quodammodo pẽdere necessitate etiam iuris in possessorio pro actoribus, etiamsi titulus rei probatus esset. Cum ad colorandum tantum in possessorio se egisse in Conclusionschrifft declarauit, per tradita *Ferr. d. loc.* & quæ dixit late Ref. titulum non excusare, vbi in possessione alterius probationes præualent, secus probationibus paribus Eo præsuppositio, testes, qui Comitum possessionem in Wildtban & Vogelherd in omnibus locis controuersis attestãtur, eam etiam à maioribus suis, & sua vita, se præsentibus ideoque continuata Comitum & legitima possessione actus omnes, de quibus dicunt, se exercuisse, & inprimis notabiliter eorum 12 34. in 1. Rotulo ad 3. & 5. cum interrog. 7. & reliqui seqq. omnes vsq; ad 21. inclusiue ad 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & vlt. positionalem cum interrog. qui vltimus de fama circumcolentium est, & multum in vicinalibus limitum & similium iurium antiquorum controuersijs facit & probat *Hier. de monte. de finib. c. 62. & 66.* Item 2. Rotulo in puncto positionalium 1. ad 3. & 5 artic. ad eius 5. 6. interrog Item primus 2. 4. testis ad 5. 6. 8. &c. tandem in puncto defensionalium vltimus testis ad special. interrog 9. artic. defension.

His concordant Episcopi testes saltem biß an M qui abest, licet parum à limitibus Comitis N. M. N. N. vnd N. quod tamen parum referre puto, si loca media, aut controuersa, & principalia, quæ de Wildban obnoxia, vterque sibi excluso altero contendit sibi ad venandũ deberi, probata sint, quia non de limitibus deß Wildbans / sed de eo quæstio est, wer an articulierten Orten zu jagen / vnnd die Vogelherdt zu verleyhen besitze / vt ille manuteneatur. Hic pro limitibus ipsiusmet Episcopi test. 1. 5. 6. 9. 10. 11. 12. 13. & 31 ad 4. probationalem Episcopi, similiter 7. & 9. Episcopi testes ad 5 & 6. articul. & 27. ad 13. de Vogelherdt/tamen hi testes, & plerique omnes, de quibus in elisione dicturus sum, etiam ab Episcopo producti in in N. Marckung / vnnd an N. auff der lincken Hand / Episcopo tribuunt die Vogelherd / ad 4. & 5. articul. cum Interrogat. de quo primum in elisione. Nam in alijs locis Episcopus neque Wildban / neque Vogelherd modo, quo supra in prima accusatione quicquã probasse videtur, nisi quoad Vogelherd omnes locos controuersos, qui à sinistra parte deß N. siti sunt, in N. Marckung / includamus, cum per testes prædictos, qui à sinistra parte N. Episcopo den Vogelherdt tribuant, nullum finem vel limitem alium constituant Marchiæ N. & nos ex actis ignoremus, an loca supra nominata, in quibus Comites quoque positionem der Vogelherdt probarunt, vnter die N. Marck gehören oder nicht. Illud vero sciamus, quod à sinistra parte sita sunt. Et tamen cum testibus concurrit vtrinque facta confessio, de qua etiam multi testes, daß der Vogelherdt dem Wildban gemeinlich anhange / ideoque latius distinctione vel limitatione aliqua hoc dubium decidendum erit, vt vtrique sein Vogelherdt saluæ sint, cum extra N. Marckung Episcopi testes, & fere Comites conueniant in eo, quod Comites tam Wildban / quam Vogelherdt zu verleyhen haben. Debet enim in † probationibus quoque 21
ita interpretatio fieri, vt scilicet verisimilitudine testium dictarum saluetur. *l. 3. §. itaq; l. ob carmen. §. ideoque. de test. Cravet. de antiquit. temp. §. materia. ista. num. 112. cum seqq.*

Concludo igitur ratione Wildbans in omnibus locis controuersis cum Ref. Comitis intentionem probasse etiam ratione Vogelherds ausserhalb N. Marckung auff der lincken seiten deß N. kan doch nit sagen / wie weit dieselbige N. Marckung gehet / möchten sonsten den Graffen in locis per eũ probatis mit absprechen.

*An elisa?* Hic Episcopi actionis optima fundamenta pro exceptione & elisione vsurpabo, & si licebit dominorum pace tempori parens vnum laborem pro duobus faciam. Primo, se fundat in donatione Henrici II. Imper. deß Wildbans auff dem gantzen M quæ cum † generalis sit, saltem 22
ratione proximorum locorum controuersorum includit omnes species & media *Eberh. loco à genere*, sed hoc argumentum non modo per instantiam notoriam, sed etiam ex multis alijs causis per aduocatum, præsertim vero d. Refer. ita puto sublatum, vt non putem dominos plura requirere, præsertim vero cum rubrum non respondeat nigro, quia eo est generalius & latius patens. Secũdo, ab anno 23. nullum sursum deorsum versa.

Tertio, quod Episcopus Felix auff den M inter partes de locis proximis ratione deß Wildbans & intra circulum pacificator fuerit.

Quarto, interim quoque Comites N. non tantum N. foresta, sed & propria sua, vel ante ad se pertinentia, Ecclesiæ N. submiserunt,

quod necessario presupponit, ipsos etiam aliquot foresta habuisse, quæ extra loca controuersa non video. Debet autem fieri interpretatio in loco in der Lehenmarckung nominatim expressa, quæ cũ toto comitatu N. ad Ecclesiam peruenerunt, fru-
23 stra inserta sunt, cum ne verbum † quidem in contractibus & transactionibus debet esse ociosum. *l. Titia. §. idem interdicit. ff. de verb. obl. l. si quis. ff. de legat. 1.* 11. Se fundat in possessione deß gantzen Wildbans auff der lincken seiten der Landtstrassen/ ex supra klag Artickel/qui est 4. probatorialis, & videtur probari p. 1. 2 3. cum interr. Atque in specie rõe deß Vogelherds zuvergleichẽ in N. Marckung. Item plurimi testes, qui pro maiori parte addunt, auff der Rechten seiten deß N. sey es N. Quod dominis puto notandum ad confirmandam intentionem Comitum, & supra d. concordat contra Comitum testes ad interr. 14. art. in 2. Rot. Comitum. Et cum testes Episcopi plures sint, neque suspecti magis quam Comitum, adeoque in specie de huiusmodi Vogelherdt in possessorio deponant contra testem ẽt iam vltimo nominatum & à Comite productum habeant maiorem fidem merentur. *Gabriel. lib. 1. de test. concl. 1. n. 7.* vbi etiam plura attendenda dicit. *n. 50.*

Tertio, in priuilegio Imp. Caroli V. de præscribendo. Nam cum præscriptio sit iuris ciuilis.
24 videtur Imp. eam † tollere posse, saltem ius quærendum per eam. *Mynsing. cent. 4. obs. 8.* Nam & statuto præscriptio tolli potest, *Gabriel. lib. 3. de præscr. concl. 4.* sed hoc argumentum quoad actionem in possessorio tantum plus probat, cõtra quam pro allegante. Nam præsupponit possessionem Comitum saltem, ex qua sola licet non præscripserint, obtinere in hoc debent, quia titulus non requiritur à parte possidentis. E contra à parte non possidentis non releuat *per supra dicta & per Dn. Ref.* Cum possessor hoc ipso, quo possideat in interdicto vti possidetis plus iuris habeat, quam qui non possidet. *l. vti frui. ff. si vsus. pet. l. vltim. C. de rei vend. l. 2. vti possid.* Et contrarium, scilicet quod Imper. simpliciter & indefinitè præscriptionum
25 priuilegio † tollere aut impedire nequeat, tenet Fab. & Bart. *Auth. quas actiones. C. de SS. Eccles. vbi*
26 *Fab. circa medium.* Quarto, Registris † documentis antiquis, quæ in antiquis plene probant. *Paris. consil. 4. versic. sed aduerte. num. 3. part. 4.* sed in possessorio mere, cum facti sit possessio magis, quam iuris. *l. 1. § si vir & vxor. de acquir. poss. & Dd. in rubr. & d. l. 1. d. tit.*

Ex his aliunde non probata vel præsumpta
27 possessione, eandem non probant, cum nec † instrumentis probetur possessio. *Rebuff. de mat. poss. in præfat. num. 83.* Et contrario probato, nihil probant. *Boer. decis. 105. Cravet. consil. 54.* Idque eo magis, quod & rei talia produxerint: Et regulare est,
28 quod probationes † exemplorum propriorũ vel ex propria domo desumptorum suspectæ sint. *l. exemplo. C. de probation. l. nullus. C. de test.* Concludendo ergo non elisam, nisi ratione deß Vogelherds von N oder N. graben hinab biß zu der Niderweid oder N. auff der lincken Seiten.

Quid pronunciandum? Cum sententia debeat esse conformis libello, quod ego intelligo quoad actionem institutam, non autem narrata. Nam eatenus vltra, quam probatum est, pronunciare nequit, & hoc non vt narratum & petitum, per omnia probationes respondent. Quoad Episcopum ratione adiudicationis dominij deß Wildbans in articulatis locis indiscriminatim. Quoad Comites, quod ipsi in supra articul. den Wildban biß gegen N. & N. extendunt, testes autem ipsorum & plerique ex altera parte die Wilde dem N. dissett nennen/vnnd daß darüber Comites nicht zu jagen. Cum tamen ipsi Comites totum Wildban & Vogelherd in omnibus articulatis locis tanquam dependens von Wildban habere velit, neque tamen hic (vt supra obiter admonui) de finibus deß Wildbans principaliter litigetur, interim tamen, quia Vogelherdt propter diuersas probationes Episcopi, & Comitum circa longitudinem vel latitudinem der N. Marckung/in ipso medio & centro locorum controuersorum dubitatio oriatur, cum nos non sciamus, wie weit die N. Marckung auff der lincken Seiten von der Statt N außgehen. Cauendum nobis, ne si simpliciter Episcopi testes sequamur in eo, quo N. Marckung auff der lincken Seiten deß N. Episcopo die Vogelherd zu verleyhen tribuunt, contra naturam & intentionem tacite Comitibus von den Orten/da auch sie die Vogelherd beweisen/absprechen. Nam cum 15. teste Episcopi (qui totum N. Episcopo zu folgen vbergibt) ad 4. probationalem 18 eiusdem testis. Concordat etiã Comitum in 2. Rot. test 9 ad interr. 14. artic. quæ omnia domini videant, cum reprobari nequeant. In concipienda igitur sententia & distinctione an streittigen Orten die Vogelherdt zuverleyhen/ mallem dominos audiri primum propter facti intricationem, quam vt me audirent. Si me primo etiam de forma sententiæ dicere oportet, pronunciarem Episcopo nit gebüre/d. Graffen an den in actis articulierten Oertern an seinem Wildban vnnd Vogelherd zu turbieren/doch ausserhalb der Vogelherd in N. Marckung von N. hinauß biß N. auff der lincken seiten deß N prout eum condemnamus compensatis expensis, interesse & damna, non video, cum Comes nunquam possessionem intermiserit, ita pronunciãdo videtur satis consultum Comitibus, etiam ratione ipsorum Vogelherd. Nam posito N. Marckung vlterius progredi, & etiam N. & N comprehendat, securi erimus, quia specialis probatio elidit generalem, & sententia tamen nostra, quatenus Comitibus etiã Vogelherd adiudicamus, auff der rechten hand deß N. operabitur: sin autem N. Marckung circumscripta à minoribus, quam nobis notis finibus. Comites eo plus obtinebunt, quia nostra sententia extra casum exceptum generalis est, N. Marckung ratione Vogelherdt Episcopi tribus supra

supra dictis testibus probatæ, mentionem non facerem, quia illi testes numero & verisimilitudine vincuntur Item contra hos testes pugnat confessio vtrinque, daß der Vogelherd dem Wildban anhange: quodque Comites per plures testes probauerunt indefinitam & generalem possessionẽ, tam ratione Vogelherdt quam Wildban/licet illa probatio non tantum ad N. Marckung restricta sit, cuius tamen fines ignoramus per speciales & verisimiles probationes elisa sit, secus ratione N. Marckung/ de qua tantum tres supradictos testes reperio, quorum n 15. non tantum singularis est, sed & contra omnes alios testes deponit. Saluo &c.

## VOTVM D. N.

CONSTITVENDO ex ordine processus Comites tanquam primo prouocantes ad iudicium actores, cum D. R. quoad actionem institutam sentio, eamq; à Comitib. quoad Wildban omnino, ratione vero deß Vogelherds / excepto der N. Marckung / in finistro deß N in quo solo puncto von N. nemblich hinauß biß zum N ab Episcopo non autem in puncto foresti elisa & probata. Nec releuare potest actorem, quod ratione deß Wildbans / tanquam principalis, eius possessionem satis luculenter probauit, velit etiam adiudicari die Vogelweyd tanquam accessorium &
29 dependens. Quia † aucupium & venatio sunt diuersæ & separatæ species. *Gail. obs. 24. n. 4. de pignor.* Ex quibus ab vna ad aliam non fit bona illatio. *l. inter stipulantem. §. rem sacram. de verb. obl. g.* Præsertim cum alius sit in successione alterutrius. Se-
30 paratorum † namque separata debet esse ratio & dispositio. *l. Papin. de Minor.* Vnde formam pronũciandi à D. Corref. dictatã, tanquam securiorem & tutiorem amplector cum expensis.

## VOTVM D. N.

INTER R. R. quoad pronunciationẽ deß Wildbans conuenit cũ quib. & ego transeo. Quoad Vogelherd in effectu conuenit. Quoad pronunciationem ad euitandum contrarietatem obid, quod certe res, nesciatur, an N. Marckung generaliter vel specialiter ab illis vsurpetur, (Licet ego N. Marckung tanquam restrictiuum & separatũ quid à cæteris articulatis locis intelligam) discrepent. consentio cum D. Corref. compensatis expensis.

## VOTVM ALIVS.

QVOAD Wildban cum R in puncto der Vogelweydt si Comites constituantur actores, vtpote qui primum ad iudicium prouocarunt, iniuria non fieret ipsis, si tantum in locis probatis ab ipsis, Vogelherdt ipsis adiudicaretur, sed quia versamur in iudicio, vbi vterque reus & actor, & præsertim in compromisso Comites etiam præsumptionem habeant pro se, cui Wildban/illi & Vogelherd/mitiorem & æquiorem sententiam sequendam puto, vt Episc. tantum loca illa, de quib. testes deponunt, exclusiue inseruentur, iuxta mentem vtriusque dominorum R. R. à N. in N. Marckung zur lincken Handt hinauß biß zum N. compensatis expensis.

## VOTVM ALIVS.

ACTIONEM ex parte Comitum probatam, per omnia, & non elisam, nisi ratione der Vogelherdt / vt Domini propterea reum condemnare possint, excluso saltem illo loco (sc. quoad Vogelherd) compensatis expensis.

## VOTVM ALIVS.

QVOAD actionem, possessorium, idque probatum. Quoad ius venandi in puncto der Vogelherd / puto nos securos vtrinque fore, amplectendo sententiam Corref. quæ sententia in effectu videtur etiam conuenire cum D Ref. In puncto iuris venandi in sententia vellem exprimere extremitates iuris foresti biß auff den N. vnd N. de quibus plerique Comitum testes deponũt, adductis rationibus probabilibus scientiæ. Saluo.

## VOTVM ALIVS.

An probata? In hac actione duo substantialia extrema probanda veniunt: dominium, vel quasi ex parte agentis. *l. in rem de rei vend. gl. l.1. verb. cum in rem. de alien. iud. mut. cā.* Et possessio ex parte rei, *Ferrar. for. real. act. verb. tenet & possidet.* Et quia ex actis de altero requisito ex propria actoris confessione constat, nimirum de possessione rei, ideo de prætenso actoris dominio tantum dicturus sum, præmittendo. I. Quod flumina publica (in quibus tantum ius alluuionis agnoscitur. *l. lacus.* 20 *de acquir. rer. dom. l.1. de flum.*) iure † censitorum, id est, iudicum fungantur. Dant enim & auferunt rerum dominia. Nam ex priuato adducunt in publicum, ex publico in priuatum. *l. ergo. § flumina de acquir. rer. domin.* II. Quamuis de iure cōmuni insula † in flumine nata iure gentium quoad 21 proprietatem pertineat ad dominos vicinorum prædiorum secundum distinctionem, quam facit *l. adeo. §. Insula. d. tit. §. Insulæ. instit. de rer. diuis.* Tamē cum hodie iure feudorum administratio, & dominium matris, publicorumque fluminum inter regalia vsurpetur, ideoque omnis vtilitas † & 22 quæstus ex fluminibus proueniens principis sit, aut eorum, qui à principe, vel per cōsuetudinē id tenent. *c. 1 quæ sint regal. & ibi Feudista. Bart. l. quo minus. n. 4. de flumin. Angel. l. fluminum. in pr. de damno infect. Iac. de S. Georg. in prin. verb. fluminibus. Ferrar. tr. feud. lib. 5. c. 7* Consentaneum enim & insulam in flumine natam, non solum quo ad iurisdictionem, verum etiam proprietatem pertinere ad dominū fluminis, *per iura supra allegata.* 23 Et quia accessorium sequitur naturam sui † principalis *c. accessorium. de reg. iur. in 6.* Idque infra clarius dicam. Et hac consideratione dici posset actū cōdictione ex moribus feudorum. III. Quod idē obtineat in iure piscandi cum reditus piscationū 24 † constituatur etiam in numero eorum, quæ sunt regalia. *d.c.1. ibi, cum piscatoribus. facit l. inter publica. ff. de verb. sign. Iacob. de S. Georg. verb. & cum piscatoribus. Ferrar. vbi supra. §. tametsi. Afflict. Iser. Aluar. d. cap. 1.* Qui igitur reditum piscationis in flumine habet, beneficio principis, is regalia fluminis habere censetur. IV. Diligenter hic considerandam esse originem insulæ, an in flumine nata sit. Hoc † enim potissimum tempus, quoad do- 25 minij acquisitionem spectamus. *l. agro. §. tribus de acquir. rer. dom. ibi, cum primum extiterit*, quod tēpus perfectionem significat. *Bart. tr. de insula. verb. in flumine. fac. l. adeo. §. insula. eod. tit.* Itaq; incremētum postea alluuione accedens, tametsi vicino prædio accrescat & coniungatur, aut contra fontem superioris, aut inferioris agri late procedat, non est spectandum, quia cum semel acquisita sit origine domino fluminis, & sic priuati iuris facta, quicquid postea ex interuallo per alluuionem accedit, priori domino cedit, *per text. l. insula. de acquir. rer. dom. Bart. loco cit.* Ergō in materia occupationis non debet considerari qualis hodie forma Insulæ sit, sed qualis ab origine fuerit. Nūc ad propositum. Licet alias † dominij proba- 26 tio difficilima sit, vt late tradit Boer. *dec. 42. par. 1. per tot.* hoc enim casu facilis erit, si ex actis probatoriis constare possit de duobus. I. *An Insula in flumine nata, actoris sit.* II. *An propterea contra ius cōmune ex consuetudine, vel concessione principis ipsius esse debeat, & non rei vicinum prædium habitantis.* Quoad I. sufficienter vbique probatum est, flumen illi N. ex vtraq; parte pertinere ad actorem, & in ipsius territorio situm esse. Hoc enim reus non diffitetur, & testes vnanimiter comprobant, præsertim Scabini N. in act. *fol. 12.* vbi expressis verbis dicunt, flumen cum territorio pertinere ad actorem. Idem dicunt testes in act. *fol. 8.* Ad cuius confirmationem facit, quod probatum quoque sit actorem habere in d. flumine ius piscandi, siue vectigal piscatorium, vt deponunt testes in act. *fol. 9.* dum dicunt, quod nunquam aliter viderint, audierint aut scierint, quā quod flumen cū iure piscandi ab vtroque latere actoris sit. Vnde satis euincitur actorem regalia dicti fluminis habere, vti ex præmissis colligere est. Porro, quod Insula nata sit in flumine, deponunt testes quinque actorum. *fol. 8.* & Scabini N. *fol. 12.* Ad eundem modum & effectum deponunt piscatores illi N. in act. *fol. 29.* Vnde perspicuum puto, non alluuione ab initio (quod tempus solum considerari debet, vt in vltimo præmisso) adiectā fe isse prædio rei, sed longo post interuallo per incrementum postea accessisse. Nata † autem dicitur secun- 27 dum Bart. *d. tit. de Insul. verb. flumine*, qua opinione circumuolentiū incipit Insula reputari, velut si locum eminentē super alueum fecerit, qui per vnam æstatem stetit. *arg. opt. tex. l. 1. § is autem. ne quid in flum. pub.* quibus adminiculatur nauigatio actoris anno 43. 3 Iunij in act. *fol. 60.* vndiquaque inter Insulam & rei prædium sine impedimento peracta. Quod ad alterum attinet, cum flumina & ius piscandi inter regalia † computentur, vt su- 28 pra dixi, atque iam probatum sit flumen cum iure piscandi ad actorem pertinere, consequens erit iure feudali Insulā in eo natam, ipsius quoque esse,

esse, At ego putarem hic sufficere, natam esse Insulam in flumine sine distinctione, an medio flumine, an vero prope ripam nata sit. Si enim iure feudali flumen proprietate est actoris cõtra dispositionẽ iuris communis. *d.l.ideo. §.insula.de acquir.rer.dom.* Ergo alueus quoque erit. Si alueus & insula, quę super alueum in quacunque parte fluminis, etiam extra profluentem prope ripam e-
29 minet, ipsius erit. Nam †alueus nõ tãtum est continens, sed vadus fluminis profluentis, sed fluminis inter vtramque ripam & totius fluminis cõtinens, sicut stomachus vini continens est, vt ele ganter tradit Bald. *ad rubr. de rer. diuis. n. 27.* totusq;
30 †alueus eiusdem iuris est, etiam de iure communi, cuius est flumen, hoc est publici §. *quod si naturaliter. de rer. diuis.* Hinc est, quod dicimus in iure si flumen alueum immutarit. *d. §. quod si naturaliter.* Quare non oportet distinguere, in qua fluminis parte nata sit insula, dũmodo in flumine publico nata sit. Igitur si flumen locum, qui aluei esset, siccum relinquat, & circũfluere cœpit, vt hoc casu nostro, (quemadmodum supra piscatores ȝu N. deposuerunt) sane locus ille ad dominum flu minis spectabit iure speciali feudorum, sicut de iure commui ad vicina prædia *d. l. ergo §. tribus modus. de acquir. rer. dom.* Nam si flumen & alueus proprietate actoris est, Igitur insula quoque eius-
31 dem iuris censenda erit: cum †accessorium sequatur naturam sui principalis. *d.c. accessorium.* & ea-
32 dem res †diuerso iure censeri non debet. *l. eum qui ædes. de vsucap. l. 1. vers. nec rem patitur. de rer. permut.*
33 *c. cum in tua de decim.* Præterea †quod iuris est in re principali, idem est in eius augmento. *l. etiamsi. vbi Bar. & Bald. C de iur. dot. l. si conuenerit. §. si nuda. de pignor. act. l. inter socium. §. cum inter. de pact. dotal. Ias. cons. 146. vol. 2.* Quemadmodum in simili fructus, qui in fundo meo nascuntur, mei sunt, & arbor, quę in fundo meo radices egit, mea est. Radix
34 enim nõ permittit, vt †alterius arbor intelligatur, quam cuius in fundo radices egerit. *§. si Titius. de rer. diuis l. fructus pendentes. de rei vend.* Licet igitur in iure feudali expresse non reperiatur, quod insula sit domini territorij, tamen ratio naturalis hoc dictat, quæ non patitur eandem rem diuerso iure censeri, & accessorium à natura sui principalis discrepari non potest Scio in nostra feudali re-
35 gulam esse, vbi non habemus † expressam decisionem in vsibus feudorum, standum esse decisioni iuris communis. *text. c. 1. vers. si tenuus. de feudi cog. Cur. p. 1. 4 q. prin. n. 7. & p. 2. q. 2. principaliter. n. 72.* Sed de insula nata in flumine nihil iurib. feudorum statuitur. Ergo ad ius commune redeundum. Dico breuiter pro resolutione, quemad-
36 modum supra in 2. præmisso dixi flumina † publica de iure feudorum inter regalia cõputari. *c. 1. quæ sint regal.* omnemq; vtilitatem ex iis profluentem ad dominum fluminis pertinere. Si igitur principaliter ad dominum feudorum pertinet (contra ius commune, quo flumina omnia pu-
37 blica sunt, & ius † piscandi omnibus cõmune est §. *flumina. instit. de rer. diuis.*) accessorium quoque ad eundem pertinere debet, ex quo omnis vtilitas ad ipsum pertineat, vt paulo ante rationibus demonstratum est. Accedat pro confirmatione prædictorum, quod actor in actis allegat consuetudinem talem esse in suo territorio, vt insulæ in flumine natæ dominis cedant, ad cuius consuetudinis probationem se admitti petit in grauaminibus Cameræ, de qua petitione quid sentiam, infra dicam. Allegat etiam multa præiudicia pro allegata cõsuetudine, nimirum vicinis locis vbique receptum esse, vt insulæ in flumine natæ dominorum sint. Ita obseruatum in insulis ȝu N. ȝu N. ȝu N. & ȝu N. ad q̃ præiudicia breuitatis causa me refero. Concludo ergo, actionem intẽtatam iure feudorum probatam esse.

An elisa? Attento iure communi, non est dubium, actionem elisam esse. Licet enim eo iure 38
flumen †quoad iurisdictionem sit dominorũ territorij, *arg. l. insula verb. nullius.* Tamen in insula in 39
flumine nata † proprietas eorum est, qui vicina possident prædia *iuxta distinctionem l. adeo. §. insula. de acquir. rer. dom §. insula. de rer. diuis.* à quo iure nõ est recedendum, nisi de contrario constet. Nam 40
quod non † reperitur expressum, relinquitur dispositioni iuris communis. *l. si extraneus. de condit. cã data Alber. l. Cæsar. nu. 16. in fin. cum seq. de publ. & vectigal.* Et legum correctio † est vitanda. *l. diuus. C. de test. l. præcipimus. in fin. C. de appell.* vbi dicitur, 41
quicquid hac lege specialiter non videtur expressum, id veterum legum constitutionumq; regulis omnes relictum intelligant. Et hoc maxime verum est in iure feudali, vt paulo ante dictum per testes *d. c. 1. de feudi cognit.* Quoniam vero iure cõmuni hac in parte moribus feudorum derogatũ esse supra cõclusi, videndum de aliis rei exceptionibus & defensionibus. Inprimis vero illud probatum est reum possidere prędium iuxta insulam per testes in actis. *fol. 18.* & scabinos N. *fol. 26.* Deinde quoq; probatum est, insulam sitam contra frontem agri ipsius rei in actis. *fol. 26. & fol. 22. fol. 2.* vbi scabini N. deponunt, quod litigiosa insula jegen rei Eiffen angelauffen ist/ quæ duo requisita in hoc iure occupationis potissimũ considerandа veniunt, per iura supra alleg. Præterea probatum est, reum per quinquennium vel sexennium ante litem motam quiete & sine contradictione litigiosam insulam possedisse aliisq; elocasse, vt videre est in actis *fol. 18. cum seq.* Et hanc suã possessionẽ videtur reus fundare magis in iure alluuionis. quam occupationis. Flumina enim auferre, & dare vbique in actis repetit, quod proprium est alluuionis, sibique olim decessisse, & nunc tandẽ accessisse. *vt in act. fol. 19. & fol. 27.* Idq; disertis verbis in exceptionibus contra grauamina fatetur, dum dicit, se dictum locum bono, & alluuionis titulo possedisse & occupasse Quo sane iure probato proculdubio actio elisa esset. Cum huic iuri moribus feudorũ nihil derogatum sit quemadmodum etiam ipse actor fatetur in act. *fol. 21. & 28.*

Probatum autem videtur primo ex depositione Scabinorum von N. actis *fol. 28.* qui viderunt reũ sicco pede de suo prędio iuisse ad Insulã vnter zu R. vber R. & rediisse supra ad prædium suum sicco pede. II. Probatum videtur iudicio & censura der Wassermeister/ qui in rem præsentem adhibiti iudiciũ interposuerunt, nempe secũdum ius alluuionis aut occupationis (Wasser Recht vocant) litigiosum Wehr ad appellatum pertinere, quorũ autoritas in hac materia alluuionis & occupationis multum ponderis habet, eo quod sint † magistri iurati ciuitatis N. in controuersiis fluminũ aut alluuionis & occupationis, vt patet ex instrumento in act. *fol. 34.* Et vnicuique in sua † arte credendum, cum quilibet censeatur idoneus iudex earum † rerum, quarum peritiam profitetur. *text. §. quod, auth. de non alien. aut permut. reb. Eccle. gl. §. præterea de rer. diuis. & ibi Ang. Fab. continue fac. l. 1. ff. si mensor. falsum dix.* III. Probatum videtur per depositionem Scabinorum N. *fol. 56.* IV. Probatum videtur tot præiudiciis, qui per reum in fortioribus terminis contra actorem allegantur & producuntur, vt sunt Insulæ zu N. N. N. N. quarum quædam etiam contradictorio iudicio obtentata & confirmata sunt, vt Insulæ zu N. *fol. actis 40.* Et insula supra N. de qua in act *fol. 54.* Quibus omnibus accurate perpensis dicẽdum esset actionem elisam, atq; ita pronunciarem ex iure communi, nisi ad originem nascentis aut natæ Insulæ recurrendum esset *d. l. ergo. §. tribus de acquir. rer. dom. l. adeo. §. insula. eod. tit.* Præterea nisi appellans allegasset, tam in grauaminibus, quam replicis pro tuitione grauaminũ art. 37. immemorialem: vt supra quoque memini: consuetudinem in territorio N. in contrarium fuisse & esse, petiissetque eandem tam ad probandum, quam ad respondẽdum admitti, in euentum concludendo cum oblatione *si quid facti.* Talis enim consuetudo (meo iudicio) cum ius feudale pro se habeat, & alias sola probata releuaret, nõ video, quomodo in causa appellationis & tanti præiudicij, eius probationem appellãti denegare possimus contra ius cõmune *per l. per hanc. C. de temp. appell. c. fraternitatis. extra. de test. & ordinationem imperij. tit. 33. §.* in Fall. *cum seq. p. 2.* Mouẽt me etiam processus nullitatis. Confusus vbique ordo, probationes & præiudicia hinc inde allegata ex diametro pugnãtia. Nec video etiam rite probatum esse ius alluuionis, cũ alluuio † sit latens incrementum, vt non intelligi possit quantũ quoquo temporis momento adiectum sit § *præterea. de rer. diuis. d. l. adeo.* & non ita patere vt litigiosa nostra insula. Si igitur locus supra alluuium patenter emineat, non ius alluuionis. sed occupationis locum habebit: quia de necessitate alluuionis requiritur, vt sit latens incrementum. *Iaſ. conſ. 146. in pr. vol. 2.* Non obstant, quę supra pro reo adducta sunt. Et primo testimoniũ Scabinorum von N. quod reus sicco pede tum propter originem Insulæ, quæ tantum considerandavenit, tum quod iidem primo pro actore deposuerunt in act. *fol. 60.* daß actor an. 49. Iun. & sic media æstate, & eodem anno, quo reus eosdem produxit noch mit 16. Personen/ quod comprobant etiam Scabini N. *fol. 62* atque ita illis fides in præiudicium actoris habenda non est. Testis enim in vno † capitulo falsus, in tota causa falsus est, & nihil probat, siue prius falsũ deponat, siue verum, vel contra. Totum enim indiuisibile vitiatur. *Bal. l. fin. num. 2. C. de edict. D. Adria. toll.* Nõ obstat secundo censura & iudicium der Wassermeister/ cũ propter contrariã cõsuetudinẽ ab actore allegatam, tum quia absente & non citato actore, modo appellante, huiusmodi † visitatio facta fit, & sic nullius momenti. *c. 2. de test. l. iudices. de fid. instrum. c. res inter alios acta, tertio nocere non debet*, cum ne iudex quidem hoc facere possit. *d. l. de vno quoque. de re iudic. c. conquerente. de Rest. Spol. & ibi Panor. nu. 3. & 6.* vbi dicit mente tenendum, quod contra iudicem † iniuste spoliantem possit agi possessorio recuperandæ, sicut contra priuatum. *Rip. l. naturaliter. §. nihil cõmune. n. 52. cum seq. de acquir. poss. ff.* Et sententia † contra absentem non cõtumacem lata est nulla. *l. aut qui alter quædam ff. quod vi aut clam. h. cum non eo die. & ibi Bal. C. Quando prouoc. non est necess.*

Tertio non obstat depositio Scabinorum zu N. qui de consuetudine deponunt, quia magis de alluuione, quam Insula deponere videntur. Dicunt enim so den Eiffen ablaufft vnd wider ansetzt/ quæ verba ad incremẽntum alluuionis latẽs pertinent. Et sic cum dubia † sit eorum depositio, cõtra producentem interpretatio facienda est. *c. in præsentia. & ibi gl. verb. dubium. de probat.*

Vltimo non obstant allegata præiudicia, tum quod externa sint, tum etiam, quia ex iisdem locis cõtraria hinc inde ab actore & reo respectiue producuntur, quod suspicione falsitatis non caret. Cum igitur ius alluuionis probatum non sit, multo minus Insulam auulsam esse, de quo text. *d. § quod si aliqua. de rer. diuis.* putarem, nos in hac varietate & incertitudine probationum consultius facturos, si tutiorem viam iuris & ordinationis ingrediamur, & allegatam consuetudinem ad probãdum admittamus. Et in puncto Commissariorum, suo loco & tempore Commissarios ad ocularem inspectionem ex officio, si non petantur, deputemus, ad inuestigandam originem Insulæ, num in flumine nata sit nec ne, idque propter discrimen alluuionis & occupationis. Pronunciandum itaq; interlocutorie & rescissa conclusione, allegatam consuetudinem ad probandum admittendam, vt infra in forma sententiæ habetur.

*De attentatis: Actum officio iudicis.*

An probata? probatũ quidẽ est, reũ fuisse in possessione tempore inchoatæ litis, & lite pendente coram inferioribus iudicibus per pignorationes & incarcerationes attentatum esse. Cæterum illa attentata huc non pertinent.

I. Propter sequestrationem, ad quam citatus fuit

fuit reus, quæ licet contra ius facta sit, eo quod lite pendente nemo † priuandus sit sua possessione siue iuste siue iniuste possideat, tamen cum ab ea sequestratione, tanquam illato grauamine nō † appellauit, in suo vigore vsque ad finem litis relinqui debet *per text. l. præses. l. cum prolatis. de re iud.* Nam de iure † valet sententia, nisi ab ea appelletur, præsertim si iuris error non exprimatur. Eleganter *Zas. in d. l. præses. nu. 2. cum seq.* vbi dicit, quod error † in hypothesi non vitiat sententiam, licet alias iniusta sit, nisi appelletur. *per text. d. l. præses. & d. l. cum probatis.* Exemplum ponit, vt si iudex dicit in hypothesi prouinciæ Titium potuisse testari, & hic Titius pupillus sit, qui de iure testari non potest. Hæc sententia, licet iniusta sit, valebit tamen, si ab eo non appelletur. Secus si error sit in thesi, vt dicit: *pronuncio pupillum testari potuisse.* Quo casu, ipso iure non valet sententia. At in præsenti non in thesi, sed in hypothesi erratum esse potest, quod scil. litigiosa Insula apud scultetum in sequestro, in vsum victoris esse debeat vsque ad finē litis. Secus est, si in thesi erratū foret, quod lc. sequestratio lite pendere fieri possit: quia tunc appellatione opus non fuisset.

II. Deinde accedit, quod per illam necessariam sequestrationem reus sua possessione non sit priuatus, quoad naturam actionis, sed tamen quoad fructuum perceptionem, quæ inter se multum differunt. *c. fin. & ibi Panorm. de sequestrat.*

III Præterea in libello attentatorum in Camera exhibito, super quo tantum lis est contestata, nulla fit mentio sequestrationis, sed in actis solummodo ponitur, quod appellans lite pendente per suos deputatos in loco litigioso salices inciderit. atque ille articulus negatus est, nec probari potest per instrumentum literæ B. notatum. Scio, quod in Camera super articulis attentatorum nulla sit Commissio decreta. Vnde sequitur, testes per notarium sine commissione receptos, & consequenter nullam fidem facere, præsertim cum nec appellans ad videndum recipi testes citatus sit. Eodem modo respondeo ad art. & instrumentum signatum litera B Cum igitur iudex † appellationis nihil possit reuocare, nisi quod post interpositam appellationem fundatam sua iurisdictione attentatum est *per ea quæ not. c. solum. in gl. de appell. lib. 6.* & articuli sextus & octauus probati non sint. Ideo concludo, appellantem in primo attentatorum absoluendum esse, & processus de relaxando denegādos, eo quod ad causam attentatorum pertineant, & appellato non licuerit sequestratis fructibus salices incidere in loco litigioso: præterea quia relaxatus nulloque iuramento obligatus consuetudine supra dicta (de qua in 27. articulo replicatorio) nō probata pronunciandum secundum ius commune pro appellato. Sententia est in euentum concepta.

*Sententia.* † In der Appellation Sachen N. von N. Appellanten sein die Replicatorij articuli den 14. Decembris anno 52. eynschließlich hiermit zu gelassen / darauff gemeldter Appellat in Zeit / vnd wie sich verwöge der Ordnung gebürt / antworten soll. Vnnd dann in puncto supplicationis ist gemeldten Appellaten sein Begeren / als nöthig hiermit abgeschlagen Ferner in puncto attentatorum ist zu Recht erkandt / daß den Appellaten nicht gemer oder gebühret habe geklagter Massen zu attentieren / sondern daran zuuiel vnnd vnrecht gethan / darumb von Ampts wegen beschehene sequestration vnnd darauff erfolgte Gebott / obligation vnd Bürgschafft / hiermit cassiert vnd auffgehaben / vnd erkennt / daß gedachter Appellat wider in den Stand vnd Possession deß streittigen Wehrs / welches / wie es zuuor gewesen / zu restituiren / jhme auch die auffgehabene Nutzen widerumb zuantworten vnd zuzustellen. Er auch in gerühigem Besitz gedachts Wehrs / biß zu Außtrag der Hauptsachen zulassen sey / den Appellanten jhme dem Appellaten hiermit in den Gerichts kosten diß Puncten halben auffgelassen / nach rechtlicher Ermessigung zu entrichten vnd zu bezahlen fällig vrtheilend.

## VOTVM VII.

### In causa N. von N. Appellant / in / Contra

### Herrn N. jetzt Herrn N. Bischoffen zu N.

*De reuocatione feudi alienati ab agnatū.*

SVMMARIA.

1 *Quæ actio ad feudi alienati reuocationem competat.*

2 *Taciturnitas omne nullitatis vitium, omnemquè dolum præsumptum abolet & sopit.*

3 *Alienatio de re minoris sine causæ cognitione & solemnitatibus iuris non seruatis, titulo oneroso facta, ex quouis capite nullitatis per ratihabitionem tacitam, nisi dolus verus interuenerit, confirmatur.*

4 *Lapsus temporis in silentio, ratihabitionem non operatur, nisi quoad effectum solemnitatis, non quoad iustitiam causæ.*

5 Lex 3. §. 1. de minorib. *vt procedat, quæ requirantur,* & num. 8.

6 *Alienatio cursu vicennij confirmata reuocari nequit.*

7 *Donationes quando temporis lapsu confirmentur.*

9 *Clerici minoribus insigniti in Episcopatu H. sunt incapaces feudorum, & feudis, si quæ habent, priuantur.*

10 *Contrarium habetur* num. seq. *& ita iudicatum & consultum Iulius Clarus ait.*

11 Nobiles N. J … feuda sua, quæ ab Episcopo H. recogno- … scunt, in … quemuis etiam extraneum cum solo do- … mini con… consensu alienare possunt.

12 Quod amp… liatur de iure cõmuni, etiam inuitis do- … minis.

13 Limitatur … tamen, vt agnatis non consentientibus … ius suum … revocandi saluum sit.

14 Licentia … alienãdi vasallo per dominũ data intelli- … gitur … cõsensu agnatorum, ne illis præiudici- … um infe… ratur.

15 Alienatio feudorum ex forma statuti permissa, a- … gnatis non nocet.

16 Consuetudo, quod feuda inscijs agnatis, & ipsis in- … uitis alienentur, valet irreuocabiliter in ipso- … rum præiudicium.

17 Et est ea consuetudo negatiua ad tolerandam affir- … mativam.

18 Actus priuatiui, & in omittendo consistentes, volũ- … tatem vel consensum minime inferunt.

19 Actuum & iurium incorporalium negatiuorum … natura quæ sit.

20 Actus meræ facultatis qualitercunque intermissi … non inducunt consuetudinem liberæ potestatis … restrictiuam.

21 Actio legis Aquiliæ non intentata alicui intra 100. … annos, non propterea exspirat.

22 Consuetudo ex actibus voluntarijs non inducitur, … nisi contradictio iudicialis aut extraiudicialis … interuenisset, aut aliud quoddã factum cõtrariũ.

23 Iuri semel quæsito per non vsum derogatum esse nõ … est præsumendum, sed potius ex gratia vel ciuili- … tate quid factum intermissumve.

24 Hospitatus amicum per longissimum tempus, te- … netur eum hospitare in futurum. Declaratur à … Crauetta vt ibi num. 25.

25 Agnati de iure communi feudorum, etiamsi ad de- … nunciationẽ & oblationẽ vendendi feudi taceãt, … nec emant, nihilominus saluũ retinẽt ius reuocã- … di suo tẽpore venditionẽ: secus si pacta intercedãt … familiarum, quib. adeo constringũtur, vt ad feu- … da alienata omnis regressus ipsis sit intercluſus.

26 Consuetudo errore vel opinione introducta, nulla … est, etiamsi per consensum in obseruatione secu- … tum postea conualescat.

27 Consuetudo allegata probanti nihil proficit in ge- … nere probata, nisi sit probata specialiter in eo ca- … su, de quo agitur.

28 Actor hæres fratris alienatoris contra ipsius factum … venire non potest.

29 Agnatus feudum paternũ, siue ex pacto & proui- … dentia sine consensu ipsius per defunctum aliena- … tum, si ipsius alienatoris hæres, siue inuentarij … beneficio existat, reuocare non potest.

30 Contrarium de iure Saxonico.

31 Hæres factum defuncti validum & nullum seruare … non tenetur, sed cõtrauenire illi potest, & n. 54.

32 Culpa potius, quam dolus præsumi debet.

33 Adsignatio ætatis filiorum à patre facta & iudi- … cialiter exhibita, valet, & est tutissima.

34 Decreti interpositio præuiam causæ cognitionem, … & hæc diligentem discussionem bonorum pupilli, … æris alieni necessitatem & curatorum auctori- … tatem hic præsupponit.

35 Persuasiones absque dolo non sunt.

36 Persuasor ille dicitur, qui aliquid persuadet ad sui … commodum.

37 Reductionem futuram qui non ignorat, in dolo esse … dicitur.

38 Dolus arguitur ex eo, quod quis facit contra denun- … ciationem.

39 Tutor alienans rem pupilli sine causa, in dolo esse … præsumitur.

40 Venditio facta in affinem, non in extraneum, dolo … coniuncta & fraudi videtur esse.

41 Vilitas pretij dolum arguit.

42 Venditio pupillis damnosa reuocanda est.

43 Auctor venditionis sibi existens in causa & re pro- … pria, remotis præsertim propinquis, absque dolo … non est.

44 Taciturnitas longi temporis tam iudicialis quam … extraiudicialis, quando consensum inducat, & … dolum

45 Dolum in dubio quis ignorasse potius, quam sciuisse … præsumitur.

46 Hæres an & quatenus factum defuncti præstare … teneatur.

47 Expresso pacto fieri potest, vt quis de dolo non te- … neatur.

48 Alienans rem litigiosam & cõtrouersam reclamã- … te litigatore & conductore, non videtur omnino … bonæ fidei dici posse.

49 Contractus ipso iure nullus & prohibitus, nec quin- … que, nec pluribus annis confirmatur.

50 Error expressi iuris nemini nocet, præsertim quan- … do agitur de damno vitando.

51 Error vbi est, ibi nullus consensus.

52 Dolus præteritus in generali remissione, non vide- … tur remissus.

53 Fructus ex natura actionis veniunt.

55 Sententia quæ.

*D. Referens*: Quoad formalia intellexerunt domini ex relatione eadem esse iusta: Procuratoria sufficientia; & processum legitimum.

*De actione*: Videtur intentata actio ex condi- … ctione ex moribus, seu lege non scripta feudali, … quæ agnato ad feudi alienati reuocationem † 1 … competit, quæ actio tamen hic non mere perso- … nalis est, cum nullus contractus vel quasi, inter … emptorem vel possessorem reum & agnatum re- … uocantem intercesserit: personalis tamen, quia … ex lege vel consuetudine condictio oritur. *l. 1. & … ibi notata ff. de condict. ex lege.* & in rem scripta est, … quia rem & tertium possessorem, singularemque … successorem emptoris sequitur, *vt per Capoll. cons. … ciuili 43. numero quinto & consil. 65. numero tertio … Tiraq. late de vtroque retractu. part. 1. §. 8. gloss. 5. nu- … mero sexto & octauo.* Quamuis & alias vtilis rei … vindicatio, & actio in factum reuocatoria ad … huiusmodi feudi alienati reuocationem dentur, … *vt per*

*vt per Aluarot. in c. vnico. §. hoc quoq; nu. 6. tit. De succ. feudi. Parid. de Puteo in tract. de reding rat. feudi. c. 72. num. 17. post Andr. de Isernia in constitut. imp. constitutionem Diuæ memoriæ super verb. reuocari. in constitut. regni Siciliæ.* Quamuis autem potuisset actor etiam super illa alienatione, vtpote à personis nõ legitimis, & sine debitis solennitatibus, nulliter facta, narrando factum nullum & iniquum, minus rite recteq; factum, exprimendo causas nullitatis & iniquitatis, simul vel diuisim petere declarari, contractum assertum esse nullum, & se actorem non teneri ad illius obseruantiam, ac cõdemnari illum, qui contraxit, vel alias acquisiuit nulliter, bona illa ad restituendũ & possessionem illorum sibi relaxandam ita solum nullitatem proponere, & super ea iudicis officium implorare. *Secundum ea quæ post Castr. consi. 105. incipit, Si non interuenisset iuramentum, col. fin. verſic. super secundo. num. 2. volum. 2. Pulchre tradit Ioan. Baptista Plotus in l. si quando. §. 5. num. 8. verſic. vnum perpetuo notabis. C. vnde vi. Cæsar. Cont. in ampliationibus volum. 9. num. 39. Ad l. vnicam. Cod. si de momentan. poss. fuerit appellat. & Caualcanus in tract. de tutor. & curator. num. 150.* tamen cum negari non possit, alienationem illam vtcunq; initio inualidam ac nullam, per longi temporis præteritionem, & tacitam inde sequutam alienatoris approbationem, robur aliquod consequutam, & sic nullitatem illam, si non in totum, ex parte tamen sanatam, & lege defectum solennitatis supplente. *Paris. consil. 49. num. 25. lib. 1.* Sublatam esse *per l. vlt. C. si maior factus alienationem sine decreto factam, ratam habuerit & c. lib. 5.* forte nullitatem reliquam cum reuocatione persequi, quam soli nullitati inniti vel incumbere actor maluit, prout ex articulis libelli appellatorij videre licet. Nam cum ex ipsiusmet actoris in articulo 27. libelli appellationis confessione constet, alienatorem N. initio huius litis Ann. 47. adhuc superstitem fuisse, & vsque ad annum 51 in vita mansisse, nec ab anno factæ huius venditionis 29 per totos an. 20. & vltra alienationi illi nulliter celebratæ quicquam contradixisse, sicque post perfectam ætatem, minorem, nõ modo per quinquẽnium, sed circiter annos quindecim, & amplius querelam vllam, vel iudicialem, vel extraiudicialem (qua etiam coram vicinis testato facta impedire ratificationem illam tacitam potuisset. *per gloss. verbi conqueſtus in d. l. vlt. post Bal. & Salic. ibi communiter ab omnibus approbatam. Natta consi. 295. n. 3.* mouisse nullibi apparet per huiusmodi illius taciturnitatem, quodcunque † nullitatis vitium, omnemque dolum præsumptum, quantum ad ipsam alienationem pertineat, sopitum & purgatum esse, non immerito videri potest, *per d. l. fin.* quam sic non tantummodo in nullitate, ex solo decreto non interposito descendẽte. *secundum gloss. in verb. Minore. verſic. porro vbi vendidit. Iacob. de Arena, Cyn. & Salyc. ibi Corne. consil. 207. lib. 3. Gabriel. concl. De minorib. 4. num. 5. Angel. de Camb. consil. 92. num. 42.* Sed generaliter, quod alienatio † de re minoris, sine causæ cognitione & solennitatibus iuris non seruatis, titulo oneroso facta, ex quouis capite nullitatis per ratihabitionem tacitam, id est, quinquennij lapsum, nisi in contractu dolus verus & non præsumptus interuenisset, confirmatur, plerique alij omnes DD. post gloss. *in l. 3. §. 1. verb. comprobauerit. De minorib.* intelligunt, vt præter ea, quæ in illius legis elucidationem latissime congessit Menochius *de recuper. poss. Remed. 15. quæst. 15. per totum. à num. 106. vsq; ad num. 193.* Manifestum est ex illis, quæ scribit Caualcanus *in alleg. tract. de tutor. & cur. num. 146. August. Bero. quæst. 43. num. 5. Ossæus Cacheran. decis. 58. num. 12. & dec. 177. num. 13.* Corneus sibi contrarius *consil. 36. nu. 22. lib. 2. Rayn. consil. 41. ad fin. lit. 1. Pancirolus consil. 44. n. 13.* Præterea quanquam omnes ratificationem illam tacitam de nullitatibus ex defectu solennitatis descendentibus intelligant, sic quod nullitas ac vigor iuris tantum quoad maiorem cautelam minoris decretum iudicis, atq; eius solennitatem pertinentia requirantur per hanc Iustiniani constitutionem, in naturali æquitate fundatam, sublatus sit, non etiam ea tera, quæ iustitiam ipsam & bonam fidem concernant, *vt per Menoch. d. remed. 15. num. 190* Sic quod † lapsus tem- 4
poris cum silentio ratihabitionem non operetur, nisi quoad effectum solennitatis, non autem quo ad iustitiam causæ, prout sensit Bald. *consil. 45. lib. 2.* quem referunt & sequuntur Nat. *consil. 162. num. 32. & consil. 295 num. 1. Menoch. consil. 29. num. 49. lib. 1. & Rol. à Vall. consil. 72. n. 16. & 17. lib. 4.* atq; expresse Cynus *in d. l. vlt. post Iac. de Arena*, decidit, quod ad hoc, quod † lex illa procedat, requiratur, quod 5
minor habeat veram & legitimam alienandi causam, ita quod non nisi interpositio decreti deficiat; alias si causam legitimam alienandi minor non haberet, principium illius legis non procedere. Atque perinde cum in facti nostri specie nõ modo de aliqua legitima & vera alienandi causa non appareat, sed causam alienationis omnino nullam subfuisse, per cautionem super 1000. florenis, quibus bona illa alienata diuendita sint, ab emptore datam, aperte conuincatur, tum ex eo ipso, quod nulla causa alienãdi subfuerit, quod item non solum decretum, sed omnia substantialia in alienatione bonorum minorum à iure requisita, omissa fuerint, quod curatores hanc alienationem in rem & vtilitatem propriam adulto persuaserint, & in occulto remotis arbitris illam celebrauerint. & ex alijs circumstantijs circa hanc alienationem concurrentibus, quæ ex testium depositionibus deprehenduntur. Non tantum præsumptus, sed verus propemodum dolus concludi posse videatur, per ea quæ tradit Rol. *consil. 54. col. 2. & 3.* & ea q̃ ibidem notat Horatius Mand. *in addit.* atq; inde inferri quod ob dolum & defectum naturalem iustitiam concernentẽ, nullitas ad totius contractus euersionem, adhuc intentari potuerit: tamen cum hic non tantũ quinquennium, sed vicennium (vt supradictum est) à tem-

pore alienationis præterierit, quo toto ſuper alie-
6 natione illa nihil conqueſtus eſt alienator, Ideo † alienatio illa, quoad ipſum adeo cõfirmata eſſe videtur, vt temere reuocari non poſſit. *argum. c. cum contingat. De tranſact. c. audita. De reſtitut. ſpol. Cran. conſil. 151. numer. 30. & bene facit text. d. l. fin. in 2. i-*
7 *pſius parte.* Vbi in donatione † à minore propter bene merita facta, ſufficit curſus quinquennij. Poſtquam is minor factus eſt maior, reliquæ vero donationes lapſu decennij vel vicennij ſine querela, quoad titulum & donationẽ confirmantur, *vt per Bald. vbi Soc. Iunior conſil. 102. num. 19. lib. 2. & Cephal. conſil. 51. num. 17. lib. 1.* Præſertim cum ratificans illis, quæ tam diu rata habuerit (per 20. ſcilic. annos) ipſemet præſens interfuerit & dolum illum non ignorauerit, ſic vt ratione doli contractus reſcindatur, peti non poſſit, *per gl. in l. 1. & ibi DD. communiter. C. ſi maior factus ratum habuerit lib. 2. per quam Pariſ. conſil. 49. ſupra allegato. n. 44.* Quãdo maior factus ratificaret contractum in minore ætate dolosè geſtum, & tempore ratihabitionis haberet ſcientiam ac notitiam doli præteriti, qui tempore contractus celebrati interuenerit, quod videatur ratificationem conualidare contractum antea nulliter geſtum, & remittere dolũ, nedum præſumptum, ſed etiam verum præteritum, *late per Ceph. d. conſil. 51. n. 3. & 34. lib. 1. & conſil. 315. n. 21. & aliquot ſeqq. lib. 3.*

Tametſi videatur ibi loqui in expreſſa confirmatione. Quare concludẽdum videtur, quod N. alienatorem, maxime per tam longi, imo longiſſimi temporis præteritionem, de nullitate actionem omnem extinctam & ſublatam, & contractum ſeu conditionem illam omnino confirmatam eſſe, atque ſic quoad ipſum N. nullitatem intentare non potuiſſe, &c. Quod vero ad alterum fratrem actoris N. pertinet, quandoquidem *d. l.*
8 *fin.* in minore præſente, ſciente, intelligente, & † non ignorante loquitur, *vt per gloſſ. & Salyc. ibi Natta conſil. 162. num. 30. & Roland. à Vall. conſil. 72. num. 18. & 20. lib. 4.* Atque illum alienationi huic tempore contractus interfuiſſe nullibi probatum eſt, ipſum tum temporis N. cum N. fratre ſcholam viſitaſſe, ex N. de N. depoſitione in actis N. contra N. videre licet.

Et quoniam ipſum minorennem tempore contractus fuiſſe ex teſtium depoſitionibus ſatis liquet, non tamen conſtat, quod in humanis exiſtens, ad maioris ætatis annos peruenerit, & licet feudum alienatum vna cum fratre N. domino directo per literas duorum illorum fratrum nomine emiſſas Anno &c. 31. refutaſſe allegetur, inde tamen non ſequatur, vel inferri poſſit, quod & poſt minorem ætatem alienationem illam ratam habuerit, eo præſertim præſuppoſito, quod de omnibus qualitatibus & circumſtantijs contractus illius doloſi, prout de iure hoc fieri oportuit, antea fuerit certificatus, præſumi non poſſet, *argum. l. cum de indebito. ff. de probat.* Sed propterea probandum erat (de quo tamen hic nihil per partem aduerſam deductum multo minus probatum eſt,) vnde puto alienationem hanc, quo ad N. partem eodem nullitatis vitio cum illa parte, quæ ad actorem pertinet laborare, & quia eius partis dimidia per mortem N. ad actorem ſucceſſionis iure deuoluta eſt, Concludo actorem non minus, quam ipſummet N. ſi vixiſſet, potuiſſe, etiamſi alienationi illi interfuiſſet & conſenſiſſet, *vt per Bart. in l. poſt mortem. ff. de adopt.* pro illa parte pariter atque pro ſua, cuius alienationi intra legitimum tempus contradictum ab aduerſario non negatur, nullitatem intentare.

*An probata?* Intentionem actoris tam in iure, quam in facto probatam arbitror, ſiue nullitatem, ſiue ex libello Feudali reuocationem ſpectemus. Nam bona feudalia alienata, ad actorem & fratres ipſius, à communi parente iure ſucceſſionis deuolutum, ideoq; dominiũ vtile ad ipſos ſpectaſſe, cum ex productis inueſtiturarum literis, tum domini rei ad libelli appellatorij articulos reſponſionibus ſatis manifeſtum eſt, nec minus, quod conſenſus actoris in alienatione illa nõ interuenerit, & ex eo ipſo ſatis conſtat, quod contrarium non ſit probatum: Quare contradicere & reclamare huic alienationi nulliter factæ, tum viuente adhuc alienatore fratre, tum ipſo defuncto reuocatoriam intentare recte potuit, §. *Titius filios, tit. ſi de feudo fuer. controuerſ. inter domin. & agnat. vaſalli. in vſib. feud.* prælertim cum maior factus alienationem illam non ratificauerit, ſed reſtitutionem bonorum ſemper ſollicitarit atq; vrſerit, prout ex N. de N. ad articulum 6. libelli primæ inſtantiæ, tum ex teſtium ab actore productorum in ſecunda inſtantia depoſitionibus, qui ipſemet actoris nomine reſtitutionem illam quęſiuerit, abunde patet.

*An elidat?* Quia reus conuentus ad elidendam actoris intentionem de tribus oppoſuit: De ſingulis videndum eſt.

Et de primo quidem non multum curandum arbitror, quod ſcilicet Clerici ſaltem † minoribus 9
inſigniti in Epiſcopatu N. feudorum incapaces ſint, & feudis, ſi quæ habeant, priuentur, cum illud Eliſionis fundamentum proprijs rei appellati teſtibus ſit euerſum, qui contraria obſeruantia, allegatis eam in rem in ſpecie exemplis, depoſuerunt, quæ cum iure communi conuenit concordatque, quo Clericum † in minoribus ordinibus 10
conſtitutum in feudo ſuccedere, nec propterea feudo priuari, in practica cum iudicando tum cõſulẽdo communiter teneri, atteſtatur Iulius Clarus *in §. feudum. q. 78. ver. & hac omnia &c.* & Panzirolus *conſil. 111. num. 14.* ex communi conſuetudine Clericos ad feuda & iuriſdictiones admitti; &c. Accedit, quod ipſemet reus ab hac ſua defenſione in ſcriptis probatorijs omnino diſceſſerit. Quod ad obiectam generalem N. (regionis) conſuetudinem pertinet, quod nobiles † ſua 11
feuda; præſertim quæ ab Epiſcopo N. recog-

no-

hoscunt in quemuis etiam extraneum, cum solo domini consensu alienare possint, videtur quidē quasi reus nihil aliud in articulis suis defensionalibus, quam alias de iure communi feudorum licet ac prouisum est, articulasset, cum eo iure cū
12 solo † domini directi consensu, etiam agnatis inuitis, alienatio feudorum per vasallum fieri possit, *per text. in c. vnico verſic. ſi vero cum domini voluntate, de alienat. feudi.* Adeo quod alienatio taliter facta, licite & legitime facta dicatur, *ſecundum Aluar. in ſupra d. c. Titius filios. col. 1. tit. ſi de feudo defuncti ſiserit controuerſia.* Ideo valida sit ipso iure, *Iulius Clarus de feud. q. 42. verſic. eſt etiam pro intelligentia,*
13 *&c.* Sic † tamen vt agnatis non consentientibus ius suum reuocandi saluum sit, *c. 1. in prin. De alien. feud. patern. vt pulchre per Sonsbeccium de feud. p. 13.*
14 *num. 16* Vnde & illud est, quod † licentia alienandi vasallo per dominum data intelligitur cum cōsensu agnatorum, ne illis præiudicium inferatur, *vt per Bal. in c. 1. §. hoc quoq; in 6 concl. 1. de ſucceſſ feud.*
15 *Alex. conſil. 106. num. 9. lib. 4.* Pariter † etiam alienatio feudorum ex forma statuti permissa, agnatis non nocet, quia tacite id actum videtur, quod agnati redimere possint, quasi cum statutum stet in nudis finibus permissionis, & nihil amplius in præiudicium agnatorum disponat super iure redimendi, ita vt ipsis tacite reseruatum sit, ex quo adempto non reperitur, *ſecundum eundem Bald. poſt gloſſ. 8. Iacob. de Belviſo in c. 1. §. porro. num. 5. tit. qualiter olim feudum poterat alienari.* Quare & eadem de articulata hic consuetudine interpretatio facienda videbatur, nisi ea inutilis domino articulanti foret. *l. ſi quis intentione. ff. de iudic.* & ipsemet consuetudinem illam de alienatione per agnatos irreuocabili explicasset in actis, super eā quæ testes deposuissent, atque quidem de tali consuetudine, non tam, an de iure introduci possit ac subsistat, quam super facto ipso & modo, quo inducatur, & an in casu præsenti allegata consuetudo inducta & probata sit, disquisitione indiget.

16 Consuetudinem † autem, quod feuda inscijs agnatis, & ipsis inuitis alienentur, irreuocabiliter in ipsorum præiudicium valere, concludit inter consilia Alberti Bruni Campegius *conſil. 2. n. 18. & conſil 42. num 25. lib. 1. & conſil. 55. num. 15. vol. 3. Burſ. conſil. 49. num. 22. & alij paſſim.* Porro consuetudo
17 † hæc in effectu est negatiua ad tolerandam affirmatiuam, id est, reuocandi facultatem agnatis, de iure communi feudali tributam, ac ad ius negatiuum contrarium inducendum tendens, quæ cum circa actus negatiuos vel omissiuos versetur, eā fundare difficillimum videtur, quandoquidem
18 † actus priuatiui, & in omittendo consistentes, voluntatem vel consensum minime inferunt. *vt per Mandell. conſil. 25. num. 14. notat Abbas in c. nonne.*
19 *col. 3. verſic. item fallit. n. 4. de præſumpt.* Et ea sit † actuum & iurium incorporalium negatiuorum natura, vt in illis ex solo nō vsu nulla possessio detur vel quasi, & ideo nec præscriptio vel consuetudo procedat, nec ius acquiratur aut tollatur, nec pro, nec contra ius facultatis, adeo vt nisi interpellatio & negatio eam sequutam præcesserint, huiusmodi iura negatiua, quemadmodum etiam affirmatiua ex actibus mere facultatis causata, nec consuetudine, nec præscriptione etiam tanti temporis, cuius initij memoria non exstat, in contrarium quærantur, *per Phil. Franc. & Card. Alex. ſeu Præpoſitum in c. ſign. De appell. Chaſſ. in conſuet. Burg. Rubr. 13. §. 2. n 9. & 10. Schurff. conſil. 1. n. 20. cent. 3. Celſ Hugo. conſil 54. n. 25.* Nec etenim actus † 20
meræ facultatis, qualitercunque intermissi, inducunt consuetudinem liberæ potestatis restrictiuam, vt pulchre inquit Abbas *in c. ex parte Aſtenſis n. 7. De conceſſ. præbend.* donec nihil positiue actum fuerit in præiudicium illius iuris facultatis, *per eundem Abb. in c. Piſonus de reſtit ſpol.* quæ facultas, alias vel lex, vel statutum, vnde illa descendit, per simplicem non vsum, nec mille annis tollitur *per Abbat. c. cum ſit. num. 15. de for. compet.* Et sane nisi quid contra legem ciuilem pontificiam, vel contrahentium, saltem vel tacite actum fuerit, & sic adfuerit aliquid, ex quo consensus populi in quid negatiuum concludatur, per solum nō factū aut cessationem effici, inducive nihil poterit. Vnde quando Clerici, vxores habentes diu intonsum verticem gesserūt, aut aliquod vectigal nunquam pensitarunt, quia vtroq; hoc casu cessatio & non factum, tacite & in quandam consequentiam actum legibus contrarium continent, ideo ius quoddam inducunt, quod non fieret, si cessatio & non factum legibus non repugnarent: Atque iude si ab hinc 100. annis nemo Spiræ ob illatum
† damnum legis Aquiliæ actionem intenderet, 21
propterea tamen ea actio non cessaret, *vt per Ant. Guib. in quæſt. iur. quæſt. 17. Abb. in d. c. cum ſit, & in c. Ioannes. de Clericis coniugatis, Anton. de But. in rep. c. fin. col. 12. de conſuet. Cyn. in l. 2. num. 8. C. quæ ſit longa conſuetudo.*

Ex hactenus igitur præmissis, quia ex actibus voluntarijs, vel in mera voluntate positis siue affirmatiuis siue negatiuis, † consuetudo non in 22
ducitur, etiam dato quod illa immemorialis esset, nisi contradictio & denegatio iudicialis esset, aut saltem extraiudicialis interuenisset, *vt per Achillem Perſonalem de acquirend. poſſ. num. 166. verſic. & maxime poſt Decium conſil. 437 & Grammat. conſil. 42. ibi, ab ipſo ad hoc allegatos.* Aut aliud quoddam factum contrarium, *vt per Abb. in d. c. Piſonus. De reſtitut. ſpol & Anton. de But. in d. c. fin. de conſuetud.* & ex testium dictis nihil amplius constet, quam quod casum nullum sciant, quo vllus vnquam agnatus aliquam feudi alienati reuocationem tentauerit, multo minus, quod eiusmodi reuocatio iudicialiter vel extraiudicialiter facta sit, ex eo solo consuetudinem introductam esse, firmare vix possum. Quod in terminis consulendo inter consilia Henningi Goden respondit facultas collegij Ingolstad. *conſil. 16. num. 56. 57. & 58.* Nec etenim inde statim infertur, quod in vim consuetudi-

tudinis feuda alienata non reuocari possint, cum potuerit id ex alis causis, & vario euentu citra ius & nomen consuetudinis euenisse, *vt per Henning. Goden consil.37.n.9 faciunt quæ scribit Crauetta cons. 171.n.14.& consil.197.n.12.Celsus Hugo allegato consil. 54. n. 14.* & non temere præsumendum, per non
23 vsum derogatum iuri semel quæsito, sed † potius ex gratia vel ciuilitate quid factum vel intermissum, nisi probetur ex necessitate vel debitione id processisse, *vt pulchre per Cast. cons.179.incip.in causa & c.col.3.n.4.versic.non obstat.lib.1.*

Supradictis non obstat, quod per Felyn. *in c. cum M.col.4.vers.tertia declaratio.de constit.* Scribit Bald *De præscript. part. 4.partis 5.principalis quæst.1.*
24 *num. 2.* quod si quis hospitatus † fuit amicum per longissimum tempus, teneatur eum hospitari in futurum. Nam Felynum ibi male loqui, vel inde patet, quod DD. per ipsum allegati, contrarium eius, quod affirmat, expresse tenent atque ideo pro saluando dicto illius intelligendum ipsum dicit Crauet. *de antiquitate temp. part. 4. ad fin.* in casu, quando ex qualitate personarum, aut alijs coniecturis posset apparere, quod ex debito & iure seruitutis, non autem ex mera gratia talis hospitatio fieret, & hospitatus tale ius tanquam sibi debitum, acquiescente in hoc hospitante, peteret: Quod hic, vbi exempla huiusmodi alienationum vltra memoriam hominum factarum, quæ per extractum ex libro inuestiturarum Cancellariæ N. exhibita sunt: sed de quarum circumstantijs & qualitatibus nihil præterea constat, in præsenti casu latius discutere supersedeo; cum mihi videatur totum hoc, quod de consuetudine N. prætenditur, ex transactione per nobiles cum Episcopo N. olim Anno 1461. secundum testis 15. depositionem inita erectaque, & ad eam sequuta obseruantia descendere, vt nobiles alienationes vigore illius transactionis quouis tempore cum domini consensu factas, ratas firmasque esse sciuerint, nec reuocarint, vel reuocare tentauerint, prout hoc testes super transactione illa deponentes, vt 2.4.8.12 15. & 16. nõ obscure innuere videntur, qui omnes de casibus dotis & victalitij, quod illis (sicut & reus in vltima conclusione in prima instantia iudicialiter exhibita, in dictis casibus, & casu necessitatis, se ad consensum illum obligatum ipsemet profitetur) Episcopus in feudorum alienationem pro duabus partibus eorum vasallis suis, vigore dictæ transactionis consensum præbere astringatur, eamque alienationem in quoscunque etiam extraneos factam agnati alienatoris impedire vel reuocare non possint, attestantur.

Quorum testium vltimus etiam, licet de transactione cum reliquis mentionem faciat: tamen de consuetudine allegata omnia in contrarium deponit, quemadmodum etiam testis 6. 7. & 9. qui pariter excepto 7. qui omnium est ignarus, consensum agnatorum requirunt, & eisdem reuocandi partem non adimunt. Quare cum obseruantia vel cõsuetudo hæc in transactione fundetur, ideoque ad terminos eius restringenda sit, ad casum nostrum alienationis à minorenne nulla causa eius, multo minus necessitatis subsistente, extendi non poterit, sicuti etiam is intra reliquos casus alienationum extractos non recensetur, sed vt casus ab illis longe diuersus, non immerito omissus est. Nihil in contrarium mouet, quod de pactis familiarũ per testes allatũ est, quia illa vel pro libertate illa alienandi, in terminis transactionis indulta moderanda; vel enim temporis illius longissimi 30. annorum de iure communi agnatis tributi, ad breuiorem terminum, & vel paucorum annorum restrictionem facta erectaque, sicut & per denunciationem venditionis faciendæ, & feudi vendendi, emendi oblationem pactis agnati, ad quos alias feudum peruenturum erat, sic constringi potuerunt, vt postea ipsis ad feuda alienata regressus omnis fuerit intercluſus, cum alias de iure † communi feudo-
25 rum, etiamsi ad denunciationem & oblationem illam ipsis factam, tacuissent, nec emere voluissent, nihilominus ius reuocandi saluum suo tempore intentandum sibi conseruassent. *Alu.in c.1.§. sed etiam res.num. 3. per quos fiat inuestitura, & notat Natta in add.ad Alexand.consil.26.add.1.volum.5. & late Tiraquel. de retract. legit. §.1.gloss.9. numer. 146. & seq.* quin etiam etsi extra transactionem consuetudinem aliquam considerare velimus, certe illam non tam certa aliqua scientia & consensu, quam † errore vel opinione erronea cœ-
26 pisse & inductam esse, definire poterimus, Iason *in l.de quibus. numer. 55.de liber. & post.Bart.Cyn.in l. 2.n.11.C.Quæ sit longa consuetudo, & Imol. in c.fin.n. 21. De consuetud.* quæ opinio erronea per consensum in obseruatione postea secutũ conualuerit, *vt per Bald.in l.fin.§.sed etsi quæ. num. 21. C. communia de legat.* Quod tamen in causa nostra factum dici non potest, cum nedum articulata, multo minus probata talis consuetudo sit, qua minorem ad alienandum inhabili sine vlla causa alienatione vrgente, citra agnatorum consensum irreuocabiliter, diuendere liceat, vnde dato etiam, quod consuetudo allegata, in genere satis probata esset, quia tamen † specialiter in casu, de quo a-
27 gitur, probata non est, probanti nihil proficeret, *vt per Oldrad.consil.227.Crau.consil 96.numer.4 Menoch.consil.55.num.37. lib.1. & in terminis Natta consil.600.num.19.& 20.* Atque sic intentio actoris per illam elisa dici non potest. Restat nunc vltima rei exceptio, quod actor, vt hæres fratris † alienatoris contra ipsius factum venire non possit. *l.*
28 *cum à matre.C. de rei vendicat.* vbi quia nos hic in feudo paterno, & eius, quod ex pacto & prouidentia vocant, *per Mynsing.centur.4. obseruat.2. & Andr.Gail.obser.154.num.20 lib.2.* versari indubitatum est, in casu alienationis feudi huiusmodi, frequentius in eam sententiam per feudistas itum inuenio. Quod agnatus † feudum tale sine cõsen-
29 su ipsius per defunctum alienatũ, si ipsius alienatoris

toris hæres, siue inuentarij beneficio existat, reuocare non possit, *vt per And. de Isernia, n. 1. Alua. n. 8. Præposit. num. 3. & Afflict. in c. 1. num. 13. An filius vel agnatus defuncti possit feudum retinere, repudiata hæreditate?* vbi communiter ita tenere feudistas, attestatur Curtius *in tract. Feud. p. 4. nu. 148.* prout etiam communem testantur Arius Pinellus, licet ab illa discedens *in l. 1. part. 3. num. 93. C. de bonis mater.* & Iulius Clar. *in §. feudum. q. 42 vers. succedit: ue quæro, nunquid filius. & seq. vers. quam sententiam*, præterquam, quod DD. crebrius consulendo passim eã secuti sunt, etiam in foro aut practica magis receptam esse, comprobatur ex constitutione prouinciali Ducis Saxoniæ Electoris Augusti *in nouis constitut. part. 2. constitutionum vel numer. 49.* Et ibi communiter concluserunt DD. Wittenberg.
30 & Lipsi. vbi statuitur, quod † mortuo alienatore cum hæredibus masculis feudalibus corpore suo descendentibus, potest agnatus & simultanee inuestitus feudum alienatum reuocare, si & quatenus non sit factus alienatoris hæres. Quare cum actorem hunc fratris sui alienatoris factum hæredem esse, ex propria ipsius ad 20. defens. confessione constet, & inuentarium, quo interueniente se hæreditatem adijsse prætendit, iudicialiter productum, ad ipsius postulationem & ipsius finem prætensum, cumque debitis solennitatibus erectum esse non appareat, nec quicquam releuet, quod de solennitatibus eius loci, vbi erectum est, non obseruatis allatum est, cum id probatum non sit, neque etiam si plura eiusmodi instrumenta producta fuissent, tantum per ea non probasset, sed deberet probare, quod alioquin fides esset adhibita in iudicio (*Natt. consilio 575. num. 9.*) eiusmodi instrumentis. Ideo concludo per hanc exceptionem actoris intentionem, quatenus contractus hic initio nullus, postea per tacitam ratificationem alienatoris conualuit, peremptam & elisam esse, non tamen quo ad reliquas partes scilic. N & N quatenus ipsis accessit.
31 Quoniam † heres factum defuncti validũ & nullum seruare nõ tenetur, sed contrauenire illi potest. *Gram. decis. 93. n. 7. Cach. decis. 178 n. 1. Hier. Gabr. consil. 125. n. 6 Pan Zir. consil. 44. n. 31. & consil. 112. n. 5. & consil. 127. n. 19.*

*Quid pronunciandum?* Quia reuocatoria intentata elisa, partes iudicis erunt pronunciare super nullitate, & declarare, contractum rel alienationẽ ex parte dimidia nullã, & ideo feudum alienatum, pro illa parte actori ad restitutionem pretij, pro rata, quatenus in actoris vtilitatem versum probabitur, ex aduerso faciendam, relaxandum esse, &c. cum perceptis fructib. à tempore contractus nulliter celebrati, & refusione expensarum vel eisdem compensatis, quia Episcopus pro parte obtinet. Saluo, &c.

*Correferens.*

QVoad formalia & intentatas actiones condictionum, præsertim ex moribus siue lege non scripta feudali cum domino Refer. Huius enim actionis requisita principaliora tam ex narratis, quam petitione libelli fundari posse videtur. Cum autem in caussa nostra de dictis requisitis, an scilicet & quatenus adsint? non magnopere controuertatur, in ea quoque parte, an probata sit actio diutius non insisto, præsertim cum ex actis notorium, nec à reo negatum sit, actorem primi acquirentis vel potius constituentis esse filium, veluti ex 1. 2. 3. & 4. articulis Appl. qui omnes confessati sunt, apparet, vnam etiam de iure eius intentionem fundatam recte dicimus. *l. siue possidetis. C. de prob.* Illud quoque ex aduerso extra controuersiam esse puto, quod venditio litigiosi prædij dcß N. Hoffs in N à N. facta, & per eundem in filium ac posteros, demum in Episcopum possessio continuata sit. Hoc enim quoad primum emptorem ex 11. articulo quoad reliquos ex literis refutationis & inuestiturarum, ab Episcopo in prima instantia sub literis à C. vsque ad I. productis, constat de eo autem ex parte actoris principaliter controuerti puto. Quo iure quaue iniuria intra fratrem appellantis N. & N. à N. emptorem venditio dicti N. Hoffs celebrata sit, & an per eundem appellantẽ tã pro sua, quam pro fratrum defunctorum parte reuocari queat? Et sanè siquidem dicta testium, qui ab actore producti sunt, præsertim depositionem N. à N. ex actis N. repetitam diligentius excutiamus tam in his, quæ ratione solennitatum omissa sunt, cum de iure adesse debebant, quam in illis, quæ in substantia contractus contra iuris dispositionem admissa sunt, quæ omitti poterant, tot & tantæ nullitates occurrunt, vt ita venditio à dolo nedum præsumpto, sed ne vero quidem excusari posse videatur.

Nec moueor hoc loco, si dicatur, culpam † 32
potius, (si quid præsumendum sit) quam dolum præsumi debere, *l. quoties. § qui dolo. ff. de probat. c. 2. de renunciat. in 6.* Præsertim si in casu nostro consideremus, quod & nobiles fuerint vtrinque contrahentes, & sanguine iuncti, quorum altero casu probationem contra præsumptionem iuris, & de iure admitti volunt, altero doli præsumptionem cessare asserunt, Crau. *consil. 319 n. 1. & 6.* Siquidem enim in eo casu versaremur, vbi caussa doli vel fraudis nullæ verisimiliter imaginari possent, vel si in vna parte tantum peccatum esset, saluari forte poterat, vulgatis istis & vulgaribus præsumptionibus. Verum quia coniecturæ in causa nostra plures ex aduerso, & maiores occurrunt, ex quibus simul iunctis eo certius dolum præsumi necesse est, nedum vt excusetur, ideo easdem merito attendendas & examinandas arbitror. Inter cæteras autem (vt potiores tantum attingam) meo iudicio haud postremum locum occupat ætas pupillaris eorum, à quibus & quorum nomine dicta venditio facta dicitur, de qua deponit testis actoris primus, ad 1. & 2. interrogat. 11. articuli idem ad 20. articulum, testis 2. ad 12 articu-

ti culum & ad 1. & 2. interrogatorium eiusdem N. à N ad 17 & 18. articulum N. Quibus accedit sim-
33 plicis † adsignatio ætatis filiorum à N. patre facta, & iudicialiter exhibita, cui merito, testium prædictorum depositionibus coniunctis, fidem adhibemus, *argument. l. etiam matris. ff. de probat.* Et ex hac nullitate omnes reliquæ, tam ratione solemnitatum omissarum, quam quæ veritatem, fidem & substantiam contractus concernunt, velut ex fonte promanant. De prioribus (scilicet solemnitatibus) constat ex eo, quod nulla in actis appareat decreti interpositio, quæ cum in terminis nostris præuiam causæ cognitionem, & hæc rursus diligentem discussionem bonorum pupilli, æris alieni necessitatem, tutorum & curatorum authoritatem & similia præsupponat (de quibus eleganter Roland. à Vall. *consil. 33. num. 1. & aliquot seqq. volum. 1. & sequitur hunc Menoch. de acquir. poss. Remed. 15. num. 143. cum seq.*) Omnes hoc loco solennitates à iure requisitas, vel certe potiores defuisse, merito statuendum est. Iam si ad illas nullitates transeamus, quæ fidem magis & substantiam contractus, quam solennitates, vel certe illas magis quam has respiciunt, prioribus fere plures adeoque grauiores videntur occurrere. Primum enim illud ex testibus indubitatum est, N. appellantis fratrem ad venditionem sæpe dictam ab emptore persuasione inductum, veluti de hoc specie deponit N. ad 14. interr. generale N. daß er von niemandt wisse vnter seinen Vättern von N. der darunder were gebraucht worden/ dann allein die/ so N. den Elteſten Bruder/ als einen jungen vnuerständigen darzu beredet/ cui adstipulatur testis 1. actoris ad 15. vbi dicit, deß beyde Brüder N. vnd N. à N. à N. emptore der sein Zeugens Vatters Schwester gehabt: zu solchem verkauff beredet worden. Ex huiusmodi autem per-
35 suasionibus † dolum argui faciunt notata *Bart. in l. cum quis. ff. de dolo.* & quod ille dicatur persua-
36 sor, qui aliquid † persuadet ad sui commodum (vt in nostro casu factum,) attestatur expresse testis secundus actoris ad 21. posit. Der Verkauffer N. von N. hab seinen Nutzen darinn gesucht: notat & plures ad hoc allegat. *consil. 178. num. 2.* Deinde hoc etiam ex testium depositione colligitur, venditioni per N. contradictum, & denunciatum periculum ac reductionem futuram. Dicit enim N. ad d. articulum 17. & 18. daß er contra d. venditionem stets geredt/ vnnd die Kauffer mit ernst Treuwlich darfür gewahrnet/ solches nicht zuthun/ dañ da die jungen zu jren jaren kom̃en/ würde nichts guts darauß werden/ item ad 21. articulum, daß er den jungen N. von N. bona litigiosa appellanti folgen zulassen gebetten/ addendo, er könne dieselben mit gutem Gewissen nicht besitzen noch haben/ cui in effectu adstipulatur testis 2. ad 3. interrog. articuli. Es seye die gemeine Redt gewesen/ solche Verkauff würden keinen Bestandt haben können/ id quod ad 12. articulum ijsdem ver-
37 bis repetit. Certi autem iuris est, quod † is, qui reductionem futuram non ignorat, in dolo esse dicatur, *c. constitutus. de rescript. & c. audita. de restit. spol.* & quod dolus arguatur, † faciendo con- 38
tra denunciationem. *facit l. ait prætor. §. si quis particeps. De his quæ in fraud. creditor. alien. l. si fundum. C de rei vendicat. Cravet. consil. 6. num. 17.* Accedit prædictis, quod dicit testis 2. ad 2. interr. 20. articuli. Er glaube/ es seye denen von N. Nutz nicht gewesen/ daß solcher Verkauff beschehen sey/ vnnd habe sonst die Brüder ein stattliche Nahrung/ vnnd etlich Bar geldt darzu jnnen gehabt/ Cum quo concordat N. ad 15. interrogatorium generale N. d. venditio were nicht vrgente necessitate beschehen/ sondern N von N. der N. von N. leibliche Schwester gehabt/ gegünnet worden. Quod autem dolus arguatur in tutore † alienante rem pupilli sine 39
causa indubitati iuris est, & notat quasi in terminis Crauetta *consil. 142. num. 19.* Et ex hac allegatione testis, daß *d. à* N. N. von N. Schwester gehabt/ alia quoque doli præsumptio oritur, quod venditio sic facta non in extraneum, sed affinem, & sit personam † coniunctam quæ fraudis non 40
solum particeps, sed & autor fuisse videri potest. *l. data. C. de donat. l. ait prætor. §. si quis particeps. C. de his quæ in fraud. creditor.* Facit vltra prædicta, quod de vilitate pretij, quæ & ipsa dolum arguit, de- 41
ponit sæpe d. N. ad 4. interrog. generale, daß der von N. ein gering Geldt vor den Hoff gegeben/ so doch Zeug gewust/ daß der Hoff viel ein mehrers werth.

Et quod deponit testis 2. ad 2. interrog. 28. articuli causam esse, daß N. von N. den Kauff nicht halten wöll/ dann er zu wolfeyll gewesen/ vnd durch seinen Vnuerstandt jhm vnd seinen Brüdern zu Nachtheil beschehen. Possent plura huius generis colligi, veluti quod † damnosa fuerit pupillis di- 42
cta venditio, de qua N. ad 4. interrog. generale, vbi dicit: Daß er in der Sachen nicht gerathen noch geholffen/ weil er gesehen/ daß der Verkauff der Güter zu Nachtheil der Jungen von N. nit hat wöllen vnderlassen werden.

Verum ex his, quæ iam dicta sunt, satis, vt puto, patet ad oculum, omnes fratres alienationis tempore minorennes fuisse N. & N. etiam absentes, N. vero fratrem natu maximum in id consensisse, cuius eum postea pœnituit: Tutores præterea clam & latenter reliquis agnatis & propinquis, partim inscijs, partim reclamantibus alienationi consensisse, imo ipsosmet emptores & venditores fuisse, ideoque nulla causa vrgente, vili pretio, in proprium commodum, non leue vero pupillorum dispendium. Quibus addo non minimam fraudis & doli suspicionem ex parte N. à N. qui paulo ante venditionem à tutela N. adhuc minorennem liberauit, & se non ab huiusmodi, sed etiam reliquorum fratrum plane minorennium curam subduxit: ex parte vero N. à N. emptoris, qui in hoc contractu venditionis in caussa & re propria autor sibi extitit, remotis † præsertim propinquis. *Bald. & DD. in l. cum ipse.* 43

C. de

*C. de contrah. empt. l. 1. §. fuit quæsitum. vbi Iaſ. ff. ad SC. Treb.* Tot igitur, & tam manifeſtis indicijs concurrentibus, & vt plurimum probatis, verum dolum interueniſſe concludo *per not. Bart. in l. quod Neruа. num. 13. & 14. & quæ notat Menoch. conſil. 135. loco quo ſupra.* Proximum igitur eſt, vt videamus, an dictæ nullitates & doli indicia aliquo modo purgata ſint, vt his non obſtantibus, vel allegatæ conſuetudini, vel demum iuri communi, propter ſucceſſionem N. locus eſſe poſſit. Ad N. quod attinet, non inſiſto, cum ex actis nihil certi inueniam, an maior factus ſit, & quot annis ſuperfuerint ante tempus illud, quo N. confeſſus eſſe dicitur. Similiter de N. Appellante noſtro res expedita videtur. Quod vero ab eo tempore, quo plane pubertatis annos attigit, & extra & intra iudicium ſemper contradixerit, & reſtitutionem vrſerit Solus eſt, qui negotium nobis facit N. qui multis annis poſt factam venditionem tacuiſſe dicitur, quæ quidem taciturnitas, ſiquidem ad iudicialem interpellationem referatur, etiam hoc caſu potiores ſunt partes Epiſcopi, cum nullibi ex actis appareat, quod vnquam iudicialiter egerit:
44 Si vero de extraiudiciali † interpellatione intelligamus, quæ, quod licita ſit, extra dubium eſt, *per gloſſ. in l. vltim. verb. conqueſtu. C. Si maior fact. &c. lib. 5.* tum illam factam oportuit, aut verbis expreſſe hoc declarantibus, aut tacito quidem conſenſu per lapſum temporis, aut quod medium ſtatuit, inter tacitam & quæ facto fit. De verbali ratificatione in actis nihil inuenio, ſimiliter de ea, quæ in facto conſiſtit, nihil quod aliquid ratione ſummæ & precij in venditione conſtituti quicquam receperint fratres, aut deſuper quietauerint. Reſtat igitur tacita illa ratificatio ex lapſu temporis præſumpta. Verum cum ex præcedentibus nulli tatibus verum dolum interceſſiſſe putem, caſum *l. fin. C. ſi maior fact. lib. 5.* huc extendi nõ poſſe arbitror.

Nec obſtat, quod N. præſens tot annos tacuerit.

Ex eo enim non puto euinci certo non poſſe, an doli notitiam & ſcientiam habuerit, vt in dubio eundem ignoraſſe potius, quam ſciuiſſe † præſumatur. *l. verum. De probat. Roman. alleg. conſil. 54. num. 3.* Nec illud expeditum eſt, an certo nouerit doli & fraudis interuentum N. quo caſu dubitantem ignoranti ſimilem eſſe voluit ad hoc, vt contractum nullo curſu temporis ratum habuiſſe dici non poſſit. *Menoch vbi ſupra num. 185.* Cum igitur ſaltem quoad indicia manifeſtum dolum arguẽtia extra caſum *ſæpe d. l. fin.* verſari videamur, & doli veri nulla probabilis excuſatio interueniri queat. Illud inſuper, quæ contra dolum, ſiue verum, ſiue præſumptum adduci poſſint, in facto & rei veritate nobis conſtet, pupillos hac venditione omnes læſos eſſe, malim etiam contractum in genere, quoad omnes fratres, nullum pronunciare.

*An eliſa?* Quoad eliſionis membra, tria principaliora membra, prælertim primùm de Clericis nobilibus N. cum, vt probata foret in ſuis caſibus ad noſtrum tamen, qui ſpecialis eſt, extendi non poſſet per allegata à Domino Refer. ad quæ me remitto.

Ad tertium Eliſionis caput quod attinet, *an ſcilicet & † quatenus factum defuncti hæres præſtare teneatur*, dato, quod lex *cum à matre. C. de rei vend.* 46
vltra filium, & in ſpecie ad caſum noſtrum, vbi frater ſuccedit fratri, extendi poſſit, ſed tñ in terminis noſtris maneamus, contractum videlicet nullum, & talem fuiſſe, cui ipſemet contrahens controuenire potuerit, rationem non video, cur hæres excludi debeat? cum ceſſet hoc caſu diſpoſitio legis, *cum à matre. Bald. conſil. 161. volum. 5. Andr. de Iſernia in capit. Imperialem, de prohib. feudi alien. per Frider. Grammat. deciſ. 93. num. 8. & 9. Afflict. deciſ. 240. num. 8.*

Concludo itaq; ex nunc dictis intentionem actoris fundatam, non eliſam, & ideo pro eodem, quoad omnes partes pronunciandum, veluti pro dimidia D Referẽs pronunciare voluit, &c. Fructus hoc loco venire apud me non eſt dubium, à quibus, vt reum abſoluere non poſſum, ita in omnes à primi contractus tempore condemnare durum videatur: cum vltimo demum à N. ex capite aperti feudi ſucceſſerit, & litem in ſe tranſtulerit, forte igitur tutius, ſi ab illo tempore computentur cum expenſis.

D. N. Actori cum D. Ref. puto adiudicandum eſſe integrum prædium, neque excipiendam eſſe partem N. licet enim ille nullam diuturno tempore litem mouerit, nullus tamẽ apparet aſſenſus ipſius contractus, quin potius expreſſus diſſenſus, eo quod aſſumpto agnato ſuo, emptorem de reſtitutione interpellarit.

Nec me mouet, quod poſt denegatam reſtitutionem denuo tacuerit per aliquot multos annos: nam aperte teſtatus eſt, ſe expectare euentum litis per fratrem motæ, cum quo ipſi paria fere erant iura.

Præterea vt concedamus taciturnitatem illam potuiſſe ſupplere defectum omiſſionis & ſolennitatis Decreti, ſi euidentia maior factus ratificationis argumenta & indicia præbuiſſet. Nemo tamen facile dixerit, opinor, ſolam taciturnitatem potuiſſe quoque ſupplere defectum in committendo perpetratum, id eſt, vitium ſcriptionis & circumuentionis minorũ, adeoque ipſius doli, qui ab initio contractus interueniſſe, ſatis mihi videtur ex actis conſtare, maxime cum certum ſit, quod ne quidem expreſſo † pacto fieri poſſit, 47
vt quis de dolo non teneatur. Quare concludo, vt ſupra, integrum prædium actori reſtituendum eſſe cum fructibus à tempore litis per Epiſcopum reaſſumptis, ex perſona N. à N. & quidem integri prædij, cum videtur Epiſcopus, qui ſibi vaſallum ex altera dimidia quæſiuit, locupletior factus. & non omnino nullum fructum ẽt illius dimidiæ percepiſſe. Cui accedit, quod non videa-

48 tur omnino † bonæ fidei dici posse, qui contra vulgatas iuris regulas, rem litigiosam & controuersam, non clamante litigatore & conductore, alienauit.

De precio restituendo, si sic fuerit visum dominis, malim & ego nihil pronunciare. Quia res illa (vt per Referentem deductum est) sic intricata videtur, vt lubrica admodum futura sit eius decisio, in quamcunque partem tandem inclinauerimus. Cuius rationibus & illam addo, quod mihi non videatur satis certũ esse ex actis, an vllũ precium omnino solutum sit minoribus. Constat enim pauculis interiectis hebdomadis pro precio, quod numerandum veniebat, constitutam esse pensionem annuam, quæ, quot, quibusue annis, soluta vel non soluta sit, equidem ex actis non potui deprehendere. Quamobrem in ea, tam dubia & intricata, malo, vt dixi, omnino nihil pronunciare, sed rem relinquere ipsis partibus transigendam, qui vel sponte ea de re conuenient, vel nouam moturi sunt litem, in qua certius omnia discutiantur. Quibus ponderatis certiorem quoque & firmiorem licebit in hoc puncto sententiam ferre, expensis compensatis.

D. N. Non moror, siue condictionem ex lege siue rei vendicationem demus, iunctam cum officio iudicis, ad tollendum contractum nullum *Curt. Iunior consil. 51. in fin.* Quantum ad duas partes controuersas res clara est. Quo ad tertiam N. vt domini per maiora, cum dolus sit multiplex & clare probatus, nec agatur de præsumpto tantum, ideo concludo nos non esse in casu *d. l. fin. C. si maior factus.*

49 Sed † potius in contractu ipso iure nullo & prohibito, qui nec quinque nec pluribus annis confirmetur. *Natta consil. 162. numer. 34. Curt. Iun. consil. 50. Roland. consil. 72. num. 17. volum. 4. Et in specie Barbatius consil. 70. colum. 4. lib. 3.* Et Curt. Iunior *consil. 15.* dicit, quod 30. annis tantum præscribatur. *Batr. consil. 45.* Posset & confirmari, quia malæ fidei possessor, qui nunquam præscribit. Accedit, quod consensus, nec tacitus, nec expressus N probatur, sed contrarium potius. Putauit enim N. Es stünde jhm nicht wol an / quoniam
50 † error est expressi iuris, qui nemini nocet, præsertim quando agatur de damno vitando, vbi er-
51 go † est error, ibi nullus consensus. Accedit, quod non docetur, ipsum legitime certioratum de omnibus qualitatibus rei, quod tamen omnino requiritur. *Paris. consil. 47. lib. 1.* vt potius simus in terminis Doctorum, præsertim Salyceti *in d. l. fin. col. 2. &c.* qui dicit, sufficere quandocunque contraria voluntas declaretur, præsertim vbi mala fides ex aduerso & plures defectus concurrunt. Quibus addi posset, quod minorem læsum etiam ex adfectione ad bona restituendum. Item, quod
52 † dolus præteritus in generali remissione non videtur remissus. *Roland. consil. 49. num. 59. lib. 1. versic. 2.* Et quod Episcopus de lucro celare videtur: Item in culpa reus, qui tamen occupauit, & de re litigiosa alium inuestiuit. Item in consuetudine alleganda sæpius sibi videatur contrarius. Ideo concludo pronunciandum, condemnãdo reum ad restitutionem totius feudi licet videatur dubium, tamen videtur, quod possit recuperare, & partes sibi consulere ex Tit. *De inuestitura de re aliena facta.*

Et quidem cum fructibus ex supradictis, & quia ex natura actionis † veniunt. *Curt. senior consil. 71.* & alias fraus tacite fieri posset per alienationem bonorum, & maxime hic cum iam esset litigiosa, & quidem à tempore reassumptæ litis. Non obstat consuetudo allegata, quia etiamsi esset probata, tamen intelligeretur in alienatione rite facta. *l. si se non obtulit. §. condemnatum. de re iudic.* Et alias tali casu minor non comprehenditur. *Blancus in tract. de compromiss. verb. minor.* Nec 53
sequens quæstio, quia factum † quod nullum est, 54
hæres præstare non tenetur. Non obstat Cæphali *consilium 51.* Loquitur enim in terminis, vbi quinque vel sex qualitates firmissime concurrunt, de quibus hic nihil, sed etiam ex Responsionibus ad obiecta clarius. Quia dicit, nos obstare mentem statuti Rauennensis, &c. Sed ne Paris. allegato *consil. 49. &c.* Videtur enim loqui de dolo præsumpto magis, vt in omittendo, item in rustico, & ipse præsupponit, *numer. 19. 27 38.* dolum præsumptum, & innuit contrarium in dolo vero. *numer. 39. & seq.* Expensis compensatis.

Quia quæstio iuris non adeo expeditur, & reus succedit aliquo modo in vitium alterius litis scilicet prius cœptæ. Precium omnino omitto, cum non sit hæres, sed actor habet regressum contra hæredes.

D. N. Concludit cum D. Correferente & cæteris seqq. Putat nos non versari in terminis *l. fin. C. si maior factus. lib. 5.* ideo integrum prædium restituendum actori cum fructibus à tempore litis assumptæ per Episcopum, expensis compensatis, & omissa adiudicatione precij.

D. N. Concludit cum D. Correferente & reliquis Dominis, qui sunt eiusdem opinionis pronunciandum, scilicet in totum pro actore cum fructibus, Compensatis Expensis sine adiudicatione precij.

Sententia: † In Sachen N. von N. Appellan- 55
ten / eins wider weylandt Herren N. jetzt Herrn N. Bischoffen zu N. Appellaten anders Theils / ist allem Fürbringen nach zu Recht erkandt / daß durch Richter voriger Instantz vbel geurtheilt / wol darvon appellirt / vnnd der in Actis angezogene Verkauff nichtig vnnd Krafftloß auch ermeldter Appellat jhme Appellanten den geklagten N. Hoffe sampt desselbigen Eyn vnnd Zugehörungen mit aller nach Absterbung deß letzten von N. auffgehabener Nutzung zu restituieren eynzuräumen vnnd zuzustellen schuldig sey. Als wir jhnen zu solchem allem hiermit condemniren vnd verdammen / die Gerichts-

kosten

kosten derenthalben auffgelauffen/ auß bewegenden Vrsachen gegen einander compensierend vnd vergleichend.

## VOTVM VIII.

## Jn causa N. N.

*Contra*

## Den Herrn von N.

*Votum feudale de quæstione illa: An agnatus in præiudicium suorum agnatorum feudum alienare possit, & quo iure ad agnatos pertineat?*

### SVMMARIA.

1 *Ob denegatam Iustitiam causæ in Camera accipi possunt.*
2 *Condictio ex moribus feudi & vtilis rei vindicatio quando, ad quid, & contra quem competat.*
3 *Testes suæ familiæ ad probandam consanguinitatem sunt idonei.*
4 *Scriptura priuata, maxime antiqua, quando probet, &* n. 12. & leqq.
5 *Dominus filiam vasalli demortui ob bene merita, & defuncti vasalli præstita seruitia, inuestire potest.*
6 *Feudum à fœmina acquisitum, tunc desinit esse fœmineum, statim atq; filius succedit, rectumq; efficitur, vbi semel peruenerit ad masculum, ita vt in posterum fœminæ perpetuo excludantur.*
7 *Feudi recti natura est & regulare, vt nomine hæredum masculi tantum veniant.*
8 *Collaterales descendentibus in infinitum, in feudo succedunt secundum magis communem opinionem.*
9 *Quidam volunt, Collaterales tantũ succedere vsq; ad septimum gradum.*
10 *Libro genealogico fides danda non est.*
11 *Scriptura priuata regulariter pro scribente & proferente non probat: præsertim si desint solennitates ad eius firmitatem requisitæ.*
18 *Historiarum libris & Chronicis: quibus à maioribus semper fides adhibita fuit, credendum est.*
19 *Registra fidem faciunt, si sint bene custodita, & inueniantur in archiuis authenticarum personarum: secus esset, si non essent custodita, vel persona non essent authenticæ, quia hac fidem nõ facerent.*
20 *Propter difficultatem probandi probationes admittuntur, quæ alias admitti non debent.*
21 *Materia si sui natura difficultatem probationis habet, tunc lex contenta est ea probatione, quæ fieri potest.*
22 *Libri feudales, quod plenam fidem faciant, iuris est indubitati.*
23 *Non sufficienter qui probat, cum adminiculis quibusdam plenissime probat.*
24 *Quæ non prosunt singula iuncta iuuant.*
25 *Feudi appropriatio, allodiatio, seu mutatio in allodiũ, eiusque renouatio & restauratio in præiudicium agnatorum an fieri possit.*
26 *Feuda non possunt aliqua ratione in præiudicium eorum, ad quos successiue post mortem possidentis debebant venire, in rẽ propriam alienari aut alterari, nec in totum, nec in partem, quocunque distractionis genere hoc fiat.*
27 *Vtile & directum dominium pari iure inuicem censentur.*
28 *Appropriatio vocabulo alienationis continetur.*
29 *Assensus domini efficere non potest, vt feudum non transeat ad illas personas, ad quas sui natura alias fuisset transiturum.*
30 *Agnatorum interest, ne feuda perueniant ad potẽtiorem dominum, quam comitem.*
31 *Appropriatio siue allodiatio ita valere non potest, vt post mortem acquirentis eius affectus ad successores cum eadem qualitate transeat.*
32 *Dominis mortuis, omne ius exstinguitur & resoluitur, quod habuerunt, acquiriturque alijs descendentibus ex primis acquisitoribus ordine sanguinis & iure proprio.*
33 *Refutatio facta domino & agnatis non consentientibus, quamdiu ipse viuit, cedens valet.*
34 *Iure refutatoris soluto, soluitur quoq; ius accedatoris.*
35 *Vasallus in manus domini feudo renunciare potest.*
36 *Conditio iniqua alteri per alterum inferri non debet.*
37 *Feudum dicitur vsusfructus quodammodo qui cohæret personæ, neq; transmittitur, nisi quatenus consuetudo & natura feudi disponit.*
38 *Appropriatione nõ valente, nec actus valere potest, qui ex ea deriuatur.*
39 *Destructo antecedẽte & ipsum consequens corruere necesse est.*
40 *Alienatio siue alteratio facta per vasallum, etiam in casu licito, non potest eius descendentibus nocere.*
41 *In descendentium præiudicium omnis dispositio, tam inter viuos, quam ex testamento inualida est.*
42 *Factum vnius agnati non præiudicat alijs.*
43 *Consensus agnati proximioris tametsi interuenerit, non potest tamen alterationem feudorum in præiudicium agnatorum nasciturorum affirmare.*
44 *Feudum, si reuera sit paternum antiquum, licet vasallus de nouo inuestiatur feudo, ob id non efficitur nouum, imo remanet antiquum & paternum.*
45 *Renouatio si fiat sine consensu agnatorum, nulla ratione per nouas inuestituras potest immutari natura & qualitas cæterarum inuestiturarum.*

46 *Factum cuiq; suum, non alijs obesse debet.*
47 *Feudum paternum fieri potest nouum, agnatis cõsentientibus, si mutatis pactis renouetur.*
48 *Feudum concessum pro se & hæredibus dicitur hæreditarium.*
49 *Feudum hæreditarium dupliciter dicitur, proprie & improprie.*
50 *Proprie, ad quod nemo admittitur, nisi qui sit quoq; hæres hæreditatis.*
51 *Improprie, quod quidem origine, respectu primi acquirentis, videtur esse in eius hæreditate, sed postquam semel acquirenti successum est, desinit esse hæreditarium.*
52 *Filius repudiata parentis hæreditate feudum retinere nequit.*
53 *Agnatus hæreditatem agnati vasalli repudiare potest, & nihilominus feudum hæreditarium consequi, cum ille vocetur proprio & sanguinis iure ex legis prouidentia, non beneficio vasalli defuncti, sed primi acquirentis.*
54 *Vasallum succedere oportet, volentem hæredem esse primi acquirentis, mediate vel immediate.*
55 *Verba illa in tenore inuestituræ:* für sich vnd alle seine Erben *non sic accipienda, quasi omnes descendentes & agnatos hæredes hæreditatis esse necesse sit.*
56 *Hæredis vocabulum in materia feudali non significat qualitatem successionis & hæreditatis, sed qualitatem successoris.*
57 *Hæreditas ipsa non vocat hæredes sanguinis ad successionem feudi, sed ipsam naturam.*
58 *Vltimus agnatus semper est primi acquirentis successor, etiamsi feudum in mille manus ambulauerit.*
59 *Præscribi non potest, quod non potest acquiri.*
60 *In feudo currit præscriptio 30. annorum.*
61 *Negligentia parentum nondum natis nocere non potest.*
62 *Agnati, nati & nascituri semper poterunt reuocare feudum alienatum, dum tamen tempore alienationis semper exsistat aliquis agnatus, qui reuocare posset, vel ad minus, quod sit conceptus eo tempore.*
63 *Non valenti agere Præscriptio non currit.*
64 *Res subiecta restitutioni, casu restitutionis eueniente, non obstante præscriptione vindicari potest.*
65 *Feudum, casu eueniente, ad agnatum proximum reuertitur.*
66 *Agnati iure proprio veniunt ad feudum, & vt hæredes primi inuestiti, tanquam habentes causam ab eo, & non ab alijs agnatis.*
67 *Prouisio feudalis est generalis omnibus de agnatione. Igitur debet extendi ad quoscunq;.*
68 *Feudum vbicunque est concessum, generi & agnationi, & prouenit ab auo vel proauo, tunc delictum vnius non nocet alteri.*
69 *Sententia quæ.*

IN decisione huius causæ morem à maioribus traditum in Camera hactenus obseruatum sequendo. Primo dicam *de actione. 2. An probata. 3. An elisa. 4. Quid pronunciandum.* Et quia de iurisdictione partes controuertuntur, breuiter concludo, nulla exceptione obstante, Camerę iurisdictionem fundatam esse. Constat enim ex actis primæ instantiæ causam coram Landtgericht peractam, deinde sic ob denegatam iustitiam eãdem receptam, processus decretos, & desuper vsque ad conclusionem definitiue processum. Plane † ob denegatam iustitiã causas hic accipi posse 1
patet ex text. ordinat. *part. 2. tit. 26. text. in §. si tamen contigerit. authent. vt diff. iud. & in materia feudali. cap. 1. de milite vasall. qui contum. & ibi Afflictus num. 97. cum seq. DD. in auth. statuimus.* C. *de Episcop. & Cleric.*

Actum puto condictione ex morib. feudorũ, non autem vtili rei vendicatione, quia † certum 2
est, eam tunc locum habere, quando vasallus à possessione, quam habuit, cecidit, *argum. l. 1. ff. ager vectigal. And. de Isernia in prælud. feud. numer. 45. concluſ. 610.* Cæterum hoc nostro casu actor veram possessionem, quæ requiritur, nunquam habuit, sed contendit le vltimi vasalli successorem, petitque possessionem à reo iniuria & de facto occupatam. *Iason in prælud. feud. num. 35.* Ideo dominium, quod non habuit, vendicare non potuit. *l. 20.* C. *de pact.* Agit igitur condictione ex moribus feudorum, quæ ad acquirendam possessionem comparata est. *Isern. d. concluſ. 610. Afflict. in prælud. feudorum. num. 141. cum seqq.* Et competit non solum aduersus dominum, sed & quemcunque possessorem per ea quæ allegat Bart. *in l. 9.* C. *de condict. ex lege. in l. 1. §. rem. num. 4. de condict. trit. Bald. ad rubric.* C. *de cond. ex l. num. 7.* Item communiter feudistæ, vt supra.

*An probata?* Non dubito, actorem sufficienter deduxisse & probasse ius agnationis, hoc est, quod à primo acquirente Friderico descenderit, & quod vltimi vasalli N. N. de cuius successione agitur, proximior sit agnatus. Id quod non solum per testes † suæ familiæ, qui ad probandam con- 3
sanguinitatem sunt idonei, *c. 3. Qui matrimon. accuſ. poſſ.* Sed † & per librum Genealogicum fami- 4
liæ der N. variaque & antiqua documenta. Et quia præiudicio priorum dominorum moueor, qui in eo nil addubitarunt, ideo breuitatis gratia in illis latius non insistam, sed illam quæstionem tractabo, in qua mihi videtur præsentis negotij fundamentum positum esse, scilicet quis fuerit primus feudi controuersi acquirens & stipes, & vtrum ab eodem actore descenderit. Pro cuius quæstionis decisione tria præmitto. 1. Præmitto, dominum † posse filiam Vasalli demortui ob 5
bene merita & defuncti Vasalli præstita seruitia inuestire. *text. est in c. 1. quemadm. feud. ad filias pert. Zas. part. 8. num. 40. Curt. part. 3. num. 4.* Et hoc quidem sine controuersia procedit, non extantibus agnatis, hoc casu nostro. 2. Præmitto, feudum

† à fœ-

6 † à fœmina acquisitum desinere esse fœmineum, statim atque filius succedit, rectumque effici, vbi semel peruenerit ad masculum, ita vt imposterũ fœminæ perpetuo excludantur. *c.1. § quin etiam Ep J op. & ibi Afflict. num. 15. c. 11. §. filia. de succeff. feud. c. 1. §. similiter. de prohib. feud. alien. per Lothar. Zaf.* 7 *part. 2. nu. 58. Calder. consil. 4.* feudi † enim recti natura est & regulare, vt nomine hæredum masculi tantum veniant. *Zaf. consil. 11. num. 9. volum. 1.* Tertio præmitto, deficientibus † descendentibus col- 8 laterales in feudo succedere in infinitum, secundum magis communem opinionem. *c. 1. versic. his vero. & ibi Isern. num. 4. text. in c. 1. de natura succeff. Zaf. part. 4, tit. 5. nu. 34.* vbi dicit, eam opinionem 9 consuetudine approbatam esse. Quidam † volunt, collaterales tantum succedere vsque ad 7. gradum, *per text. c. 1. qui feud. dar. possunt. vtramq; opinionem refert Curt. lun. tract. feud. 2. part. 3. in princ. num. 48. cum seq. vbi conciliat.*

His præmissis videndũ de proposita quæstione. Et primo, *an actor satisfecerit interlocutoriæ primo Iunij Anno 55. latæ?* Dico, quod sic, nimirum per instrumentum inuestiturę ab actore post latam interlocutoriam exhibitum.

Nam in eo expresse continetur N. & N. sorores filias quondam N. à N. ad preces matris N. à Comite N. N. für sie vnd alle jhre Erben inuestitas. 10 Cæterum, quia dictæ inuestiturę † copia ex libro genealogico N. desumpta est, obijcit à reis huic libro fidem dandam non esse. Mouentur, 11 quod priuata † scriptura sit, quæ regulariter pro scribente & proferẽte non probat. *l. nomine. l. instrumenta. l. exemplo. C. de probat. cum simil.* Præsertim si desint solennitates ad eius firmitatem requisitæ. *Gail. obseru. 169. lib. 2* & agatur de præiudicio tertij, vt in nostro casu *d. l. instrumenta. Fel. in c. cum causam. num. 2. de probat. Idem in c. 2. num. 10. de fid instrum. & ibidem commun. Canonistæ.* Verum hac reorum exceptione non obstante, credendum 12 prædictum librum, consideratis † circumstantijs, etiam in iudicio, & inter alias personas fidem facere. 1. Propter autoritatẽ antiquam scri- 13 pturæ, pro qua † adeo iuris præsumptio militat, vt etiam sola fidem faciat. *c. ad audientiam. de præscript. & ibi Canonistæ d. c. cum causam. & ibi Fel. & Abb. Bart. in l. 1. num. 2. si cer. pet. Spec. in tit. de instrum. edit. § nunc videndum. tit. hic de probat. §. videndum.* 14 *versic. 9* vbi dicit, per libros † antiquos & scripturas antiquas, & lapidibus incisas, vel columnis, inducl plenam probationem. 2. Quia prædictus 15 liber † non solum fuit à maiorib. N. pro authentico habitus, verum etiam quod secundum eundem in contradictorio iudicio iudicatum sit attestantibus hoc vnanimiter 3. 4. 5. 6. 7. testibus. *Paris. consil. 23. num. 235. volum. 1. Bartol. d. l. 1. num. 22. si cert. pet.* Tertio, quia adseruatus semper fuit, & adhuc in loco honesto, & archiuo familiæ N. 16 quo casu traditum est, priuatam scripturam † plene probare. *per text. d. c. ad audientiam.* vbi in- 17 quit, credi † libro censuali antiquo, dũ modo reperiatur & conseruetur in loco non suspecto Panormitan. *c. cum causam. numer. 1. de probat.* dicit, hoc procedere, non quando agitur de magno iudicio, si talis liber vel scriptura sit, cui ab antiquis nostris communiter creditum est. *facit l. census de probat.* Ex quibus infert Panormit. vbi supra, Historiarum libris † & Chronicis, quibus 18 à maioribus semper fides adhibita fuit, credendum esse. *gloss. c. inter dilectos de fid. instrum. Bart. in l. 1. num. 22.* Eodem modo † registra, si sunt bene 19 custodita, & inueniantur in Archiuis authenticarum personarum, puta earum, quæ habent potestatem, Authenticas scripturas faciendi, fidem faciunt, *Innocent. c. 1. num. 1. de procur. per illum text. & c. ne audientiam. de præscript.* secus esset, si non essent custodita, vel personæ non essent Authenticæ, quia hanc fidem non facerent. *Innocen. d. loco. Panorm. c. 2. num. 6. de fid. instrum.* 4. Accedat, quod propter difficultatem † probandi admit- 20 tantur probationes, quæ alias admitti non debent. *Zaf. consil. 15. num. 1. volum. 2. alleg. text. & DD. in c. veniens. de testib.* Innocent. *l. in illa. in fin. de verb. oblig.* hanc tradit † decisionem, si materia sui na- 21 tura difficultatem probationis habet, tunc legem contentam esse ea probatione, quæ fieri potest. *l. consensu. §. super plagis. Codic. de repud. l. filium. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. si quando. C. vnde vi.* Præterea & hoc certissimum est, actoris intentionem non solum fundatam in N. Buch, sed etiam ex alijs documentis, & antiquis instrumentis probari.

Nam, quod ad præsentem quæstionem attinet, multum probant intentionẽ actoris duo illa potissimum instrumẽta in actis *fol. 20. & 40.* quorum primum continet pacta dotalia inter Fridericum primum acquirentem, & eius vxorem N. ita vt dubium non sit d. Fridericum habuisse cõiugem N filiam d. N. à N.

Ex altero vero constat, prædictam N. istorum bonorum feudalium primam acquirentem fuisse, ponderando verba illa: Die mir auch seidher mein Mutter/vnd Soror eius geben haben. Omitto alia instrumenta feudalia, ex quibus plane perspicuum est, bona ista feudalia, continua serie & ordine successiuo, ad descendentes d. N. peruenisse, nimirum 3. & 4. reuersale Comitum à N, in actis *fol. 41.*

Quod autem libri † eiusmodi feudales plenam 22 fidem faciant, iuris est indubitati, *per text. d. c. ad audientiam. de præscript. & ibi Panorm. facit d. l. census. de probat. Zaf. d. consil. 15. num. 1. volum. 2.* Itaque quamuis prædictus N. Buch pro se non probat sufficienter, cum huiusmodi † tamen adminicu- 23 lis plenissime probat. *d. l. instrumenta. C. de probat. l. 2. & l. fin. C. de conuen. fisc. debitor. libr. 10. Dd. latissimè in l. admonendi. de iuretur. Specul. tit. de instrument. §. nunc dicendum, numer. 5. Anton. de Butrio c. ad causam. num. 5. de probat.* Nam quæ non prosunt singula multa iuuant. *l. cum scimus. C. de agric. & cens. lib. 10.*

Porro, quod ad 6. & 8. addit. attinet, illos probatos esse censeo ex prænominato instrumento dotalitio, *num. 1.* & alio quodam in sent. *nu. 7. in actis fol. 23.*

Concludo itaque, actorem sufficienter probasse primum acquirentem, seque ab eodem descendisse, atque hoc vno dictæ sententiæ interlocutoriæ satisfeciſſe. Videndum ergo de Elisione.

*An elisa?* Tribus potissimum exceptionibus rei actoris intentionem oppugnat, quarum 1. Feudi naturam per appropriationem, & in 2. postea instauratione prænominatis dominis facta immutatam fuisse, id est, feudum istud esse hæreditarium & prescriptum. Quoad 1. Considerare po-
25 tissimum oportet: *An huiusmodi appropriatio† (præsuppositio quod facta sit, de quo ex actis ea sufficienter non apparet) in præiudicium agnatorum fieri potuit.* Et breuiter dico, & concludo, quod non. No-
26 tissimi enim iuris est, feuda † non posse aliqua ratione in præiudicium eorum, ad quos successiue post mortem possidentis debeant venire in rem propriam alienari, aut alterari nec in totum, nec in partem, quocunque distractionis genere hoc fiat. *c. 1. de prohib. feud. alien. per Frideric. c. 1. de alien. feud. Zas. part. 5. num. 30. Par. consil. 65. num. 29. vol. 3.* Quod non solum in vasallo alienante vtile dominium locum habere puto, verum etiam in domino sine distinctione alienante directum dominium. *text. express. in cap. 1. § præterea de prohibit. feud. alien. per Frid. Zas. part. 9. num. 9.* Et est ratio,
27 quia † pari iure inuicem ceusentur. *text. in c. 1. de form. fid. in fin.* Quare dominus alienando feudum ipsa proprietate priuatur. *c. 1. qualiter dominus prop. feud. priuet. gloss. in c. 1. de for. fid.* eaque ad vasallum peruenit. *gloss. d. c. 1. qualiter dominus. Zas. d. part. 9.*
28 *n. 9.* Plane hanc † approbationem vocabulo alienationis contineri non dubito, *per l. 1. C. de feud. dotal.* nimirum, per quam directum dominium à domino in vasallum transfertur. Hoc autem cum cæteris agnatis ignorantibus & non consentientibus præiudicium adferat, quibus iam virtute primæ inuestituræ ius quæsitum erat, consequitur hunc domini assensum nullius momen-
29 ti esse, qui † hoc efficere non potuit, vt feudum non transeat ad illas personas, ad quas sui natura alias fuisset transiturum, *facit c. 1. de vasall. decrep. ætat. & c. 1. de alien. feud. paterni* ponderando ver-
30 ba, *nec in filiam, & ibi Bart.* Quia † eorum quoque interest, ne deinceps perueniant ad potentiorem dominum, quam Comitem. *Isern. in c. imperialem. num. 9 de prohib. feud. alien. per Frideric.* Illud tamen non negarim, prætensam appropriationem siue allodiationem valuisse quidem, quoad ipsum acquirentem, & in præiudicium domini concedentis tantum.

31 Cæterum † ita valere non potuit, vt post mortem acquirentis eius effectus ad successores cum eadem qualitate transiret. *Bald. c. 1. § hoc quoque numer. 14. de succes. feud.* Habuerunt quippe N. & N. N. limitatum dominium ad tempus vitę tantum, vnde ipsis † mortuis, omne ius exstinguitur & re- 32
soluitur, quod habuerunt, acquiriturque alijs descendentibus ex primis acquisitoribus ordine sanguinis & iure proprio. *Paris. consil. 65. numer. 16. vol. 3. Alexand. consil. 26. num. 2. vol. 5. facit text. c. 1. § contrario. de inuest. in re alien. facta.* Quemadmo- 33
dum in simili valet refutatio feudi, facta † domino & agnatis non consentiętibus, quam diu ipse viuit cedęs. Sed soluto † iure refutatoris, soluitur 34
quoque ius acceptatoris. *Bald. c. 1. numer. 1. de alien. feud. patrim. & ibi Aluarot. numer. 6. Afflict. c. 1. § hoc quoque. num. 37. cum seqq. & ibid. Isern. num. 5. de succes. feud. per illum text. Iacob. de S. Georg. verb. & cum puto. num. 37. Zas par. 9. num. 14. Bald. consil. 250. num. 1. vol. 2.* vbi dicit, quod quamuis † vasallus possit re- 35
nunciare feudo, in manus Domini. *cap. 1. § rursus. quibus mod. feud. amittitur. cap. 1. in fin. de vasall. qui contra const. Lothar.* Tamen hoc fieri non posse in præiudicium agnatorum, ad quos ex natura feudi antiqui post mortem renunciatis feudum redire debet, quia alteri † per alterum iniqua non de- 36
bet inferri conditio. *l. iniquissimum. de cur. & fact. ignorant. Afflict. d. § hoc quoque num. 102. facit l. filius. § diui de leg. 1.* Ratio ex prædictis patet, quia vasallus habet tantum limitatum dominium ad tempus vitæ, & eo mortuo proximi agnati ex legis prouidentia, & proprio iure succedunt. Et hic feudum dicitur vsusfructus † quodammodo, 37
qui cohæret personæ, neque transmittitur, nisi quatenus consuetudo & natura feudi disponit. *Bald. consil. 38. numer. 2. part. 1. Las. in termino consil 7. volum. 4.* Ex quibus consectaneum puto, instaurationem feudi prænominatis dominis postea per N. N. factam, nullam quoque firmitatem habuisse, neque & nunc habere. *per tex. express. l. 1 & ibi Bald. in princ. de vasall. decrep. ætat. Dec. consil. 78. num. 6. volum 1.* Quia si non † valet appropriatio, 38
nec valere potest actus, qui ex ea deriuatur. Destructo † enim antecedente, & ipsum consequens 39
corruere necesse est *l. 1. de offic. eius cui mand. est iurisdictio. Zas. part. 8. num. 59. l. nihil dolo. § cum principalis. ff. de reg. iur.* Alienatio enim siue † alteratio 40
feudi facta per vasallum, etiam in casu licito, non potest eius descendentibus nocere. *text. d. c. 1. § hoc quoque de succes. feud. Alexand. consil. 26. numer. 1. volum. 5.* in quorum præiudicium † omnis dispo- 41
sitio tam inter viuos, quam testamento inualida est. *c. 1. § donare. de alien. feud. cap. 1. de succes. feud. Paris. consil. 65. num. 45.* vel etiam cęteris agnatis incommodare, quia factum vnius † agnati nō præ- 42
iudicat alijs. *Afflict. dict. cap. § hoc quoque. num. 102. de succes. feud. d. l. filius. § Diui. l. post mortem. in fin. Cod. de fideicommiss.* Accedit, quod nec de vllius agnati proximioris consensu nobis constat, qui † tam- 43
etsi interueniisset, non potuit tamen hanc alterationem in præiudicium agnatorum nascitu-
rorum affirmare, quemadmodum hoc late per-
sequitur Aluarot. *d. c. 1. § hoc quoque. numer. 6. & ibi Isern. num. 6.*

Præ-

Præterea & illud indubitatum est, si feudum reuera sit paternum & antiquum (vt absque dubio hoc nostro casu) licet vasallus † de nouo inuestiatur feudo, ob id non efficitur nouum, imo remanet antiquum & paternum. *text. c. 1. de vasall. decrep. atat. & ibi Aluarot. num. 2. Curt. p. 1. 8 q. pr. num. 11. Iaſ. conſ. 108. vol. 2. num. 8.* Quod ſine omni dubitatione procedit, ſi talis renouatio fieret ſine conſenſu agnatorum, quia tunc nulla ratione † per nouas inueſtituras poteſt immutari natura & qualitas cæterarum inueſtiturarum. *Bald. conſil. 205. numer. 4. volum. 2. & conſil. 198. numer. 2 p. 2. & conſil. 215. num. 4. volum. 2. & conſil. 205. numer. 1. eod. volum. pulchre conſ. 38. num. 2. vol. 1. Iaſ. conſ. 7. col. 4. & col. pen. volum. 3. Iſer. c. 1. §. hoc quoque numer. 6. & 9. de ſucceſſ. feud. Afflict. c. 1. §. ſi quis num. 11. ſi de feud. fuerit contentio. Dec. conſ. 445. num. 7. volum. 4.* Ratio prædictorum eſt, quia non licet recedere à prouidentia antiquorum parentum, cum nõ verſetur hac in re fauor vnius, ſed multorum, & factum † cuique ſuum ſibi, non alii obeſſe debet. *l factum. de reg. iur. Bald d. conſil. 198. num 2.* Agnatis tamen cõſentientibus † feudum paternum fieri nouum poſſet ſi mutatis pactis renouetur. *text. ſing. in c. 1. an agnat. vel fil. & ita tenet Iſer. d. c. 1. de vaſallis decrep. ætat. Curt. p. 1. 8. q. pr. num. 11. Zaſ. p. 3. num. 4.* Cõcludo itaque ex prædictis tam appropriationem, quæ ſublecutam inſtaurationem & feudi renouationem primæuam naturam feudi antiqui non immutaſſe, aut etiam ſine conſenſu agnatorum mutari potuiſſe, per ea quæ ſupra dicta ſunt. Quoad ſecundam exceptionem de feudo hæreditario: Actorem non eſſe, nec fuiſſe hæredem N. vltimi vaſalli. Igitur feudum domino apertum, illa exceptio non obſtat. Nam præmiſſo, quod feudum ita conceſſum † pro ſe & hæredibus dicatur hæreditarium. *c. 1. & ibi Dd. An ag. vel fil. Alex. d conſ. 26. vol. 5. nu. 3.* Tamen notum eſt dupliciter † feudum hæreditarium dici, proprie & improprie. Proprie † ad quod nemo admittitur, niſi qui ſit quoque hæres hæreditatis. *d. c. 1. an agn. vel fil. & ibi gl. verb. repudiare.* Idque deuoluitur etiam ad extraneos, venitque in petitionem hæreditatis vel fideicommiſſi. *Pariſ. late conſ. 23 numer. 172. cum ſeq. vol. 1. Idem conſil. 65. num. 11. vol. 3 Iſer. d. c. 1. §. hoc quoque num. 7. de ſuc. feudi.* Improprie † quod quidem origine, reſpectu primi acquirentis videtur eſſe in eius hæreditate, ſed poſtquam ſemel acquirenti ſucceſſum eſt, (vt abſque dubio noſtro caſu) deſinit eſſe hæreditariũ Quo fit vt filius repudiata † parentis hæreditate feudum retinere nequeat. Ratio eſt, quia ad illud non venit iure proprio, ſed hæreditario ex perſona patris, imo repræſentationis, & ſic vt hæres patris. *text. d. c. 1. vbi Aluar. numer. 2. & communiter feudiſtæ an agnat. vel fil. Pariſ. d. conſil. 23. numer. 176.* Agnatus hæreditatem † contra agnati vaſalli repudiare poteſt & nihilominus feudum hæreditarium conſequi, cum ille vocetur proprio & ſanguinis iure ex legis prouidentia, non beneficio vaſalli defuncti, ſed primi acquirentis. *d. c. 1. an agn. vel fil. & ibi DD. Dec. conſ. 28 num. 4.*

Conſiderata tamen qualitate conceſſionis, qua ſola attenta feudum illud dici poteſt hæreditarium, cum oporteat vaſallum † ſuccedere, volentem hæredem eſſe primi acquirentis mediate vel immediate. *Pariſ. d. conſil. 23. numero centeſimo octuageſimo tertio volum. 1. Dec. d. conſil. 78. numero quarto & conſil. 208. numero nono.* Ex quibus conſtat, verba illa in tenore inueſtiturę für † ſich vnd alle jhre Erben / non ſic accipienda, quaſi omnes deſcendentes & agnatos hæredes hæreditatis eſſe neceſſe ſit, prout late tradit *Dec. d. conſil. 208. numero nono.*

Per conceſſionem enim ſecundi priuilegij noui & eiuſdem facti nunquam cenſetur reuocatum prius. Abbatis priuilegiũ non contrariatur priuilegio Comitis priori. Virtute enim primi auocatio locũ habet, & in ſecundo expreſſe id non prohibetur. Alias enim ſi alium intellectum habere deberet derogatorium, tunc etiam Auſtriacis per Wenceslaum conceſſum eſſet derogatum quod tamen non eſt, quia auocare adhuc hodie poſſunt, alias etiam foret dicendum primum ipſius Comitis priuilegium in ſpecie concernens das Landtgericht eſſe caſſatum. Quæ dicta ſunt de reuocatione priuilegiorum, maxime intelliguntur in propriis ſubditis, prout habet Felin. *in cap. nouit. numero decimo de iudic.* conſtituens regulam generalem; Quod priuilegium † 36 conceſſum ſubdito poſſit reuocari. His addo, quod in priuilegio Ruperti regis vber das Landtgericht ab Anno 1401. habetur, daß Rupfenſes bey jhrem Landtgericht vmnd derſelben Ordnung bleiben ſollen biß auff vnſer nachkommen im Reich widerruffen *numero quadrageſimo quinto.* Et in eo etiam eſt differentia ſecundi à primo priuilegio Sigiſmundi, quod in ſecundo ſint verba ex plenitudine poteſtatis. Item caſſatio ſuorum & ſuorum anteceſſorum. Tertio, quod vt Impp.

De præſcriptione non minor eſt difficultas in eliſione præſcriptionis, quam immemorialis & certorum actuum ab Anno vſque ad annum, maxime cum de nulla effectuali auocatione Abbatis conſtet. Verum ſi teſtes de immemoriali deponentes collatione ad inuicem, & cum articulis facta penitus introſpiciantur, confuſe de cauſis delictorum & ciuilibus deponere videntur, prout in ſpecie in poſteriori concluſione Abbatis deducitur.

Quoad actus in ſpecie ab anno 29. non ſufficiunt ad præſcriptionem, cum noui ſint de Annis 40. Quibus accedit, quod Comites & Landtgericht ſciuerint priuilegium Abbatis. Item tot interrupriones & appellationes diuerſis temporibus ſunt factæ.

Proteſtationem autem faciens contra priuilegium, † quod non intendit ei renunciare, 37 proteſtatione illa iuratur. *Roman. conſilio ducenteſimo quingenteſimo ſecundo. Felin. c. cum acceſſiſſent. numero trigeſimo verſic. limitat. d conſtit.* Actus enim voluntarij † per proteſtationem poſſunt 38 limitari. *Felin. d. loco. per legem ſecundam. Si quis caut.*

Deinde etiam multi actus non ſunt ſortiti effectum, iiſdem renunciaſſe dici non poteſt. *Anton. in cap. paſtoralis. verſic. ſed eſt dubium. de cauſa poſſeſſ. & proprier.* Imo etiam ſi contrarium † actum 39 priuilegio feciſſet tum propter proteſtationem non præiudicaſſet ſibi. *Bartol. l. 1. Cod. Qui ſpon-*

40 *sponte munera public.* Item iuris est in his, † quæ habent tractum successionum etiam sine protestatione. *Bartol. l. fin. num 1. C. de constit. princip.* maxime si attendamus clausulam annullatiuam in priuilegio appositam. Ibi enim partium consensus nihil potest operari, quam doctrinam *m d. c. cum accessissent*, vocat vulgarem, allegans ad hoc iura, maxime quando talis dispositio est confirmata. Tunc enim absque autoritate superioris
41 † non potest tolli. *Felin. d. loco. num. 9.* Item si in priuilegio sit clausula decreti vel alia prohibitiua, prout in terminis, darumb gebieten wir / quoniam tunc neque per conuentionem, neque per præscriptionem amitti potest. *Archidiac. c. cum de beneficio. de præbend. in 6.* allegans pulchrum exemplum, vt si Papa dicat Abbati aliud priuilegium, prohibendo ne beneficia monastica det Clericis secularibus, quod contra illud priuilegium longe fuerit factum, tamen illi derogatum non est, quia apparet de intentione principis, quia inferior abrogare non potest, quem sequitur & refert Felin. *dicto capit. cum accessissent. numero trigesimo* Nec refert, quod de auocationibus ex parte Abbatis non constet, cum per ipsum non steterit, quo minus priuilegio vteretur, etiamsi 100.
42 annis non fuerit vsus. Per id enim non perdit † priuilegium, cum non fuit in mora. *gloss. not. in c. Abbate sane. & ibi Panormitan. de verb. significat. Iason in l. beneficium. de constitut. princip.* Hinc est, quod Abbas allegat ignorantiam contrariorum actuum priuilegio non fiat primum dominium,
43 quia singulares † personæ non possunt renunciare in præiudicium corporis, nisi præcedat tractatus omnium. Felin. *cap. cum accessissent. numero vigesimo nono.* Tertio de re iudicata. Reo res iu-
44 dicata in petitorio † non præiudicat, quia super priuilegio nec cognouerunt, nec cognoscere voluerant, sed eius cognitionem remiserunt. Præterea illa sententia præiudicat solum illis locis, quorum nomine auocatio est facta. Nec obstat concurrentia iuris dominis inter Vntergericht & Landtgericht / quia ea vere probata non est, & si probata esset, tantum priuilegium præiudicaret. Ex his concludo intentionem Actoris probatam, nec tamen in totum elisam in petitorio potissimum propter priuilegia Frideric. & Maxim. qui nouum ius Abbati in specie tribuunt. Ideoque existimo adhuc manendum: in terminis mere possessorijs, donec plene appareat, quid in reliquis causis Appellationum, maxime quæ circa ius auocationis versantur, sit faciendum. Et quia sententia à qua in mero possessorio est lata, non repugno, quatenus fieri potest propter deductum petitorium in Camera hic, & confirmatur compensatis expensis propter dubium iuris petitorij: eoque casu existimo pronunciari posse in hunc modum, das in voriger Instantz wol gevrtheilet / vbel davon Appellieret / vnnd die Sach auff vorige Richter zu remittiren sey / idque propter emanatam inhibitionem à Camera *per cap. Romana. & c. corde. de Appellat. in 6.* Cum hac tamen Appendice & reseruatione, doch sol gedachtem Abt in seinen habenden Freyheiten in andere Weg vnd Fälle in petitorio vnschädlich vnd vnnachtheilig seyn / Saluo, &c.

D. W. B. Quoad procuratoria & nullitates cum DD. Referent. quoad actionem competit officium iudicis in appellatione ad reformandam sententiam, à qua in priore instantia actum conditione ex noua lege priuilegiorum, cui principaliter nobis insistendum. Licet enim ex nouis causis liceat ius suum deducere in appellatione, conformes tamen articuli debent esse actioni prius intentatæ. Vnde accessoria considero, ea de emptionibus & renunciationibus vber die Herrschafft / B. & G. B. adducta sunt Et hæc duo fundamenta Abbatis tituli nimirum emptionis & renunciationis prius examinabo.

Repeto autem hic ea, quæ in voto meo hac de re dixi in causa fractę pacis inter easdem, vbi concluſi nec per emptiones suas, nec per allegatam renunciationem Abbatem efficere posse, vt pagi, de quibus lis examinatur à superioritate der Landgrafschafft St.

Neque enim generales illæ renunciationes & translationes iurium vniuersali ordinariæ iuris clausulæ derogant, quam Comites habent in dicto districtu, vt patet ex priuilegijs Imper. Neque verba illa, † Gerichtzwang vnnd Bandt / sim- 45
pliciter probata. omnem iurisdictionem important, vt videre licet per notat. à Couarr. *in pr. quæstion. 3. cap. 1. numer. 9. vsque ad fin.* vbi illud æstimat, & circumstantijs, & iudicis arbitrio tandem committit. Wesenbec. tamen *consilio nonagesimo quinto, à numero decimo nono, vsque ad fin.* verbum, † mit den Gerichten / interpretatur de 46
omnimoda iurisdictione, licet in alijs terminis.

Ibi namque ex immemoriali præscriptione variorum actuum meri Imperij, & sic à posteriori declarat verbum, Gericht / positum in den Lehenbrieffen / maxime quia nullus alius in exercitio aliorum actuum iurisdictionis fuerat, quod hic secus.

Manifestum enim est, Comites in dicto districtu ab immemoriali tempore præcipua iura regularia, fiscalia, criminalia & ciuilia quoque suis casibus exercuisse, quæ sunt in causa fractæ pacis, & hoc quoque abunde testibus & documentis probatur.

Vnde vel ab initio non comprehenderunt generales illæ concessiones & renunciationes superiorem iurisdictionem die Landtgericht / vel id quidem certo per contrarios actus immemorialis temporis, tanquam per tacitam renunciationem inde recessum.

Etenim per 30. annos † aut ad summum 47
40. annos contra Ecclesiam præscribitur,

*c. si de terra. & c. accidentibus de priuileg.* Vtrobique Marian. Socin. & Rectores † Ecclesiarum negligendo seu tacendo præiudicant Ecclesiæ, permittendo præscriptionem currere contra Ecclesiam, præsertim quando per factum prælati redditur ad ius commune, & hoc casu à speciali iure exemptionis ad vniuersalem iurisdictionem territorij, & talis prælatus per negligentiam præiudicando Ecclesiæ, tenetur ipse satisfacere Ecclesiæ, secundum *d. c. si de terra. num. 45. lib7.* Adde quod in instrumento emptionis der Herrschafft B. vnnd Dorff B. vidimato per Landtgericht S. sine clausula reseruatoria pro comitibus an jhren Freyheiten Herrligkeiten vnnd Obrigkeiten. Concludo per has renuntiationes & emptiones vel non probatam, vel certe elisam intentionem Abbatis per præscriptionem & contractus actus. Quoad ius triplicis priuilegij, priuilegium Ottonis est impertinens. Continet enim solam fundationem & emptionem Monasterij S. Blasij quoad locum illum & conuentum illius, qui locus situs est extra Landtgrafschafft S. vt patet ex Conclusionschrifft à Comitibus exhibita, numer. 3 & in causa fractæ pacis per inter easdem.

Notorium autem, quod exemptus ratione rei, non dicitur exemptus ratione alterius rei, † *c. cum Capella. D. B. & ibi Marant. Socin. num. 1. & 2. de priuileg.* & est priuilegium personale ad locum. *Socin. ibidem. num. 5. & in consil. 111. num. 1. volum.* 1. Item priuilegium concessum † Monasterio cum capellis non intelligitur ad capellas postea quæsitas. *Socin. consilio centesimo sexagesimo septimo. numer. 1. & 2.* Vbi dicit communem. Item membra † Monasterij empti non gaudent priuilegio exemptionis concesso Monasterio. Est enim odiosum, & restringendum tale priuilegium. *Socin. c. vxore. num. 10. de priuileg.* Item priuilegium † ordini concessum non extenditur ad Colonos eius. *Socin. consil. 297. num. 6. volum. 2.* nec ad bona postea quæsita. Item *consil. 268. num. 4. volum. eodem.*

Concludo in nostris terminis nihil probare priuilegium Ottonis.

De priuilegio Wenceslai idem iudicium. Etenim vix intelligere possum, qua ratione generale priuilegium exemptionis Austriacum Abbati prodesse debeat, quoniam pro statu Imperij vnanimiter in causa fractæ pacis habuimus, multo minus extendi debeat eidem ad Landtgrafschafft S. Nec hic obstat, quod in vidimatione d. priuilegij iudices in S. pronunciarint, Abbati liberum esse in omnib. causis, & apud omnes iudices seculares vel spirituales priuilegio eo vti. Id enim restringendum est ad petitionem Abbatis ibidem. Expresse enim petit declarari à Landtgericht/ ob er sich solcher Freyheit gebrauchen möge an allen orten/ & sic transeo cum hoc priuilegio. De priuilegio Sigismundi, idem maxime pro Abbate videtur facere de Anno 1433 quia expresse eximit die Herrschafft B. quam vno anno ante emerat Abbas. De hac igitur exemptione videndum. 1. An libera facultas fuerit Sigismundo eximendi Herrschafft à districtu der Landtgrafschafft S. 2. An per generalem exemptionem contineatur das Landgericht St. Quod ad 1. facultas in pr. reseruata fuit in priuilegio de Anno 1401. reuocandi das Landtgericht & in priuilegio de anno 1411. facultas reseruata concedendi auocationis vel ius auocandi, sed ab hac facultate expresse receditur in priuilegio Sigismundi Comitibus dato de anno 1420. in quo cassantur & annullantur omnia priuilegia derogantia priuilegijs Comitum, & in specie dem Landtgericht. Si dixisset se annullare priuilegia futura vel præsentia concedenda contra priuilegia Comitis, nil obstitissent in eo casu quia priuilegia Ruperti & eiusdem Sigismundi de ano 1401. & 1415. cum suis clausulis de reuocando priuileg'o & deferendo literis auocatorijs mansissent integra, sicut relatum in suo referente. Iam vero, quia in specie annullat ex plenitudine potestatis sua priuilegia concedenda contra Landtgericht / aperte iudicat se vel reuocare, vel derogare in posterum dicto Landtgericht nullo modo intendere. Cassat enim futura priuilegia in allen jren stücken/ die dem Landtgericht schaden mögen. Sic puto eundem saltem Sigismundum vel non potuisse, vel certe voluisse in posteriori priuilegio Abbati concesso derogare aliquid dem Landtgericht S. vnde consequeretur quoad secundam quæstionem, an per generalem exemptionem der Herrschafft B. von allem Hoffgericht contineatur etiam das Landtgericht S. patet ex præmissis iam modo mentem Imper. non fuisse detrahere aliquid dem Landtgericht zu S. Nec enim exemptio illa der Herrschafft B. specialiter se habet ad Comitis priuilegium seu ad Landtgericht / sed est generale respectu omnium iudiciorum. Generale vero priuilegium † non trahitur ad speciale, quibus diuersa ratio est, vel de quibus non videtur verisimiliter cogitasse princeps, vt hoc propter præcedentem dispositionem de non derogando dem Landtgericht / Imo cassando omnia in contrarium facientia longe alia ratio est, quam aliorum Hoff vnnd Landtgericht. Vnde iura, quæ tractat Felin. *cap. 1. de rescript.* magis pro Comite hoc loco faciunt, stante regula, quam ponit, quod secunda dispositio † contraria primo priuilegio non derogat ei, nisi facta eius mentione.

Et limitatio primæ eius Regulæ ibidem posita, quod speciale secundum deroget primo generali, hic locum non habet, quia non exprimitur das Landtgericht S. in d. priuilegio Sigismundi Abbati concesso, nec est apertum generalibus verbis comprehendi propter præcedentem specialem derogatoriam & cassatiuam in contrarium, contra quam non videtur nuper idem Princeps per generalia hæc verba voluisse

aliquid statuere, & sufficit de iure generale priuilegium exemptionis verificari in multis, sicut hic in alijs Hoff vnnd Landtgerichten. Nec opus est in omnibus speciebus verificari text. *cap. 1. §. nunquid. de priuileg. in 6. Corn. consil. 110. numer. 2. volum. 1.* præsertim in nostro casu, vbi multæ singulares rationes sunt deß Landgerichts S. quæ in alijs forte Hoffgericht vnd Landtgericht non sunt, vt hic singularis sit districtus der Landtgrafschafft S. cum alijs iuribus & subiectionis, & propter dictam clausulam specialem irritantem. Item quia Comes iam tum habebat ius in re, cum Abbas tantum ius generale exemptionis, cuius nec tum postea in vsu fuit. Præterea in facto diligenter notandum, quod Dillendorff tum temporis nondum fuit pertinentia der Herrschbfft B. sicut nec exprimitur in Kauffbrieffen de Anno 1432. nec in priuilegio Sigismundi 1433. Sed longo post tempore Anno 1484. Diethelm von Deneck vendidit illum pagum Diringern von Halweiber/ & eodem Anno Halweiber mit der Herrschafft B. vendidit Abbati, & etiam medio illo tempore, quo Halweiber impetrauit priuilegium exemptionis vber die Herrschafft B. Anno 1442. nondum possidebat DD. sed vt dictum demum
55 Anno 1448. vnde validissime † stringunt iura, quæ volunt, quod extrusio priuilegij de loco ad locum fieri non debeat. *c. commissum. de decim.* vbi notatur, quod res perueniens ad priuilegia, tum non mutat naturam suam. Et quod ad Bonummontem idem dominium cum pago V. ad Abbatem peruenit demum Anno 1480. & sic 47. annis post priuileg. Sigismundi, & eo loco est expressa reseruatio pro superioritate Comitis inn fertigungs Brieffen eodem Anno vom Landtgericht geschehen/ concludo actionem, quatenus se fundat in priuilegio Sigismundi vel etiam Friderici tertij, non esse probatam. Quoad posteriora priuilegia partim sunt confirma-
56 toria † vel innouantia, & ea quæ ante litem data fuere, & nouum ius non tribuunt. *cap. 2. de confirm. Abbas. c. extruere. de priuileg.* Vbi dicit hoc verum, etiamsi fiat ab eo, qui habet ius de nouo concedendi, partim de nouo & specifice quidem eximunt ditionem Abbatis à Landtgericht S. & ea sunt impetrata lite pendente, vnde puto ex vitio subreptionis non valere.

Et licet subreptio ob difficilem probationem doli forte hoc casu probari non possit, ta-
57 men saltem ex defectu intentionis † Principis concedentis, quantumuis litis pendentiæ & rei inter partes de eodem iure iudicatæ mentionem non faciunt, per ea quæ notat Felin. & Abb. *cap. superbus. de rescript.* Vbi ponunt regulam generalem de exprimendis ijs, quæ Principem mouere possent ad concedendum, vel non concedendũ, vel difficilius concedendũ quam declarat ibi Fel. *per 10. alias speciales regulas in 6. & 7. reg. Spec. ibid. prout de exprimenda lite pendentia & re iudicata. R. p. 2. capit. primo, de Rescript. numero decimo octauo, cum seqq.*

De ampliando d. regulam de exprimenda scilicet re iudicata, etiamsi priuilegium veniat consecutiue ad aliud. Adde text *cap. exposita. de arbitris. Abb. cap. 6. numer. 4. facit alium text. cap. multiplici. de decimis.* qui loquitur de transactione. Imprimis vero *c. postulasti. de rescript. verb. deleri non scribimus.* vbi notat vulg. quod tacito eo, † quo ex- 58
presse non ita facile princeps dedisset literas, facit subreptitias. F. Abbas. *consilio centesimo sexagesimo primo, num. 1. not.*

Quod subreptio † vitiat, etiamsi causa sit im- 59
pulsiua, nedũ inductiua *ex d. §. iterum. Abb. c. cæterũ de rescript. nu. 3.* vult, quod facienda sit mentio de 7. notabili clausula prioris rescripti. Quæ autem sit clausula notabilis, relinquitur iudicis arbitrio de subreptione cognoscentis. Ego in nostra causa pendente pondero clausulam irritantem datam Comiti de Anno 420 Et clausulam sententiæ in rem iudicatam transactæ de Anno 1498. ibi, vnnd sollen hinführo &c. & sing. not. *l. fin. Codic. de rescript. Imperat.* qui vult, quod debet fieri mentio de illa clausula, super qua principaliter disputatur, quod est notandum ad infringenda rescripta, vt dicit additio ad Abb. *in d. c. cæterum.*

Vnde non est opus, vt hic disputemus de potentia Imperatoris, an de nouo possit adimere, &c. Cum hic obstet defectus intentionis Principis, qui non videtur præsentiam, res vel alio modo compositas velle suscitare, *d. c. exposita. & d. cap. ex multiplici. de decimis.* & cum Abbas noster à limine iudicij repellendus veniat, quia tale rescriptum meruit contra rem iudicatam vel sententiam adiudicatam, quam prouocatio nulla suspendit. *text. l vltim. C. sent. rescis. non poss.* Non video, quomodo defendi possit clausula reseruatoria super petitorio Abbatis. Adde Ægid. Bellamer. *decis. 749.* Vbi decidit, quod eo casu, quo impetratio lite † pendente facta tollit ius al- 60
terius, non valet, sicut contra quotics alteri parti nihil præiudicatur, nec in petitorio, nec in possessorio non nocet tacuisse litis pendentiam, quam decisionem laudat & sequitur Felin. *cap. 1. coll. 11. de rescript.* Imo etiam gratia præiudicialis † lite 61
pendente impetrata non operatur, etiam si contra quem tum habeat ius, si modo fiat præiudicium in sola possessione. *Bellam. d. decis. 88. & decis. 220. numer. 13. cum seqq.* An vero litis pendentiam † saluet hæc clausula, (*ex motu proprio*) dis- 62
putat Gabriel. *lib. 2. commun. conclus. titul. 4. de iudic. numer. 9.* pro illis, qui dicunt clausulam *proprio motu* non saluare tacitam litis pendentiam. Facit ratio, quod proprius motus solum excludit subreptionem, non autem gratiam contra intentionem concedentis. *Abb. cap. nonnulli. de rescript. numero decimo.* Non obstant, quæ 63
communiter disputant, † vtrum priuilegium

lite

lite pendente valeat, lite finita vel in futurum, quod præter alios Abbas late tractat *c. fin. vt lit. pendent.*

Vbi licet teneat priuilegium valere lite finita: tamen hoc ipsum restringit, si pro impetrante feratur sententia, vel si absolueretur ab instantia, & inchoaretur nouum iudicium, in quibus casibus etiam expresse loquitur Innocent. *dict. cap. fin.*

64 Quod si contra impetrantem fertur † sententia, hunc casum difficilem Abbas dicit: distinguit tamen *num. 10.* vtrum sententia pro altera parte ferenda fundatur in iure communi, an vero in iure speciali partis. Sic de iure communi sententia est ferenda pro altera parte, contra quam interpretatum fuit priuilegium, ibi ad futuram litem vel lite finita valet priuilegium, etiamsi non fiat mentio iuris communis. Quod si ex speciali iure, vt puta possessionis, tamen non præiudicat priuilegium lite pendente impetratum, etiam lite finita, nisi expressa eius foret mentio. Qualis autem mentio in nouissimo priuilegio fiat de iure Comitis, patet, dum dicitur eum turbasse Abbatem qui sane non simplicem, sed dolosam subreptionem importat, quod is narrat de facto turbasse, qui antiquioribus priuilegijs, præscriptione immemoriali, pluribus rebus iudicatis, & contra auocationem Abbatis. Item expressa confessione Abbatis in processu de anno 1498. fundatus in notorio districtu suo, vbi non simpliciter iurisdictionis exercitium, sed alia summa iura habet, se in sua defendit possessione. Concludo cum Refer. simpliciter, ita vt non sit facienda mentio clausulæ reseruatoriæ, cum nullum inter Dd. reperiam, qui hoc casu in priuilegio lite pendente ex impetrato expresse reseruandum dicat: sed simpliciter docent, litem pendentem ita decidendam, quasi non visis nouis priuilegijs. *Felin. d. c. fin. de Rescript. in princip. Abb. d. cap. fin. in princip.* De expensis tamen non multum contendo, quin compensentur propter hanc intricatam priuilegiorum quæstionem. Tandem 23. Septembris condemnauit Abbatem in expensas.

D. H. L. Quoad procuratoria & nullitates cum D. Refer. Quoad actiones vtriusque instantiæ cum D. W. B. conditio ex noua lege ab Abbate intentata, videtur probata per priuilegium Sigismundi Imper. de Anno 1433. Verum quia pro sua defensione Rei etiam allegant eiusdem Imperatoris priuilegium de Anno 1430. ita vt sit aliqualis concursus priuilegiorum, si penitus examinaretur mens Imperatoris, quæ hic maxime consideranda est, puto rectius & verius posse dici Abbatem per priuilegium suum nil probare, & sic eius intentionem non probatam, vt patebit ex tenore priuilegiorum, & clausulis ijsdem insertis. Nam Abbatis priuilegium nullam facit specificam mentionem exemptionis Abbatis Landgerichts S. Vicissim vero Comitum priuilegium de Anno 1420 expresse disponit, annullat, cassat & irritat omnia priuilegia, die dem Landtgericht Schaden bringen möchten/ etc. Et quidem quod ad clausulas attinet, habent fere ambo priuilegia clausulas easdem illas generales, *ex certa scientia decreti, ex plena potestate*: in eo tamen prægnantissimam habet clausulam Comitis priuilegium, quod debet illi & hæredibus ob bene merita concessa, quod diligenter considerandum puto. Quia ex hac sola clausula de voluntate, intentione & potestate Imperatoris arguere licet. Nam hinc fit, vt † tale priuilegium in vim con- 65
tractus abeat. *Bald. l. qui se patru. versi. ex hoc scias. Cod. vnde l. beri.* pro quo etiam text. *l. Titius. ff. de obseq. libert.*

Vnde efficitur irreuocabilis, quia † princeps 66
in contractibus vtitur iure communi. *Bald. l ex imperfecto. Codic. de testamen.* & efficaciter obligatur, *c. 1. & ibi Abb. de probat. Cyn. l. digna vox. versic. vltimo scias C. de legib.*

In tantum etiam quod de plenitudine potestatis non possit contrauenire. *Castr. d. l. digna vox.* Nec suffragatur respondere hæc procedere, quando Princeps vere † contraxisset: Secus quan- 67
do subdito aliquod priuilegium concessisset, quia illud potest reuocari. *Gabriel. de iur. quæs. non toll. concluf. 7.*

Et quod priuilegium † etiam remuneratorium possit reuocari ex causa. *Gabriel. d. loco num. 2.* 68
Et quod in Principe † præsumatur iustitia cau- 69
sæ, cum sola eius voluntas habeatur pro causa. *gloss. l. relegati. in fin.* in tantum quod non admittatur probatio in contrarium. *Cyn. l. rescripta. & l. fin. C. si contra ius.* Nam respondetur hoc procedere, vbi princeps aliquid statuisset generaliter vel particulariter motu proprio, secus vbi ad alterius postulationem, quia tunc præsumitur magis ad importunitatem concessisse, quam ex aliqua iusta causa. *l. 1. C. de petit. bon. Publ. lib. 10. Iason. l. si testamentum. C. de testamen.* Et patet ex tenore priuilegiorum ad postulationem Abbatis esse concessum. Posset etiam responderi supradicta procedere, quando Princeps rescribit contra ea, quæ sunt iuris ciuilis, secus si contra ea, quæ sunt iuris gentium, contra quæ non potest libere actum facere & ideo requiritur eo casu quod iam causam exprimat, & quod sit iusta. Ita tenet Iaf. *d. l. si testamentum.*

Et ideo si Princeps obligatus est ex contractu, & sic de iure gentium, & rescribit contra talem contractum, non præsumeretur iusta causa, si in eo non esset expressa, alias facile posset infringere omnem contractum cum eo initum, contra text. *c. 1. de probat. Panorm. in c. quæ in Ecclesia, de constit.* Et sic cum priuilegium Comitum ob bene merita concessum transiuerit in contractum, dicitur ipsis ius quæsitum de iure gentium. *Canon. in c. nouit. de iud.* Quamuis etiam dici possit priuilegium subdito concessum, transire in contractum, per Gabriel. *d. loco numer. 11.* Comi-

tes

tes enim non sunt, vel proprie dici non possunt subditi Imperatoris, cum sint Comites Imperij. Neque sane mens Imperatoris fuisse præsumitur, voluisse præiudicare Comitibus per hoc priuilegium.

70 Quandoquidem omnia priuilegia † rescripta Papæ & Imperatoris intelliganturſine præiudicio iuris cuiuscunque *l. nec auus. C. de emancip. liber. l. cum filius fam. de testam. milit. l. ex facto. vbi Bald.*

71 *de vulg. & pup.* Prærerea verba posita † in rescripto Imperatoris, debent esse conformia æquitati & iuri, licet verba ista non patiantur. *gloss. in c. paratus, verſic. si verbum. 23. quæst. 1. Iaſ. d. l. ex facto.* Iam vero æquitas non patitur, vt per contrarium priuilegium generale auferatur alij ius suum quæsitum, & sua possessione vel quasi spolietur, quod nec Imper. voluisse vel potuisse in præiudicium imperij, weil es ein frey Landtgericht deß Reichs ist. Verisimile est, & Comes sit etiam inuestitus ab Imper. omnibus. Vnde non præsumitur Imperator feudum Comiti voluisse diminuere, quia hoc non potest sine causa, cum in feudo sit contractus formatus inter Principem & Vasallum. Ex his concludo per hæc & à D. R. & W. B. allegata, per posterius priuilegium Imperatoris nullo modo voluisse nec potuisse præiudicare primo, & quomodo merito Comes sit præferendus.

Reliqua priuilegia Ottonis & Wenceslai non attendo, & ita concludo actorem nihil probasse, ideoque Reum absoluendum. Clausulam reseruatoriam non annecto.

Nam licet confirmationes priuilegiorum Ferdinandi & Maximiliani habent clausulam, quo exprimitur Abbas & eius subditi tantum,

72 quia † rescripta illa impetrata sunt lite pendente, de quo Felin. *c. super literis. de rescrip. numer. 9. & ibi gloss. verb. literas dedissent.* Nec etiam rei iudicatæ facta sit mentio. *argumen. c. inter dilectas. de fide instrument.*

Cum itaque in his posterioribus confirmationibus neque litis pendentiæ, neque rei iudicatæ fiat mentio, sicut fieri debebat, non caret suspicione illa per subreptionem impetrata. Iam

73 cum subreptio dolum † præsumat, absurdum esset, quod ille impetrans ex dolo suo commodum sentiret. *l. ne ex dolo.* Concludo itaque Abbatem similem fuisse infirmo, qui chirurgo vulnus tegere voluit, & ob id mortuus est. Debuisset enim Imperator omnia vulnera detegere, & omnia obstantia impetrationi, ita quod apparet de voluntate Imperatoris eum intellexisse rem omnem

74 clare & specifice: alias enim rescribens † non intelligitur dispensasse, sicut Medicus non prouidet infirmitati, quam tuetur, ita arguit Bald. *in consilio vicesimo quarto, longum thema. lib. 3.* eumque à d. limine iudicij non modo repellendum, sed etiam nihil illi reseruandum cum expensis. Salvo, &c.

D. D. H. Quod ad deuolutionem, censeo cum D. Referent. causam non desertam, sed deuolutam.

Primum dici potest intentionem Abbatis ex priuilegio Sigismundi generaliter: ex nouissimis autem & specialiter videri probatam propter intricatas Dd. disputationes, quatenus priuilegia etiam lite pendente impetrata ad decisionem eiusdem sint trahenda. Gabriel. late *lib. 2. conclus. 4. de iudic.* maxime in materia † iurisdictionali, in 75 qua Imperator omnem potestatem conferendi habet. Felin. *capit. nouit ille. numer. 8. & 9. De iudic.*

De Elisione videndum, an satisfactum interlocutoriæ Camerali Anno 62. 21. Augusti. Et quoad pagos D. D. & V. abunde satisfactum puto, ita vt per priuilegia Sigismundi intentio Abbatis reuera probata non sit, vel quatenus ex generalissimis verbis pro probata habebitur, elisa per factum & iura à Dominis R R. W. B. adducta de non extendendis priuilegijs ad postea quæsita.

Et hactenus etiam habemus consentientes Antecessores nostros, autores sententiæ de Anno 62. quos tamen mirum est vllam fecisse mentionem priuilegij Sigismundi, cum illud, vt ex actis patet nullum sortitum fuerit effectum contra Comitis Landtgericht / imo ne sortiri quidem potuit de iure propter secundum Comitis priuilegium à Sigismundo datum, quod esset speciale Landtgericht / Abbatis vero generale, quod etiam in actum deductum est cõtra iudicium Rotvveilense & Steckhan & Rellenberg / sed probatoria omnia dictam interlocutoriam subsecuta sunt, vt ex protocollo patet.

Nouissima priuilegia Caroli Quinti Ferdinandi, Maximiliani ab Anno 23. & deinceps appellatione hic pendente obtenta & Anno 68. iudicialiter producta, restant executienda. Et quoad d d. priuilegiorum clausulas &c. reuoco vota dominorum ante me, & cum ijsdem concludo, eos non esse tanti ponderis, vt priuilegia ista ad præsentis causæ decisiones trahi possint, vel etiam formulæ sententiæ per modum annecti.

Iuris concessionem alteri præiudicialem lite † pendente obtentam nihil operari, etiamsi mo- 76
tu proprio testatur. Gabriel. *d. conclus. 4. amplia. 5. num. 20.* Et licet hoc casu plures contrarium sentire videantur, tamen eorum opinionem ad rem præsentem, quam ex professo tractant, restringendam puto. Gloss. Bald. Angel. Castrens. hoc tractant *ad d. l. si quis, & l. seq. Si quis cautionem.* Quæ loquitur de priuilegio fori seu rescripto, lite pendente impetrato, vel vltro & motu proprio oblato. Et *Bar. l. 1. num. 3. de pœn.* fraudem omnium excludit, & loquitur de tracto cleri tantum lite pendente à superiore. Roland. super veritate illius opinionis de nen resolu. *consil. 327. numer. 11.*

solus

solus Brun. *consil. 21.* communem quidem dicit, sed admodum dilute. Omnes autem se fundant *in d.l.si quis.* Vnde secundum eandem sunt intel-
77 ligendi. Inter rescripta autem iustitiæ & † priuilegia gratiæ multum interest, facilius illa quam ista conceduntur & adimuntur. *Menoch. de arbitr. lib. 2.centur.3. cas.201. & 202.* Dato autem secundam opinionem intelligendam de omnibus priuilegijs generaliter, tametsi habeant clausulam motus proprij & æquipollentes Abbatem iuuare non possunt, quod ijsdem etiam Comes sit adstrictus, ita vt remota suspicione subreptionis, non temere præsumendum vel statuendum sit, Imperator per generales illas clausulas speciali Comitis priuilegio super Landtgericht ob seruitia & benemerita, & narratiue concesso vsu & possessione longissima rebus etiam iudicatis & inuestituris feudalibus ita roborato & firmato, vt cessante omni priuilegio & alio titulo, sola præscriptio & res iudicata per se sola Comiti non tãtum contra Abbatem, sed etiam contra Imperatorem ipsum sufficere videantur. De Imperatore tamen non disputo. Deficit enim Abbas in probatione voluntatis, nec ea ex generalibus clausulis elici potest. Nulla facta mentio specialis priuilegij antiquioris ijsdem clausulis vallati, facta litis pendentia suppressum ius tertio irreuocabiliter acquisitum, propter transitionem in contractum, propter decursam immemorialem præscriptionem nullatenus interruptam, sed magis confirmatam per res iudicatas & absurdas appellationes, quæ tamen omnia & singula narranda fuissent ad euitandam obreptionem, quibus addo Menoch. latissime *d.casu 201.num.27. & seq.* vbi allegat Felin. *c. super his num. 2.* Tertij generis qualitates moueri potuissent hæ, agi de diminutione iurium Imperij, non narratum scilicet esse litem pendere, non de simplici aliqua iurisdictione, nudo & mero priuilegio fundata, sed de iurisdictione, quæ cum Imperio sit connexa, quæ omnia postea Comiti in feudum assignata sunt, ita ab immemoriali tempore hucusque quiete possedit & vsurpauit, vel in actum deduxit contra Abbatis subditos etiam ad instantiam officialium eiusdem, quod ignorare non potuit Abb. propter actuum frequentiam & notorietatem litis sumptus proculdubio subministrante ipso Abbate, quæ scientiam & notitiam arguunt. *Capit. decis. 76.num.11.* Et hæc omnia sint in substantiam ipsam Comitis, titulum scilicet & possessionem concernant, & cum qualitatibus primi generis concurrant, multum sane mouissent Imperat. si fuissent expressa. Me sane arbitrari cogunt priuilegia nouissima ob reticentiam horum multifariam esse subreptitia. In priuilegijs seu rescriptis beneficialibus secundum quosdam paucorum mensium, secundum Felin. & alios vnius anni possessionis facienda mentio est omnino: hic fere sequiseculum omissum est. Insuper non exprimenda & narranda, non tantum suppressa & tacita sunt, sed insuper etiam suggesta falsitas in eo, quod narrauit Abbas se turbari, cum, vt supra dictum est, nunquam possederit, vel ius aliquod ad rem, etsi habuisset, dudum amiserit, & impertinenter decideretur per illa verba: *expresse factam esse mentionem iurium Comitis*, cum per contumeliam ad diffamationem Comitis iustæque ipsius possessionis sugillationem narrata sunt, nec magis Comiti nocere possunt vel debent, quam clausula rescriptis gratiarum vel beneficiorum inseri solita, remoto quolibet iniusto detentore. *Menoch. d. loco. vbi supra.* Et tamen hoc ipsum si non pro finali, saltem pro impulsiua causa concessionis in nouissimis priuilegijs exprimitur. Subreptio autem commissa in causa finali omnino vitiat. De impulsiua quidam † du- 78
bitant, sed magis recepta opinio est vitiare, quam communem testatur Couar. *lib.1. var. resolut. c.vlt. in princip. Menoch. vbi supra num.15.* Vterque autem arbitrio iudicis relinquit, ego pro finali habeo, cum nulla alia exprimatur, vt & finalis forte non sit, tamen propter circumstantias supradictas & mere impulsiuam vitiare arbitror. Accedit quod non simpliciter versamur hic in generali edicto, ne lite pendente, sed in magis simplici, nec appellatione pendente.

Et quamuis propter interpositam appellationem parum inter hæc interesse videatur, vt per Bellam. mihi *decis. 748. in princip.* tamen, vt supra dixi, de iure communi deserta esset appellatio. Et omnis supplicatio tanquam lite finita in totum prohibita, idque sub infamiæ comminatione *d.l.fin. Cod. vt pendent. lit. & ibi Dd.* Et vt deserta non sit, de quatuor tantum concessum concernentibus supplicare liceret, de quibus Dd. ibid. præsertim Bald. & Vital. in clausula; *Nihil innouari lite pendente.*

Posito enim ex constitutione huius iudicij definitiuam esse, & per appellationem legitimam litem in Camera pendere. Attamen putarem sup-
79 plicationes vltra † vel post biennium à iure concessum oblatas, & rescripta ad easdem impetrata non attendenda, *per auth. quæ supplicatio. C. de prec. Imp. offer. l.1. C. vt lit. pend.* Et ponderandum puto, cum istud in rescriptis ad lites tam seuere sit prohibitum, indubitatum esse debere, Abbatem nostrum toto triennio post introductam appellationem & noua priuilegia super meritis causæ cũ ijsdem subreptitijs nullatenus esse audiendum, prout in Auth. *in medio litis, & c. Vitalis num.4.* Nec iuuare poterit Abbatem d. Auth. in consistorio Principis locum habere. Respondeo dupliciter. Primo propter multitudinem earum iure singulari hoc statutum, vt absque damno & morte lis pendens maneat intacta. *Auth. sed & ius. C. de temp. app.* ad reliqua omnia ius commune saluum maneat, ne plura singularia cumulẽtur sine expresso textu.

Secundum extra fatale supplicantium esse super meritis causæ, quod non licet, vt dictum est.

Non

Non releuat etiam Abbatem, nos versari in materia iurisdictionali, vbi Imperator plenissime habet potestatem. Hoc enim distincte verum est, vt videri poterit apud Deci. *in l. nouis de iudic.* Non enim amplius versamur in terminis 1. & 2. priuilegij Comitis, sed 3. de anno 1430. per quod anteriora in vim contractus transierunt propter specialem remunerationem corroboratam inuestiris feudorum, longa præscriptione & re iudicata. Et licet de voluntate derogandi constaret, potestatis quæstio supereßet tractanda, prout in simili factum in causa Hatgaw contra Hanaw pro negatiua sententiatum. Concludo per supra dictos text. maxime per allegatam Doctrinam Panormitan. *in c. fin. vt lit. pend. Bellamer. d. decis. 748. num. 76.* quibus addi poterit Paris. *consil. 30. per tot. lib. 4.* Concludo itaque sententiam à qua confirmandam, & Abbatem condemnandum in expensas, vt qui intentionem suam non probarit: Equidem, quoad loca controuersa huius litis, & vbi generaliter probauit per priuilegij verba Sigismundi, in cuius tamen possessionem nunquam venit sufficientissimè. Ita elisa est, vt nihil iuris eũ vnquam habuisse, sed inutilibus expensis Comitis appellatione pene friuola diuexasse constet. Nouissima vero priuilegia communi etiam omnium sententia ad hanc litem nullatenus trahenda sunt; & iniquum foret propter illa Abbatem excusare ab expensis & Comiti auferre ius antea plenissime irreuocabiliter quæsitum. *Capit. d. decis. numer. 18. & 19.* Supereßt de reseruationis appendice, & puto illam omittendam secundum communem opnionem relatam per Abbatem *d. c. fin. vt lit. pend. num. 21. in fin.* nec sumus in casu limitato. *Abb. Panorm.* Imo etiam ille in perpetuum facit cessare priuilegia nouissima, cum in illis nulla sit facta mentio iuris Comitis, quod Panorm. licet solus requirere videtur. Denique loqui videtur ille de casu vel iure ordinario, communi vel generali alicui competenti: nos de speciali iure Comitis per priuilegium tractamus. quo casu etiam ipse Panorm. putat priuilegium in futurum non valere. Cassanda tamen & reuocanda dicta priuilegia nouissima, tanquam attentata non arbitror, tum quod ipso iure cassa, nulla, irrita † sint ob vitium subreptionis. *Menoch. d. loco.* tum etiam quod Imp. proprie non † dicitur attentare *Bell. d. decis. 745. in fin.* Saluo.

D.N.G. Ratione deuolutionis & actionis sentio cum DD. ante me videlicet si appellationem inspiciamus actum officio Iudicis in hoc nostro officio *ex l. 12. de appellat.* nimirum vt reformetur sententia in melius. Si vero priorem instantiam consideremus, quin condictio ex noua lege priuilegij locum habeat, puto controuersia carere. Placet etiam sentẽtiam à qua confirmandam esse ex rationibus ante à me allegatis. Verum an priuilegium Abbatis per ea, quæ ab appellatis allegata, & in notis dominorum deducta sunt, quoad præteritos actus amissum & futuros in totum sublatum sit, principaliter in controuersiam venit. Certum autem est priuilegia † amitti per actus contrarios. *Hier. Gratus resp. 61. num. 45. vol. 1.* quod tamẽ ita temperarit, vt procedat in factis præteritis, non autem futuris, quibus nõ ita facile præiudicatur, cum effectus priuilegij recipiat reiterationem actuum futurorum, & sic priuilegio, vt in totum aboleatur, non nisi 40. annorum spacio præscribitur. Iam etsi ex actis nostris, maxime ex dictis testium euincatur contrarios quosdam actus per Comitem in locis controuersis celebratos, in quibus Abbas iure suo vel vocandi priuilegio vsus non sit, tamen ex ijs, quę quidem in hanc præsentem relationem venerunt, non puto tam ab omni parte absolute verũ esse, vt Abbatis priuilegio 40. annis præscriptum non sit. Nam vt nihil dicam de Ottonis & Wenceslai priuilegijs, quę & apud me non multum ponderis habent, tamen ad calculum reuocantur, quæ subsecuta sunt Sigismundi, Friderici III. Caroli V. Maximiliani I. Ferdinandi & Maximiliani II. quæ continuatum habent tempus, sane ex horum tenore & insinuatione eorundem mihi satis liquere existimo, præscriptionem allegatam contra Abbatis ista priuilegia, nondum plenissime probatam vel euictam esse. Neque etiam dici potest, hæc priuilegia nihil noui, sed priorum confirmationes tantum continere, quia aperto in priuilegio Ferdinandi dicitur scilicet confirmiert / beſtättiget vnd von newen verſtehen. Proinde etsi concedendum esset, tamen hoc locum non haberet in subseq priuilegijs Friderici III Maximiliani I. Caroli V. Ferdinandi & Maximiliani II. vt scilicet possint dici omissa per præscriptionem requisiti temporis, cum nondum ab eorum concessione 4. anni cõtinui efluxerint, maxime cum hæc priuilegia 27. Octobris Ann. 59. in Camera (saluo tamen iure tertij) confirmata sint per sententiam & decreti interpositionem. Quia itaque non est lis nostra principalis, eius valoris & effectus sint vel esse debeant hæc noua priuilegia. Sed an bene vel male iudicatum in huius quæstionis terminis tantisper manendum, donec Comes noua aliqua ratione & processu nouiter obtenta priuilegia oppugnet, præsertim cum ex actis videar mihi colligere desuper nullam actionem institutam; sic puto extra petita non esse nobis progrediendum. Arbitror autem parum nouis priuilegijs nocere, quod lite pendente, & sic sub & obreptitie videantur impetrata. Primo, quia constat aperte ex priuilegio Ferdinandi Abbatem in effectu huius litis & cõtrouersiæ mentionem facere. Secundo, & si verũ est lite pendente dicta priuilegia impetrata, tamen ex eo non infertur, necessaria iuris ratione ad ea, quæ extra litem sunt, & ex futuro tempore pendent, dicta priuilegia extendi neque posse neque debere, quod certe ego tam absolute verum esse non dixerim, vti neque Comes adhuc probauit. Quæ cum ita sint in terminis litis nostræ, & in petitionibus partium præcise manendo, pro-

nunciabo bene iudicatum, male appellatum sine appendice reseruationis. Quia ipsimet iudices à quibus priuilegij ius reseruarunt Abbati, à quo grauamine cum Comes non appellarit, neque communi appellationis beneficio vsus sit, dicta sententia merito in vigore manere debet suo: nimirum & Abbati ratione futurorum actuum priuilegium suum adhuc esse illesum, & integrum esse debeat, donec in iudicio cõtradictorio aliud iudicetur, Compensatis expẽsis, quia Abbas tales, quales causas litigandi habuit. Saluo.

D. A. Deuolutam hanc causam esse cum Dd. ante me auditis, similiter & de intentione Actoris vtriusque instantiæ sentio. An probauit Actor suam intentionem, etsi non plenissimè, tamen aliquo modo eam priuilegijs Sigismundi scilicet & Caroli V. præcipuè Ferdinandi probasse videtur, de quo RR. Verum an elisa sit illa Actoris intentio per rei exceptiones, præcipuus scopus? & eam elisam sentio. Nam priuilegium Sigismundi Abbatem nihil iuuat, quia id generale & respectu omnium iudiciorum, nec specialiter ad exemptionem vel auocationem deß Landtsgericht S. datum est, vnde etiam in specie eidem Landgericht non præiudicatur.

Præterea hinc Abbatis priuilegium derogatur per priuilegium eiusdẽ Sigism. An. 1415. Comitibus in specie super Landtgericht zu S. concessum, quia prius datum & antiquius est secundum communem Dd. opinionem, qua concluditur, quod
83 primũ † priuilegium, beneficium seu gratia prima posteriori præualeat per tex. sing. *l. prædia. C. de locat. præd. ciuil. & fisc. lib. 11.* Quia is, qui causam à Principe habet, quod à nemine molestetur, sed tutus sit perpetuo *l. omnes. l. bene à Zenone. C. de quadrien præscript.* Nec obstat, etsi posterius proprio motu datum sit, *vt per d. l. prædia Alexand. consil. 3. num. 7. Dec. consil. 79. num. 7. Curt. Iun. in consil. 143.*
84 *per tot.* Quia in Principe † tanquam in fonte iustitiæ constans voluntas esse debet. *Rom. consil. 298. num. 3.* Imo etiam quod magis est per alterum priuilegium à Sigismundo ab eodem anno 1420. ob bene merita & seruitia ex certa scientia, proprio motu & ex plenitudine potestatis concessum annullatur derogatur & cassatur, quicquid in posterum dem Landtgericht Schaden bringen möchte. Vnde indubitanter concludẽdum Imperatorem Sigismundum Comitibus posteriori priuilegio Abbati concesso præiudicare noluisse. Allegatum Ottonis priuilegiũ ad eã causam plane nihil facit. Similiter & Wenceslai non attendendum. Quia in causa fractæ pacis Abbatem pro statu Imperij habuimus, prout etiam nunc habendus, donec contrarium in Camera per sententiam exemptionis decernatur. Sed Caroli V. & Ferdinandi confirmatio & priuilegium nouum, in quo deß Abts Vnterhanen vor dem Landgericht in specie eximirt / quod ex certa scientia & plenitudine potestatis cum clausula derogatoria & annullatoria Comitum priuilegia concessum est, maximum robur ad fundandum intentionem Abbatis habere videtur, de quo DD. RR. Sed respõdeo hic voluntatem & scientiam Imperatoris magis, quam potestatem respiciendam & considerandam, quia nonnunquam male instruitur & informatur Princeps, & nunquam præsumitur Principi aliquid placere, nisi † quod iustum & ve- 85
rum sit. Et dicit Bald. *in c. 1. num. 1. De constit. Princip.* quod Princeps omnes suos actus regulari vult à iustitia poli & fori. *Ias. ibid. num. 3.* Dictos autem Imp. in impetrandis hisce priuilegijs malè instructos & falsò informatos ex narratis dictorum priuilegiorum constat, tam ex dictis testium, quam exhibitis documentis, scilicet rotulis iudicialibus & Vrtheilbrieff / manifeste falsum est. Proinde dicendum Principes importunitate & ex falsis † nar- 86
ratis supplicantis circumuentos esse *gloss. l. relegati. ff. de pœnis. gloss. & Dd. l. rescripta. C. de precib. imp. offer. c. fin. de rescript. num. 6.* Præterea iuris est, quod Principis intentio talis esse videatur, ne tollat alteri ius quæsitum, quia rescripta eius cum † iusti- 87
tia & saluo iure tertij intelligenda sunt, ne ius tertij lædant. *l. ex facto. De vulg. & Pupil. Dec. consil. 287. num. 4.* Facit, quod rescriptum contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, † non valeat. 88
*l. fin. C. sent. rescindi non posse c. exposita. de arbitr.* Adeo vt clausula non obstante tali sententia non valeat. *Decian. consil. 198. num. 4. & 7.* Vnde etiam allegatis iuris fundamentis concludendum, si Imper. instructi & informati fuissent, quod Comites non solum à Sigismundo antecessore, qui eandem potestatem in imperio habuit cum clausula annullatoria cassatoria & derogatoria quicquid in posterum dem Landtgericht / &c. & alijs eorum priuilegijs schaden möchte / priuilegiati fuissent, eosque in possessione & exercitio suorum priuilegiorum, & præcipue deß Landtgerichts vltra 100. annos erga Abbatis Vnterthanen in districtu der Landtgrafschafft fuisse. Verum etiam pro se habere rem iudicatam non semel, sed sæpius iteratam etiam in cõtradictorio iudicio (vnde plenissimum ius quæsitum habet) in supradicto Landtgericht ab imperio feudum esse sine dubio importunum supplicantem remouisset. Quia
Imperator priuilegia † non concludit, nisi qua- 89
tenus preces veritate nitantur, & licet clausula illa non expressa sit, tamen tacite intelligitur *c. sedes. c. si quando de rescript. l. et si leges. C. si cont. ius vel vtil. pub.* Et ipse Imperator promissa † non aliter 90
præstare vult quam si iusta sunt. *l. fin. C. si cont. iur.* Taceo, quod huius litis pendentiæ Imperatori in impetratione cælatæ fuerint, quod cũ à dominis late deductũ sit, ad hoc me remitto. Concludo, cũ priuilegia Abbatis per sub & obreptionẽ obtenta sunt, merito Comiti præiudicare non posse & ipsum Comitẽ apud ius suũ tuendũ, & proinde sententiã priorem confirmandam. Abbatem in expẽsas condemno, propter quid confiteatur in causa 8. & 9. appellationis priuilegio Caroli V. in causa primæ appellationis sibi nihil præiudicasse posse. Saluo.

Sen-

91 Sententia primæ appellationis: † Jn Sachen Herrn Abts vnnd Conuents zu S. Blasien Appellanten eins/wider weylandt Herrn Hansen Joachim vnnd Eytel Friederich / jetzo Herrn Heinrich Graffen zu L. Appellaten anderstheils/ist allem fürbringen nach zu Recht erkannt/daß Richter voriger Jnstantz wol gevrtheilt / vbel daruon appelliert/gedachte Appellanten in die Gerichtskosten derwegen an diesem Keyserlichen Cammergericht auffgelauffen/jhme dem Appellanten nach rechtlicher Ermässigung zuentrichten vnnd zu bezahlen fällig ertheylendt/ꝛc.

## *VOTVM IV.*

## In causa Fiscalis, *Contra* Abbatem deß N. Klosters & quendam Ducem N.

*De priuilegio matriculæ fisci, & Cameræ alimentorum.*

### SVMMARIA.

1 *Iudex potissima est pars, basis & fundamentum, dux & Imperator iudicij.*
2 *Dux, vt Princeps Imperij habet* Außträg.
3 *Continentia causæ diuidi non debet.*
4 *Actor non sequitur forum rei.*
5 *Fiscus non sequitur forum rei.*
6 *Testes præsente parte aduersa produci debent, vt iurent.*
7 *Testes habiles inhabilium defectum supplent.*
8 *Vtile interdictum vti possidetis cui detur.*
9 *Solutionis tributi, collectæ vel iurium nomine recte agit Fiscus vel officialis imperij actione in factum aduersus non soluentem, nisi in soluendo, ea præstet, quæ præstanda, pacisue.*
10 *Expulso à possessione iuris incorporalis officium iudicis vel condictio ex Canone vel lege datur.*
11 *Quæ actio competat pro iure vectigali, & alijs iuribus denegatis.*
12 *Interdictum vti possidetis tunc cessat, si quis negauerit, plane deberi collectas, & habet locum vnde vi, vel actio confessoria.*
13 *Prælati habent confessoriam vtilem, cum non sint domini, nisi nomine Ecclesiæ eam intendant.*
14 *Matricula habet pro se præsumptionem & probat.*
15 *Præsumptio matriculæ tanti est roboris, quod qui eam habet pro se, releuetur ab onere probandi.*
16 *Contra præsumptionem matriculæ non admittitur aliqua consuetudo siue præsumptio, nisi sit inducta à tanto tempore, cuius initij memoria non extat.*
17 *Libris collectariorum publica auctoritate electorum creditur.*
18 *Idem est de libris gabellariorum.*
19 *Libri exactorum tributorum probant.*
20 *Registra, si bene sunt custodita, & inueniantur in archiuis authenticarum personarum, fidem faciunt.*
21 *Scripturæ priuatæ non creditur.*
22 *Diuturnitas temporis facit actum solenniter celebratum.*
23 *Scriptura, si sumpta sit ex archiuo publico, subsignata à custode archiui, plenam facit fidem.*
24 *Scriptura deputata ad locum publicum, plene probat.*
25 *Registris Fiscalis fides adhiberi debet, nec opus est ad omnes causas, vt repetat, tametsi nullæ rationes in Protocollo assriptæ reperiantur.*
26 *Quod communiter prodest, omnibus præfertur commodis priuatorum.*
27 *Instrumentis & monumentis publicis plus creditur, quam testibus, in antiquo facto.*
28 *Præscriptio non currit contra publicas functiones.*
29 *Præscriptio non currit contra vtilitatem publicam.*
30 *Functiones publicæ nõ præscribuntur, nisi mediante titulo à fisco concesso.*
31 *Præscriptio de iure communi in collectis & tributis non currit.*
32 *Dominium rei patrimonialis præscribitur, non tamen solutio Canonis, vel tributi.*
33 *Præscriptio per extraiudicialem quæstoris imperij interpellationem, & per multiplices Fiscalis citationes & iudicarios processus interrumpitur.*
34 *Consuetudo collectandi contra imperium introducta non valet.*
35 *Priuilegium contra publicas functiones non valet.*
36 *Collectas soluere tenetur etiam is, qui habet priuilegium à Principe.*
37 *Seruitia & onera à potẽtiorib. imposita præsumuntur vi extorta.*
38 *Possessio vi, clam vel precario obtenta non prodest.*
39 *Solutio onerum coacta immunitatem non tollit.*
40 *Cursu longissimi temporis vitium rei mala fide & vi possessæ purgatur.*
41 *Ab inscriptione matriculæ grauatus statim appellare debet.*
42 *Sciens se scriptũ vel aliter vocatum ad munera soluenda, ad quæ non tenetur, debet appellare intra decem dies.*
43 *Interpellatus præstare quid, quod non debet, protestari debet.*
44 *Taciturnitas in præiudicialibus pro consensu habetur.*
45 *Intentionem fundatam habere dicitur, qui vel minimam regulam iuris pro se habet.*

46 Inuestitura probari potest per instrumentum inuestiturarum Impp. & Regum Romanorum.
47 Inuestiturae effectus.
48 Inuestitus de feudo, id eo iure tenere debet, quo & is, qui inuestiuit.
Argumentum à toto ad partem valet: plus enim in se complectitur minus, & toti insunt partes.
49 Res praesumitur eius, in cuius territorio sita est, quoad iurisdictionem.
50 Concessio facta de territorio, iuribus & pertinentiis, comprehendit omnia existentia in d. territorio & intra fines.
51 Territorium designatur per actus iurisdictionales.
52 Territorium à terrendo dicitur.
53 Terram esse de territorio alicuius domini probatur, si testes dicant, quod ibi viderint malefactores capere, vel viderint homines eius loci obedire, item subire onera, vel soluere collectas.
54 Territorio concesso iurisdictio concessa videtur.
55 Iurisdictio quomodo probetur.
56 Praestatio seruitiorum probat concessionem, etiam quod non appareat scriptura, maxime si talis possessio esset antiquissima.
57 Probatio temporis immemorialis.
58 Iniquum, vt eadem res duplici onere grauetur.
59 Iura quauis imperij praescribi possunt.
60 Interruptio post completam praescriptionem nihil iuuat.
61 Praescriptio seu consuetudo iam completa non tollitur, licet bis vel semel fiat contrarium.
62 Pro antiquiori possessione semper est praesumendum.
63 Contra consuetudinē temporis immemorialis non est necesse inquirere de actibus.
64 Priuatio non sequitur, si non praecedat habitus.
65 Liberatio esse non potest, si prius non fuit obligatio.
66 Quod nunquam fuit, non desinit.
67 Articuli negatiui probantur, si testes dicant, se maiores 50. annis, & quod semper ita viderint, & audierint, & non audiuerunt vnquam dici contrarium.
68 Probatio negatiua in antiquis.
69 Probando rem aliter habere probatur, quod ipse agens non habeat.
70 Probando quod quis iurisdictionem habet, probat quod alius non habet.
71 Fiscus ad expensas non tenetur.
72 Probatio admittitur contra matriculam imperij.
73 Matriculae parua fides attribuitur.
74 Contra matriculam multa opponi possunt.
75 Per astimum siue Catastrum non probatur neque dominium, neque possessio.
76 Non probatum quod matricula sit authentica & publica autoritate confecta.
77 Solis publicis, vel alio modo authenticatis scripturis & instrumentis credi debet.
78 Matricula solenniter scripta esse debet.
79 Scriptura suspecta est propter vilem & immundam Chartam.
80 Historiis, scripturis, foliis seu chartis non creditur, licet aliis libris mercatorum credatur.
81 Iura contra matriculam.
82 Solennitates matricula conficiendae quae.
83 Iudicis solius verbis non creditur, vt nec solius verbis notarij.
84 Edidisse non videtur, qui totum non edidit.
85 Quicunque à fisco conuenitur, non ex iudice aut exemplo alicuius scripturae, sed ex authentico conueniendus est.
86 Scripturae priuatae fisci non creditur.
87 Matriculae exemplatio fieri debet, citatis his, quos ea tangit.
88 Transsumpta probant in praeiudicium contradicentis.
89 Exemplatio & publicatio instrumentorum olim fiebat apud magistratum, hodie fieri debet apud defensorem ciuitatis, & etiam apud ordinarium iudicem eius delegatum.
90 Exemplatio & publicatio instrumentorum fit in defectu tabellionis per duas honestas personas, vel tres cum subscriptione, vel etiam vna cum nominibus praesentium inscriptis cum sigillo authentico.
91 Requisita in exemplatione instrumenti.
92 Exemplatio consensu partiū non facta, non probat.
93 Actus me absente factus, ratificari potest ex post facto.
94 Scriptura confecta citra mandatū vel consensum nullo recipiente pro me non dicitur ad me pertinere, nec mihi praeiudicare potest.
95 Matriculae imperij non credendum sine subscriptione statuum.
96 Libri publici sumunt robur à consuetudine.
97 De similibus ad similia procedendum.
98 Ratio diuersitatis vbi reddi non potest, idem ius esse putandum est.
99 Ius simile statuendum est, vbi eadem aequitatis ratio intercedit.
100 Pars praedicamentalis à toto detracta, illud non vitiat, sed minuit.
101 Sententia contra subditum lata domino non nocet.
102 Appellatio à Caesare non fit.
103 Appellatio fit à minore ad maiorem.
104 Libris antiquis quatenus credatur.
105 Fama probat dominium in antiquis.
106 Contra praesumptionem iuris non admitti probationem, quomodo intelligendum.
107 Simplex testium probatio simplicem praesumptionem tollit.
108 Probatio semiplena nihil detrahit plenae & perfectae probationi.
109 Solutio onerum & collectarum coacta atque violenta nullum ius tribuit, eademq; cursu temporis purgatur.
110 Ius omne tollitur triginta annorum spatio.
111 Non contradicens pro consentiente habetur.
112 Contra publicas functiones non currere praescriptionem, quo pacto intelligatur.
113 Ius colligendi per non vsum amittatur.

114 *Libertatem prætendens docere debet se in 100. annis nihil soluisse.*

115 *In antiquis sufficit testimonium de auditu.*

116 *Antiquum dicitur, quod excedit metas 100. annorum.*

117 *In antiquis sufficit probatio per indicia & coniecturas, ac testium auditum.*

118 *Fama in antiquis probat.*

119 *Testimonium de auditu sufficit in antiquis.*

120 *Scriptura custodita in publico loco plene probat.*

121 *Libri officialium de publico deputatorum inter eos tantum probant, cum quibus res gesta est: secus contra tertium absentem.*

122 *Liber æstimi non probat dominium in præiudicium tertij.*

123 *In dubio pro fisco iudicandum est.*

124 *In dubio debet fieri interpretatio cõtra collectam, tanquam rem odiosam.*

125 *Subditis creditur, si non habeant singulare commodum.*

126 *Monachi in causis suarum Ecclesiarum testificari possunt, si non inueniuntur prohibiti.*

127 *Rector & Prælatus Ecclesiæ possunt esse testes in caussa eiusdem Ecclesiæ.*

128 *Vasalli possunt esse testes pro domino, si sint bonæ famæ, & veritatem deponant, maxime si conueniant cum dictis aliorum.*

129 *Integritas personæ omnem suspicionem tollit.*

130 *Subditus pro domino quando in testem non admittatur.*

131 *In testibus quod deficit in fide, supplet numerus.*

132 *In materia antiquitatis etiam domestici & subditi, ac alij inhabiles admittuntur, præsertim quando nec per alios verisimiliter probari potest.*

133 *Iurisdictio nõ probatur per solum præceptum, quod facit dominus: nisi probetur, quod obeditum sit præcepto.*

134 *Ius collectarij tollitur, si probatur de contentu legis, statuti, iuris vel præcepti, si scilicet requisiti per longum tempus contradixerint & præcepta contempserint.*

135 *Lex, consuetudo vel ius collectandi tollitur per non vsum.*

136 *Qui contemnit, aliquid facere videtur.*

137 *Iudex debet secundum allegata & probata procedere.*

138 *Iudex illa de re pronunciare debet, de qua cognoscit.*

139 *Iura vt prosint, in actis produci debent.*

140 *Acta facta in vno iudicio, non probant in alio iudicio etiam inter easdem personas, nisi pars producat.*

141 *Iudex non potest dicere sententiam ex instrumento scripturæ in iudicio non productæ, licet ea fuerit sibi priuatim coram Notario & testibus ita exhibita, vt plene ex ea cognouerit ius actoris vel Rei.*

142 *Iudex non potest admittere acta extraiudicialia pro decisione caussæ.*

PROCESSVM hunc à nullitate defendi putat. Etsi enim primo intuitu Cameræ iurisdictio nõn videtur competere, (quod insanabilis & irreparabilis defectus reputetur. *Vant. de nullitat. ex defectu iurisdict. num. 6.* cum iudex potissima sit † 1
pars, basis & fundamentum, Dux & Imperator iudicij. *Bald. in rubr. tit. C. si à non compet. iud.*) quod Dux vt † Princeps Imperij habet Austrãg/& Ab- 2
bas habet superiorem: tamen dicit eos propter continentiam † caussæ, quæ non debet diuidi, *l.* 3
*nulli. & ibi Zas. num. 7. & Alberic. de Rosat. num. 2. C. de iudic. l. separatim. § 1. de appell.* recte hic conueniri potuisse. Deinde iudex fisci est iudex Rei. Nam fiscus agit coram suo iudice, licet non sit iudex rei, & sic † actor nõ sequitur forum rei. *l. 1. & 2. C.* 4
*vbi caussæ fisc. Castr. in l. si in te. ibi recenset priuilegia fisci. C. de priuil. fisci, text. est in l. 3. C. quando fisc. vel priuat.* Et † fiscus agens forum rei non sequitur, 5
sed iudex ipsius fisci de caussa cognoscit. *l. 1. C. de repud. hared. l. 3. de his quibus vt indig. Bart. Socin. regul. 10. fallent. Spec. in tit. de compet. iudic. addit §. generaliter. num. 1. & seq. Mar. Socin. in c. cum sit generale. à num. 8. vsque ad 18. de foro comp. Ord. Cam. c. 20. p. 2.* nostram iurisdictionem fundat. Altera nullitas, quod testes absente fiscali fuerunt examinati, & quod subditis iuramentum non sit relaxatum, 6
&c. Sic defendi posse videtur, nempe † quod tametsi testes præsente parte aduersa produci debeant, vt iurent. *c. in nomine domini, & ibi gloss. vlt. de testib.* Sufficit tamen, si iurent altera parte citata, licet sit absens per contumaciam *d. c. 2, de test. lib. l. si quando. C. de test.* Deinde relaxatio non ita videtur magnopere necessaria, cum testes & ab altera parte producti, debeant iurare, quod dicent veritatem. *Hennin. consil. 48. num. 22.* nec prece, nec amore, nec dolo negabunt. *l. iuri. iurandi & ibi gloss. C. de test.* & sic vigore huius iuramenti, tam pro actore, quam pro reo deponere debeant. *gloss. in c. cum nuncius. de test. & ibi Panorm. num. 2.* Deinde attestationes etiam hoc saluat, quod nonnulli sunt testes, qui iuramento non sunt obstricti, id- 7
coque non opus habuerint relaxatione, & sic † habiles testes inhabilium defectum supplent, *Hippol. sing. 154.* & sibi imputet fiscalis, quod nõ comparuerit.

*De Actione.* De iure communi † actum videtur 8
vtili interdicto vti possidetis. Vbique enim in actis, & præsertim in responsione ad 20. art. defens. iactitat imperium fuisse in possessione collectandi, & ipsa etiam inscriptio in matriculam possessionem probat, vt infra latius. & datur etiam ei, qui ciuiliter tantum possidet. *Rofred. in rubr. C. vnde vi. & Mar. vti possid.* vel actione in factum subrogata in locum eius, quæ † datur, si quis nomine so- 9
lutionis tributi collectæ vel iurium debitorum fiscum vel officialem imperij inquietat, seu turbat in soluendo illi, nec præstando sibi pacifice,

& agitur, ne ipsum turbet, & vt soluat in futurum. *Spec. in tit. de causa possess. & propriet. num. 12. & seq.*

10 Item expulso à possessione iuris incorporalis datur etiam officium † iudicis vel condictio ex Canone vel lege. *Ferrar. in forma libel. in causa spol. poss. §. coram vobis. num. 11. Bart. in l. 1. §. 1. vti possid.* De hoc officio iudicis scribit Chass. *in consuet. Burg. tit. des enfans de plusieurs lites. §. 4. vers. entre gens nobles. nu. 15. fol. 214.* Quia tamen petitio libelli magis petitoriam, quam possessoriam respicit, dicendum potius cõfessoria, quam vti possidetis vtili actum,

11 quæ † competit pro iure vectigali & alijs iuribus denegatis. *notat Bar. in l. publ. §. in omnibus vectigalib. n. 3. de publ. vectig. & ibi additio in verb possum petere.* Item interdictum vti possidetis ob id non putat

12 competere, quod si quis † negauerit plane deberi collectas, tunc cessat hoc interdictum, & habet locum vnde vi, vel actio confessoria. *Rofred. d. loco. Innoc. in c. cum venerabilis. num. 2. de religio. dom. Ferrar. in form. libell. in actio. confess. pro seruitut. §. coram*

13 *vobis. num. 2.* Sicut autem pro iure Ecclesiæ † prælati habent confessoriam vtilem, cum non sint domini, nisi nomine Ecclesiæ eam intendant. *Ioan. Fab. in §. æque. de actio.* ita & fiscus videtur habere nomine imperij.

Verum licet nulla harum competeret fiscali, tamen haberet actionem ex Const. Imperij vel recessu Augustano de Anno 48 §. etliche andere. *fol. 18. b. Tom. 2.*

An intentio fiscalis sit probata? Censet optime probatam per matriculam imperij, & registra der Anschlãg à centum ab hinc annis in singulis Comitijs imperij factis. Quæ inscriptio siue immatriculatio per reum est confessata per respon-

14 sionem ad 2. posit. Quod autem matricula † habeat præsumptionem pro se, probat text. *in l. petitionem. C. de aduoc. diuers. iudic.* quod ad hoc allegat Bart. *in l. matriculam. num. 4. C. de agent. in reb. lib. 12. Dec. in l. pen. C. de test. milit. Alciat. in reg. 3. præsumpt. 17. Hercul. in tract. qui teneantur probare negatiuam. num. 169. Ioan. de Platea & Iacob. Rebuff. in d. l. matriculam. Idem tenet Bal. in l. scriniarios. num. 1. C. de mil. test. & in d. l. petitionem. Et Ang. in d. l. scriniarios.* dicit, quod non matriculatus reputetur priuatus: igitur argumento à contrario, quoniam matriculatus reputetur talis, vt sunt alij immatriculati. Addit Ias. *in l. Barbatius. numer. 56. de offic. Prætor.* vbi dicit, quod matricula inducat præsumptionem & incorporationem & inuestituram. Hanc-que veram & communem esse opinionem dd. (etsi Ioann. Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de instrum. edit. §. restat.* contrarium teneat:) Idem tenet Bald. *in l. 2. num. 11. de sent. & interloc. omn. iudic. Dec. in c. 1. num. 18. de fid. instrum. Ang. consil. 190. num. 3. Camillus Plantius in d. l. Barbatius. num. 171.* vbi etiam dicit hanc communem esse sententiam. Et hæc præ-

15 sumptio non est † tanti roboris, quod qui eam habet pro se, releuetur ab onere probandi. *Ioann. Bapt. Bran. in tract. de statut. præscrip. gloss. 24. num. 2.* Idem tenet articul. 13. Nec contra hanc præsumptionem † admittitur aliqua cõsuetudo siue præ- 16
sumptio, nisi sit inducta à tanto tempore, cuius initij memoria non exstat. *Paris. consil. 25. num. 23. lib. 4.* Item non admittitur probatio in contrarium. *Grau. de antiq. temp. in 4. p. §. materia ista num. 13.* quod libris † collectariorũ publica autoritate 17
electorum ad exigendum collectas credatur, tradit Bart. *in l. argentarius. in princ. ff. de eden.* Idem est de libris † gabellariorum vt not. Bald. *in l. quædam.* 18
*§. numularios. ff. eod. Bertach. in tract. de gabellis. in 4. p. nu. 3.* Quod libri † exactorum tributorum pro- 19
bent, tradit late Henning. *consil. 10.* quod est alias primum *tit. de tribut num. 12.* Registra si sunt benè custodita, & inueniuntur in archiuis authenticarum personarum, puta earum, quæ habent † po- 20
testatem scripturas authenticas faciendi fidem facere tradit Innoc. *in c. 1. num. 1. ad finem de procur.* Accedit, quod licet huic extracto matriculæ alioquin tanquam priuatæ † scripturæ non credere- 21
tur. *l. comparitiones. Cod. de fide instrument. Specul. in §. restat videre. quib. instrum. fides adhibeatur. num. 32.* tamen si sit, vel vetus scriptura (vt est nostra matricula, quæ habetur in cancellaria) facit præsumptionem vel semiplenam probationem. *Specul. d. §. nunc videndum. num. 5.* Et temporis † diuturni- 22
tas facit actum (& sic hic matriculam) solenniter celebratum. *l. si filius. C. de petit. hared. l. qui in aliena. § sed si adierit. de acquir. hared. Roman. consil. 275. num. 3. Guid. Pap. sing. 197. sic etiam §. quod antiquitas sit titulus legitimus, Cravet. in d. tract. p. 4. vers. materia ista. num. 2.* vel si sit scriptura sumpta † ex ar- 23
chiuo publico, subsignata à custode Archiui, *Hieron. de Monte in tract. fin. reg. c. 62. num. 3.* Prout hic factum est per Cancellarium Moguntinum, penes quem imperij matricula habetur, plenam facit fidem, licet ille non esset notarius, *in auth. adhæc. de fide instrument. c. gloss. in c. cum causam. de probat. & ibi Felin. num. 7. Bart. in auth. si quis. C. qui pot. in pign. hab. text. est in c. ad audientiam. & ibi Dd. de præscript.* Quod † scriptura deputata ad locum 24
publicum plene probat, notant Canon. *in d. c. ad audientiam. de præscript. Felin. in c. 2. numer. 9. eod. tit.* Hinc factum existimat, quod 7. Octobris Anno 1550. Senatusconsultum in Camera sit factum, & in pleno senatu conclusum, † quod re- 25
gistris fiscalis fides adhiberi debeat, nec opus sit ad omnes causas, vt repetat, tametsi nullæ rationes in Protocollo asscriptæ reperiantur. A quo concluso non facile recedendum, præsertim cum respiciat publicam vtilitatem. Nam † quod com- 26
muniter prodest, omnibus præfertur commodis priuatorum. Ias. *in d. l. Barbatius. numer. 26. de offic. Prætor.*

Facit, quod in omni facto antiquo vel de longinquo magis credatur instrumentis † & monu- 27
mentis publicis quam testibus. *l. census. de prob. & Bald. in l. si alterius. C. si min. se maior. dix. n. 5. Abb. ind. c. ad audientiam. n. 6. de præscript.*

Ad fiscalis quoq; intentionem fundandam facit, quod de † iure præscriptio (de qua in eius art. 28
def.

def.) contra functiones publicas non currat. *l. competit. C. de præscript. 30. vel 40. ann. & ibi Bart. Bald. Salic. & Angel. & in l. iubemus. nu. 1. C. de fund. patrim. lib. 11. Abbas in d. c. ad audientiam. numer. 6 & 19. de præscript.* quod in rebus concernentibus statum imperij, vel superioritatem, vel tributorum rationem, non currat præscriptio temporis cuiuscunque, traditur per Guid Pap. *quæst. 416. & ibi apost. & text. in c. cauſſa & c. & officij. & c. cum non liceat de præscript.* Tomatus *in tract. de collectis. §. exactis Ecclesiasticis. num. 28. fol. 321.* scribit præscriptionem non habere locum aduersus debitum Canonicum. Ita etiam in debito collectæ, cum hodie debeantur, prout Canon. Præscriptio 29 † circa illa, quæ sunt contra vtilitatem publicam, non valet. *Abbas in c. extirpandæ. §. qui vero. num. 27. de præben. & Panorm. in d. c. cum non liceat. num. 1. & 13. quem sequitur Felin. Mandel. consil. 62. num. 35. & consil 64. num. 91. Henric. Boick. in c. si diligenti. num. 51. de præscript.* vbi pulchram tradit distinctionem, & ante ipsum Castr. *in l. iam pridem. C. communia de vsucap. Petr. de Vbal. in rep. d. c. si diligenti in 7. requisito ibi, septimo quæritur. col. 36. fol. 167. b.* Item tun- 30 ctiones † publicæ non præscribuntur, nisi mediante titulo à fisco concesso, per ea quæ allegat Ioan. Gall. *q. 360 ibi, sexto in libro, qui inscribitur Stylus Parlamenti Parisien.* Quod præscriptio † de iure 31 communi in collectis & tributis non currat, tenet Franci. Curt. Iun. *consil. 174. num. 16.* Et licet præscribatur † dominium rei patrimonialis, non 32 tamen solutio Canonis vel tributi, Iacob. Rebuff. *in l. siue. in l. iubemus. num. 5. C. de fund. patrimonialibus. 11. lib.* Idem tenet Ioan. de Platea *in d. l. iubemus fol. 103. b. Odefred. in l. salarij. num. 1. & 3. C. de metall. Bald. in tract. præscript. num. 1. p. 6. & vltima partu principi, quintus casus est in tributis. Angel. Aret. in §. res fisci. num. 1. de vsucap. in Instit. & Celsus Hugo in addit. ad Rebuff. in l. si quis decurio. C. de decur. libr. 10. Ferrar. in form. libelli, in actio. confess. pro seruitutibus. §. plenam. num. 19.*

Et posito præscriptionem locum habere, & contra imperium præscriptionem cœptam esse, 33 tamen ea per extraiudicialem quæstoris † imperij interpellationem, & per multiplices fiscalis citationes, & iudiciarios processus interrupta esset, *l omnes l. sicut d. l. cum notissimi. C. de præscript. 30. vel 40. ann.*

Inuenitur enim hoc monasterium inter Anschlag in Comitiis imperij Anno 1467. factas, & sic successiue in singulis Comitiis. Et dubium non est, quin quæstor imperii semper exegerit contributiones & collectas illas, licet frustra. Et 34 idem de consuetudine & priuilegio, quod de præscriptione dicendum est. Nam posito † consuetudinem collectandi introductam esse per Ducem: tamen quando ea est, & ius publicum reprobatur, per ea quæ allegat Ægid. Tom. *in tr. de collectis §. exact. c. de Ecclesiasticu personu. num. 2.* 35 *vsque ad num 25.* & priuilegium † contra publicas functiones non valet, *Idem in §. nobilitas. num. 18. & seq. fol. 568.* Quod autem † collectas soluere te- 36 neatur etiam is, qui habet priuilegium à principe ne teneantur est text. *in l. omnium. & ibi Bald. & Salic. & l. quicquid 12. & ibi Salic. C. de vectig. & cõmiss. & in l. in fraudem 6. & ibi Bartol. C. de annon. & trib. lib. 10. Berlach. in tract. de gabell. in p. 7. numer. 4.* Nec contributio à Duce facta & seruitia præstita 37 imperio præiudicant, quod seruitia † & onera à potentioribus imposita præsumuntur vi & metu extorta, secundum ea quæ allegauit *in cauſſa Hartgavv contra Hanavv.* Et possessio vi, clam † vel pre- 38 cario obtenta, non prodest. *Ferrar. in form. libelli pro turbata poss. § hodie. num. 4.* Et solutio † onerũ 39 coacta aut violenta, concessam iam immunitatem vel aliud ius non tollit. *Rom. cons. 252. num. 5. Bar. in l si alienam. in pr. fol. matr.* Veruntamen lon- 40 gissimi temporis cursu purgatum censebitur, † quicquid erit vitii in ea re mala fide & vi possessa. *text. est in l. fin. C. vnde vi, & ibi Bart.* Postremo aduersarij ipsi suo iuri in eo tacite renunciarunt, 41 quod ab inscriptione † in matriculam non appellarunt. Si enim quis habet exemptionem & immunitatem à datiis de collectis, deinde scribatur in librum debentium soluere datia, collectas & alia grauamina. quod si postea conueniatur, vt soluat, non sufficit sibi priuilegium immunitatis allegare, excipiendo vel excusando se, quod non debeat soluere propter immunitatis beneficium. Imo in continenti, cum scit se scriptum, † vel a- 42 liter vocatum ad munera soluẽda, debet appellare intra 10. dies, aliis elapsis 10. diebus, præiudicat sibi. *Alex. cons. 136. n. 11. vol. 2. Mar. in spec. in 6 p. tit. de appel. n. 314. tex. & ibi gl. in verb. interposuerit. in l. 1. §. alia cauſſa. ff. quando appel. text. in l. 1. Cod. quemad. ciu. mu. induc. lib. 10. & text. in l. 1. de vacat. mun. Canon communit. in c. cum accesſissent. de consſit. Lodouic. Gozad. consil. 23. num. 4.* vbi dicitur, quod omnes Dd. hanc opinionem sequantur. *Ioan. de Platea in l. qui public. C. de his qui spont. mun. suscep. lib. 10. Iaſ. in l. beneficium. num. 59. de consſt. princ. Nic. Euerh consil. 21. num. 30. Schurff. consil 59. num. 32. cent. 1.* Sed hic non constat, per reos vllo vnquam tempore appellatum esse. Ergo, &c. Item reos per quæstionem interpellatos nunquam protestatos fuisse, quod † facere debuerant. *Gozad. d. consil. num. 6.* Et hoc 43 casu † taciturnitas pro consensu habetur in præ- 44 iudicialibus. *Philip. Fran. in reg. 43. in princ. de reg. iur. in 6.*

Ex quibus omnibus concludit, intentionem fiscalis esse fundatã. Si enim is, qui vel minimam regulam iuris pro se habet, dicitur † habere fun- 45 datam intentionem, *l. ab ea parte. de prob. Bart. & Iaſ. in l. 2. si quis in ius voc. non ierit*: multo magis fiscalis in nostro casu, vbi optima habet fundamẽta, rationes & iura.

An elisa sit intentio fiscalis per Reorum defensiones: Primo Dux pro defensione allegat inuestituram Ducatus Q. & R. quod probat per instrumentũ inuestiturarũ Impp. & Regum Rom. 46 quæ autẽ ita possit probari † inuestitura, tradit inter

alios Ferrarius Montã. *c.1.fol. 127. lib.3. de vſib.feudor.* Et per inueſtituram (intelligit veram vel
47 propriam) conſequitur quis non ſolum † poſſeſſionem in infeudatis *Præpoſi. tit. quib. mod. feud. conſtitui poſſ. c.ſciendum. num.2. text. eſt in cap.1. & ibi Afflict. num.1. quid ſit inueſtit.* verum etiam dominium vtile directo tantum penes dominum remanente. Vnde & fructus percipit & vtilem rei vendicationem contra quemlibet poſſidentem, etiam dominum habet. *Azo in ſumma. quib. mod. feud. acquir. tub. quod commodum habeat Vaſal. per*
48 *inueſtit.* Quod inueſtitus † de feudo eo debeat iure tenere, quo & is, q inueſtiuit, tradit etiam Andr. Iſern. *in c. etiam ſciendum. de not. feud. n.2. Alua rot. in tit. de not. feud. §. item. num.3.*

Videndum, an monaſterium litigioſum ſit ſitum in Ducatu Q. vel in Ducis territorio. Id probant 5.6.& 10. teſtes ad 2. artic. Vnde putat recte argumentum duci poſſe à toto ad partem. Plus enim complectitur in ſe minus, & in toto inſunt partes. *l. ſi quis cum totum, de except. rei iudic. gloſſ. & DD. in c. ſi diligenti. de præſcript. c. fin. de offic. ord.* Abbas *in d. c. ſi diligenti, & ibi Hoſtienſ. nu.2.* dicit, quod hac ratione communiter domini temporales
49 fundant intentionem ſuam, quoad res ſitas intra limites & terminos † ſuæ terræ, ſaltem quoad iuriſdictionem, ſed non quoad dominium eorum particularium. *pulchre Chaſ. in conſuet. Burg. tit. des mains mortes. §. 4. in pr. nu. 2. vſque ad 9. fol. 304.* vbi dicit, quod illud, quod eſt intra fines alterius ter-
50 ritorij præſumitur eſſe de finibus illius territorij, cuius ſunt fines. Conceſſio facta † de territorio, iuribus & pertinentiis comprehendit omnia exiſtentia in dicto territorio & intra fines. *Pariſ. conſil. 27. num. 14.* Et licet per teſtes nihil probaretur, tamen exercitium iuriſdictionis (quam eo loci vltra hominum memoriam ducem vſurpaſſe teſtes aſſerunt) faceret præſumi, quod de territo-
51 rio eſſet. Nam † territorium per actus iuriſdictionales deſignatur. *Hieron. de Monte, in d. tract. fin. reg. c. 6. num. 10.*

52 Et inde dicitur † territorium eo, quod magiſtratus eius loci intra eos fines terrendi ius habeat *gl. pen. in c. fin. de conſtit. in 6 l. pupillus. § territorium, de verb. ſig. Bald. pulchre in l. data opera. num. 28.*
53 *C. qui accuſ. non poſſ.* Probatur, (inquit) quod † vna terra ſit de territorio alicuius dominii, ſi teſtes dicant, quod ibi viderint malefactores capere, vel viderint homines eius loci obedire, item
54 ſubire onera vel ſoluere collectas. Quod † iuriſdictio videtur conceſſa territorio conceſſo, vt apud quem ſit territorium, apud eundem & ſit iuriſdictio. *Bart. in l.1. num. 16. de iuriſd. omn. iud. & ibi Alexan. num. 33. & Iaſon num. 12. Afflict. deciſ. 77. num. 4. Alexan. conſil. 42. num. 3. volum. 1. text. eſt in §. ſi quis igitur ex qualibet. auth. quib. mod. mut. effectui, & ibi gl. in verb. perſoluit. Pulchre Bald. conſil. 420. nu. 1. volum. 1.* Et ſcribit Alex *conſilio vigeſimo tertio numer. 3. volum. 5* quod ſi probetur, quem exercuiſſe
55 iuriſdictionem in † homines, & impoſuiſſe eis onera & ab iis exegiſſe, & quod homines alicuius terræ obediant alicui, per tales actus probatur, quod illa terra eſt de territorio & pertinentibus alterius. Sic etiam dicitur, vt ſubditus alicui principi, caſtro vel ciuitati dicatur, neceſſe eſt, vt probetur eum ſeruitia, cenſus, tributa, collectas præſtitiſſe & perſoluiſſe. Et præſtatio † ſeruitiorum 56
probat conceſſionem, etiam quod non appareat ſcriptura, maxime ſi talis poſſeſſio eſſet antiquiſſima. *Pariſ. d. conſ. 27. num. 22. & ſeq.* Item quod iſta ſint mandata & exacta legitimo tempore, pacifice & bona fide. item quod præceptis huiuſmodi obeditum & paritum ſit. *text. eſt in c.1. & c.4. de cenſib. c. recepimus. de priuil. d. l.3, ibi Bald. num.1. C. de natur. lib. & ibi additio in verb. qualiter probetur. Addit Schurff. conſil. 62. num.1. cent.1. Chaſ. in conſuet. Burg. in tit. des iuſtices. §.1. in textu. ibi, an territorij. num.10.11.& 12. Innoc. in c. olim. la.2. nu.1. de reſt. ſpol. Bald. in l. ſolet. § fin. num.3. de offic. proconſ.* Ac per omnes teſtes reorum ad 4.5.6.7. & 8. art. defenſ. probatum eſſe, Abbatem R. cum cæteris ſubditis ad conuentus prouinciales, quotieſcunque à Duce fuerit requiſitus, comparuiſſe, ſeruitia, cenſus, tributa & collectas ſemper Duci, & non imperio, quantum præſtitiſſe, & perſoluiſſe. Et addunt teſtes depoſitioni ſuæ, quod nunquam viderint, neque audierint ipſi, neque audierant, alios vidiſſe vel audiuiſſe, aliter fuiſſe factum, per
quem modum † tempus immemoriale proba- 57
tur, *vt tradit Crauet. in 4. p. de antiq. temp. § materia iſta. num.38.* Et † iniquum foret, quod quis pro 58
eadem re onere duplici grauaretur. *l. nauis. la1. §. cum autem. ad leg. Rhod. gloſſ. eſt in l ſi cum dotem. § ſi pater. in verb. tantum. ff. fol. matr. l. Titia. 34 §. qui inuita ff. de legat. 2.* infert ex prædictis, Abbatem nunquam imperio immediate fuiſſe ſubiectum. Et poſito, quod fuiſſet aliquando membrum vel ſtatus imperij, tamen Dux præſcripſiſſe ſe dicit, præſertim in 19. art. defenſ. quod argumentum ille propter crebram fiſcalis interpellationem & interruptionem, non propter diuerſas Dd. in hoc puncto iuris opiniones, tum etiam, quod in noſtra cauſa non opus fuit præſcriptione, non vrgebit, licet optimis argumentis etiam defendi poſſet, præſcriptionem contra ea, quæ ſupra pro fiſco adducta, imo contra quæuis iura † imperii, 59
& contra ſupremam imperatoris poteſtatem habere locum putat. Pro qua parte allegat Crauetta *in 4. p. de antiq. temp. ſect. materia iſta. num. ſeptuageſimo tertio.* vbi dicit magis communem eſſe opinionem Dd. *addit. Cap. Toloſ. deciſ. 345. Schurff. conſil. 90. num. 48. cent. 3. & conſil. 43. num. 4. ead. cent. & conſ. 87. num. 2. cent. 2. Henning. conſ. 3. in fin. quod eſt alias conſ. 2. tit. de auri & argent. fodinis. numer. 10. & vlt. Bald. in tract. præſcript. in 4. p. pr. quæſt. 1. num. 17. Pan. conſ. 82. num. 1. volum. 1. Crau. conſ. 54. num. 8. p. 1. Boer. q. 39. num. 11. & ſeq. & q. 32. n. 6. & ſeq. & q. 264. in 21. & 19. Corſet. ſing. in verb. præſcriptio. fol. 182. Menoch. nu. 15. remedio recuperandæ poſſeſſionis. num. 428. fol. 281. Curt. iun. conſ. 158. nu. 16. Didac. in c. poſſeſſor. 2.*

p. §.

*p.§.3.num.1. de reg.iur. in 6. Idem Menoch.respons.2. num.73. in causa Vinarien si. Philipp. in addit. ad Ioan. Mon. in c.Episc.num. 23. & seq.de præscript.in 6.Ferr. in act. form. libel. confess.pro seruit.§ plenam.nu. 17. & seq. Chass.in consuet. Bur. tit. des mains mortes. rub 9 §.4.in pr. num. 11.* Posito autem in casu quod præscriptio ab hinc 100. annis retro fuisset cœpta, eaque postea per citationem fuisset interrupta, tamẽ id reis non noceret, cũ ex chirographo Ducis de dato anno 1433 litera F. & instrumento sine scriptura de dato 1369. litera H. signata, constet, ius Ducis longe vetustius esse, quam interpellationem fiscalis, hoc est, Ducem in quieta possessione fuisse, antequam imperium aliquid prætenderet, vel fiscalis pro solutione collectarum instaret. Etenim iuris, quod interruptio † post completam præscriptionem non potest lædere ius ex præscriptione iam quæsitum: & vt valeat, oportet, quod fiat intra tempus præscriptionis. Et præscriptio seu † consuetudo iam completa non tollitur, licet bis vel semel fiat contrarium. *Spec. in tit. de præscript. §.1. num. 20. versic. quid si post completum. text. est in l. si vnus §. sed si pactum. de pact. Abbas in c. auditis. numero decimo & seq. de præscript.* & pro antiquiori † possessione semper præsumendum, vt dixit in causa Comberg / contradic drei Stätt / Hall / Dünckelspiel vnnd Rottenburg / & sic non opus fuit præscriptione. Nec hic requiritur, quod Dux doceat de continua possessione, vel etiam de eius initio, quod in tali † consuetudine temporis, cuius initij memoria non extat, in contrarium non est necesse quærere de actibus à quibus orig. habuit talis cõsuetudo, vel tale ius, quod id esset impossibile. *Oldrad. consilio ducentesimo quadragesimo quarto num. 13.* sed sufficit probare actus, in quibus per hominum memoriam ita fuit obseruatum (vt in nostra causa fit) & quidem non plures actus, quam sufficiunt ad consuetudinem inducendam *Crau. in d. tract. p.4 § nostra. num.23.* Præterea ex alio fundamento probat, quod non opus fuerit præscriptione, ideoque non interruptam. Nam non est dare priuationem, vel non sequitur priuatio, † si non procedat habitus, *vt probatur in l. manumissiones. de iust. & iur.* vbi manumissio non potuit esse de iure naturali, cum seruitus eo iure fuerit incognita, & † liberatio non potuit esse, si prius non fuit obligatio. *l. decimus. 116. vbi Bart. in pr. de verb. oblig. Belton. in tract. de argumentis. in c.12. in argumento à priuatione ad habitum. Nic. Euerh. in locis argumentorum in loco à priuatione ad habitum fol. 116.* Sic etiam dicitur, quod non † desinat, quod nunquam fuit. *c. ad dissoluendum. de despons. impub. Balb. in tract. de præscript. in 1.p. vltimæ p. pr. num. 1.* Ita etiam dicendum est, quod interrũpi non potuerit, quod nunquam cœptum est præscribi. Postremo vltra iam allegata argumenta & iura ipsa imperii constitutio Anno 1548. in Comitiis Augustanis facta, reos defendit his verbis: hat aber der außgezogen / ob er gleich in deß Reichs Anschlägen begrieffen / dem Reich weder vor oder hernach nie nichts gelaist / derselbig soll dem Gewinnenden sonder alle Beschwerden zustehen / dieweil solcher Gewinnender mehrers oder weiters nichts dann was er zuuor gehabt / bekommen vnnd erhalten. Quod autem per dictum Abbatem imperio nullæ fuerint collectæ solutæ, abunde per testes reorum ad 16. & 17. defens. probatum est. Ita enim probantur isti negatiui † articuli, si testes dicant, se maiores 50. annis, & quod semper ita viderint & audierint, & non audiuerunt vnquam dici contrarium (prout dicunt nostri) & quod est, & semper fuit communis opinio, vox & fama, per publicam † vocem & famam in antiquis probatur negatiua, *Alex. consil. 90. num. 7. volum. 6.* quod sic fuit & est, & quod non extat memoria in contrarium. *Paris. consil. 104. num. 121. volum. 1. & numer. 23. & consil. 117. cod. volum. gloss. & DD. in c. 1. de præscript. in 6.* Item quod collectæ non fuerint solutæ imperio probatur probando, quod Duci collectæ sint solutæ, vt deponunt nostri testes; probando enim quod scilicet res aliter habetur, probatur res se non ita habere. *Alex. consil. 168. in princ. num. 2. volum. 5. & Paris. consil. 75. vol. 1.* & probando, quod † quis iurisdictionem habet, probat, quod alius non habet. *Alex. consil. 42. in fin. lib. 1.* Item ex quo † ius ad alium pertinet, ad me nõ pertinere probatur. *ita Decius cons. 271. n. 3.*

60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70

Concludit igitur per supra dicta intentionem fiscalis elisam, reosque de iure communi, & etiam de iure constitutionis Imperij absoluendos, compensatis expensis. Hoc enim speciale est in fisco, vt cadens † causa non teneatur expensas soluere, nisi fuisset in euidenti calumnia, *Ioann. Gal. quæst. 360. & ibi Carol. Molin. Multa Boer. quæst. 324. numero primo. Bald. in l. 2. C. qui accus. non poss.* 71

Solutio contrariorum: Primum non obstat † matricula imperij, quæ si per omnia valida, indubitata & fide digna esset, Imp. & status facultatem contrarium probandi non concessissent, his verbis: wie sich nach Gelegenheit der Sachen aus den actis befinden wirdt / daß einer sein Hülff in das Reich zu thun nicht schuldig sey / soll Cammerrichter vnnd Beysitzer auß Weisung gemeiner recht zu erkennen vnnd endtlich zusprechen haben / im Abscheid zu Auspurg Anno 1548. §. vnnd soll vnser / ꝛc *Tom. 2. fol. 10. pag. 2.* 72

Deinde, quod parum fidei huic † matriculæ ipse Imperator & status attribuerunt, demõstrat in eodem recessu: dieweil auch etliche Stände in die Reichs Anschläge komen seynd / aber zweifflich ist / ob dieselb gewiß sein mögten oder nicht / ꝛc. 73

Quod cum ita sit, non necesse est, vt multis hic disseram, quantum hæc de iure communi valere possit. Ego tamen, si mihi aliquid de eius † viribus esset dicendum, multa in ea desiderarem. Et primum ne dicam iam, quod multa sunt iura in contrarium. Quod matricula non probet, text. est *in l. scriniarios. & ibi Dd. Codice de test.* 74

*de test. milit. Ioan. Andr. ad Spec. in tit. de instr. edit. §. restat. Bald. in l. cum dies. § si arbiter. num. 3. de probat. Iason in l. Barbarius numer. 56. de off. Prætor. & ibi Camill. Plant. nu. 171. & seq.* Salic. *in d. l. scriniarios num. 2.* scribit *quod ex eo, quod quis est descriptus in matricula, vt talis, si reperitur non etiam talis, qualis descriptio ei non prodest.*

Hęc ille. Et cõditio ibi allegat P. Castr. hic qui tenet, quod nõ sufficit producere matriculam, in qua quis reperitur descriptus, quod inquit, *multi possunt inscribi, & tamen non sunt.*

Quod dictum Pauli de Castro, inquit, procedit, si constat, quod non est, alias præsumitur pro
75 matricula, sicut præsumitur pro æstimo. Sic etiam per æstimum † siue Catastrum non probatur neque dominium, neque possessio, *Bart. Bald. post Guilhelm. Cun. in l. solennibus. C. de rei vend. & Bald. in l. si pater. C. de actio. empt. vbi Bartol. & alij sedes ordinaria, in l. censualis. C. de donat. & in d. l. solennibus. Bald. in consil. 1. per tot. volum. 5. Felin. in c. ad audientiam. num. 16. de præscript. Alciat. concordat has opiniones contrarias in d. 3. regul. præsumpt. 17. numer. 5. Anton. de Butrio distinguit. in l. 1. de constitut.* Et primum, inquam, in hac matricula desidero, quod fiscalis non docuit vel probauit, quod matricula,
76 cui ipsi innititur, sit authentica † & publica authoritate confecta, de quibus requisitis, quod sit authentica, scribit Innoc. *in c. 1. numer. 1. de fid. instrum.* Ideoque illi plenam fidem tribuere non
77 possum, cum solis † publicis, vel alio modo authenticatis scripturis & instrumentis credi debeat. *Specul. in titul. de instrument. edit. §. restat videre quibus instrument. in princ. sic Innoc. in c. 1. de procur.* Idem Specul. requirit, quod adhibeatur notarius
78 & testes *in d. loco. numer. 32.* Item † requiritur,
79 quod matricula solenniter sit scripta. Nam propter vilem † & immundam chartam scriptura esset suspecta. Et alia requisita tradit Felin. *in c.*
80 *scripturam. numer. 19. de fid. instrument.* Quod † in historiis, scripturis, foliis seu chartulis non credatur, licet aliis libris mercatorum sine testibus cre-
81 datur, tradit Stracha, *in tract. de mercatura numer. 54. fol. 74* quanto † magis matriculæ, quæ solenniter non est confecta, vel extracto vnius folij fi-
82 des non est adhibenda. Solennitates † tradit Iohan de Platea *in l. ad inferiorem. C. de apoch. per tot.*
83 *fere Felin. in c. 1. numero secundo & sequen. de fide instrument.* sic etiam † solius iudicis verbis non creditur, aut nec solius verbis notarij *Hostiens. in summa. titul. de probat. numer. 5. & Spec. d. tit. de instrum. edit. §. ostenso. numer. 22.* Videtur igitur, quod tota matricula fuerit edenda ad hoc, quod probare
84 debuisset. Nec † enim videtur edidisse, qui totum non edidit. *l. 1 §. pen. de edend. Specul. d. titul. § dicto de impugnatione testament. num. 6.* Et scribit Abbas *in c. ex Epistola. numer. 32. de prob.* quod originale debet ostendi iudici, vt videatur, & quicunque à
85 fisco † conuenitur, non ex iudice, aut exemplo alicuius scripturæ, scilicet ex authentico conueniendus est. *l. 2. de fide instrum. Guid. quæst. 19.* Nec scripturæ † priuatæ fisci creditur. *l. exemplo, & ibi* 86
*gloss. in verb. neque fiscum. C. de prob.* vel saltem exemplatio † matriculæ fieri debet, citatis his, quos 87
tangit. *Specul. d. tit. in §. ostenso. numer. 26. text. est in l. de vno quoque. de re iudic. numer. 55. & c. inter quatuor. de maior. & obed. Franc. Marcus quæst. 467 tom. 1.* vbi tamen tradit aliquot fallentias. Item, vt † 88
transsumpta probentur in præiudicium contradicentis, non hoc sufficit, quod fiant authoritate iudicis, sed etiam requiritur, vt aduersarius (si is certus esset) specialiter ad hoc citetur. *Doctores in auth. si quis in aliquo. C. de edend. Alexand. consil. 112. volum. 4.* vbi etiam alia requisita, quæ omnia o 89
missa hic sunt. Et fiebat olim exemplatio † & publicatio instrumentorum apud magistratum, census hodie apud defensorem ciuitatis, & etiam apud ordinarium iudicem vel eius delegatum. Et si talium iudicum authoritas non interuenit, publicatio & exemplatio non valebit, & fit per tabellionem, qui est publica persona, & si ille non habeatur, per duas † honestas personas vel tres 90
cum præscriptione, vel etiam vna cum nominibus præsentium inscriptis, & cum sigillo authentico. *Specul. d. §. ostenso. numer. 24. & seq.* Imo etsi partes † consentiant exemplationi, siue iudici 91
non valebit. *Specul. d. loco numer 33.* Si hæc solennitas requiritur in exemplatione priuatorum instrumentorum, quanto maior debet adhiberi in confessione matriculæ, eiusque exemplatione, vbi præiudicium statuitur, versatur. Præterea † 92
ad eam si pars citata comparere non possit, saltem debet aliquis nomine suo acceptare. Actus enim me absente factus ratificari † potest ex post 93
facto, dummodo aliquis meo nomine exceptet, *vt late Abbas in c. fi. vt lite nõ cõtest.* Et iam si ad confessionem scripturæ de esset tertius, nomine meo authorizans non dubitatur, quod ratihabitio operaretur.

Sed scriptura † confecta citra mandatum vel 94
consensum, nullo recipiente pro me, non dicitur ad me pertinere, nec mihi præiudicari potest, maxime quando repugnat *reg. l. certum. § si quis absentem de confess.* Hæc Felin. *in c. ex Epistola. num. 14. de probat.* Præterea vt matriculæ † credi debe- 95
at, requiro subscriptiones & sigilla statuum, præsertim eorum, de quorum præiudicio agitur. Item plenam causæ cognitionem. Item quod matricula vel aliuslibet correspondens contineat accepta & data, (quod aliquando vt status soluerit. *Bald. in l. 2 §. adhæc. C. de quadrien. præscript. Idem in l. rationes. C. de probat.* Si nihil horum contineat, non puto probare, nisi statutum & sancitum reperiatur im Abscheidt Comitiorum imperij, quod nudæ matriculæ sit credendum. Quod non puto vnquam statutum. Imo contrarium, vel quod talis sit consuetudo, quod matricula imperij probet. Et tamen consuetudo probari deberet, quando tales libri summum † robur à 96
consuetudine, per ea quæ allegat Bertach. *in d. tract. de Gabellis. num. 3. p. 4. ibi, aduerte tamen.* His

tamen

tamen licet sint iuris, non velim ita pertinaciter inniti, modo mihi aliqua fisci realis possessio, & vnus atque alter actus solutionis probaretur, qui factus fuisset bey Menschen Gedencken / quiete & sine protestatione, sciente & patiente aduersa parte, quo casu matriculam quo ad has partes pro legitima agnoscerem. Vtrum id in nostra causa probatum minime sit, non volo à recessu Augustano supra allegato & à iure communi, quod solennitatem maxime in his, quæ tertio præiudicant, requirit, recedere. Non obstat, si quis dicat aliud esse matriculam imperij, aliud matriculam collegiorum. Quin respondeo, quod cum infinita sint facta, & legibus certis comprehendi non
97 possint, de similibus † ad similia procedendum, præsertim vbi eadem est ratio, & eadem æquitas. His enim duobus modis similitudo dignoscitur. Puto autem quod eadem hic sit & ratio & æquitas. Imo maior, ita vt procedere possit à minori ad maius, & ideo idem ius militare. Vbi enim
98 diuersitatis ratio reddi † non potest, idem ius esse putandum est, *l. à Titio. de verb. obligat.* Et vbi ea-
99 dem † æquitatis ratio intercedit, simile ius statuendum *l. vlt. C. ad leg. Falc.* Non mouet, quod obiiciatur per hanc sententiam absolutoriam totam matriculam Imperij corruituram, quoniam matricula, quantum ad eos attinet, qui contributiones Imperio fecerunt, & sic fiscalis in quasi possessione collectandi venit, nihil detra-
100 hitur, sed firma & rata, vt antea manet. Nam † pars prædicamentalis, (quod tamen non concedo, quod nostrum monasterium sit pars talis Imperij) à toto detracta, illud non viciat, sed minuit. *l. seruus. §. fin. de leg. 3.* Et mortuo vno de collegio, propterea collegium non dissoluitur. Non obstat, quod dictum est, reos vel Abbatem renunciasse suo iuri, sibique præiudicasse, quod ab inscriptione matriculæ non appellarint. Et cum non constat, quando ista inscriptio fuerit facta, non potuit appellari. Necesse itaque erit, vt fiscalis primum doceat, quando inscriptio fuerit facta, an legitimo modo sit facta. Item præsentibus reis, præsertim Duce illo. Abbas enim licet consensisset, præiudicare Duci non potuisset,
101 cum † etiam sententia contra subditum lata Domino non noceat. *Abbas in c. auditis. num. 19. de præscrip* Præterea non video, quomodo, aut ad quem
102 ab illa inscriptione appellari potuisset, † cum appellatio à Cæsare non fiat. *l. 1. in pr. à quibus appellari non lic. & in l. 1. de sent. præfect. præto. Maranta p. 6. sui speculi tit. de appel. numero ducentesimo trigesimo septimo. & seq.*

Admittitur tamen ex gratia supplicatio, *vt in auth. quæ supplicatio. C. de precib. imper. offer. & in auth. vt sponsa. larg. §. ad hæc.* Item querelari potest. *gl. in c. querelam. de procur. Pariſ. conſ. 118. vol. 1* Quod autem reclamatum & supplicatum sit, sæpe colligi potest ex recessibus Comitiorum imperii. Et
103 appellatio † fit à minore ad maiorem, non econtra, nec ad parem *Mar. d. loco. numero tertio.* nec vt aliter fiat, cõsuetudine induci potest. Ad hoc aliter respondet Iason *in d. l. beneficium. ad fin.* suæ tamen opinioni non satis confidit, sed dubitando subiungit, sed caue & considera. Bart. *in l. forma §. fin. de cens.* (*quem ibi allegat Iason*) dicit, *quod ille, qui est immunis, describatur in libro debentium soluere, potest dicere se grauatum, & contradicere, & habet annum ad contradicendum.* Hæc ille. Non obstat, quod in antiquis monumentis publicis, id est, documentis & libris (hic matricula) magis credi debeat, quam testibus, quia respondeo hoc verum esse; modo monumenta talia sint, quibus
104 possit fides adhiberi. Nam libri antiqui † non aliter probant, quam si antiqui eos pro authenticis habuerunt, *Hieron. de monte in d. tract. cap. 62. num. 2.*

Cum igitur nulla talia hic sint documenta, dicendum potius testibus credendum. Quinimo
105 † iis non existentibus standum erit famæ, & communi opinioni hominum *argum. l. si arbiter. de iudic. l. atque natura. §. cum me absente. de neg. gest. per Bald. in l. proprietatu. & in l. iudicio. C. de probat.* Feudist. *in c. 1. §. vasallus. si de feud. fuerit controuersia inter dom. & agn.* præsertim Bald. & Aluar. *& in c. 1. & 2. de feud. March. Andr. de Iser. plene in c. 1. de contr. inter masc. & fœm. Alex. conſ. 24. num. 21. vol. 5.*

Non obstat quod contra præsumptionem iuris & de iure non admittatur probatio † in con-
106 trarium, nec consuetudo, nec præscriptio, quod probatio admittitur per indirectum. Exempli gratia, licet directo quid non admittatur, ad antiquitatem tanti temporis vim tituli habere, admittitur tamen per indirectum, dicendo: *Ego non dico, quod antiquitas tanti temporis vim tituli habeat, sed dico, quod talis titulus non noceat hic, quod præscribens in mala fide fuit.* Ita soluit Crau. *in d. tract. d. part. 4. d. sect. materia num. 14.* Sic ergo hic non dico, quod matricula præsumptionem iuris pro se non habeat, vel quod probari possit, præsumptionem haberi pro se, sed quod in facto & veritate possit, qua matriculam probari. Præsumptioni enim recte opponitur probatio veritatis, & simplicem † præsumptionem simplex testium
107 probatio tollit. *l. optimam. in fin. C. de cont. stip. l. generaliter. C. de non num. pec. l. vlt. quod met. causa.* Et quod probatio vincat præsumptionem, scribit Neuisan. *in sylua nupt. lib. 4. numero vigesimo tertio fol. 270.*

Imo cum præsumptio sit semiplena probatio, standum erit perfectæ probationi. Nam vbi ex vna parte adest plena probatio, ex altera parte non possunt conuerti imperfectæ probationes. Et † probatio semiplena nihil detrahit plenæ
108 & perfectæ probationi. *Abbas in c. in nomine. de testibus.*

De consuetudine & præscriptione supra tradita est solutio prima, quod contra præsumptionem iuris admittantur, modo hæc vel illa à tanto tempore, cuius initij hæc memoria non habeatur, sit inducta per iura supra allegata.

Non

Non obstat, quod solutio onerum & collectarum coacta atque violenta † nullum ius tribuat, quod tametsi vis & metus interueniſſent, (quod omnino negatur) tamen longiſſimi temporis curſu purgatum censebitur, quicquid erat vitij in ea re mala fide ac vi poſſeſſa, *text. est in l. fin. C. vnde vi. & ibi Bartol. & gloſſ. in verb. triginta annorum* quo ſpacio tollitur omne ius, quanto magis ſi ſit poſſeſſio immemorialis. Non obſtat, quod dictum eſt, quod † non contradicens & tacens habeatur † pro conſentiente, ſibique in futurum præiudicet, quod hoc ſimpliciter verum non eſt, ſed limitatur, quando quis faceret verbo, ſed contradiceret facto vel ſigno, quia tunc non haberetur pro conſentiente. *Philip. Franc. in reg. 44. de reg. iur in 6.* Item limitatur, quando tractatur de præiudicio tertij, quocaſu tacens non videtur conſentire Hic fuit actus, quem contradicendo potuit impedire, *idem ibidem*, & in facto etiam contrarium eſt probatum per teſtes, deß ſich die Acpt nicht gewaigert haben. Non obſtat, quod dicitur, ſcribi non poſſe obedientiam, quod ſubditus non poteſt nomine proprio contra dominum, & ſic ſe ipſum præſcribere: Duces hoc facere potuiſſent, ſi præſcriptione opus fuiſſet. Sic ſoluit Oldrad. *conſil. 244. num. 4. & Rebuff. in l. ſi quis. de decur.* ſic etiam tradi poteſt ſolutio ad *l. competit. C. de præſcript. 30. vel 40. an.* vbi habetur, quando contra † functiones publicas non currit præſcriptio, quod illa lex loquitur in cauſa ſpeciali: ſed in tributis & aliis functionibus, quę dantur in ſignum veræ ſubiectionis. Sic ſoluit Nic. Euerh. *conſil. 3. pag. 11. num. 50.* Ita etiam diſtinguit Abbas *in c. ad audientiam. num. 16. de præſcrip.* & Alex. *conſil. 30. volum. 5.* reſpondet ad text. *in d. l. competit.* Sed quod eſt ſpeciale in tributis ſeu publicis functionibus, debitis imperatori in ſignum recognitionis vniuerſalis dominij, vt non poſſint præſcribi contra imperatorem, ita refert Balb. *in tract. de præſcript. in 2. p. 5. partis principalis. q. 7. num. 2. Alberic. in l. imperium. num. 45 de iuriſdict. omn. iud.* Huc facit, quod tradit Abbas *in c. cum non liceat. num. 16. & ſeq. de præſcrip.* Sed in noſtro caſu non præſcribitur obedientia contra imperatorem & imperium. Imo nihilominus d. Monaſterium ſiue Abbatia manet tanquam pars Ducatus illius, & feudi imperialis ſub imperio, mediate tamen, & Dux & vt vaſallus imperij in ſignum ſupremæ poteſtatis & ſubiectionis ſuſtinet onera, & ſoluit collectas, quas collatas tam exigit ab Abbate, quam à reliquis ſuis ſubditis. Et ſic videmus dictum Abbatem ſoluere imperio, licet non immediate ſoluat. Et Abbas appellare quoque poteſt à Duce ad Cameram & iudicium imperij: Quod non poſſet, ſi Dux vel Abbas prætenderent præſumptionem contra obedientiam & ſupremam poteſtatem imperatoris.

Non obſtat quod dicitur, per non vſum † amitti ius collectandi. *Iacob. Rebuff in l. in filiis num. 1. & ibi additio. C. de decur. lib. 10. Chaſſ. in conſuet ud Burg. tit. des iuſtices. §. 4. verſ. nouv. numer. 16. fol. 34.* Et licet quis longiſſimo tempore non fuerit collectiſatus princeps vel alius ius collectandi non amittit, tamen ſi ab alio collectiſetur (vt Abbatia à Duce eſt collectiſata) præſcribitur quoad collectiſantem, & aliter amittit ius ſuũ. *Rebuff. in d. l. ſi quis decurio. C. de decur. lib. 10.*

Non obſtat, ſi quis intelligat allegatum receſſum Auguſtanum §. hette aber / ꝛc. in verbis, nie nichts geben / ꝛc. de † centenaria præſcriptione, vt ſcilicet libertatem prætendens docere debeat, ſe in 100. ann. nihil ſoluiſſe, quod per reos factum ſit. Ad id reſpondeo, ſufficere, vt probetur per tempus immemoriale nihil ſolutum, vt ſupra late deduxi. Nam † in antiquis (antiqua autem dicitur, quod excedit † metas 100. annorum ſecundum communem Dd. præſertim Iaſon. *in l. cum aliquibus. num. 7. C. de iur. delib.* Et Hieron. Cagnol. *in l. velle. in fin. de reg. iur.*) ſufficit teſtimonium de auditu. *Cravetta p. 1. in verb. viſo de fama. numer. 32.* Noſtri autem teſtes de viſu & auditu ita depoſuerunt, vt ipſorum teſtimonium iam ſit ſufficiens ac ſi tempus 100 annorum probaſſent. Quod teſtimonium de auditu alieno in antiquis plane probet, text. eſt *in l. teſtium, & ibi gloſſ. Bartol. Bald. Cyn. Salic. C. de teſtibus. Dec. conſil. 82.* In † antiquis ſufficit probatio per indicia & coniecturas ac teſtium auditum. *Curt. ſen. conſil. 77.* Imo etiam in antiquis † fama probat. *Afflict. deciſ. 23. num. 5 Petr. de Vbald. in repetit. c. ſi diligenti. in pr.* Teſtimonium † de auditu ſufficit in antiquis. *Dec. conſil. 618. num. 8.* Non obſtat, quod † ſcriptura cuſtodita in publico loco vel ſcriptura ex Archiuo publico plene probet, ſecundum ſupra allegata iura, quod hoc intelligendum, dummodo concurrant ea, quæ Innoc. *in c. 1. de procurat.* potiſſimum requirit, *ita ſcribit Felin in c. 2. numero nono de præſcript.* Deinde libri † officialium de publico deputatorum inter noſtantum probant, cum quibus res geſta eſt, ſecus contra tertium abſentem. Ita & liber † æſtimi non probat dominium in præiudiciũ tertij, per multa quæ tradit Cravet. *in l. p. de antiq temp. §. quarto limitatur. numero ſeptuageſimo primo.*

Non obſtat, quod † in dubio pro fiſco ſit iudicandum, per ea quæ tradit Didac. Couarr. *cap. 16. libr. 1. variarum reſol. & Gribaldus in l. non puto de iure fiſci.* vbi communem ait opinionem, quod in dubio nõ verſamur, cũ rei immemorialẽ poſſeſſionem probauerint. Accedit, quod multi ſunt Dd. qui contrarium teneant, ſed quod contra fiſcum ſit iudicandum, in dubio text. eſt *in d. l. non puto Matthæus ſing. 72. Alex. in l. 1. in pr. ſol. matrim. & alij. Alci. in reg. 3. præſumpt. 41. Manerius inl. quo tutela. §. quæ teſtamento. 15. de reg. iur. & in l. quoties. numer. 15. eodem.* Item † in dubio debet fieri interpretatio contra collectam, tanquam rem odioſam, per ea quæ allegat Cravetta *conſil. 111. numer. 26.*

Non obſtat, quod obiectum eſt contra teſtes

stes, scilicet quod sint subditi & vasalli & monachi, ideoque pro domino testificari non possint.
125 Ad hoc respondeo, primum, quod ad subditos † attinet, quod imo eis creditur, si non habent singulare commodum, per ea quæ allegat Henning. *cons.103. & cons.48.numer.24. Zas.in l.sed si hoc.§.qui manumittitur.num.9. de in ius voc.* Et monachi in
126 † causis suarum Ecclesiarum testificari possunt, si non inueniuntur prohibiti. *Accurs.in l.1. de testib. Authen.si dicatur. C. eod. & Authen.de monach. §. cogitandum in c.nuper. extra, eod. Spec.in tit. de test. in*
127 *princ.num.40.* Rector † & prælatus Ecclesiæ possunt esse testes in causa eiusdem Ecclesiæ. Actor tamen & testes simul esse non possunt. Sed si conuentus agit, tum licet in instrumento dicatur, quod Abbas & Conuentus constituant talem procuratorem, bene poterit Abbas esse testis, & quilibet de conuentu. *Spec.d. tit. in princ.num.23.*
128 Item vasalli † possunt esse testes pro domino, si sint bonæ famæ, & veritatem deponant, maxime si conueniant cum dictis aliorum, vt hic qui non sunt vasalli, *apostil.ad Spec.d.tit.in pr.in verbis, dicat sub litera K.* vbi allegat Bald. *consil.352. volum.3.* reprehendentem Speculat. tanquam sibi contrarium, qui ciuem subditum, non obstante, quod ei possit imperare, in testem admittit: Vasallum vero non admittit. Quod vasallus testis esse potest, tenet etiam Hieron. de monte *in d.act.c.58.num.3.*
129 *Fel.in c.in literis. num. 5. de test.* quod integritas † personę tollat omnem suspicionem. Idem subditi Principis vel regis ratione iurisdictionis possunt pro ipso testificari. Nam alioqui princeps vel prælatus maxime magnum habens regimen, non inueniret testes in propriis causis, *ita Felin.ibid.num.3.* Et Dd. pro concordia distinguunt; aut Princeps est talis, quod præsumitur inferre violentiam testis, nisi suo modo testificatur, & tunc
130 † non admittitur subditus pro domino: Si vero non sit talis, admittitur. Et fallit etiam contraria opinio, quoniam verisimilius subditi & domestici, vel familiares melius scire possunt, quam extranei. *Felin.ibid. num.9.* vel si alii haberi non possunt testes. *Idem in c.in super num. 7. de testib.* quod inhabiles admittantur, quod aliter veritas haberi
131 non potest. *Hippolit sing.533.* Et † in testibus, quod deficit in fide, supplet numerus. *Idem sing.477. gl.communiter approbata in l.3. verb. numerus. de testib.* Præterea in materia antiquitatis etiam do-
132 mestici & subditi † ac alij inhabiles, præsertim quando nec per alios verisimiliter probari non possit, admittuntur. *Crauet in tract.de antiq. temp. §.de fama.num.13. & 19.* Non obstat, quod à Cæsare & Camera sæpe Abbati sit mandatum, vt col-
133 lectas soluat, quod per solum † præceptũ, quod facit dominus, non probatur iurisdictio, vel superioritas, vel aliud ius, nisi probetur, quod obeditum sit præcepto, & qui præcepit, & sibi non paretur, nihil in alium possidet *Afflict. decis 652.*
134 *num.9. & seq.* Imo † collectarij ius tollitur, si probatur de contemptu legis, statuti, iuris, vel præcepti, si scilicet requisiti per longum tempus cõtradixerint, & præcepta contempserint. *Petr.de Rauennate in tit.de consuet.sectio.4.num.40. Bonnus in tract.de statutis reb.præscript.gl.4.num.4.* licet a-
135 lias per non vsum collectandi non tollatur † lex, consuetudo, vel ius collectandi, *Alex.consil.138.nu. 19.volum.2.* Quod autem Abbas semper contradixerit & præceptum contempserit, ex testium dictis abunde constat. Item ex contemptu, & sic
136 ex omisso inducitur consuetudo, quod † ille, qui contemnit, aliquid facere videtur. *Bald.in l.de quibus.num.35. ibi, sed nunquid ex non actibus.de legibus.* Probatur autem contemptus, vel quod expresse contemnitur, vel quod monitioni hominis, vel legis certum aliquid iniungentis nunquam paritum est. Non obstant etiam ea, quæ extra processum hunc pro fiscali possunt adduci. Nam † iu-
137 dex debet secundum allegata & probata procedere. *l.in caussa.de minor c. licet Hel. de Symon. Spec. in tit.de test.in pr.nu.67.* Pronunciare † debet iudex
138 de illa re in iudicio, de qua cognoscit. *Idem Spec.d. tit.§ nunc videndum.* Idem iura vt † prosint, in a-
139 ctis produci ea debent secundum ea, quæ allegat Menoch. *in consil.3.num.7. in caussa Vinariensi, text. est in l.illicitos.§.veritas, & ibi gloss.in verb.veritas, de offic.præsid.* Ita etiam dicitur, quod acta † facta in
140 vno iudicio, non probant in alio iudicio etiam inter easdem personas, nisi pars producat. *Bart.in l.naturaliter.§ nihil commune.num.32. & ibi Iason de acquir. poss. Alex consil.82. volum.1. Rofred. decis.232.* Item † iudex non potest dicere sententiam ex in
141 strumento scripturæ in iudicio non productæ, licet ea fuerit sibi priuatiue coram notario & testibus ita exhibita, vt plane ex ea cognouerit ius actoris vel rei. *c.cum dilectus. de fid.instrum.* Idem erit, quod instrumentum post litem contestatam, cum producitur in iudicio, ad principalem quæstionem litis attinet: nisi prædictio aduersario fuerit denunciata, vt se ipsum ab omnis scripturæ testimonio defendat. *Ita Didac. Couarr. lib.1.c.1. num.5. Fel.in c.quoniam contra numer.28.de prob.var. resolut.* Quod iudex † non possit admittere acta
142 extraiudicialia, pro decisione caussæ tenet etiam Archidia. *in c.iudicantem.30. quæst.5. nu.8. & 9. &c.*

## VOTVM V.

## In causa N.

*Contra*

## N.N.N. Trosien zu N.

*De Priuilegiis.*

SVMMARIA.

1 *Ad probandum admitti debet, quod probatum probantem non releuat.*
2 *Exemplũ non, sed legibus iudicandum.*

*Vnusquisque sui facti rationem reddere tenetur.*

2 *Concesso termino vniuersali, censetur etiam concessa iurisdictio.*

4 *Alienatio cum sua caussa dominium ad alium transfert.*

5 *Res transit cum sua caussa, onere & priuilegio.*

6 *Nemo potest caussam possessionis sibi mutare.*

7 *Possidere iure is dicitur, cuius nomine alius possidet.*

8 *Princeps licet concedat vasallo merum & mixtum Imperium, & omnimodam iurisdictionem in aliquo loco, non tamen videtur sibi concess. esse appellationes, nisi de eis fiat expressa mentio in concessione.*

9 *Imperium per vnum, non per plures regi debet.*

10 *Imperator non potest sibi parem in imperio facere.*

11 *Praeuenire melius est quam praeueniri.*

12 *Imperator non potest praiudicare Imperio.*

13 *Supremum ius siue superioritas Imperij non concernit dominium, sed iurisdictionem & protectionem in vniuersum.*

14 *Imperator quoad Protectionem & iurisdictionem dicitur dominus mundi.*

15 *Res inter alios acta alijs non praiudicat.*

16 *Appellationes, quae fiunt metu banni, non ex voluntate partium, nullius sunt praiudicij.*

17 *Imperij libertas non praescribitur.*

18 *Priuilegia Terrapotentiū contra superioritatē Imperij concessa sunt nulla.*

19 *Sanctio pragmatica nulla, nulla sacra annotatio, quae generali iuri vel vtilitati aduersatur, valet.*

20 *Imperator non potest concedere priuilegium omnimodae exemptionis.*

21 *Rescripta summi principis ita intelligenda sunt, vt nemini iniuriam faciant.*

22 *Intentio principis talis esse praesumitur, qualis est legum scriptae & rationis naturalis.*

23 *Imperator non potest praiudicare imperio vel pari, id est, successori suo.*

24 *Imperator nudus Imperij administrator est, & successor potest priuilegia eius annullare.*

25 *Donatio Constantini Imperatoris.*

26 *Imperator non potest facere alienationem in praeiudicium Imperij.*

27 *Imperator potest omnia ex plenitudine potestatis, & certa scientia.*

28 *Imperator quas res alienare possit.*

29 *Rex non potest facere deteriorem conditionem vniuersitatis, id est, regni.*

30 *Confirmatio priuilegiorum quid praestet.*

31 *Volenti & scienti non fit iniuria.*

32 *Insinuatio priuilegij non valet, si priuilegium nullum est.*

33 *Insinuatio semper fieri debet cum clausula, saluo iure imperij & tertij.* num 34.

35 *Iudex in dubio articulos ad probandum potius admittere, quam reijcere debet.*

36 *Consensus statuum imperij in concessione priuilegij quid efficiat.*

37 *Omnes quod concernit, ab omnibus approbari debet: & de interesse igitur omnium consensus requiritur.* & num. 38. & 39.

SVbmissio nostra in puncto deuolutionis versatur: Vtrum exceptiones articulatae 22. Augusti Anno 54. ex parte N. R. tanquam principis Terrępotentis pro interesse exhibitę, ad probandum admitti debeant nec ne: regulariter enim ad probandum admitti † debet, quod probatum 1
non releuet probantem, *vulg. l. ad probationem 1. & ibi Bar. in pr. C. de prob.* Videndum ergo, an probatae releuent probantem. Et certe, si non extarent praeiudicia, quod iidem articuli in similibus casibus ad probandum admissi fuissent, res, meo iudicio, non careret scrupulo. Quoniam † autem 2
non exemplis, sed legibus iudicandum est, & vnusquisque sui facti rationem reddere debeat. Ideo breuiter examinabo dictas exceptiones. Et in primis, quae ex ordine continua serie neque ad 26. art de emptione praefecturae N. de translatione & traditione dominij, de administratione eiusdem, de generali consuetudine Germaniae articulantur, nihil ad clidendam Imperij iurisdictionem momenti habent: status enim causae non consistit in eo, vtrum Landvogthey vnnd Landtgericht in N. cum pacto de retrouendendo principis Terrępotentis ab imperio Verpfändt/ id est, Verkaufft/ (sic enim accipiunt, & vbique in productis verbum Verpfändt interpretantur) worden. Nam per illam venditionem proculdubio non solum dominium, sed etiam exercitium & commodum iurisdictionis consecuti sunt: quia iuris est expediti, quod † concesso ter- 3
ritorio vniuersali, concessa sit quoque omnis iurisdictio, vt notant Dd. Butr. Iason & alij *in l. 1. & l. imperium. § 1. de iurisdict. omn. iud. late Bald. in cap. 1. de capitan. qui curiam vend. numero primo cum seq.* Sed in eo potissimum cardo totius controuersiae vertitur, an per illam venditionem dominium illius praefecturae ita in emptores Terrępotentis translatum sit, vt à iudicio prouinciali (scilicet Landtgericht) non ad Cameram Imperialem, sed gehn NN. appellari debeat? Hic labor, hoc opus est. Sed mea quidem sententia puto, quod non. Sed quod appellationes, non obstante venditione ad Cameram fieri debeant si non immediate (quod magis crediderim) saltem mediate. Idque sequentibus rationibus ostendere conabor, quarum prima, quod alienatio † cum sua 4
caussa dominium ad alium transferat, quae esset futura, si apud eum, qui alienat, res mansisset, *text. est in l. alienatio. § 1. de contrab. empt. l. traditio ff. de acquiren. rer. dom.* res † enim transit cum suo one- 5
re, & cum omni suo priuilegio. *text. in l. si conuenerit. §. si fundus. §. 1. de pig. act. l. 2. C. sine censu vel reliq. Dyn. in l. nemo potest. de reg. iur. in 6.* Sed in confesso adeoque notorium est, quod ante venditionem à Landtgericht N. immediate ad Cameram appellari potuerit.

Quid

Quid obstat igitur, quo minus & hodie possit per rationē *d.l. alienatio. cum similibus.* Est enim extra omnem controuersiam, quod Landvogthey vnd das Landtgericht immediate subsint imperio, quod sint feudum imperij à quocunque possideantur. Si feudum imperij. Ergo sub iurisdictio ne domini directi & parium remanserunt, hoc est, Cæsaris & statuum, qui sunt de curia imperij, ad quos tanquam iudices ordinarios ex aurea Bulla, constitutionibus imperij & iure communi vtique prouocare poterunt. *c. 1. de contro. feud. apud par. term. vbi Afflict. num. 4. Iser. num. 5. & 7. Præpos. num. 4. Imo. in c. cæterum. num. 4. de iudic.* Et non solum ipsi status N. verum etiam eorum subditi sub iurisdictione & protectione imperij mediate remanserunt. Secunda ratio, quia † nemo potest sibi causam possessionis mutare, nulla extrinsecus accedente causa, *text. in l. cum nemo. C. de acqui. poss. & l. 2. §. quod vulgo. ff. pro hæred.* Terræpotentes dictam præfecturam ab imperio habent, & eius nomine possident iure hypothecæ, vel emptionis cum pacto de retrouendendo. Ergo non possunt alio nouo iure possidere, non possunt iurisdictionem imperij ad se deriuare. Satis est, quod habeant virtute emptionis commodum possessionis, & iurisdictionis exercitium, quæ ipsis non denegantur. Relinquatur etiam sua imperio excellentia & maiestas, præsertim cum † in iure dicatur is possidere, cuius nomine alius possidet, *text. in c. si diligenti. de præscript. c. cum venissent, de rest. spol. l. quod meo. ff. de acquir. poss.* Accedat doctrina Iacobi de S. Georg. *in verb. & dicti vasalli. num 36. in fin.* vbi dicit, quod licet vasallus sit inuestitus de feudo alicuius castri cum mero & mixto imperio, & omnimoda iurisdictione, tamen si ipsi subditi appellant à potestate vel vicario deputato, per ipsum inuestitum nō erit appellandum ad ipsum feudatarium inuestitum, sed ad dominum superiorem, quod licet princeps † concedat vasallo merum & mixtum imperium & omnimodam iurisdictionem in aliquo loco, non tamen videtur sibi concessisse appellationes, nisi de eis fuit expressa mentio in concessione. Ita Iacob. vbi supra allegat Ang. *in l. 1. §. mandatum ff. de officio eius cui mand. est Iuris.* Idem Iac. de S. Georg *in verb. cum mero. num. 9.*

Tertia ratio est, quia Landtgericht adhuc hodie daß Keyſ. Landtgericht M. appellatur. Id quod ex citationibus constat, vbi Carolus V. Imper. vocat das Landgericht Diffrel LL. ein Keyſerlich Landtgericht. Si Cæsaris & imperiale iudicium: ergo non ad Terræpotentem, qui nomine imperij iure hypothecæ vel emptionis administrationem tantum & commodum possessionis habet. *d. l. quod meo. cum similib.* Sed ad Cæsarem, vel eius Cameram appellari debet, quemadmodum à iudicio Rotvveilensi alias necessario gehn QQ. appellandum foret. Si quid appellationis remedium, porro ad Cameram locum non haberet, sequeretur absurdum, quod duos habemus in Romano imperio Cæsares, alterum in Germania, alterum in Terræpotente, & sic diuisum imperium contra legem Regiam, cuius forma est, vt per †vnum regatur, non vt in plures imperium diuidatur. *l. 2. §. nouissima. ff. de orig. iur. Bal. in proœm. feud. num. 33.* vbi dicit, quod Imperator † non possit sibi parem facere vel superiorem, aut aliquem constituere, qui impune posset imperio resistere. Hinc pro quarta ratione, & illud inconueniens sequeretur, quod toties in actis à statibus D. circuli allegatum est. Quod nimirum omnes status eius prouinciæ, puta Principes, Comites, Barones & nobiles eximerentur à iurisdictione imperii, & subiicerentur potestati & iurisdictioni principum Terræpotentis, quia notorium, quod à QQ appellationes ad Cameram non permittantur. Iuris autem manifesti est quod appellationes semper debent dirigi ad illum, qui est superior in iurisdictione, & quod conquiescant in supremo iudice. *l. à proconsulibus. l præcipimus. C. de appell.* Si igitur von QQ. non possit appellari ad Cameram, consectaneum erit, Terræpotentes esse superiores dominos statuum D. quod nulla ratione imperij fauore concedi ac permitti possit. Nec obstat, quod allegatur, nos non versari in illis terminis, vtrum à Regimine QQ ad Camerā porro appellari possit, quia melius est prę uenire † quam præueniri. *l fin. C. in quibus causis in integr. rest. non est necess. l. 1. C. vt nemini liceat sine iud. autor.* Quinta ratio: Quia Imperator rem imperii alienando, etiamsi vellet, non posset à se superioritatem. & supremum illud ius protectionis & iurisdictionis, quod non ex successione, sed electione consecutus est abdicare, & in alium transferre, hoc est, non potest efficere, vt † res imperiales omnino à iurisdictione imperii eximantur, ad quod optime facit *l. penult. § 1. de off. præs. & plene notant Dd. in proœm. ff. & C.* vt infra latius dicetur. *Mandel. cons. 64. num. 47.* Supremum † ius siue superioritas imperii non concernit dominium aliquod directum vel vtile, sed iurisdictionem & protectionem in vniuersum, *vt not. gles. in proœm. ff §. 1. in verb. sancimus. Bart. ibid. num. 3. Mandel. d. consil. 64. num 99.*

Vnde licet dominium dictæ præfecturæ ex venditione Terræpotentes consecuti essent, eadem tamen sub iurisdictione & protectione Imperatoris permansit, quia, vt dixi, supremum illud ius ab Imperatore separari non potest. Hinc est, quod Imperator, quoad protectionem & † iurisdictionem dicatur dominus mundi & omnium prouinciarū. *l. deprecatio. §. 1. ad leg. Rhod. de iact. l. bene à Zenone. C. de præscript. vbi communiter DD. Bart. in l. si duas. §. 1. num. 2. ff. de excus. tutor. Iason in l. cunctos populos. num. 2. & 8. cum seq. C. de summ. trinit. & fide Cathol.*

Ad extremum pro sexta ratione accedat, quod eo tempore, quo Landvogthey den Schonwalden ab imperio verpfändt/ immediate à Landgericht ad Cameram absque contradictione appella-

pellatum sit, prout multis indiciis, quæ in defensionalibus ex ordine recensentur, comprobatum extat, ita quod Camera etiam post hypothecam semper fuerit in possessione recipiendi appellationes. Et hactenus quoad priores 26. articulos. Cetera quæ sequuntur à 27. artic. vsque ad 51. inclusiue, quod scilicet ab eo tempore quo de præfectura penes Terræpotentes fuit, semper appellatum sit vom Landgericht N. gehn QQ. cum allegatis ad hoc nuncupatim præiudiciis, parum apud me ponderis habent.

15 Primo cares † inter alios acta aliis non debet præiudicare. *tot. tit. C. res int. alios. l. sæpe ff. de re iudic. cum similibus.* Deinde quia notorium est, huiusmodi † appellationes non ex partium voluntate procedere, sed metu Banni fieri, ideo nullius sunt præiudicij. *l. 1. & tot. tit. ff. de eo quod metus causa.* Et extant huius iusti metus, qui in virum constantissimum cadere potest, *iuxta l. metum. ff. d. tit.* exempla banni, vt in causa der Statt Augspurg pro interesse, vnnd Georgen Esterreichen Principalen contra Caspar Glockler / Item in causa Antonij Fugger vnnd Gemeindt zu Kirchhaßlach contra Dauid Jud / & nouissime in causa Schellenberg contra Glocklern quartæ appellationis.

Tertio, quia iuri publico non præscribitur,
17 contra imperij libertatem & iurisdictionem † nulla currit præscriptio. *l. omnes. & ibi gl. magna. l. competit. C. de præscript. 30. vel 40. ann. l. 1. & 2. Cod. ne rei dom. vel templo. l. fin. C. de feudis patrimonia. lib. 10. Guid. decis. 416. numer. 7. cum seq. Panorm. & Felin. latiss. in c. cum non liceat. de præscrip.* vbi disputant, an præscribere aliquis possit, vt non subsit imperio, de qua quæstione late Mandel. *consilio sexagesimo secundo numero vigesimo quinto & consilio sexagesimo quarto, numero nonagesimo primo per multa alleg. & ibi per eum.*

Quoad 52. art. ait vsque ad 55. inclusiue de priuilegio Terræpotentis de non appellando ad Cameram facilis est responsio, quod huiusmodi †
18 priuilegia cõtra imperij superioritatem ab Impp.
19 concedi non poterint. Sed sint ipso iure nulla. Nulla enim pragmatica sanctio, nulla † sacra annotatio, quæ generali iuri vel vtilitati publicæ aduersatur, valet, *vt est text. in l. fin. C. si cont. ius vel vtil. public. & ibi communiter Dd. l. viri. C. de his qui vacat. à principe accep. lib. 10. l. 1. in pr. ff. de vacat. mun. l. iubemus nullibi. C. de sacrosanct. Eccles. l. si quis per diuturnam. C. de aquæ duct. lib. 12. Bald. in proœm. feud. num. 32. Panorm. in d. c. cum non liceat. num. 16. in fin.*
20 vbi dicit, quod † imperator non potest concedere priuilegium omnimodæ exemptionis, quia esset lacerare imperium, & abdicare à se iurisdictionem, quod non est possibile, *argum. d. l. penult. § 1. de off. præsid.* Il præterea noti iuris est, rescripta
21 summi principis ita esse † intelligenda, vt nemini iniuriam faciant. *c. super eo. de off. deleg vbi late Fel. l. ex facto. ff. de vulg. & pupill. substit. l. nec auus. C. de eman. lib. Bald. in l. 1. C. de diuers. rescript. Bellon. consil.*
22 *18. num. 6.* Intentio † enim principis talis esse præsumitur, qualis legis scriptæ & rationis naturalis. *Dec. consil. 11. num. 3. & 4. idem consil. 209. num. 8. Iason in l. quoties. C. de precib. Imp. offer. num. 3. & 4.* Sed in præsenti graui & intolerabili iniuria adficerent status N. si illud priuilegium etiam illos cõprehenderet, quia inuiti à iurisdictione imperij eximerentur, & alterius potestati subiicerentur, vt supra demonstratum est. III. Ad hæc Imperator † non potest præiudicare imperio vel pari, id 23
est, Imperatori venienti post se, quia par in parem non habet imperiũ, *text. in l. nã magistratu ff. de recep. arbitr. l præcipimus. §. penult. C. de appell. l. ille à quo §. tempestiuum. ff. ad Trebell.* Et nudus tantum administrator, non autem dominus imperij est, † 24
ideoque successor poterit huiusmodi priuilegia cassare & annullare, ad hoc optime faciũt tex. *in l. iure nostro. ff. de testament. tut. & l. quamuis. ff. de reb. eorum qui sub tut. &c. Bart. Bald. communiter Dd. in proœmio ff. & C. in proœm. instit. Bald. late in proœm. feud. & Imol. ad rubr. ff. de verb. oblig.* vbi de donatione † Constantini facta Syluestro Pontifici ad 25
nauseam disputant, quam Molinæus ad Alexand. *consilio vigesimo quarto numero vigesimo tertio volum. 5.* attestatur nunquam factam fuisse, sed esse mendacium pudentissimum ab adulatoribus Papæ confectum. Allegat Felin. ita tenere in *c. solita. in fin. de maior. & obed.* Vt vt sit, concludunt omnes in
locis allegatis, Imperatorem † vnanimiter non 26
posse facere alienationem in præiudicium imperij sui, cum dicatur Augustus ab augendo, & iuret in manus Electorum, imperij iura seruare, augere & non minuere. *per text. in c. intellecto. de iureiur. vbi pulchre Bald. Henning. consil. 2.* etiam quod omnia possit ex plenitudine † potestatis, & certa 27
scientia intelligi debere, salua tamen maiestate imperij sui. *Specul. in titul. de instrument. edit. §. nunc autem videndum. numer. 11. Alexand. d. consil. 24. Bald. in proœmio Codicis & feudorum in hac quæstione, vtrum † imperator possit res imperij alienare in Laicum?* 28
distinguit in modum, qui sequitur, aut (inquit) concedit aliquid in feudum, & tunc alienare potest absque dubio, quod eo casu ius superioritatis manet penes ipsum imperatorem, ad hoc allegat *l. 2. & l. humanum. C. de legib.* Aut plane alienat rem, & abdicat à se superioritatem, & tunc non valet. Et idem Bald. *in proœm. feud. numer. 32.* tenet, quod Rex † non possit facere deteriorem conditionem 29
vniuersitatis, id est, regni, nec regnum subiicere seruituti.

Si hoc ergo in Rege, qui iure successionis regnum possidet, obtinet; quanto magis in Imperatore, qui electionis iure ad imperium peruenit, cuius administratio morte finitur, obtinebit. Sunt & aliæ rationes, quod scilicet donationis imperium possit exhauriri. & tandem ad nihilum redigi, sed de his satis. Concludo in nostra hypothesi priuilegium Terræpotentium non appellando, de quo in actis fit mentio, in præiudicium statuũ à solo Imperatore concessum non valere.

Non

Non obstat, quod Imperator quibusdam statibus concesserit priuilegia de non appellando, item, quod ab Electorum sententiis non appelletur ad Cameram, quia hæc in actis satis confutata sunt, quę huc breuitatis gratia nō repeto. Descendamus igitur ad reliquos articulos, nimirum ad 56. art. in seq. vsque ad finem. Habet autem d. articulus 56. quod tale priuilegium Anno 30. in Comitiis Augustanis consensu Electorum & statuum † Imperij, quasi confirmatū & approbatum sit, Daß man vom Landtgericht gehn QQ. vnnd nicht ad Cameram appellieren soll. Iste articulus inter alios veluti Hesperus & Lucifer inter stellas solus emicat, & probatus meo iudicio releuare posset, quia si omnium statuum consensus accessit, non de aliis, sed de scriptis conqueri debent, quod consenserint. Volenti † enim & scienti non fit iniuria. Cæteri articuli ab ipso dependent: quia si non † valet priuilegium, nec insinuatio valebit, destructo † enim antecedente, & ipsum consequens cadere necesse est. *l. 1 ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdict. l. nihil dolo. §. cum principalis. ff. de reg. iur.* Adhæc insinuationes † semper fiunt cum *saluo iure Imperij & tertij*, vti ex stylo Cameræ, & formis sententiarum constat. Cum igitur dictus articulus 56 & per consequens reliqui articuli, qui ab eo dependent, possint esse releuantes, & iuris sit, quod in dubio iudex † articulos potius admittere ad probandum, quam reiicere debeat cum clausula, *Saluo iure impertinentium*, &c. vt pulchre docet Iason *in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. 2. ff. de iureiur. num. 12. cum seq. Mar. p. 6. tit. de depos. num. 23. Rofred. decis 163. gloss. & Panorm. in c. cum contingat. num. 12. de offic. deleg.* Volo antecessorum vestigiis insistere, & articulum ad probandum admittere in forma consueta. Quoad si me non terrerent eorum vestigia, hoc est, præiudicia, quæ nobis à procuratore Terræpotente ob oculos toties ponuntur, intrepide pro iurisdictione Imperij in puncto deuolutionis pronunciarem, quia si rem accuratius perpendamus, etiam probato † consensu Electorum & statuum talis consensus in puncto iuris vix releuare posset, eo quod in simili † consensus domini & vasalli in alienanda re feudali non posset præiudicare eorum successoribus natis vel nascituris, vt in materia feudali, ad hoc sunt textus aperti *in c. 1. de vasall. decrep. ætat. c. 1. de alienat. feudi. c. 1. §. hoc quoque de success. feud. vbi late Aluarot. num. 6. Iser. & alij.* Et militent in membris eædem rationes prohibitæ alienationis, quæ in capite, hoc est, quod successoribus non possint præiudicare. Quod imperium posset ad nihilum redigi. &c. accedat, quod consensus non sit collegialis, quod ad † omnes concernit, ab omnibus approbari debeat. Et si de † interesse omnium agitur: omnium consensus requiritur. *l fin. C. de author. præstand.* sed propter allegata præiudicia & causæ difficultatem concludendo categorice tutiorem viam eligendam, & in dubio ex doctrina Doctorum, vbi supra, articulos admittendos esse, &c. Saluo, &c.

30 31 32 33 34 35 36 37 38 39

## VOTVM VI.

*In causa*

## Burgermeister vnnd Raht der Statt M.

*Contra*

## I. &c. Pro interesse, Auch Schultheis vnd Gericht zu S. Reos & Appellantes.

*De renunciatione priuilegio fori & auocatione.*

SVMMARIA.

1 *Status huius causæ.*
2 *Quilibet potest renunciare priuilegio fori*, nu. 14. & 30.
3 *Per contractum prorogatur iurisdictio alterius iudicis.*
4 *Priuilegium habet locum in criminalibus; non autem ciuilibus*, num. 6.
5 *Ratione contractus sortitur quis forum, si ibi inueniatur.*
7 *Renunciatio fori priuilegio specialis quæ dicatur.*
8 *Communi partium consensu, iudicis iurisdictio prorogatur.* num. 11.
9 *Restringitur vt non procedat in clerico & vasallo.*
10 *Exemptus à iurisdictione ordinaria, nihilominus eius iurisdictionem prorogare potest.*
12 *Aduocationis effectus.*
13 *Quando recte fiat.*
15 *Superioris interest, ne quis alius iudex super suo subdito cognoscat.*
16 *Clericus nec tacite, nec expresse prorogare iurisdictionem Laici iudicis potest.*
17 *Pacto priuatorum vniuersitati præiudicari nequit.*
18 *Vasallus in feudali causa non potest prorogare alterius iudicis iurisdictionem in præiudicium Domini directi.*
19 *Adeo vt si conuentus non opponat declinatoriam, Dominus petere possit remissionem, & limitatio ad l. vbi cœptum iudicium.*
21 *Effectus clausulæ annullatiuæ.*
22 *Forma non seruata, non valet quod agitur.*
23 *Iuri prohibitiuo renunciari non potest.*
24 *In concurrente Iurisdictione locus est præuentioni.*
25 *Priuilegium fori pendente lite impetratum, non attenditur.*
26 *Declaratur.*
27 *Concludit causam remittendam.*
28 *Forma remissionis seu remissoriæ sententia.*

FErdinandus Romanorum Imperator, † reos in iudicio Rotvveilensi citatos vigore priuilegiorum domus Austriacæ, pro suo interesse auocat; cuius auocationis tenor talis est: Ferdinandus,

1

nandus, &c. iudicibus Rotvveilenſibus ſalutem. Quia rei vns verwandt vnnd vnſere vnderthanen / Ideo petimus vigore priuilegiorum domus Auſtriacæ deren jhr glaubwürdig vidimus hinder euch habt / ꝛc. Datum beſchehen 20. Aprilis Anno 53. Excipiunt contra auocationem actores, renunciatũ omni priuilegio fore. Hac exceptione renunciationis attenta pronunciant iudices primæ inſtantiæ eam non remittendam, à qua ſententia ad Cameram à tempore ſcientiæ intra decendium appellatur, & grauaminis loco articulatur: quod talis renunciatio tertiis, quorum fauorem maxime concernit, præiudicare non poſſit: Item quod ſit generalis renunciatio, ideoque nullius momenti. Deſſingulis videndum eſt, & primo de exceptionibus Actorum.

2 Certum eſt, quod quilibet poſſit † renunciare priuilegio fori, ſibi à lege vel priuilegio conceſſo. *l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact.* Nemini enim licet contra pacta ſua venire, & contrahentes decipere, vt ait ibidem textus. Vnde contra-
3 hendo † poteſt prorogare iuriſdictionem alteri-
4 us iudicis. *l. 2. ſi quis in ius &c.* Et licet † remiſſio non habeat locum in contractibus, ſed tantum in criminalibus. *c. Romana. §. contrahentes, & ibi gl.*
5 *verb. inuitos. de for. compet. in 6.* Sortitur tamen † quis forum ratione contractus, ſi ibi inueniatur. *l. hares abſens. 19. & ibi Dd. de iudic.* Sed ſi non inueniatur in loco contractus, non poteſt peti, vt remiſſio fiat ad locum contractus. *d. §. contrahentes, in gl. Bart. d. l. ſi quis tutelam. num. 1. de iud. Bald. conſil. 167. num. 2. vol. 5.*

6 Hoc tamen ſingulariter fallit, quia † renunciatum eſt priuilegio fori, quia ea renunciatio operatur, vt remiſſio locum habeat. *d. l. 1. ſi quis in*
7 *ius &c.* Dicitur autem ſpecialis † renunciatio priuilegio fori facta, quando quis priuilegio fori renunciat, licet non exprimatur illud priuilegium ſpecialiter, *Bartol. d. l. 1. num. 4.* Atque in præſenti ſatis ſpecialiter omni priuilegio fori renunciatum eſt, vti ex formula renunciationis colligere
8 eſt. ad quam me refero. Accedat, quod per † prorogationem iudicis non ſui non requiratur conſenſus vel licentia iudicis ordinarij *l. 1. §. poſt operis. vbi Iaſon num. 11.* † vbi hoc limitat in Clerico &
9 vaſallo, *de noui operis nunciat. gloſſ. c. Romana. verb. clericorum de for compet. lib. 6.* Et ſic ſuperior eum impedire non poſſet. *d. §. & poſt operis.* licet ſecus
10 ſit in Clericis. *d. c. Romana.* † Hinc eſt, quod habens à iuriſdictione ordinaria emptionem, poſſit non obſtante priuilegio exemptionis prorogare iuriſdictionem iudicis ordinarij. *Salicet. authen. habita. C. ne fil. pro patre num. 22.* vbi hoc con-
11 firmat in ſcholari, † qui non obſtante priuilegio exemptionis poſſit conſentire in poteſtatem loci, tanquam ordinarium iudicem, & quod non requiratur conſenſus proprij iudicis, vide ad hoc *c. ſignificaſti. numero quadrageſimo quarto cum ſeqq. de for. compet.*

Concludo itaque d. exceptionem renunciationis fori releuantem eſſe, niſi replicatione reorum ſit eliſa, de quo breuiter dicendum.

Replicant rei, & hic in Camera loco grauaminum ponunt, quod talis renunciatio in præiudicium tertij fieri non poteſt, pro eius reſolutione quædam præmitto. † Primo, Quod auocatio cauſæ per ſuperiorem facta ligat manus iudicis inferioris, adeo vt proceſſus poſtea factus ſit ipſo iure nullus, *c. vt noſtrum de appellat. L. nouum. & ibi Dd. C. de appellat. l. iudicium ſoluitur. de iud. c. ſuper quæſtionum de offic. delegat.* Nam per eam ſuſpenditur iuriſdictio inferioris, ſiue iniuſta ſit ſiue iuſta. *Panormitan. d. c. & vnum. numer. 3. & ibi Franciſc. num. 4.*

Et † non ſolũ fieri poteſt ante cœptum iudicium, verum etiam poſt lite pendente adhuc indeciſa, *c. licet de offic. deleg c. Eccleſia. C. tot. tit. vt lite pendente. Franc. d. c. vt noſtrum. num. 3. Guido deciſ. 440. per tot.*

Secundo præmitto diſtinctionem Baldi *d. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. numer. 2.* circa renunciationem fori. Aut lex diſponit de foro fauore ſuperioris, veluti quod dominus feudi cognoſcat inter vaſallos; hoc caſu pactos non poſſe priuilegio fori renunciare, quia in præiudicium ſuperioris, in cuius fauorem hoc eſt introductum, principaliter renunciatio nulla eſt. Aut lex diſponit de foro mera conſideratione priuatorum, † 14
& tali caſu regulariter fit prorogatio rer renunciationem *Bald. d. l. ſi quis & ibid. Dd. c. ſignificaſti. de foro compet.*

Iam ad propoſitum. Conſtat ex actis, & in confeſſo eſt Imper. Ferdinand. pro ſuo intereſſe cauſam & partes reuocare etiam lite pendente potuiſſe & legitime auocaſſe, *a. c. vt noſtrum. de appell.* eamque auocationem iudicibus rite inſinuatam, & per conſequens iuriſdictionem in ſuſpenſo fuiſſe.

Conſtat etiam ex actis hoc priuilegium fori ſiue exemptionis particulariter conceſſum eſſe Archiduci Auſtriæ, vti ex tenore priuilegij manifeſtum eſt. Cum igitur hoc priuilegium † ex- 15
emptionis tangat non ſolum fauorem exempti, ſed & fauorem ipſius ſuperioris Archiducis Auſtriæ eximentis, non petunt ſubditi in præiudicium ſui ſuperioris iuriſdictionem iudicis. Nam eximendo ab aliis immediate illum iuriſdictioni ſuæ ſubiicit, *Panormitan. c. cum tempore nu. 2. de arbitr. Socin. c. ſignificaſti. numero quadrageſimo quarto cum ſeqq.* 16

Hinc eſt, quod Clericus † non poteſt, etiamſi vellet, prorogare iuriſdictionem Laico tacite vel expreſſe *c. Romanæ. de for. compet. c. ſi diligenti. §. fin. & ibi gloſſ. verb. manifeſto, eod. tit.*

Nam hoc priuilegium fori non eſt perſonale, 17
† ſed toti ordini indultum, cui pacto priuatorum derogari non poteſt. *c. ſi diligenti § fin. de for. comp. Soc. d. c. ſignificaſti.* Eadẽ ratione † vaſallus nõ 18
poteſt in cauſa feudali prorogare alterius iudicis iu-

ril-

risdictionem in præiudicium domini directi, ad quem eius cognito pertinet, *c.imperiale.§.præterea.§. inter duos. de prohib.feud. alien. Bart.l.1.num.2.*
19 *de iudic,* † Et si conuentus non opponat declinatoriam fori dominum posse petere remissionem, vt ibid. Afflict. & sic limitatur *l. vbi cœptum iudicium.*

Concludo ex prædictis replicationem actoris & appellantium esse releuantem, quod videlicet subditus non possit sine consensu superioris sui renunciare priuilegio fori, quando tale priuilegium non tantum exempti, sed & eximentis fauorem concernit, † secus si de solius renuncian-
20 tis fauore agitur, quo casu obtinet, si quis in consuetud.

Accedat, quod tale priuilegium principibus domus Austriacæ ab Impp. ex plenitudine potestatis cum clausula annullatoria cassante concessum sit, quæ clausula eum habet effectum, † vt
21 quicquid in contrarium attentatum est, ipso iure nullum sit, *l.non dubium, vbi gloss.verb. pro infectis.C. de legib.c.inter cætera, vbi gloss.verb.irritum.de præbēd. l.iubemus.§.sane.C.de SS. Eccles. Bald.d.l.si quis in cōscribendo.n.5. C.de pact.* Ratio est, quia huiusmodi
22 clausula pro forma apponitur, † vnde forma non seruata, non valet, quod agitur. *Ias.d.l.si quis.nu.17.* vbi dicit, quod quando vnus in aliquo actu apponitur à superiore clausulę annullatiuæ actus, quia dicitur, si secus attentatum fuerit, &c. sit vanum & inutile; tunc consensu partium non posse renunciari, *fac.gl.c.statutum. verb. committantur. de*
23 *rescript.in 6.* Iuri enim † quod prohibet, renunciari non potest, *l.1.ne fidei iussor, vel mand. dent. Bald.d. l.si quis.n.51.*

Non obstat, quod olim habuerunt Rotvveilenses † concurrentem iurisdictionem, ita vt prę-
24 uentioni locus esse debeat, *l.si quis postea.de iudic.*
25 *c.cum plures.de off. deleg.lib.6.* Quia interueniente † nouo priuilegio, expirauit iurisdictio Rotvveilēs. Quod quidem priuilegium multo ante litis pendentiam concessum fuit: secus esset, si pendente
26 iudicio Nam priuilegium † fori superueniens pēdente iudicio non eximit, quoniam ad iurisdict. *d.l.si quis postea. & ibi Bart. & Dd. text.c.fin.* & litis pendent. nisi de litis pendentia expresse facta sit
27 mentio. *d.c.fin.* Ex quibus omnibus † breuiter cōcludo cum D. Referen. in prima instantia male iudicatum, bene appellatum; & causam ad iudicē priorem remittendam cum refusione expensarum. Extant præiudicia in voto Refer. Saluo
28 Jn Sachen † der Röm. Key. May. Als Ertzhertzogen zu Oesterreich pro interesse, vnd Schultheiß/ Gericht vnd geschworne zu Sabischen Appellanten eines wider Burgermeister vnnd Raht der Statt Mülhausen Appellaten ander theils/ ist allem fürbringen nach zu Recht erkännt/ daß in voriger Instantz vbel geurtheilet/ wol dauon appellirt/ vnd wöllen die Partheyen ein andern Spruch vnnd forderung nicht entlassen/ daß sie solches an gebürenden Orten thun sollen/ cum refusione expensarū, &c.

## *VOTVM VII.*

## Jn causa Burg. M vñ R. der Statt O. & N. K. consorten Klägern/

*Contra*

## S. vnd S. deß S. G. F. auch J. K. Beklagten.

### SVMMARIA.

1 *Actor si reo mortuo succedat, processus extinctus est & n.93.*
2 *In puncto citationis ad videndum, &c. quatuor examinanda veniunt.*
3 *Dolus an ex coniecturis probari possit.*
4 *Qui non facit, ad quod obligatur, in dolo est.*
5 *Consuetudo iniqua num excuset à pœna.*
6 *Princeps an possit aliorum priuilegiis derogare.*
7 *Princeps supra ius ciuile seu positiuum est.* nu.76. Item n.89.
8 *Princeps pro libitu tollere potest, quæ iurisdictionis sunt.*
9 *Priuilegium ob bene merita concessum, transit in contractum. Quando.*n 12. *Num reuocari possit.*n.40.
10 *Princeps contractibus stare tenetur.*
11 *Clausula generalis, quæ priuilegijs solet inseri.*
13 *Princeps an priuilegium à se datum reuocare queat.*n.75.
14 *Clausulæ,* saluis nostris & imperij iuribus, *sensus & intellectus.*n.20.44.
15 *De priuilegio confirmatorio & renouatorio. Quod non est, confirmari nequit.*ibid.
16 *Priuilegium sequens quando deroget præcedenti.*
17 *Generali reuocatione quæ reuocentur.*
18 *Priuilegio priori vt detrahatur, opus est specifica derogatione.*
19 *Imperator præsumitur constans.*
20 *Ex principio, item ex præfatione colligitur causa finalis.*n.77.
21 *Priuilegium proprium non dicitur, quod ius commune concernit.*
22 *Priuilegium generale labefactatur speciali subsequente.*
23 *Confirmatio tum demum probat, quando constat de originali. Fallet.*n.24. & 25.
26 *Dolus quando recte præsumitur.*
27 *Priuilegium vim legis habet, & ius facit. Item* nu. 72.
28 *Priuilegium controuertentis pœna.*
29 *Coniecturæ non valent in ijs, quæ certa sunt.*
30 *Clausula priuilegij derogatoria.*
31 *Eadem triplex. Priuilegijs illam inseri vtrum necesse sit.* numer. 86.
32 *Argumentum ab absurdo aptum ad eliciendā mentem concedentis priuilegium.*

33 *Imperator seu Princeps non concedit, quod absurdum est.*
34 *Imperatoris aut Papæ rescripta quomodo sint interpretanda.*
35 *Priuilegium vnde accipiat interpretationem.*
36 *Hæres sequitur forum defuncti.*
37 *Priuilegium an expiret & amittatur, vel illi præiudicetur non vtendo,* n.87.
38 *Ciuitates imperiales num possint leges condere.*
39 *Consuetudo tribuit iurisdictionem.* n.51.
*Et æquiparatur priuilegio.* ibid. & n.81.
41 *Arresta sunt remedia extraordinaria & prohibita.*
42 *Priuilegia non vergunt in præiudicium tertij.*
43 *Priuilegiatus contra priuilegiatum suo non vtitur priuilegio.* n.88. *Fallen. vide* n.88.
*Damnum vitare studens præfertur lucrum captanti.* ibid.
45 *Non entis nullæ sunt qualitates.*
46 *Alternatiua petitio in libellis permittitur.*
47 *Nulla est actio specialis, per quam agatur ad pœnã priuilegiorum.*
48 *Priuilegio quæ acquiri possunt, sunt etiam præscriptibilia, & consuetudine quæsibilia.*
49 *Consuetudo arrestandi num valeat.* n.52.56.
50 *Consuetudinem irrationabilem ius respuit.*
53 *Rationabile censetur, quod à iure non reprobatur.*
54 *Ratio num sit de substantia consuetudinis.*
55 *Romæ qualibet de causa quis conueniri potest.*
56 *Arrestari num quis possit ob deficientem solutionem.*
57 *Consuetudine multa fieri possint, quæ pacto non itidem.*
58 *Consuetudo licet præiudicialis, consensu Imperatoris confirmata, obseruanda est.*
59 *Consuetudo vel statutum an liget forenses.* num. 60 61.
62 *Iudex num extra territorium suum possit etiam iurisdictionem exercere.* n.63.
64 *Consuetudinem à principe confirmari multũ prodest, tria namq; operatur.*
65 *Requisita consuetudinis probanda.*
66 *Consuetudo præscripta 40. annis acquirit ius & possessionem.*
67 *Subditi in causa superiorum an possint esse testes.*
68 *Consuetudinis & præscriptionis differentia.*
69 *Ad consuetudinem inducendam, vtrum magistratus sufficiat consensus.*
70 *An principis requiratur consensus, &c.*
71 *Consuetudo inducitur actibus etiam minus solennibus & nullis.*
73 *Consuetudo inducta contra quosdam, num obsit quoq; alijs.*
74 *Posse & velle actum perficiunt, hoc est, voluntas & potestas in actu requiruntur.*
75 *De Principis seu imperatoris potestate circa priuilegia, & an in præiudicium alterius illa possit largiri.*
78 *Supplicatio siue petitio concessionis dat interpretationem & intellectum.*
79 *Priuilegium regulatur secundum eius causam.*
80 *Priuilegium datum in genere ad omnes personas, res &c. extendetur.*
81 *Consuetudo habet vim constitutionis.*
82 *Falsa causa, &c. vitiat priuilegium.*
83 *Instrumentum alterius instrumenti mentionem faciens, quando sit fide dignum.*
84 *Specificatio meritorum an requiratur in largitione beneficiorum.*
85 *Priuilegio ius commune continenti, num per aliud sequens derogari possit.*
89 *Ad priuilegij concessionem, an citandus sit, in cuius præiudicium videri possit concedi.*
90 *Priuilegia strictissimè interpretanda.* Item *supra* num.32.
91 *Principis voluntas pro ratione & lege habetur.*
92 *Secundum consuetudines laudabiles iudicandum.*
93 *Iudex, vtrum in senteneia actoribus aliquid reseruare possit, & teneatur.*

*Materia priuilegiorum.*

CITATIO ad videndum se incidisse in pœnas priuilegiorum, & mandatum de relaxando & non turbando extracta 22. Octobris Anno 50. Narrata repetuntur in articulis & posit.

Causa introducta 13. Decembris Anno 50. quo die comparuit etiam fiscalis pro interesse, & protestatus est de iure fisci ratione pœnæ commissæ.

*Petitio summaria in puncto.*

Repetit narrata supplicationis, quæ dicit vera, & casu quo necesse sit probari posse, & cum ex ea appareat, ꝙ rei auff jhr vnordentlich vorheischung/ Arrestirung/ vnd andere darauff verfolgte vermeinte Proceß/ vnd verweigerung gebürlicher remission zu ordentlichem Rechten/ als der Klägern herrlichen/ erlangten/ bestättigten vñ Besitzlich herbracht Keys. Freyheitẽ/ vber deren notturfftige erinnerung strack zuwider geübt vnd vorgenom̃en/ denen eyn verleibte Peen ohn alle Mittel verwürckt/ vnnd mit der That darein gefallẽ. Ideo petit pronunciari, daß die Beklagten von wegen solcher vnzimlicher eygenwilliger contrauention, widersetzung vñ verbrechung in die Peen derselbigen Keys. Freyheiten mit Vrtheil vnd Recht zuerkennen vnnd billich zuuertheilen/ seinen Partheyen daruon dem halbentheil zu adiudiciren vnd fernere Proceß zuerkennen/ oder je zum wenigsten in recht zusprechen/ dz den Beklagten den Keys. Freyheiten zuwider zu handlen mit nichten gezimet oder gebühret habe/ sondern nochmals bey jhren bemelten Freyheiten solche vermeinte Proceß vnd andere darauff erfolgte vnordentliche nichtige handlungen vnd erkanntnuß ab/ vnd in vorigen Stand zustellen. Die Sach vnd Partheyen bey ordentlichen Rechten bleiben zulassen schuldig/ cum refusione expensarum: cum salutari clausula; *iudicis officium implorando.*

*Petitio summaria in puncto mandati pœnalis, &c. n.5.*

Cum in productis processibus Reis sub pœna 20. marcarum sit mandatũ, Jn angemaster rechtfertigung zwischen J. K. zu F. rei vnnd N. K. zu O. actoris, habender Keys. Freyheiten zugegen nicht zu procediren noch zu volnfahren/ sonder iuxta priuilegia jhm N. K. seine arrestirte Gütter vnd Zinsen alßbald

alßbald den nechsten nach vberantwortung gemelter Processen vnuerzüglich widerumb zu relaxiren, ledig zustellen vnd folgen zulassen. Auch hinfürter actorum [illegible]eiten zu wider vnnd nachtheil nichts vorzunemen/thun/ oder durch andere in keinerley Weise vnd Weg/ &c. Sed nondum paruisse, nec causas releuantes adduxisse, cur nō teneantur parere, quare petit illos in pœnam declarari, aut illis adhuc sub pœna mandati iniungi paritionē cum refusione expensarum, cum clausula salutari.

*19. Decembris Anno, &c. 50.*

Z. in beyden Puncten contestatur litem negatiue, petit se absolui cū refusione, &c. 22. Decemb. Anno eodem, dicit actor, &c. generalia contra litis contestationem, repetit vorbrachte summarias petitiones, sagt die wahr.

*23. Ianuarij Anno 51.*

Actores dant positiones & articulos, n. 8. ad factam protestationem pro verificatione narratorum processuum emanatorum, tam citationis quam mandati. Exhibet sequentes positionales, petens aduersarios compelli ad respondēdum: Et se ad negatorum probationem citra superfluitatē admitti.

1. Iuris esse, quod in personalibus actionibus actor Rei forum sequatur.

2. Ohn/ quod iure permissum, sed potius prohibitum, jemands/ sonderlich so zu Recht gesessen vnd zu finden/ vnerlangtes Rechtens durch Gebott/ Kummer vnd Arrest deß Gebrauchs seiner Gütter zuentsetzen.

3. Verum, daß vber das alles alle Burgmann vñ Bürger zu Oppenh. von Römischen Keysern vnnd Königen/ &c. sonderlich begnadet vnd gefreyet seynd: Da jemand zu jhnen einiges Recht zusprechen hette/ oder gewünne/ vmb welcherley Sachen oder Stück das were/ daß derselb jnen nirgend anderstwo beklagen oder ansprechen solle/ dann in der Statt O. vor dem Schultheissen daselbst/ als der Statt O. Gewonheit vnd Herkommen ist.

4. Item, daß auch niemands einigen Burgmañ vnd Bürger zu O. ausserhalb derselben Statt nirgends anderstwo auffhalten/ bekümern/ beklagen/ ansprechen/ noch jemands anders zuthun gestatten noch verhengen soll.

5. Daß niemands vber jr Leib noch Gut kein Verbott/ Gericht/ noch Vrtheil/ thun noch geben soll es were dann Sach/ daß derselb Burgmañ oder Bürger zuuor an deß Reichs Gericht zu O. vberwunden vnd verfolgt were.

6. Wo herwider etwas gehandelt/ vnd der Raht von O. mit Schrifften oder Bottschafft auff solche Freyheiten fordere/ solche Kummer vnd Klagen abzuthun/ daß als dann die Arrestirende solche Sach an daß Gericht zu O. vnuerzüglich weisen sollen.

7. Daß obgemelte Freyheiten verpfändt bey 100. pfundt lötigs Golts pro medietate Cameræ, pro altera O. vnnachläßig zu bezahlen.

8. Daß auch vber gemelte Freyheiten Keyserlicher Brieff sub sigillo Imperatoris auffgericht seyen.

9. Daß Carol. V. prędicta priuilegia confirmirt vnd bestättiget.

10. Daß actores deren von vnuerdencklicher Zeit in rühigem Besitz gewesen/ auch noch seyn.

11. Daß sie auch hinfürter dabey bleiben vnd gelassen werden sollen.

12. Quod prædictis priuilegijs non attentis ad Iacobi K. petitionem, Nicolaussen K. Bürgern zu O. von wegen etlicher vermeinten Persönlichen forderungen/ viel seiner Gütter Zinß vnnd gefäll zu F. den 30. Tag Iulij Anno &c. 51. verbieten/ bekümern vnd arrestiren lassen.

13. Daß sie auch darauff 30. Iulij d. Anno contra N. K. Proceß haben außgehen lassen.

14. Quod rei obangeregter Freyheiten ante dictum arrestum wissens gehabt.

15. Daß actores darüber am 1. Septembris Ann. &c. 50. Reos in scriptis ersucht pro cassatione dicti arresti, & desuper actitatorum, vt partes remittāt coram iudicio O.

16. Item, quod ipsis Reis scilicet sint insinuata dicta priuilegia.

17. Rei illis non attentatis weren freuendtlichen in jhrem vornemmen vnd vermeinlichen Processen verharret.

18. Quod prædictus K. postea viciſſim ab illis sit citatus.

19. Daß sie dardurch wider die Keyserliche Freyheiten/ denselben zu verachtung/ schmälerung vnnd nachtheil/ vnnd N. K. zu beschwerlichem Schaden gehandelt.

20. Et propterea in pœnas inciderint Rei.

21. Quod actores ad consequendam dimidiam partem pœnæ, & redimenda priuilegia cum interesse & expensis, impetrauerint citationem, & antea ad relaxationem arresti mandatum.

22. Quod sint decreta.

23. Continet narrata citationis emanatæ.

24. Narrata mandati.

25. Itidem.

26. Clausulam iustificatoriam mandati.

27. Sed Reos causas releuantes non produxisse, ideoque eos in ambas pœnas incidisse declarandos esse.

28. Vox & fama.

Petit pronunciari, daß den vielgemeltem Schultheissen vñ Schöffen deß Gerichts zu F. nit gezimet hat/ wie auch J. K. actorū priuilegio wissentlich/ vnd besonder nach beschehener abforderung zuwider zuhandlen/ vnd deß Key. Cammerg. Mandat/ so jhnen auch insinuirt worden/ zuuerachten/ vñ dz sie derhalbē in obarticulirte beyde Peen der 100. vñ 20. Marck Golts zu condemniren seyn/ auch sie darin̄ zu verdammen/ oder je zum wenigsten/ daß sie hinfürter vñ nachmals bey Peen berürter Freyheiten vnd Mandats sich desselben innhalts nit widersetzen/ vnd was von jhnen bißhero dawider gehandelt/ gäntzlich abschaffen/ die arrestirte Gütter folgen lassen/ alles cū refusione expensarum, cum clausula salutari.

*26. Ianuarij Anno, &c. 51.*

T. pro N.K dedit supplicationem, in qua petit mediante summaria cognitione pronunciari jme seine Zinse vnnd Gütter biß zu außtrag der Sachen folgen zulassen. Verum Iudex per decretum 23. Ianuarij Anno 52. denegat illi petitionem, als auff vorgenommene Proceß mandati cum clausula vngeräumbt condemnando supplicantē in expensis.

*23. Februarij Anno, &c. 51.*

Z. in vtroq; puncto mandati & citationis exhibet defensionales.

*Defensionales.*

Dat defensionales ad elidendum art. posit. petens aduersarios ad respondendum compelli negatorum probationem offerens sine superfluitate protestando.

1. Verum, daß es bey der Statt F. vnd an deß H. Reichs Gericht daselbst von alters her je vnd allweg gebührlich gewesen / gehalten worden ist / auch noch gehaltē wird / daß ein jeder / siue ciuis, siue alius quisquam fuerit, ibi intra vel extra muros reperiatur bona, &c ad instantiam ciuis aut forensis potuerint & adhuc possint arrestari, & quod taliter arrestatus vor deß Reichs Stattgericht daselbst dem Kläger zu Recht stehen müssen vnd noch.

2. Daß F. vnd deß Reichs Gericht daselbst dessen sonderlich von Römischen Keysern vnnd Königen gefreyet gewesen / vnd noch seynd.

3. Daß auch solcher langherbrachter Brauch vnd darüber erlangte Freyheiten à Cæsare & regibus, so je zu Zeiten regiert / gnädigst confirmirt / bestättiget vnd ernewert worden.

4. Daß gemelte Statt vnd Gericht desselben jederzeit in rühigem Besitz gewesen / auch noch seynd.

5. Vnd ob wol etliche außländische / in Krafft jrer habender angemaster Priuilegien der Statt F. vnd desselben Gericht an obgerührten Gebräuchen verhinderung zuthun sich vnderstanden / so ist doch die Warheit / daß sie doch durch gnädige Hülff vnd versehung bey jrem Gebrauch jederzeit geschützt vnd gehandthabt seynd worden.

6. Solches vnderschiedlich darzuthun / dicit, als sich tempore Friderici III. dergleichen vermeinte turbationes zugetragen / daß Bürgermeister vnnd Raht der Statt Fr. sich dessen bey jhrer Mayestat durch eine Bodtschafft beklagt.

7. Vnd vmb gnädigst versehen vnd handhabung berührter jhrer Brauch vnnd Freyheiten vnterthänigst ansuchen lassen.

8. Daß K. Friederich darauff vmb gemeines nutzen vnd Notturfft willen / der jetztgenannten Statt F. vnd Innwohner daselbst / auch der Messen vnnd Marck auch alle andern / so die besuchen vnd gebrauchen / oder sonsten zu vnd ab der Statt F. wandern / auch zuerhaltung deß gemelten Stattgerichts vnd dessen Ehren / Würden / herbrachten vbungen vnnd Gebräuchen / alle vnd jede der Statt F. angeregten Gerichts vbungen / Gebrauchs vnnd herkommens / Gnad vnd Freyheiten / mit wolbedachtem Gemüeth / gutem Raht vnd rechtem wissen allergnädigst vernewert / confirmirt vnd bestättiget.

9. Vnd derhalben auß Röm. Keys. Macht vollkommenheit außdrücklich erkant / erklärt / gesetzt vnd geordnet hat / vt sequitur, daß Schultheiß vnnd Schöffen ciuitatis F. vnd alle ander darzu gehörende / so deßmals oder hernach gewesen / auch jetzunde seynd / vnd hernacher seyn werden / allen vnnd jeden jhren Bürgern vnnd Innwohnern / außländischen Personen / Kauffleuthen vnd andern / so die Meß oder Marck bey jhnen besuchen / oder sonsten dahin kommen / auff jhres jegliches erfordern vnnd ersuchen / als sich das gebürt vnd herkommen ist / alle vnd jede / was Würden / Wesen vnd Standts der oder die weren / vnd jre Gütter auch wider vnd gegen dieselbe vnd einen jeglichē vmb einpflichtige Gütter eygen Erbe in jrer Statt vnd Terminey gelegen / auch gülten / schulden vñ verpflichtungen / Sachen / sprüchen vnd forderungen / welcherley die verschrieben oder versprochen weren / wo vnd an welchen enden / vñ wie die verschrieben vnd versprochen weren / sich gemacht vnd begeben hette / jnen vñ ausserhalb Franckfurt / gegen wem daß were / nichts außgenommen / so der oder die mit jhren Leiben vnd Güttern in derselben Statt vnnd Terminey / ohn jhr Gleit vnnd Tröstung erfunden / betretten / darumb mit Recht verhafftet erfördert / vnd vor jhnen angeklagt werden / nach desselben Gerichts vñ der Statt F. Recht / alt Herkommen / Gewonheit vnd Ordnung in verhafft vnd verbott nemmen / auffhaltung thun / darzu handeln / richten / Vrtheil recht ergehen zulassen / vnd procedirn mögen.

10. Vnd sich an solchem / einiger dargegen Gnad oder Freyheiten / noch der Peen darinne bestimpt / so von jrer May vnd deren Vorfahren am Reich Keysern vnd Königen andern gegeben / vnnd erworben weren / wie die weren / so viel die herwider thäten oder seyn möchten / vnd ob die auch mit sondern Worten vnd Articulen / oder von Wort zu Worten in demselben jrer May. Befreyungs Brieffen begriffen vnd bestimpt / gar nit sollen jrren noch verhindern lassen.

11. Daß zu mehrer sicherheit dessen / Cæsar alsbald / darbey alle vñ jede andere angemaste / deßmals außbrachte vñ künfftige priuilegia so viel die wider Cæsaris vnd der Statt F. mitgetheilte confirmation, vnd sondere Begnadigung thäten oder seyn möchten / als ob dieselbe in Cæsaris confirmation vnnd Begnadigung von Wort zu Wort völliglich stündē geschrieben / in denen gemelden Sachen vnd gegen dem Gericht vnd anklagen auß Keys. Macht / vollmächtigkeit auffgehaben vnd eyngestelt haben.

12. Vñ solches mit dem außtrücklichen Anhang / daß solche vnd dergleichen andere angezogene Freyheiten wider Cæsaris confirmation vnd Begnadigung mit nichten statt haben vñ zugelassen werden / noch jemand binden sollen / in keine weise.

13. Dz Cæsar alsbald darauff allen Ständen deß Reichs allen vñ jeden Oberkeiten / wo die / was Wesens vnd Standts die seyn / sampt allen deß Reichs vnder-

vnderthanen ernstlich bey Peen 100. Marck lötigs Golts geborten hat/dabey allerdings vngeirret bleiben zu lassen/auch dabey schutzen vnd handzuhaben.

14. Daß solcher Freyheits Brieff mit Keis. Sigel bekrefftiget.

15. Quod modernus eadem omni meliori modo confirmauit.

16. Quod ab vnerdencklichē Jaren sich deren gebraucht/auch in rühiger possession gewesen vñ noch seynd.

17. Quod hodierno die adhuc vtantur, auch billich darbey verbleiben vnd gelassen werden sollen.

18 Idq; F. daher vmb vnd anderstwo in imperio Landkündig/ notorium vnd offenbar/ auch ferner wo von nöhten/ mit vielfaltigen Gerichts handlungen vnd Acten zu beweisen ist.

19 Item ohn das jhnen von F. à tempore Friderici III. jemals rürckliche Eyntrāge beschehen.

20. Sondern war/quamuis quidam vi suorum priuilegiorum contra der Statt F priuilegien conati sunt auocare, tamē non fuisse datum locum, illosq; re bene cognita vltro abstinuisse.

21. Ohn quod actores suorum priuilegiorum contra der Statt F priuilegia in einiger vbung vnd Gebrauch gewesen/ noch daß die von F dem je statt gegeben

22. Verum, quod I. K principalis & Burger zu F. vi huius consuetudinis & priuilegiorum seinem Bruder R K 17. Iulij Anno 50. dem vermeinten Kläger von wegen etlicher gegen jnen Nicolaussen vorgewender förderungen/ etliche deßhalben Zinß vnd schulden zu F wie der Ends gebrauchlich vnnd Recht ist hat arrestiren lassen.

23 Item, quod 30. eiusdem, solchen Kummer gerichtlich eröffnen vnd darauff contra D. Nicolaum Ladung begeren oder seine Klag in recht vorbringen lassen.

24 Idq; illi vigore dictorum priuilegiorum licuisse.

25. Das Schultheissen vnd Schöffen anders nit gebüren wöllen dem Arrestanti das Recht/ wie gewönlich/ zugestatten.

26. Quod nihil ob id peccauerint; sed ratione suorum priuilegiorum id fecerint, & vi jrer Eyd vnd Pflichten zuthun schüldig gewesen.

27. Quod actores optime ante hanc litem nouerunt hęc Reorum priuilegia.

28. Daß dauor ein gleicher Proceß inter dictos fratres K entstanden der darnach gefallen/ vnd dieser doch darauff erfolget.

29 Quod Op. N. K vermeintlich abfordern lassen.

30 Quod Rei responderint se propter sua priuilegia nec posse, nec teneri deferre illi petitioni.

31. Quod actores dessen vngeacht jnen Beklagtē 1. Septembris Anno &c. 50. ein vermeinte Copey confirmationis priuilegiorum moderni Cæsaris fürbringen lassen.

32. Daß solchen vermeinten priuilegijs (deren doch das rechte original nie vorbracht) per priuilegia F. quatenus illis contraria, allerdings derogirt, cassirt, vernichtiget.

33 Daß derowegē J K von angefangenen Proceß nicht abzustehen/ noch sie Rei der vermeinter abforderung statt zugeben schuldig gewesen/auch noch nicht seyn.

34. Dz auch Rei auß angezognen Vrsachen mādato, als so auff vmbständige narrata außbracht zu parirn nit schuldig gewesen/auch noch nit seynd.

35. Sequitur, quod nec Iacobus K nec alij rei quicquam contra actorum priuilegia hoc casu in efficacia, nit vngebürlich gehandelt/ noch wider die außgangne pœnalia mandata, sondern was jhnen gebürt habe/ zu handthabung jhrer Priuilegien vnd Gewonheiten.

36. Inde sequitur daß Rei die Peen priuilegiorum noch mandati, nit verwürckt/ sondern zu absoluiren seynd cum refusione expensarum.

37. Item liquere, quod actoribus non licuerit Reos in jhrem alten Gebrauch hochuerpeenten Priuilegien zu turbieren/ zubeschweren vnd in diese vnnotwendige Rechtfertigung zuführen.

38. Sondern viel mehr/daß actores in die Peen priuilegiorum F. eyngefallen/ prout sibi restituatur ius agendi. Rei protestantur.

39. Vox & fama.

*Rotulus actorum continet priuilegia & illorū confirmationes multas actoris, prout in articulis actorum: præterea daß viel verscheidene abförderungen von andern Gerichten/aber dazu F. kein einige abforderung geschehen. Deinde aliquot testiū dicta ad 10. artic. qui deponunt varios actus auocandi, & quod semper viderint & audiuerint auocari.

Sic vt Rei F. edunt sua priuilegia prout in articulis. & probāt testibus, quod ita semper vsi sunt, in vnd ausserhalb der Messen. Deinde id probatur durch viele extracten der Alten vnd Newen relationen deß Stattgerichts zu F. vniuers. personarum causas ibi pro Arresto tractatas.

*Votum Domini D. M. 11. Septembris.*

QVOAD processum causæ nihil desiderat: apparet duplicem hic institutum processum, alterum in puncto citationis ad videndū, alterum in puncto mandati de relaxādo arresto; in vtroq; puncto diuersos libellos datos, litemque desuper contestatā licet postea in vtroq; processu vtranq; causam indistincte & confusè deducant.

Primo igitur, quod ad punctum mandati de relaxando arresto attinet, quoniam ex indicatione procuratoris 24. Septembris Anno &c. 63. facta constat, quod actor † Reo K nunc mortuo successerit; igitur hic processus extinctus est. *per l. strictum §. additio. vbi Bar. & Dd. ff. de sol.* & sic aliud pronunciari nō potest, läst man es bey beschehener anzeig bleiben/ prius tamen audito altero procuratore, ob er der anzeig geständig. 1

In puncto citationis † ad videndum 4. more solito examinānda 1. Quæ actio instituta, 2. an probata. 3. an elisa 4. Quid pronunciandum. 2

Quod

Quod ad primum, ex priuilegijs reperio plures actiones esse receptas, 1. dici potest actum esse ex condictione l. vel quasi. *arg. §. sed & quod principi, Instit. de iur. natur. gent. vel ciu.* vt istud etiam locum habeat per modum priuilegij, quod etiam ipsum vim legis habet. *Alber. in l. qui autem. si quis caut. Bart. & alij in l. vnica. C. de cond. ex l.* Et hanc Approbarunt domini, in causa Hall contra Schwäbisch Gemünde. Vlterius dici posset nobile iudicis officium imploratum; vnde etiam actoribus nata est actio, maxime pro conseruatione priuilegiorum. *Spec. in tit. de excep. & Repl. §. dicto. num. 19. Innoc. in c. constitutus. & gl. in c. veniens. de excep.* Præterea dici posset intentatam actionem in factum ex edicto, *si quis ius dicenti, &c. per l. vnic. vbi gl. & Bart. ff. d. tit.* Quarto vel ex mero iussu summi magistrat⁹, *Spec. in tit. de exec. sent. §. nunc videndum. num. 7. per l. quod iussit. de re iud. gloss. in l. si quis in tanta, in verb. mandatum vers. 8. quid si. C. vnde vi.* Et hanc secuti sunt domini in causa Passaw contra Regenspurg. Postremo ex principis priuilegio tam possessorum quã petitorum competere testatur Bald. *in consil. 345. num. 5. vol. 1.*

## An probata?

Actores ad fundandam suam intentionẽ allegant; Primo imperatorum priuilegia, quibus contrafacientibus iniungitur pœna. Secundo, quod eorum fuerint semper & sint in continua & quieta possessione. Tertio, quod Rei scienter, & ex proposito contra dicta priuilegia fecerint, & per consequens in pœnam illis insertam declarandi sint.

De primo constat ex Friderici & Ludouici imperatorũ priuilegijs vsq; ad Carol. V. quæ omnia in originali producta, per quæ facta probatio liquidissima, *Fel. post Abb. in c. licet causam, num. 10. de prob. Ant. Capic. decis. 77. num. 5.*

De secundo, quod actores dictorum priuilegiorum ab immemoriali tempore in quasi possessione fuerint, & adhuc sint, probatur partim per testes, partim per documenta. Ex quibus constat non solum ab alijs diuersis iudicibus, sed etiam Rotvvillensibus. Item à Camera imperiali actorum priuilegio fuisse delatum, quæ probatio satis manifesta.

Tertium, quod actorum priuilegium reis fuerit legitime insinuatum, & vigore eiusdem petita causæ remissio, tamen per Reos fuit denegata, vt ipsi Rei ad 15. & 16. fatentur positionales: Et ex eorum missiuis Rotulo insertis constat, quod responderunt se non teneri causam remittere. Vnde cum ad probationem † doli coniecturæ sufficiunt, *l. dolum. vbi gl. Bart. & alij. C. de dolo,* & Rei ex insinuatione Oppenh. scire debuerint, quod tenerentur parere, sed illi hoc denegarunt: igitur in dolo sunt; cum is † qui non facit, ad quod obligatus erat, in dolo sit. *l. Iulianus. §. si quis rem & §. dolus autem in eo est, ad exhib. Bart. & alij in l. tutor qui repertorium. nu. 15. de adminis. tut.* Nec dolo caret, qui præcepto magistratus præsertim summi parere recusat, *Spec. de citat. § 3. viso. n. 10. per. l. non potest, de reg. iur.* Atque istud in contemptum imperialium mandatorum facit, merito illorum pœnam ferre. *Bart. in l. 2. §. fin. n. 2. de verb. obl.*

Ex quibus concluiue videtur inferendum actionem esse probatam.

## An elisa?

Allegant Rei exceptiones duas pro defensione sua. Prima est priuilegiũ contrarium, & Oppenh. derogatorium.

Secunda exceptio, consuetudo ab immemoriali tempore ad diem hodiernum obseruata.

De prima exceptione scilicet priuilegij Imper. Friderici III. & sequentium confirmationib. constat. Sed & consuetudo sufficienter probata videtur, non solum per id, quod imperator in suo priuilegio testetur illã istis temporibus fuisse, eamq; declaret, innouet & confirmet: sed etiam actibus possessorijs, quos ab 7. vsq; ad 52. vltra 1200. producunt Rei, & omnium testium concordi depositione.

Igitur quod ad actorum primam petitionem attinet, rei nihil difficultatis habent, quod sit deneganda.

Cum enim pœna irrogari non possit, nisi ex dolosa intentione, à qua quælibet causa etiam fatua credulitas excusat, & per consequens etiam à pœna doli: multo magis igitur iusta & grauis; *turribus vulgatis, Schurff. consil. 43. n. 7. cent. 3.* si igitur Rei ad actorum auocationem causam remisissent, contra sua priuilegia (in quorum possessione post hominum memoriam sunt) directo fecissent, ideoque ab omni dolo ob denegatam remissionem prorsus sunt alieni.

Præterea etiamsi hoc priuilegium non haberent, tamen propter dictam consuetudinẽ à pœna excusarentur, † licet illa iniqua & irrationabilis esset, *per gl. in c. cum venerabilis, & ibi Abb. n. 5. de cons. Thom Gram. dec. 50. n. 3. & seq.* Concludo actionem esse elisam & pœnas absoluendas. Sed circa secundam actorum petitionem, quod scilicet Reis non licuerit remissionem causæ denegare, & propterea omnia per ipsos acta reuocare, & in posterum actorum priuilegio deferre teneãtur, maxima insurgit difficultas, & oritur quæstio, vtrum ex his priuilegijs alteri præferendum sit, & an Actorum priuilegio, 220. annis antiquiori per subsequens Reorum priuilegium derogetur? Ad cuius discussionem tres quęstiones examinandas esse censeo.

Prima est, an Fridericus III. Imp. Actorum priuilegio derogare potuerit?

Secunda, dato quod potuerit, an hoc casu voluerit?

Tertia, dato quod voluerit, an generaliter, an vero id ad certa tempora vel certas causas sit restringendum?

Circa

Circa primam quæstionem non multum laborandum, omissis enim ijs, quę de absoluta Principis † potestate, passim à Dd. disputantur, clarius est, nos hic versari in terminis Iuris, præsertim vbi agitur de competentia fori & iure reuocandi domum. Principem vero esse † supra ius positiuum, nec eo ligari textus est *in l. Princeps. ff. de leg. l. digna vox. C. d. tit.* habet enim de eo disponendi amplissimam potestatem, *secundum Abba. consil 88. num. 4. lib. 1. text. & gloss. in Clem. 3. de immun. eccles.* & omni solemnitate iuris positiui solutus est. *Bald. in l. fin. C. de leg. Idem in l. rescripta, num. 12. C. de precib. Imp. offer.* Et ea, quæ de iure ciuili introducta, quamuis sint magni præiudicij, tamen tollere etiam sine causa potest, sicut & concedere: multo magis ijsdem derogare, *text. est in c. proposuit. de conces. præb. Innoc. in c. quæ in ecclesiarum, & ibi Abbas numer. 17. de constit. Alexand. in l. sicut iniquum. §. Si is pro quo. num. 3. & seq. ff. Quod cuiusque Iuris. & c. per c. 1. & ibi Abb. numer. 5. & 6. de constit. Afflict. decis. 128. num. 11.*

Deinde similiter iuris est, quod ea, quæ † sunt iurisdictionis, Princeps pro suo libitu tollere & reuocare potest. *Bald. in titul. 54. qui incipit, Ad hoc. in vsibus feud. Angel. in l. 1. ff. de offic. eius, cui, & c.* Et ideo Princeps supprimere potest iurisdictionem non modo singularum personarum, sed & ciuitatum. *Bald in l. 1. qui se patru. numer. 12. Cod. vnde lib. Thom. Grammat. decis. 46. num. 12. & seq.* Vlterius & magis ad speciem, quod Princeps non modo sui, sed etiam antecessorum suorum priuilegia reuocare, tollere, limitare, ijsq, derogare possit, maxime in his, quæ ad ipsum spectant, *tit. de priuileg. & in c. quæ in Ecclesiarum, de const. Abb. in c. nouis. num. 26. & ibi Felin. num. 10. de iud. in d. l. qui se patru. C. vnde lib. Anchar. consil. 2. num. 4. pulchre Guido Papæ consil. 65. num. 188. Grammat. d. decis. 46. num. 5. & 6. Capyc. decis. 121. & decis. 166. nu. 5. Afflict. in constit. regni Neapol in constit. priuileg. numer. 1. lib. 1.* Quæ hoc casu tanto magis procedere debent, quod Actorum priuilegium non tollitur, sed illi tantum quoad F. ciuitatem derogatur, vnde concludo id fieri potuisse.

Nec obstat, quod actores obijciunt, illis priuilegium † ob bene merita concessum, ideoque irreuocabile. *Fel. d. c. nouit. n. 8. & 9. de iudic. Bald in d. l. qui se patris.* transit enim in contractum & Princeps contractibus † etiam cum subdito initis tlare tenetur & alligatur, sicut alius, *per cap. 1. & ibi Abb. num. 4. de probat. Bartol. in l omnes populi in 3. quæst. de iust.*

Et in tantum, vt ne ex plenitudine potestatis quidem contrauenire possit. *Cast. in d. l. digna vox. & ibi alij, C. de legib. & constit. princip. Zas. consil. 10. numer. 6. lib. 2. decis. 321. Schurff. consil. 10. numer. 35. centur. 3.*

Nam respondetur, quod prædicta iura loquantur, si vel certa interuenerint, vel expriman tur seruitia, vel pretium; vt tunc sit contractus, quorum hic nullum est. Quamuis enim in priuilegijs Friderici III. & Ludouici & sincera deuotio & grata seruitia Oppenh. erga Imperatorem inferantur: ea tamen nullius specialis meriti nomen merentur, cum ad illud tanquam fideles subditi de iure fuerint obligati, & huiusmodi clausula generalis † meritorum omnibus etiam leuissimis priuilegijs de stylo curiæ inseri soleat. Vnde certum est, priuilegium † ita datum tunc transire demum in contractum, quando conceditur commensuratum ob aliquod factum vel donationem, præsertim impletam & implendam ex parte eius, cui conceditur priuilegium, & sic concedens aliquid sit lucratus à suscipiente, *ita Felin. in d. c. nouit. num. 8. de iud. Bald. in d. l. qui se patru. numer. 10.* vbi etiam dicunt prædicta iura non procedere in ijs, quæ spectant ad iurisdictionē, in quibus autoritas superioris semper reseruata intelligitur. Item quod potest † Princeps priuilegium, quod transiuit in contractum, ex legitima causa reuocare, *per Afflict. decis. 128. num. 11. Gramm. decis. 65 n. 24. & seq. Capyc. decis 116. n. 7. & decis. 121 n. 14. & seq. Item decis. 166 num. 1. & seq.* Accedit prædictis, quod dicti Imp. sibi & suis successoribus potestatem reuocandi expresse reseruarunt, dum hac clausula † vtuntur: *Saluis nostris & Imperij iuribus.*

Non obstat etiam, quod Actores in conclusionibus obiter tangūt hoc priuilegium respectu nobilitatis concessum &c. quia contrariū apparet ex ipsis priuilegijs, quia simpliciter fit mentio, cū deinde priuilegium F. non modo nobilium, sed & Comitum dicatur, &c.

Ad secundam quæstionem (An scilicet Imperator Fridericus III. in concessione priuilegiorum F. voluerit derogare priuilegijs O. ante 220. annos iam tum concessis) quod attinet prima facie videtur dicendum quod non, idque ex argumentis seqq.

Quod priuilegium F. saltem est confirmatio priuilegiorum priorum, de quibus tamē nihil omnino constat, vnde illud priuilegium videtur plane inualidum & inane, cum priuilegium alterius † confirmatorium non probet, nec quicquam iuris tribuat, nisi quatenus probetur anteriore originali, & quod non est, confirmari nequit. Nam renouationes & confirmationes priuilegiorum ius nouum non tribuunt, sed antiquum, quod competebat, conseruant, *text. est in c. cum dilecta. vbi Dd de confirm. vtil. vel inutil. & in c. quia intentionū. de priuileg.* per regulam vulgatam; quod qui confirmat, non dicitur dare. *l. sed quod, & ibi Bart. & Dd. de iurisdict. omni iud. text. in l. Si donata. §. Si sponsus, De donat. int. vir. & vxor. gloss. not. in l. ex verbis, in verb. Cui, & ibi Bald. numer. quarto, Salic. numero secundo. Codic. de donat. int. vir. & vxor.*

Secundo videtur Actorum priuilegio ex eo non fuisse derogatum, quod de eo in F. nulla specifica fiat priuilegij Oppenh. mentio. Iuris autem est, † quod per sequens priuilegium non intelligatur derogatum præcedenti, nisi de eo

fiat mentio, *c. veniens, & ibi gloss. in verb. nullam, & Innoc. num. 4. Abb. nu. 12. & seq. de præscript. c. ex parte, de offic. deleg. c. dudum. cum ibi not. de priuil.* Et hoc maxime procedit, cum agitur de præiudicando iuri tertij. Tunc enim generalis clausula derogatoria non sufficit, sed requiritur specialis, *c. si propter. cum ibi not. de præscript. in 6. c. Pastoralis, de priuileg. gloss. in l. decurionibus. Cod. de silentiar. lib. 12. Abb. consil. 101. n. 1. & seq. lib. 1.* Nec per generalem
17 † reuocationem censentur reuocata ea, quæ specialibus locis vel personis prius fuerunt concessa, quia superior tanquam censeatur velle reuocare ius alteri quæsitum, *c. pen. de rescript. lib. 6. Castr. consil. 146. p. 1. incip. super primo quæsito. Alciat. in tract præsumpt. reg. 3. præsumpt. 69. Grammat. consil. 103. num. 235. & seq.*

His accedit, quod licet magna de eo fuerit inter Dd. contentio, tamen magis communiter re-
18 ceptum est, adeo necessario requiri † specificam prioris priuilegij derogationem, quod etiam non sufficiat clausula [ *Non obstantibus priuilegijs quibuscunque* ] etiamsi essent talia, de quibus esset facienda mentio de verbo ad verbum, nisi aliter specificentur, ita post multos tenet Felin. *in d. c accedentes. numer. 4. de præscript. elegans decis. Grammat. 70.*

Ex quibus præsumendum videtur Imperator. Frideric. III. noluisse derogare priuilegio O cuius illi eo tempore in possessione vel quasi fuerint, *per l. 2. §. marito. & §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. Schurff. consil. 1. num. 46. cent. 1.* præsertim cum idem Fridericus III. qui F. priuilegia concessit, paulo antehac eadem O. Actorum pri-
19 uilegia confirmarit. Vnde non est † tanta in illo præsumenda inconstantia. Prædictis tamen non obstantibus, contrarium verius putatur, quod in hac quæstione tenor priuilegiorum ante omnia inspiciendus est. Nam si apparet de intentione concedentis, res expedita est *c. porro. cum seq. ac ibi not. De priuileg. Abbas in c. cum instantia. numer. 5. de censib.*

Et clausulæ tam primi quam secundi priuilegij considerandæ, & secundum earum vim iudicandum. Sed siue in Reorum F priuilegio attendamus principium, ex
20 † quo causa finalis colligitur. *l. fin. ff. de hæred. instit.* siue medium, siue finem, siue totum contextum priuilegij, de Imperatoris voluntate constabit. Quod scilicet omnibus imperij statibus & ciuitatibus, priuilegio, ne illorum subditi in prima instantia alibi, quam coram ipsis conueniri possint, quo ad ciuitatem F. sit detractum & derogatum. Et econtra F. istis priuilegijs non obstantibus iuxta antiquam suam consuetudinem & priuilegia omnes ibi tam in corpore, quam in bonis arrestari possunt. Sequitur igitur O. priuilegio non minus, quam aliarum ciuitatum esse derogatum, nisi de speciali aliqua prouisione doceant. Sed si actorum priuilegium consideremus, illud omnino est simplex, nulla clausula derogatoria vallatum, aliud nihil quam ius commune tribuens, & expressam reseruationem derogandi in ista clausula ( *Nostris & Imperij iuribus semper salvis* ) habens. Igitur nullum dubium est, quin Imperator per illam derogationem, qua omnibus priuilegijs in contrarium facientibus clausulã derogatoriam habentib. perinde derogat, ac si de verbo ad verbũ F. priuilegio esset inserta, priuilegio O. derogauerit, *per doctrinam Angel. in l. omnes. numer. secundo. C. de præscript. 30. annorum. Bald. in cap. cum dilecta. num. 17. de præscrip. Innoc. in cap. ex literis, de offic. deleg. Abb. in dict. cap. cum instantia, numer. 5. de censib. Grammat. decis. 66. numer. 6. Guid. Pap. dict. consil. 66. numer. 4. 5. & 6.*

Prædictis accedit, quod Actorum † priuile- 21
gium concernat saltem ius commune, ideoque proprium priuilegium dici non possit. *Bart. in l. 1. C. de iuris & fact. ignor.*

Et propterea per quamuis etiam generalem reuocationem huic derogatum censeri, *vt Abb. post Innocent. in cap. primo, numero septimo, & sequentib. de rescript. Felinus ibidem numero vndecimo.*

Insuper dictum priuilegium videtur generale, quod datum est contra omnes iudices & magistratus Imperij, & ideo per subsequens speciale Reorum eidem esse derogatum, per regulam: *Quod priuilegium † speciale valeat contra primum* 22
*generale, etiamsi de illo nullam mentionem faciat.* Felinus late *in dict. cap. primo, numero tertio & vndecimo, de rescript. & Abb. in dict. cap. venens. nuw. 12. de præscript.*

Quæ omnia ex resolutione contrariorum magis constabunt.

Non obstant igitur allegata in contrarium, & primo quod dictum est, confirmationem nihil † probare, nisi de originali constet, &c. id verum est, nisi aliter constet † de intentione con- 23
firmantis, *vt dicit Bald. in capit. primo, numero se-* 24
*cundo, per quos fiat inuestit. Innocent. in cap. dudum de decim.* Prout hic Imperator Fridericus III. Reorum priuilegium non modo confirmauit, sed etiam de nouo ex certa scientia concessit, propterea exhibitione priorum opus non fuit. *Innocent. in c. inter dilectos. num. 4 & ibi Abb. num. 8. & 9. de fide instrum. Ferrar. in formul. oppos. contra instrumentum.*

Secundo hoc fallit † si confirmatio facta sit cum causæ cognitione, quam hic interuenisse 25
constat ex verbis priuilegij, cum asserat Imp. sibi de priuilegijs præcedentibus plenariam fidem factam.

Vnde cum † doli præsumptio restat, vbicun- 26
que de certo constat, non potest præsumere vel dolum in Reis, vel obreptionem in Imperatore, qui nisi legitime informatus fuisset, non concessisset tam præiudiciale priuilegium, nec vsus fuisset tam prægnantibus & exquisitis clausulis. Quare hæc relatio ad informationem factam, vt Principi credatur, siue succincte, siue de verbo

ad

ad verbum inseratur sufficit *gloss. in capit. penult. in verb. insertus, de confirmat. vtil. vel inutil.* statuque soli tali Principis assertioni, *c. cum à nobis. de testib. & ibi Abb. nu. 1. gloss. & Dd. in l. admonendi.* Præterea Imperator Reorum priuilegium non solum renouat, sed etiam declarat: quod sine causæ cognitione & plenaria informatione facta fieri non potuisset: quia non ignorabat, quam præiudiciale esset tot statuum priuilegijs præiudicare. Deinde Imperator illa priuilegia etiam seruanda statuit, ordinat ac præcipit. Sed iuris est, quod si Princeps
27 † per viam legis, constitutionis vel decreti procedit, quod tunc priuilegium in casu, in quo loquitur, cũ legis vim habeat, & ius faciat, ita vt infamiam subeat, qui huiusmodi literas interpre-
28 tari velit, & quasi † pro sacrilego puniendus sit, quod eiusmodi priuilegia audeat controuertere. Abb. *consil. 102. numer. 4. & seq. lib. 1. Bald. in leg. 2. & ibi alij C. de legibus. Salicet. in l. legibus. Cod. eodem titul.*

Postremo facit, quod Fridericus III. Imper. ipsemet asserat, se primum tanquam Regem Romanorum, deinde tanquam Imperatorem F. hæc priuilegia confirmasse, cui adstipulatur clausula, *ex certa scientia, probabili & maturo consilio, animo deliberato*, addita, sic vt omnis suspicio obreptionis tollatur, adeo vt nec opus fuerit talia priuilegio inserere. *Speculat. titul. de instrument. edit. § . videndum restat, num. 8. Bart. in Auth. Si quis in aliquo. C. de edend.* præcipue cum substantia præcedentium priuilegiorum sit inserta, non solum narratiua, sed etiam dispositiua, *per text. in c. Si Papa. & ibi not. de priuileg. in 6. Decius consil. 271. num. 3. Bald in d. auth. Si quis in aliquo C. de edendo*, vbi dicit hanc esse communem.

Non obstat etiam quod dictum fuit, cum idem Fridericus III. qui F. dicta priuilegia concessit, Actoribus sua priuilegia confirmarit, non præsumendam tantam inconstantiam in tanto Principe, quod istis statim derogare voluerit. Nã respondetur infra. quod illa confirmatio aliquot annis ante concessionem F. factam interuenerit, & sic posterius F. priuilegiũ O. velut merito priori derogare debet: præsertim cum per confirmationem illam simplicem O. noui iuris nihil tributum sit.

Deinde, etiam si O. de nouo concessisset: tamen illi postea per F. clausulam derogatoriam habens, derogare Imperator potuisset.

Tertio non obstat, quod allegatum principem in dubio non præsumi iuri tertij velle præiudicare. Id enim fallit, vbi de mente Principis constat, vt hoc casu. *Felin. in c. super eo. n. 4. & 5. de offic. deleg. Aluar. vbi supra n. 5. & 9.*

29 Nam in certis † non est locus coniecturis. *Zas. in l. fin. n. 2. de priuil. cred* limitatur etiam quando alias concessio Principis nihil operaretur, & frustratoria efficeretur.

Quarto non obstant, quæ de speciali mentione deducta fuerunt, & quod clausula ista, qua omnibus priuilegijs in contrarium fauẽtibus perinde deroget, ac si de verbo inserta esset, non sit sufficiens.

Nam respondetur, iura ista, si recte inspiciantur, loqui de tali præcedenti † priuilegio, quod 30
clausulam contineat derogatoriam sequentis, &c. quod in Actorum priuilegio non est. Ideoque ex istis iuribus fortissimum argumentum in contrarium deduci posset. Nam etiam præclari Dd. sunt in ea opinione, vt putent, supradictam clausulam derogare etiam præcedentibus specialem clausulam derogatoriam habentibus. Ideo vt vtrinque communis allegari posse videatur, omni dubitatione caret, quod in hoc casu supradictæ clausulæ priuilegio Actorum derogarunt. Deinde dato, quod & hic specialis derogatio necessaria fuerit, puto illam in Reorum priuilegijs adesse: nec enim requiritur, quod omnino singulariter & in indiuiduo fiat mentio, etiamsi in præcedenti esset clausula derogatoria. Et oportet tres † 31
clausulas derogatorias distinguere: generalem, specialem, singularem siue indiuiduam. Quarum prima in eiusmodi priuilegijs non sufficit. 2. necessario requiritur. 3. vero nullo modo est necessaria. Vnde cum Imperator non modo in genere quibuscunque priuilegijs, sed etiam in specie omnium ciuitatum priuilegijs (quæ volunt, quod subditi illorum in prima instantia non alibi, quam coram ipsis conueniantur) quo ad ciuitatem F. deroget, non video, quomodo id magis in specie fieri debeat vel possit, cum nullo negotio id verificari possit, nisi dicas in indiuiduo debuisse derogare, quod tamen non requiritur, prout hæc omnia eleganter persequitur Zas. *consil. 278. casus est dubitabilis. n. 2. versic. & ideo pro concordia. n. 3. & 4. p. 1. Idem consil. 357. dicendum videtur. num. 1. d. p. 1. & consil. 3. Quoniam editione noua indiget. num. 6. d. p. 1. Alexand. consil. 155. num. 6. & seq. volu. 6. idem consil. 188. num. 2. & seq. volum. 6. idem consil. 188. num. 22. & seq. volum. 5.* Alias opus fuisset Imperatorem omnium nobilium, Baronum, Comitum, ciuitatum priuilegia in indiuiduo exprimere & inserere: Aut tolleretur illi potestas derogandi ijs, quorum prius esset absurdum & impossibile, secundum vero contra manifesta iura, & (vt verbis Alexandri vtar) nefas. *Alexand. d. consil. 155. num. 6. & 13. Castr. d. consil. 357.* Et si dicamus ea ratione O. priuilegio non esse derogatum, quod non esset in indiuiduo nominatum in priuilegio F. sequeretur eodem modo, nullo priuilegio alicuius status Imperij per d. F. priuilegium esse derogatum, quod valde absurdum & contra mentem statuentis & concedentis, nec id actores vsquam negant.

Et aptum † est argumentum ab absurdo eli- 32
ciendi mentem condentis aut concedentis, *c. dudum, & ibi gloss. de elect. in 6. Abb. in c. solitæ. num. 2. de Maior. & obed. c. iniustum. num. 2. de rer. permut.* Ex quibus omnibus concludo Imp. Fridericum III. Actorũ priuilegio voluisse derogare & derogasse.

Circa 3. quæstionem (an F. suo priuilegio saltem in nundinis vti possint) primum videtur hoc priuilegium potissimum ob nundinas concessum, ideoque ad alias personas; quam mercatores, & extra tempus nundinarum, vt in casu nostro, non debeat obtinere: cum priuilegia contra ius commune data, quoad præiudicium tertij sunt strictissime intelligenda, & ita vt ius cõmune minus lædant, *cap. ex parte. 23. de verb. signif. Innocent. in c. dudum. de priuileg. Abb. d. consil. 101. numer. 4. lib. 1. Henning. consil. 15. de succeff. feud. p. 3. num. 11. & seq. Felin. in c. causam quæ, num. 10. de rescript.* Secundo, dictum priuilegium ita generaliter intellectum, videretur magnam continere iniquitatem & absurditatem. Non autem debet priuilegium
33 Imperatoris ita intelligi, vt sit iniquum, cum † ea quæ absurda sunt, in generali Cæsaris concessione non veniant. Zas *consil 4. numer. 30. lib. 1.* & ver-
34 ba posita in rescripto † Papæ vel Imperatoris debent conformari æquitati & iuri, licet verba istum sensum non patiantur, *gloss. not. in cap. paratus. in verb. 23. quæst. 1. Schurff. consil. 76. num. 3. & seq. cent. 2.*

In contrarium facit quod verba priuilegij sint generalia & clara, proinde nulla interpretatione indigeant. Et licet imprimis ob celebratissimum hoc emporium totius Europæ sit datum priuilegium, prout etiam est necessarium, idque nemo negabit: tamen Imperator & alias causas impulsiuas expressit, scilicet communem vtilitatem ciuitatis, ciuium & etiam deren/so zu vnnd ab der Statt wandern / Item / das Stattgericht daselbst bey seinen ehren/würden/gebräuchen/ꝛc. handzuhaben / quam consuetudinem vti debebat, de nouo concedit ciuibus, incolis, exteris, die die Meß besuchen oder sonst dahin kommen/contra omnes cuiuscunque status, &c. quæ verba sunt clara, & in toto priuilegio generalia, igitur durum foret illa restringere. Quod vero dicitur verba restringenda ad illum intellectum, &c. id verum est in obscuris. Deinde, quamuis aliqua obscuritas in illo priuilegio, quæ interpretatione indigeret, occurreret: tamen per consuetudinem & infinitos actus subsequentes, præsertim vltra hominum memoriam, illa satis explicata esset, cum consuetudo sit optima legum interpres, iuribus vulgatis. Item priuilegium † potius
35 accipiat interpretationem à consuetudine loci, quam à iure communi. Alexand. *consil. 9. numer. 2. lib. 5.* sed consuetudo omni tempore, & contra omnis generis personas sic vsurpata, vt probatur concordi testium dispositione, & tot actibus possessorijs, de quibus infra latius. Sed quod ad hunc casum attinet, aliam adhuc puto rationem esse, propter quam Reus F. potuerit conueniri. Nam si consideremus Reum, ciuis est F. & consequenter priuilegio comprehensus. Si consideres Actorem, ciuis quidem O. origine vero F. ibique multa bona, reditus & census possidet: ergo & ipse priuilegio F. comprehenditur: ipsaque bona arrestata sunt F. & ex communi hæreditate patris ibidem prouenientes, &c. adeo vt & de iure communi videatur dici posse, Reos fuisse iudices competentes, nec locum fuisse Actorum priuilegio, quod tam Actor quam Reus sit origine F. & litigent de diuisione certorum bonorum ad communem hæreditatem paternam pertinentium, quæ partim F. partim O. sita sunt. Vnde cum eo casu ad eundem iudicem sit eundum, *l. 1. ff. d. tit.* & hæres † sequitur forum defuncti nul- 36
lo obstante priuilegio, nisi esset in corpore iuris claulum. *l. hæres absens. & ibi Castrens. de iud. Capyc. decis. 122.*

Nec obstat vltimo, quod obijciunt Actores se præscripsisse contra priuilegium F. quia Rei nullum actum possessorium monstrare possunt. Nam respondetur, quod Rei priuilegio suo contra omnes vsi sunt in genere, & indifferenter: & licet contra O. nunquam euenisset casus, non propterea priuilegium contra ipsos amisissent. Si enim ciuitas † priuilegiata propterea priuilegio 37
non sit vsa, quod occasio data non fuit, nihil ei præiudicat, etiamsi per 100. annos staret. *Gloss. in c. Abbate, de verb. sign. Bar. in l. in filijs. de Decurionib. lib. 10. Dec. consil. 271. n. 18. Alex. consil. 210. vol. 2. Ang. consil. 196. late Schurff. consil. 54. num. 26. cent. 1.* Ex quibus omnibus, quamuis Actorum intentio satis sit elisa, tamen de secunda exceptione, consuetudine scilicet aliquid subijciam.

## *De consuetudine.*

Quod ciuitates † Imper. quamuis recogno- 38
scant superiorem, habeant potestatem legis condendæ, & consuetudinis inducendæ. *notat Zas. in l. de quibus. num. 16. de leg. & l. omnes populi. num. 6. de iust. & iure.*

Quod autem allegata consuetudo F. tempore Friderici III. & diu antea fuerit, patet ex dictis Friderici III. priuilegijs: vbi etiam Imperator illam innouat, quæ etiam hactenus vniuersaliter contra omnes seruata & exercitata fuit, vt constat ex tot actuum possessoriorũ probatione, & testium dictis. Quod autem † consuetudo tribuat iu- 39
risdictionem, indubitatum est, *l. 1. Cod. de emancipat. lib. 8. & ibi Dd. Innocent. & Abb. in cap. dilectus de Capellis Monacho. Boer. in consil. Bit. titul. 1.* & in hoc æquiparetur consuetudo priuilegio, *l. 3. §. final. de acquir. vel amittend. possess. adde Boer. consil. 24. num. 12. Henning. Gœd. consil. 39. nu m. 43. de Iurisd. Zas. consil. 16. num. 14. lib. 2.* Concludo actionem elisam, Reos absoluendos, & expensas propter legitimam litigandi causam & perplexitatem causæ compensarem.

## *D. S.*

Quod ad punctum citationis dubitat; an a- 40
ctorum priuilegio per posterius Reorum sit derogatum. Iuris enim esse, quod priuilegia ob † be-
ne me-

ne mẽrita concessa nõ possint reuocari, sed quod Rei ratione iuris communis possint absolui, concludit hoc fieri posse, non tamen simpliciter.

*D. S.*

Concludit Imp. Fridericum potuisse & voluisse Actorum priuilegio derogare, & quod priuilegium prius per posterius habens decisionem derogatoriam euacuari possit Et considerato tenore priuilegij Friderici III. constat, per Reorum posterius derogare voluisse Actorum priori & antiquiori. Sed tamen hic incidenter disputatur de priuilegijs, simpliciter nobiscum absoluit, cõpensatis expensis.

*D. H.*

In hoc facto dubitat, quod non intelligit, quæ sit nostra sententia, si etiam velimus pronunciare contra priuilegium Actorum, non posset nobiscũ concludere. Concludit Reos absoluendos nach gelegenheit dieser Sachen/ damit keinem an seiner Gerechtigkeit nichts benommen.

*D. V.*

41 Sentit pro priuilegio Op. 1. Arresta † sunt remedia extraordinaria, & prohibitiua *Schurff. con-*
42 *sil. 15 cent. 3.* 2. Priuilegia sunt † restringenda, ne vergant in præiudicium tertij. 3. Priuilegium facilius tollitur, quam ius commune. 4. Priuilegium non faciens mentionem de alio, nihil valet. 5.
43 Quod priuilegiatus † contra priuilegiatum priuilegio non vtitur. 6. Princeps se gerere debet, vt bonus paterfamilias. Nicol. Euerhard. *consil. 31.* 7. Si vnus tractat de damno vitando, alter de lucro, ille præferendus huic. 8 Quod nobiles, Barones, Duces possent sic euocare extra prouinciam ad Reorum tribunal. Vlterius de principis voluntate tenet contra Dd. & Alber. *consil. 114. numer. 19. Bald. in l. final. C. de loc. & conduct.* Item quod non possit præiudicari Actoribus illis non citatis.
44 Non obstat clausula, *salua † nostra & imperij potestate*, quia per illam non reseruauit sibi potestatem reuocandi, sed ne Actores contra se isto priuilegio vti possent.

Quod ad consuetudinem allegatam, id facit pro Actorib. qui quoque talem consuetudinem habent. Concludit, Reos absoluendos compensatis expensis, vnnd wolte zu endt daran hencken: vnd sollen die Beklagte der Kläger Bürger / so sie jeder Zeit zu F. haben zu bekom̃en/ vnnd durch solche Wege die Eingesessenen zu O. an jhr Statt Gericht zu F. zu heischen/ hinfürter bey Straff dem Oppenheimischen Priuilegio eynuerleibt/ gäntzlich enthalten.

*D. A.*

Actionem fundatam & probatam. An elisa? Putat Imperatoris voluntatem & potestatem derogandi probatam. De potestate nihil dubitandum. §. *Iudices de pace tenen. int. subd. & iuram. firm. in vsib. feudorum.* adeo vt Princeps hoc in præiudicium alterius facere possit. *Henning. consil. 9. de Territor.* Consuetudinem quoque probatam, quæ & ipsa tribuat iurisdictionem; Quæ duo cum concurrant, putat potestatem satis probatam, sic etiam voluntatem. Putat igitur expresse super priuilegijs pronunciari posse. Concludit Reos simpliciter absoluendos compensatis expensis.

*D. G.*

De duobus dubitat 1. An Actorum priuilegium sit remuneratorium. 2. An Reorum priuilegia se extendant ad omnia tempora. Condictione videri actum.

Quod punctum mandati concludit nobiscum. Putat pronunciandum ita vt Op. ex sententia intelligant, aliquo modo contra sua priuilegia non esse pronunciatum, compensatis expensis.

Lata sententia talis, Anno 64. 2. Septembris:

In Sachen/ &c. in puncto mandati lest man es bey beschehener Anzeig bleiben/ vnd ferners in puncto citationis ist allem vorbringen nach zu recht erkendt / daß gedachte Beklagte nach gestalt dieser Sachen zu absoluiren vnd zuerledigen seyn/ alß wir sie auch hiemit absoluiren / &c. compensatis expensis.

Votum meum in d. consil. O. contra F.

*De verbo ad verbum.*

Cum hæc causa non minus docte quam late per D. Referentem discussa & decisa sit, ego paucis per quasdam conclusiones sententiam meam dicam. In processu nihil desidero, quod partium iuri officere possit. Cæterum licet Commissarius Reorum elapsa tertia dilatione non petita quarta, nonnullos testes super recognitione librorum iudicialium, non citatis ad hoc Actoribus, examinauerit; tamen quod Actores noluerunt huiusmodi libros recognoscere, & Commissarius coactus fuerit super hoc puncto Cameram consulere, an videlicet huiusmodi exceptiones Reorum admittendæ essent, interim Reis non cucurrit dilatio. *per gloss. in Clem. sæpe. De verb. signif. & Felin. in c. licet causam. numer. 18. de probat. Henning. in praxi sua, part. 1. rubr. 17. num. 2.* Et examen testium super recognitione librorum iudicialium non multum facit ad rem: quare puto hanc nullitatem dissimulanter mittendam, licet non negem Commissarium hac in re parum officio suo functum.

*Admerita.*

Quod ad punctum mandati de relaxando arresto attinet, si actores non contradicant, der Beklagten anzeig / 24. Augusti Anno 63. cum d. Ref. pronunciarem, lest man es bey vorbrachter anzeig in puncto mandati bleiben.

Cum arrestum per mortem rei sit extinctum, eo quod ipsius hæreditas in Actorem fratrem translata est, sane relaxatione bonorum arrestatorum opus non est, cum non † entis nullæ sint qualitates. 45

In puncto citationis dicam prius de actione, quæ instituta, & an competierit. 2. An probata. 3. An elisa. 4. de Replicis Actorum. 5. Quid pronunciandum.

Quod ad primum attinet, in puncto citationis duo petiuerunt Actores, alternatiue scilicet ob contrauentionem priuilegiorum, pœnæ declarationem: vel quod Reis non licuerit priuilegijs ipsorum contrauenire, sed adhuc sub comminatione pœnæ prætensos processus ab vnd in 46 vorigen Standt zu stellen/quæ alterna petitio † etiam de iure permissa est, per ea quæ tradit Spec. *in Rub. de libelli conceptione. §. iuxta propositionis ordinem. num. 4.* & sic actores fundant se in priuilegijs 47 suis. Vnde cum Iure nulla specialis actio, † qua agatur ad pœnam priuilegiorum, sit prodita, concludo cum D. Ref. condictionem ex l. noua Caroli IV. Sigismundi aut Rudolphi, concedentium hæc priuilegia, institutam esse, eamq; Actoribus competijsse. Si quis aliam dare malit, non admodum repugno.

*An probata?*

Probatam quoque Actorum intentionem ponderatis eorum priuilegijs, & priuilegiorum quasi possessione ab Actoribus continuata. Reorumque post factam insinuationem contrauentione, concludo cum D. Ref. Quare meo iudicio, in Reorum exceptionibus & Actorum replicis, summa causæ consistit.

*An elisa?*

Duabus exceptionibus intuitu Rei, videlicet consuetudine & priuilegio. Nec enim dubium est, quod hæc simul excipiendo proponi potuerint, *per not. in c. veniens. n. 3. de præscr.* Etenim quæ 48 possunt † acquiri per priuilegium, eadem etiam sunt præscriptibilia, seu per consuetudinem quæsibilia. *Felin. in c. accedentes. num. 2. 6. de præscr. Innoc. in c. nouit. de iud. Bart. Soc. consil. 68. n. 26. lib. 1.* Hasce duas exceptiones coniunctas (vt si vni aliquid desit, id per alteram suppleatur) puto Actorum intentionem eneruare.

WOlgeborner / ꝛc. Sich hat der Edel vnnd Erhnuest N. von einer vermeinten Confirmatori vnd Endvrtheil / so wider jhne / vnnd für N. durch deß Hochwürdigen / ꝛc. Commissarien am 6. Aprilis nechst eröffnet vnd außgesprochen worden / als dadurch mercklich beschwert / vnd fürter mehr beschwert zu werdẽ besorgend / am 9. desselben Monats hernacher coram Notario & testibus, innhalt beyligenden instrumenti appellationis, an E. G. vnnd diß Hochlöbliche Keys. Cammergericht beruffen vnd appel-

appelliert/in Willen vnd Meynung/ solche Appellation/(so dem Rechten vnd Reichsordnungen/ auch Churf. Cöllnischen Priuilegio, an dem Werth vnd sonst allerdings gemäß) im Rechten gebürlich nachzukommen. Gelangt derwegen an E. G. Anwalds im Namen ermelts Appellanten vnterthänige/hochfleissige Bitt/ jhme wider die Appellaten vnd Herrn Iudices à quibus citationem, inhibitionem, compulsoriales respectiuè in solita forma, gnädig zuerkennen vnd mitzutheilen. Darüber E. G. ꝛc.

*VOTVM.*

Seynd Citatio vnd compulsoriales erkänt/das vbrig Begeren abgeschlagen.

## Vlterior Supplicatio pro inhibitione eiusdem.

WOlgeborner/ ꝛc. Auff beygefügte Supplication/quo ad peritam inhibitionem, am 6. huius, gnädig gegebene noch zur zeit abschlägigen Decret/ bringt appellirender Anwaldt/ seiner erheischenden Nothurfft nach/ E. G. ferner in vnterthänigkeit für/ Ob wol gedachter sein Principal von einem jme hoch beschwerlichē Vrtheil zu rechterzeit/ an dieselbe E. G. vnd diß hochlöblich Keys. Cammergericht appelliert/ vnd dahero/ als von den Churfürstlichen Commissarien, oder vorigen Richter iurisdiction gäntzlich exempt/ alles fernern beschwerlichen procedirens/ oder requirens von Rechts wegen gebürigt vnd sicher seyn solte/ daß doch berürte Commissarij durch deß Appellaten vngestümb anhalten vnnd vberlauffen bewegt/ auch in ferijs solennibus nemblich den 17. huius, vnnd also den nechsten nach vermeintlich eröffneter Vrtheil super apostolos zu respondiren, vnnd jhne Appellaten documenta ad executionē in continenti obtinendam, mitzutheilen kein Scheuw gehabt/ darauff auch Greue vnnd Schöpffen/ als erster Instantz Richter/ eodem die jhnen heimgewisene execution thun wöllen. Vnd dieweil gleichwol der Appellat damalen die Gewaltrichter nit willig machen können/ hat er doch endlich erlangt/ daß Anwalds Principals fideiussor angedeuter vermeinter Vrtheil ad proximam post ferias nemlich den letzten dieses Monats/ein genügen zuthun angeloben müssen/wie solches alles auff beyligendem instrumento vnd missiuen erscheint.

Dieweil dann nunmehr Anwalds Principal nichts gewissers zugewarten/ dann daß auff jetzt bestimpten Tag benante Richter/zu bedräweter vnnd widerrechtlichen execution endlich schreitten/vnnd sich neben den Appellaten von jhrem Vorhaben abzulassen/ ohne E. G. inhibition, mit schuldig erachten werden/ alsolummum periculum in mora. Vnd aber diese Sache dem Rechten/ Reichs Ordnungen/ vnd dem Cöllnischen Priuilegio, an der Summa/ vnd sonsten durchauß gemäß/auch dahero E. G. Iurisdiction vnzweiffelich fundiert.

So ist demnach an E. G. Anwalds wie obstehet/ abermals vnterthänige hochfleissige Bitt/ seinem Principaln zu verhütung ferners Partheylichen Proceß vnnd execution wider beyder vorigen Instantz Richter/ vnd dem Appellaten inhibitionem in communi forma, gnädig zuerkennen vnnd mitzutheilen. Hierüber/ ꝛc.

*VOTVM.*

Läst man es bey vorigem Decret bleiben 2. Maij Anno 82.

## Vlterior supplicatio pro inhibitione contra eundem.

WOlgeborner/ E. Gn. bring ich abermal vnterthäniglich supplicierend für/ Nach dem E. G. auff mein/im Namen deß Edlen N. fürbracht Instrument appellationis, vnnd beschehen vnterthänig suppliciren/ citation vnnd compulsorialn gnädig erkänt/die gebettene inhibition noch zur zeit abgeschlagen/ vnd daß mitler weil/der Hochwürdige Fürst/ ꝛc. N. auff anstehens Appellanten vnd beschehen Appellation/ vnd præsentierte acta cum causæ cognitione appellationi deferiert, vnd diese Sache an E. G. vnd an diß hochlöblich Keys. Cammergericht vñ besser Recht daselbsten zuerlangen demittirt vñ hingewisen/wie E. G. auß beyligendem Instrument gnädig zu ersehen/vnd also nunmehr die Sach/ wie dann auch ohne das/vermög der Rechten/an E. G. deuoluiert, effectū deuolutiuum & suspensiuum hat/als gelangt an E. G. nachmaln mein vnterthänige Bitt/nunmehr gebettene inhibition wider Gegentheil den Appellaten/vnd Greue vnd Schöpffen in C. erster Instantz Richter/ gestalt/ wider den Appellanten vnnd desselben Bürgen hangender dieser Rechtfertigung/nichts zu attentierē/in gewöhnlicher bester Form gnädig zuerkennen vnd mitzutheilen. Darüber/ ꝛc.

## Tenor instrumenti vel documenti, appellationem à iudice à quo esse delatam, in causa N. contra N.

NAch dem der Hochwürdigst Fürst ꝛc vnser gnädigster Herr die Irrung vnd Gebrechen/ so sich zwischen dem Edlen ꝛc. N. an einem vñ Petern von N. anders Theils/ erhalten/ hiebeuor vnd erstmaln in pūcto grauaminis, folgends auch in causa principali, durch jhre verordnete Commissarien haben discutiren vnd entscheiden lassen. So wissen seine Churf. G. den Appellanten nicht auffzuhalten/ sonder wöllen jme/da er sich beschwert befindet/ zu dem ordentlichen Oberhaupt vmb besser Recht anzuhalten/dimittirt vnd gewiesen haben. Signatum Keyserswerd/den 24. Aprilis Anno 82.

Auß der Churfürstl. C. Cantzley
Johan Kemp.

For-

Formalia appellationis vigore instrumenti appellatorij iusta. Tenor primæ sententiæ: Ist zu Recht erkandt/daß N. schuldig sey/wie gebetten/vnd innhalt desselben Handtschrifft zubezahlen cum expensis & damnis. Tenor sententiæ à qua: In Sachen/ꝛc. ist zu Recht erkändt/ benè iudicatum, malè appellatũ, & causam ad primæ instantiæ iudicem remittendam cum expensis illius instantiæ.

*VOTVM.*

Lest man es bey vorigem Decret bleiben. Rationes vide in collectaneis meis Cameralibus sub tit. *Inhibitio quando super definitiua non decernatur.*

## Vlterior supplicatio, pro inhibitione inter eosdem.

WOlgeborner/ꝛc. E. G. werden sich zweifels ohn noch zu entsinnen wissen/ was gestalt sie newlicher Tagen in Sachen N. contra N. auff dazumal fürbracht instrumentum appellationis, vnnd mein/als Anwalds ermelts N. beschehen vnterthänig supplicieren/den 24. Aprilis/jüngst citationem & compulsoriales erkent/ Aber inhibitionem nit allein damals/ sondern auch folgendts den 28. eiusdē, vnd 12. huius, abgeschlagen/wie E. G solches auß hierbeygefügtē decretirtē Supplicationib. zu sehen. Demnach aber mein Principal zu Gemüt geführet/ was massen er erstlich von Herrn Greuen vnd Schöpffen zu C. beschwert/ in deme jme auffer-
Hæc verba desunt in prioribus supplicationibus.
legt worden/ auff seine blosse nichtige Handschrifft/ so ermelter mein Principal/verbis irritis inductus, adhuc minorennis existens, gestellt vnnd von sich gegeben haben solt/ non obstante minorennitate, vnd andern exceptionen, vnnd reconuentionen, eine benannte ansehenliche Summa Gelts zubezahlen: Folgends auch/ wie hoch er durch die Churf. C. Commissarien per sententiam prioris instantiæ confirmatoriam lædiert, vnangesehen/ sie wol abnemmen können/ daß Reus mercklich durch deß vermeinten Herrn Greuen vnd Schöpffen Vrtheil beschwert. Dieweil jme auch dieselbige nit allein alle defensiones, so durch einen reconueniendo, oder anderer meinung in Rechten beständig fürbracht/ abgeschnitten/sonder auch wider alle Recht vnd Billigkeit/jme reo in minorennitate constituto, zu deren in instrumento appellationis benannte fideiussorio nomine Summen bezahlung auffgelegt/ da er doch ex capite læsionis iuxta iura erat restituendus: vtpote in cuius persona nulla obligatio fideiussorio nomine poterat fundari.

Dieweil dann Anwalds Principal/ sich durch nechst angeregter Churf. C. Commissarien sententiam, si non diffinitiuam saltem eius vim habentem, mit wenigen/dann von der ersten Vrtheil beschwert befunden/vnnd besorgen muß/er werde vngeachtet jhme vorerkannter citation vnnd compulsorialn wider alle Recht vnnd Billigkeit durch allbereit geträwete/ vnnd (wie dann gemeinlich beschicht) schnelle execution zum höchsten beschweret werden/also summum periculum in mora.

Als gelangt an E. G. Anwalds im Namen meines Principals vnterthänige Bitt/ E. G. wöllen in betrachtung der obern/auch andn erzehlten vnrechtmässigen Beschwernuß/auch weil J. Churf. G. auch selbst appellationi deferiert, (wie alles auß beyligendes litera A. signirt, zu ersehen/) neben vorangeregten Processen/auch inhibitionem gnädiglich erkennen vnd mittheilen. Hierüber/ꝛc. vt supra.

Decretum; in Consilio 17. Maij Anno 80. Ist erkännt.

## Sequuntur nunc vota cũ eorum decisionibus & relationibus ad præcedentes supplicationes Camer. Imp. de Sententijs, earumq; declaratione, executione, ac nullitate pertinentia.

*VOTVM I.*

## In causa N.N. Bischoffen zu N.

*Contra*

## Herrn N. Herrn zu N.

*In puncto sententiæ executionis.*

SVMMARIA.

1 *Alienatio feudi sine consensu domini facta nulla est ipso iure.*
2 *Dominus directus habet rei vindicationem contra quemcunque possessorem vel detentatorem, non obstante præscriptione.*
3 *Liquidatio fructuum quomodo fieri debeat.*
4 *Feudum est contractus stricti iuris.*
5 *Accessoria, vt fructus, vsuræ, interesse, non veniunt statim à tempore moræ in contractibus stricti iuris, sed demum à tempore litis contestatæ, secus in contractibus bonæ fidei.*
6 *Possessor bonæ fidei per litis contestationem constituitur in mala fide, & ad restitutionem vniuersorum fructuum tenetur.*
7 *Pensiones prædiorum tam rusticorum, quam vrbanorum pro fructibus accipiuntur.*
8 *Vectura seu pensio, quæ haberi potest ex locatione nauis, fructus ipsius nauis esse dicitur.*
9 *Fructus in multiplici sunt differentia.*
10 *Fructus proprie dicuntur, qui supersunt deductis impensis, quæ fiunt quærendorum, colligendorum & conseruandorum fructuum gratia.*
11 *Præsens, si non contradicendo actum, quem potest impedire, tacendo non impedit, absque omni limitatione consentire videtur.*
12 *Pertinentiæ de iure non solum probantur per expensas, sed etiam per tacitas partium assertiones.*

13 Per-

13 *Pertinentiarum nomine intelliguntur tantum, quæ statuto, consuetudine, vel lege deputata sunt, vt sint pertinentiæ.*
14 *Pertinentiæ non præsumuntur.*
15 *Dominij probatio est difficilis.*
16 *Pretium æquum est, quod constituitur communi & publico totius ciuitatis consensu, non ex singulari aliqua affectione.*
17 *Æstimatio rei optime probatur per librum publicũ, in quo scribuntur res & earum valores.*
18 *Iudex in materia moræ vsq; ad sententiam debet inspicere illud tempus, quod est vtilius creditori moram passo, & est magis damnosum creditori morosо.*
19 *Mora, in non liquidis non committitur.*
20 *Iudicium reale transfertur in hæredem post litis contestationem.*
21 *Sententia quæ.*
22 *Intra fines quod est, præsumitur quoad iurisdictionem domini finium.*
23 *Res præsumitur esse allodialis.*

TRes sunt submissiones. I. in puncto executionis causæ principalis daß Dorff N. belangendt. II. In puncto liquidationis fructuum. III. In puncto expensarum. Quod ad primum attinet, multifariam contra executionem sententiæ definitiuæ 10. Februarij anno 48. anno 61. excipitur. Sed paucis concludo, eas exceptiones in duplicis & conclusionibus actoris optime refutatas esse. Quod autem contra vtrumque dominum Eytel scilicet & Casparum iudiciũ ceptum sit, lis cõtestata, sententia definitiua lata, hoc ideo factũ, quia tunc temporis vterq; pagum litigiosum pro indiuiso possidebat.

Nunc vero, quia reus solus dictum pagum possidet, & in ius sui parentis successit, qui ex diuisione dictum pagum solus quoq; possidebat, dubiũ non est, quando contra reum executio quoque fieri debeat. In rem enim actum est directa, scilicet rei vendicatione propter alienationem feudi sine consensu directi domini factam. Igitur ab omnibus, qui tenent & habent restituendi facultatẽ, res peti potest. *l. officium. §. denique. in fin. ff. de rei vend* Notissimi enim iuris est † alienationem feudi sine consensu domini factam, nullam esse ipso iure *c. 1. de prohib. feud. alien. per Frid.* dominumque † directum rei vendicationem habere contra quemcunq; possessorem vel detentatorem, non obstante præscriptione. *c. 1. de prohib. feud. alien. per Frid. Aluar. c. 1. §. præterea. num. 1. de leg. com. Iaſ. in præl. feud num. 33. cum seqq.* vbi de genere actionis ad longum disserit. Non obstat etiam allegata exceptio, quod reus domini Caspari hæres hæreditatis non sit, sed tantum sanguinis, & quod tanquam agnatus proxim' proprio ſuoq; iure ex pacto scilicet, & prouidẽtia primi acquirentis ad dominatum peruenerit. *per text. c. 1. & ibi communiter feudiſtæ. ſi agn. vel fil. Dec. consil. 78. num. 4. Pariſ. consil. 23. volum. 1. per tot. & consil. 25. num. 3. & 26. cum seq. vol.*

3. Quia ista exceptio de iure maxime releuans esset, si pagus N. feudum dominatus fuisset. Sed cõtrarium ex sententia & re iudicata Cameræ liquido constat, quod scilicet non dominatus, sed N. feudum fuerit semper, & etiamnum sit. Quapropter cum Reus notorie rem non suam, non feudalem, in qua ratione originis & contemplatione acquirentis nihil iuris habet, sed prorsus alienam detineat, siue sit successor domini Caspari, siue non sit, siue in solidum sit conuentus, siue pro parte, restituere totum pagum tenetur cum omni sua causa, id est, vt habeat debitor, quod habiturus esset, si eo tempore quo iudicium accipiebatur, restitutus ille pagus fuisset. *l. præterea. de rei vend. l. cum fundus, ibi Iaſ. num. 4. & 5. ſi cert. pet. l. restituere. de verb. ſignif. l. in condemnatione. §. 1. ff. de reg. iur.*

Eadem obtinere puto in adiudicando vino N. tanquam feudo N. Concludo igitur in hoc puncto, executionem non obstantibus exceptionibus contra Reum in solidum faciendam. Altera submissio in puncto liquidationis fructuum plus difficultatis propter materiam fructuum habet. In sententia definitiua fructus à tempore litis † 3
contestatæ percepti actori adiudicati sunt. Idque recte, quia feudum est † contractus stricti iuris 4
ex communi Dd. sententia. *Curt. tractat. feud. part. 1. quæſt. 9. num. 5. Soc. consil. 68. num. 6. vol. 1. Iaſ. in præl. feud. & ibi communiter feudiſtæ.* At in contractibus stricti iuris regulariter accessoria, vt † fructus, vsuræ & interesse, non veniunt statim à tempore moræ seu extraiudicialis interpellationis, sed demum à tempore litis cõtestatæ. *d. l. cum fundus. l. 2. & l. videamus. 2. §. ſi actor. de vſur. Bald. l. ſi plures. num. 10. de condit. inſert.* quem vide. Secus vero est in contractibus bonæ fidei, in quibus statim veniũt accessoria à tempore moræ seu interpellationis extraiudicialis, *per text. l. mora. 32. §. in fide. de vſur. Bart. l. ſi filius fam. §. 1. num. 4. ff. de verb. oblig. & ibi communiter Dd. Iaſ. d. l. vinum. n. 18.* vbi tradit rationem differentiæ cum suis limitationibus. Et habetur singularis limitatio *in d. l. videam'. 2.* quoniam etiam in contractibus stricti iuris accessoria veniunt à tempore moræ.

Accedit, quod per litis contestationem bonæ fidei † possessor constituatur in mala fide, & ad 6
restitutionem vniuersorum fructuum teneatur, *l. certum. C. de rei vend. c. grauis, vbi Panormit. de reſt. ſpol.* Est materia *§. ſi quis à non domino. Inſtit. de rer diuiſ.* Videndum igitur, quid in hoc puncto liquidationis probatum. Actor 8. Iunij Anno 56. iudicialiter exhibet designationem fructuum, in qua articulatim designat & ponit quasdam pensiones annuas, tanquam fructus ciuiles & pertinentias dicti pagi N. Nam † pensiones prædio- 7
rum, tam vrbanorum, quam rusticorum pro fructib. accipiuntur. *l. prædiorum vrbanorum. de vſur. l. lectæ. in fin. ſi cert. petat.*

Quemadmodum & vectura † seu pensio, quæ 8
haberi potest ex locatione nauis, fructus i-

psius nauis esse dicitur. *l. si nauis. de rei vendi. l. donum. C. eod Henning. consil. 17. nu. 7. Panor. d. c. grauis.*
9 *num. 3.* Notum autem est fructus † in multiplici esse differentia, *prout not. gloss. l. ex diuerso. versic. non habendum. de rei vend. vbi Bart. & communiter Dd. Panorm. d. c. grauis. num. 3.* Hæ ergo pensiones annuæ, cum sint fructus ciuiles, tanquam accessiones veniunt à tempore litis contestationis in iudicijs stricti iuris, vt supradictum. Et quoniam proprie
10 fructus dicuntur, † quæ supersunt deductis impensis, quæ fiunt quærendorum, colligendorum & conseruandorum fructuum gratia. *gl. d. c grauis. verb fructus.*

Videndum, an aliquas impensas fructuũ quærendorum gratia fecerit, quas ante deducere poterit. Nam prædicta regula, quod proprie fructus dicantur deductis necessarijs impensis, nõ solum obtinet in bonæ fidei possessoribus, sed & malæ fidei etiam possessoribus seu prædonibus. *l. 1. C. de fructib. & lit. expens. gloss. d. c. grauis. verb. fructus.* Nam nullus casus interuenire potest qui hoc genus deductionis impediat, *vt ait text. l. fundus qui. fam. ercisc. l. fructus. solut. matrim.* Fallit tamen dicta regula in vno casu, nimirum casu *c. tua. de decim. Henning. pulchre d. consil. 17. per tot.* vbi dicta regula limitat. Sed breuiter concludo, nihil impensum esse. Hi enim fructus cum sint ciuiles, & nullam culturam requirant, veniantque tanquam pertinentia dicti pagi N. sine aliqua deductione plene restituendi sunt, *iuxta l. restituere. ff. de verb. signif. d. l. præterea. de rei vend.* Superest ergo, vt videamus de liquidatione fructuum. Et quantum attinet ad 1. 2. 3. designatorios articulos, illi in confesso sunt, ex quo Reus non excipit, neque contradicit. Quoties e-
11 nim quis præsens contradicẽdo † actum aliquem impedire potest, & tacendo non impedit, tum absque omni limitatione consentire videtur. Ita infallibiliter procedit *reg. c. qui tacet. de reg. iur. in 6.* vbi Dynus hoc multis exemplis confirmat. Atq; hoc nostro casu reus in contradictorio iudicio per procuratorem ad litem semper præsens fuit, actumq; contradicendo semper impugnare potuit, quemadmodum etiam contra cæteros articulos excepit, de quibus mox dicetur. Cum vero hoc non fecit, sine omni dubio intelligitur tacendo hos fructus confiteri. Quibus accedit, quod
12 pertinentiæ de iure non solum probantur † per expensas, verum etiam per tacitas partium adsertiones. *per not. l. optimam. Cod. de contrah. & comm. stip. l. cum alijs. C. de iur. delib. Bal. consil. 420. num. 2. volum. 1.* Quare concludo articulatas 1. 2. 3. annuas pensiones tanquam accessiones pagi N. sufficienter probatas esse. Sequitur 4. designatorius artic. nẽpe ratione 30. Fl. so jährlich von dem Mannsgut gefallen. Reus in duplicis 30. Augusti Anno 60. exhibitis contra hunc articulum expresse accipit, negatque illam pensionem pertinere ad pagum N. sed pertinentias esse Castri Cassel, & in vim probationis exhibet literas emptionis in originali cum copia litera A. quæ continet venditionem factam per 600. Flor. quæ summa computatis quinq; in singula centena constituit annuum reditum 30. Floren. ita quod Reus, quoad istum reditum, præsumptionem libertatis pro se habeat, donec actor contrarium probet. Contrarium autem non probasse concludo. Non enim sola & nuda contradictio sufficit, quoties de dominio & proprietate pertinentiarum contenditur, sed liquidissimis probationibus opus est. Proprie vero † pertinentiarum nomine intelliguntur tan- 13
tum, quæ statuto, consuetudine vel lege deputata sunt, vt sint pertinentiæ. *Innocent. c. cum ad sedem. de rest. spol. quam omnes alleg. Bald. d. consil. 420. num. 5. Bart. l. 1. num. 3. de dam. infect.* Non ergo † præsu- 14
muntur pertinentiæ, nisi probentur. Nam facto opus est, quod scilicet voluntate patrisfamil. destinatæ sint ad pagum vel castrum aliquod, vt sint eius pertinentiæ. *Innocent. d. c. ad sedem Bald. d. consil. 420. num. 5. & consil. 468. p. 3. facit l. locus. de verb. signif.* Et sic cum de dominio pertinentiarum probandum est, liquidissimæ probationes requiruntur.

Hinc est, quod dicitur, dominij † probationem 15
esse difficilem *gloss. l. etiam. §. 1. verb. deberet dari. de pet. hæredit. Boer. decis. 42. num. 28. par. 1.* Quare concludo actorem hunc 4. articulum non sufficienter liquidasse, seruando tamen illi in futurum suas probationes quoad hunc articulum. Quoad 5 artic. scilicet 54. Floren pro 54. Malter siliginis, Reus in exceptionibus 14. Ianuarij Anno 58 exhibitis fatetur 20. Malter vnnd zehendhalb Malter auenæ. Impugnat autem 20. Malter / quod non pertineant ad dictum pagum N. sed ad Castrum Cassel, & similiter in vim probationis exhibet quædam originalia documenta cum copijs litera B. C D. & E. quæ continent emptionem d. 20. Malter / & reluitionem dominorum Anno 36. factam. Putarem ergo confessatos fructus actori adiudicari posse, nempe 20. Malter siliginis, & zehendhalb auenæ. Quod ad residua, iniungerem actori vlteriorem probationem, eo quod præsumptionibus tantum nitatur, scilicet quod ratione maioris partis bonorum & fructuum commodorum in certo loco existentium, in cæteris fortis insurgat præsumptio *per not. Aluarot. cap. 1. si contr. int. masc. & fœmin. c. 1. §. cum autem. & ibi Dd. communiter. de inuest. Henning. consil. 17. numer. 1.* vbi de nominibus collectiuis quid important. Atque in causa liquidationis quando de dominio adiudicando agitur, non præsumptionibus, sed liquidissimis probationibus opus esse supra dictum est. Restat vltimus articulus scilicet 6. de æstimatione adiudicati vini 311 N. Hunc articulum reus non impugnat, tanquam pertinentias ad feudum N. neque id potest, cum sit res iudicata sed tantum moderationem designatæ æstimationis petit, quod actor vltra iustum precium dictum vinum & omnino secundum communem valorem æstimarit contra *l. precia. ff. ad leg. Falcid* quam legem ibidem Bart dicit aureis literis scribendam esse.

esse. Sed breuiter meo quidem iudicio, nullam iniquitatem factæ æstimationis video; neque enim summum, neque infimum, sed quod inter vtrunq; medium est precium petitum, non secun-
16 dum singularem affectionem, † sed communem & publicam ciuitatis æstimationem Statt N. N. vt ex literis magistratus eius loci sub sigillo publico videre est, in actis *n. 87.* quibus literis plena fides adhibenda est. Cum æstimatio vini singulorum annorum ex libro publico desumpta sit: o-
17 ptime enim æstimatio † rei probatur per librum publicum, in quo scribuntur res & earum valores. *l. fin. C. de prædijs & reb. nauicul. lib. 11. Alex. l. precia rerum. num. 7. ad leg. Falcid. & ibi Bart. §. 1.* tradit practicam probandi æstimationem alicuius rei, & quando per testes probetur, vide Panor. *c. cum causa. per tot. de Test. Alex. d. l. precia. n. 5. & 6.* siue igitur spectemus tempus litis contestatę, scilicet anni 38. communis vini valor fuit 18. fl. tempore vero iudicatę rei scilicet anno 42. Ist kein Auffschlag gemacht worden.

Anno vero sequenti precium commune fuit, 24. fl. Accedit, quod tradit Ang *d. l. in hac. num. 2.*
18 quod in materia † moræ Iudex vsque ad sententiam debet inspicere illud tempus, quod est vtilius creditori moram passo, & magis dammosum debitori moroso, *not. Dd. in l. vinum. si cert. pet.* Potest tamen Reus quoad æstimationem à mora ex-
19 cusari, cum † in non liquidis non committatur. *Ang. d. l. an hac. n. 7. de cond. tritic. Afflict. decis. 205. per totum.* Concludo ergo reum secundum actoris æstimationem ad restitutionem vini adiudicati condemnandum. Sed nunc rursus oritur difficultas in puncto liquidationis fructuum, an reus solus condemnari debeat ad restitutionem omnium fructuum à tempore litis contestatæ perceptorum. Dubitationem facit, quod Casparus Dominus tempore litis contestatę pagum litigiosum adhuc pro indiuiso percipiebat. Vnde, quia Reus non est factus locupletior, quoad illos fructus, consequens esse videtur, quod ad eorum restitutionem non teneatur. Sed paucis. Non video, qua ratione posset excusari ab illis fructibus. Nam cum ipse in ius Caspari successerit, quoad hunc pagum non feudalem, ipsiusque personam repręsentet, puto illum quoque condemnandum fore, non obstantibus exceptionibus ad restitutionem omnium fructuum liquidatorum & perceptorũ ante litis contestationem. Et ad probationem eius ropeto, quæ dicta sunt supra de hærede hæreditatis, & hærede sanguinis & agnationis.

Præterea in rem actum est, igitur rem cũ omni sua causa, quam possidebat, restituere debet, *d. l. cum fundus. si cert. pet. l. præterea. de rei vend.* Nam &
20 iudicium † Reale transfertur in hæredem post litis contestationem, *l. si cum re. de rei vend. l. si in rem. d. tit. & ibi gloss.* Vnde cum litis contestatio sit facta cum D. Casparo & patre rei, concludo omnes fructus à tempore litis contestatæ perceptos, reũ non solum præstare, sed etiam restituere debere. Restat vltima submissio in puncto expensarum, quæ cum nullam habet difficultatem, & ex superioribus decisa quoque sit, concludo omnes expensas reum refundere debere. Damnorum & interesse nulla facta est mentio & liquidatio, ideo ill. silentio prætermittam. Expensas in omnibus punctis compensarem, 1. Quia controuersia est inter viros principes. 2. Quia actor omnes fructus designatos non liquidauit vigore sententiæ definitiuæ, & Reus quasdam exceptiones releuantes in puncto designationis posuit. Saluo, &c.

Sententia: † Jn Sachen Herrn M. Bischoffen 21
zu M. Kläger / wider H. Eytel / Herrn zu M. Beklagten / M. belangend / in puncto exceptionis principalis causæ, ist erkandt / daß gedachter Beklagter das Vrtheil den 10. Februarij Anno 42. ergangen / beschehener Eynred vnverhindert ein vollkommene Genüge thun sub commination nili, daß als dañ auff gemelts förmblich Anruffen ergehen soll / was recht ist. Vnd dann in puncto designationis fructuum, daß gemelter Beklagter / die jme 12. 3 Artic. Nutzung / Zinß vñ pensiones, deßgleichen 20. Malter Korns / vnd zehenthalb M. Hafern / auß den 24. Malter im fünfften. Item benent / auch 16. fl. für jedes Fuder Weins jm sechsten. Item / vermeldter beschehener Eynred vnuerhindert zu entrichten vnd zubezahlen schuldig sey / als wir jhnen auch hiermit darzu condemniren vñ verdañen. So viel aber den 4. vñ die vbrige 58. Jtẽ angezogene Nutzung belangend / ist der Bescheid / so ferrn gedachte Kläger / dieselbe wie sich vermöge der Rechten gebüret / genugsamb beweisen wird / daß solches gehört werden / vnd ferrner darauff ergehen soll / was recht / auch jhm andere vnd ferrnere Weg seine zugehörung zubeweisen hiemit vnbenommen / sondern hiemit vorbehalten. Letztlich in puncto expensarum ist der Bescheid / daß vielgemelter Beklagter beschehener Eynred vnverhindert / die in der Vrtheil den 12. Octobris Anno 58. ergangen / taxierte Kosten völlig zuerlegen vnnd zubezahlen schuldig sey / die Gerichtskosten dieser Puncten allenthalben auffgelauffen ex causis mouentibus gegen einander compensierend vnnd vergleichend.

*Additio*: Licet fundus sit intra territorium meum, tamen non præsumitur feudalis, etiamsi ego nesciam ostendere, vnde habuerim ex communi Dd. doctrina, maxime Innocent. *c. nimis de Iureiur.* vbi voluit illud, quod est intra † fines præ- 22
sumi, quoad iurisdictionem domini finium, non quoad dominium, alias in dubio præsumerentur omnia esse principis, quoad dominium contra regulam, quod res † præsumitur allodialis. *Ita Boss.* 23
*in tract. de principe. numer. 242. cum seq.*
quem omnino vide.

*VOTVM II.*

# Jn causa Magdalena L.

*Contra*

# Johann L.

*De declaratione sententiæ.*

SVMMARIA.

1 *Appellationē deserta executio ad priorem iudicem remittitur.*
2 *Quia iurisdictio hoc casu ipso iure ad iudicem remittitur, & n. 3.*
3 *Camera non potest declarare sententiam inferioris iudicis, quæ abijt in rem iudicatam.*
4 *Iudex ordinarius sententiam exponere seu interpretari nequit, nisi partibus consentientibus.*
5 *In quibus sententia prior declaranda sit, vel statutum.*
6 *In contractibus bonæ fidei & stricti iuris accessoria à quo tempore petantur.*
7 *An, quatenus & quando iudex sententiam suam declarare seu interpretari, vel emendare possit.*
8 *Interpretari licet verba sententiæ, non autem extendere.*
9 *Verba sententiæ debent intelligi secundum se & secundum quod ipsa important per se non per relationem ad libellum extendi.*
10 *In generali petitione libelli continentur accessoria.*
11 *Præiudicium adiudicatorum fructuum ex generali Libelli petitione.*
12 *Forma declaratæ sententiæ quoad fructus à prioribus iudicibus præteritos.*

1 IN Camera appellatio deserta, † remittitur ad Iudicem à quo pro executione. Nam appellatione deserta dubium non est quin iudex primus executionem sententiæ suæ facere debeat, & non iudex appellationis, per text. ordin. *tit. 50. §. 6. part. 3. & per l. fin. C. de temp. appell. Bart. l. à diuo Pio. num. 15. de re iud. Ferrar. Forma sent. in causa appellat. verb. communis. numer. 2. cum seqq. mihi fol. 199.* Rationem esse puto, quod appellatione deserta
2 iurisdictio ipso iure † ad iudicem primum remittatur. *clement. si appellationem. de Appellat.* Recte itaque à iudicibus primæ instantiæ executio sen-
3 tentiæ, quæ transiuit in rem † iudicatam, propter desertionem petita est, atque etiamnum petitur.

Cæterum, quia inter partes de plena executione controuertitur, iudices, vt euitent pœnam Executorialium, partes ad Cameram remittant, & sententiæ declarationem petunt. Vnde submissio nostra in eo versatur, an Camera possit interpretari aut declarare sententiam iudicum primæ instantię? Ego paucis existimarem non posse, maxime in hoc nostro casu, vbi nullam vnquam iurisdictionē in causa principali habuimus propter desertionem. Nam deserta appellatione ipso iure reuoluitur Iurisdictio ad iudicem à quo. *Canon. clemen. si appellationem. per illum text. de appellat. Bald. in l. eos. num. 6. C. de appellat.* Præterea iuris est notissimi, iudicem ordinarium suam quidem sententiam declarare aut interpretari posse; non autem alterius vel prædecessoris sui. *l. ab executore, & ibi Bart. numer. 5. & 6. de appellat. Felin. c. qualiter. vol. 1. num. 24. in fin. de accusat. & Lanfranc. in sua praxi. c. 10. num. 15.* Sed propter partium † consensum 4
demus Cameram interpretari posse. Videndum ergo, an iuxta petitionem Actricis ea declaratio † aut interpretatio fieri debeat? in libello primæ 5
instantiæ articulātur 11. Malter siliginis, item 99. Malter siliginis à tempore transactionis vsque ad tempus cœptæ litis in prima instantia ratione retardatæ solutionis. In petitione libelli nihil horum exprimitur, sed in genere damnorum, expensarum & interesse condemnatio petitur, Iudices desuper singulariter pronunciant. Reus soll schüldig seyn Actrici nach laut jhrer Ansprach zubezahlen nulla facta expensarum aut interesse mentione.

Iam post remissionem iudices primæ instantiæ executionem faciunt in omnibus bonis Libello specificatis, qua executione Actrix non est contenta, sed vlterius petit etiam fructus à tempore litis cœptæ, vsque ad tempus remissionis hic in Camera factæ, quæ quidem petitio Actricis non est iniqua sed iuri consentanea. Quia in contractibus bonæ fidei † veniunt accessoria & fru- 6
ctus statim à tempore moræ. *l. mora. §. in sexto. de act. & obligat. & ita communiter Dd.* In contractibus vero stricti iuris demum à tempore litis contestatæ. *l. cum fundus. si cert. petat. Iason l. viuum. num. 18. eodem tit. vbi communiter Dd.* Est itaque non iniqua, vt dictum est, actricis petitio, sed an ad declarationem sententiæ pertineat, dubitationis est? Et sane putarem, quod non. Idque ex doctrina Bartol. *l. 2. C. de sentent. ex breuic. recitand. num. 4.* vbi distinguit: aut Iudex vult suam sententiam † declarare, seu interpretari, aut emen- 7
dare: si emendare verba tantum, & potest *l. actorum ff. de re iudic.* aut circa substantiam, puta addendo aut detrahendo, & tunc aut circa accessoria, & tunc potest eodem die addere. *l. Paulus. de re iudic.* aut circa alia, & tunc regula est, quod non possit per tex. *d. l. 2. C. de sentent. ex breuic. recit.* nisi per viam restitutionis in integrum. *tot. tit. si aduersus rem iudic. Bar. d. l. ab executore. nu. 7.* tradit interpretationem multis modis adsumi. Quandoque, inquit, interpretatio adsumitur pro correctione totali, & istud non potest facere, nisi solus princeps. *leg. prima in fin. de quæstion. leg. iudex. de re iudic.*

Quandoq; interpretatio ponitur pro congrua vbi vel rationis expositione, & istā interpretationem

nem potest facere Iudex. *d. l. ab executore.* nihil enim de nouo facit, sed factum declarat, Exemplū ponit, vt si iudex pronunciasset aliquando violentiam commisisse, poterit postea declarare, vtrum intellexerit de publica, an priuata.

Nunc ad propositum: Sententia prima, quæ trāsiuit in rem iudicatam, nullam fructuum perceptorum aut expensarum facit mentionem, quo pacto ergo nos declarare aut interpretari possumus verba sententiæ. Quæ enim non sunt probata interpretari † non extendere licet, Bart. vbi supra interpretatio dicitur proprie congrua vocabuli significatio *gloss. l. 1. verb. interpretationem. de orig. iur. facit d. l. gallus. §. etiam si parente. num. 1. de lib. & posth. Bart. d. l. ab executore. num. 7.* Et verba sententiæ debent intelligi secundū se † & secundum quod ipsa important, non per relationem ad libellum; nisi ad libellum expresse se referant. Ita Bart. *l. 1. num. 7. circa fin. C. si plus vna sententia cond. fuer. alleg. l. fin. C. de sententia quæ sine cert. quant.* At hic nulla fit ad libellum relatio: igitur non potest fieri extensio, immo ne in libello quidem horum fructuum fit mentio, generalis est petitio expensarum, damnorum & interesse. Hoc quod speciatim in libello deductum, est adiudicatum Actrici. Igitur generalem illam sententiam generaliter quoque accipiendam esse concludo, & interpretationi petitæ locum non esse. Saluo, &c.

Alij considerarunt petitionem libelli, quæ habet † annexam accessionem fructuum. *l. aut Prætor. §. Si iudex. de re iud.* Ideo sententiam referēdam ad petitionē † libelli, & fructus petitos adiudicandos. Et ita maioribus votis contra me fuit conclusum & pronunciatum.

Sententia: † In der Execution Sachen Magdalena L. wider Johan L. ꝛc. ist erkannt / daß gedachter Johann L. beschehener Eynredt vnuerhindert / jhr Magdalena L. die hinderständige Aufkünfften vnd Pensionen von Zeit an erster Instantz beschehener Kriegs Befestigung biß auff Zeit an diesem Keys. Cammergericht den 16. Junij verschien Jahrs ergangenen Vrtheil auch zu entrichten vnd zubezahlen schuldig sey.

## VOTVM III.

*In causa*

## Henrich Dollhart/

*Contra*

## Johan Menten.

*Executio, an & quando impediatur per exceptiones paupertatis seu spolij & compensationis.*

SVMMARIA.

1 *Hæredes tenentur parere executorialibus.*
2 *Exceptiones superuenientes post sententiam etiam in executione apponuntur.*
3 *Coram iudice tamen competenti, non coram executore.*
4 *Exceptiones, quæ à lata sententia contra primæuam actionem obijciuntur, impediunt executionem.*
5 *Executionis illegitimæ vitium purgatur per comparitionem citati.*
6 *Citatio illegitime facta, si modo ad citati notitiam peruenerit, arctat citatum.*
7 *Appellatione pendente nihil innouandum.*
8 *Exceptio spolij opponi non potest post sententiam in executione, contrarium quod opponatur. n. 9.*
10 *Exceptiones peremptoriæ post sentētiam nō possunt opponi, nisi nouem in casibus.*
11 *Declaratio l. si quis in tantam. C. vnde vi.*
12 *Victori propria authoritate exequi non licet.*
13 *Etiam paupertatis exceptio quandoq; in executione opponi potest.*
14 *Exceptio cessionis cōtra exceptionem opponi potest.*
15 *Propter impotentiam debitoris effectus actionis differtur, donec debitor soluendo fuerit.*
16 *Limitatur in criminalibus.*
17 *Exceptio debiti liquidi potest opponi post sententiā.*
18 *Secus in debito illiquido.*
19 *Processus executionis est summarius.*
20 *Nec suspenditur per exceptionem requirentem altiorem indaginem.*
21 *Cautela pro proponente exceptionem contra executionem sententiæ.*

LATA est sententia definitiua confirmatoria in Camera cum condemnatione Expensarum Anno 43. 4. Maij, expensæ taxatæ 28. Aprilis Anno 50. auff 11. fl. 25. Kreutzer. Executoriales emanatæ & reproductæ in communi forma 7. Octobris Anno 56.

Quæritur, an appellantis demortui filij & hæredes teneantur parere † executorialibus? Et dubium non est, quod sic. *l. 2. de except. rei iud. l. à diuo Pio. de re iud.* nisi allegent causas rationabiles, quare non teneantur parere, veluti exceptiones † post sententiam superuenientes. Huiusmodi n. exceptiones etiam post sententiam opponi possunt. *l. 1. & ibi communiter Dd. C. de re iud. Bar. l. fin. C. si ex fal. instrum.* Et admittūtur coram iudice † competenti non coram executore. *Spec. tit. de execut. sent. §. fin. nu. 11. & ibi Apost.* Regulariter quoq; exceptiones, quæ opponuntur post sententiam, non contra sententiam, † sed contra actionem primam impediunt executionem, prout hoc late distinguendo declarat Bart. *d. l. fin. C. si ex fals. instrum.* Itaque in præsenti de exceptionibus appellantium videndum. Quatuor autem potissimum exceptiones contra executoriales obijciuntur, cur ijs parere non possint, nec teneantur, quarum prima est executionis executorialium non rite factæ; altera spolij: tertia paupertatis; vltima compensationis. Quo ad 1. illa partē non releuat, quia fatent

5 executionem † ad earum notitiam peruenisse, & sic vitium exequentis, quod scilicet non fuerit Notarius immatriculatus, comparitione sublatũ fuit. *clem. causam. in fi. de Elect. Alex. l. de pupillo §. meminisse. num. 5. & ibi Apost. de nou. oper. nunc.* Cum enim executoriales annexam habent citationem,
6 & citatio † illegitime facta, si ad notitiã citati peruenerit, perinde arctat citatum vt legitima. *d. cle. causam.* Ideo sequitur primam illam exceptionem nihil momẽti habere. Altera exceptio vehemẽter obstare videtur: notissimi enim iuris est, appella-
7 tione pendente † nihil esse vel innouandum, vel attentandum. *tot. tit. nil innou. pend. appell. & tot. tit. vt lit. pend.* Per appellationem enim à definitiua suspenditur executio, & manus vtrique tam iudici quam parti clauduntur. Nunc in præsenti allegatur spolium commissum ab ipso appellato Anno 42. & sic causa appellationis adhuc in Camera pendente, quia Ann 43 lata fuit definitiua. Vnde dubium non est, quin appellatus inciderit in pœnam constitutionis *l. si quis in tantum. C. vnde vi. l. extat. quod met. caus.* Si ante sententiam definitiuã talis exceptio fuisset opposita. Cæterum, an op-
8 poni possit dicta exceptio spolij post sententiam † in executione, in eo consistit non parum difficultatis. Exceptio enim dilatoria est. *gl. c. 1. de restit. spol. in 6. Innoc. & Ioan. Fel. in c. 2. de rer. cognit.* & ideo
9 ante litis contestationem † regulariter opponi debet. *l. fin. C. de except. l. peremptorias. C. sent. rescin. non posse. l. Pomponius. §. ratumhabitionis. de Procur. Guid. decis. 275. num. 4.* & dato etiam, quod peremptoria esset, tamen adhuc non posset opponi in execu-
10 tione, quia post sententiam † exceptiones peremptoriæ non opponuntur. *d. l. peremptorias. Fallit in 9. casib. per Spec. tit. de except. & replic. d. §. n. 14.* inter quos non recensetur exceptio spolij. Firma igitur subsistit regula in casibus nõ exceptis peremptoriam exceptionẽ opponi non posse post sententiã *l. quæsitum. §. denique. de fundo instructo. l. in his. de LL. Afflict. decis. 239. n. 3. Alex. consil. 32. n. 4. vol. 7.* Et hoc in specie in exceptione spolij teneret. Innoc. *c. nouit. §. fin. de appell.*

Istis tamen non obstantibus, putarem hanc exceptionem posse quandocunque etiam post sententiam in executionem opponi, idque per text.
11 *d. l. si quis.* Nam illa lex † non tantum procedit, si quis ante vel post litem contestatam spolium cõmittat, verum etiam post sententiam ante legitimam executionem; non enim licet victori pro-
12 pria † authoritate exequi. *l. miles. § qui iudicati. de re iud. Bar. Zas. & alij ibid.* multo minus ante obtentam sententiam vim committere. Et hanc sentẽtiam confirmat Panor. *d. c. nou. n. 8. de appellat.* idq; quibusdam rationibus, *vt ibi per eum.* Concludo ergo exceptionem spolij etiam post sententiam in executione opponi posse. Tertia exceptio pau-
13 pertatis scilicet si illa † ex spolio deriuetur, similiter potest opponi in executione.

Bonis enim spoliatus non potest conueniri actione ciuili obstante exceptione spoliationis inopiam includente. Ita Panor. *c. olim. in princ. de rest. spol. per illum text.* Ratio est, quia impossibilium nulla est obligatio naturalis quidem. *l. impossibilium. de reg. iur. c. nemo potest. ext. eod.* Hinc est, quod exceptio cessionis † bonorum contra executionem 14
opponi possit. *l. 2. C. qui bon. ced. poss. & ibi Dd. Ang. §. fin. & ibi apostill.* Atque in nostro casu appellantes hæredes allegant se omnibus bonis per appellatum spoliatos, & sic ad extremã paupertatem redactos, ita quod executorialibus parere non possint. Nam propter impotentiam debitoris † in 15
soluendo, actio redditur inefficax in effectu, & differtur, donec debitor fuerit soluendo. *d. c. olim. & ibi Panorm. num. 2. l. nam in. ff. de dolo.* & prædicta procedunt in ciuilibus vt dixi, secus in criminalibus † ad vindictam. Nam tunc si Reus non est 16
soluendo, fit commutatio in pœnam corporalẽ. *l. fin. C. de in ius voc. Panor. d. c. olim. num. 2. Angel. Zas. & communiter DD. d. § fin. Instit. de Act.* Quare concludo hanc exceptionem releuantem esse.

Vltima exceptio scilicet compensationis † si- 17
militer opponi potest post sententiam, quando debitum est liquidum. *l. fin. C. de compensat. Bart. l. auferetur. §. qui compensationem. in princip. de iur. fisc.* quem sequuntur communiter Dd. excepto Bald. vt refert Alex. *consil. 61. in princ. vol. 3.* Cæterum si debitum adhuc † sit liquidandũ, & in continenti 18
liquidari nequeat, sed requirat altiorem indaginem, tunc contra debitum liquidũ post sententiã opponi & executionem impedire non potest. *d. l. fin. C. de compensat. Alex. consil. 91. vol. 4. & d. consil. 61.* Ratio, quia executionis processus est summarius, 19
† in executione sententiæ nõ adhibetur, nisi summaria cognitio. *l. à diuo Pio. §. si super reb. ff. de re iud.* Et ideo non suspenditur per exceptionem requi- 20
rentem † altiorem indaginem. *d. l. fin. l. 3. §. ibid. ad exhibend. Bar. ad d. l. fi.* Nunc in proposito debitum & interesse propter spolium est incertum, nec per sententiam Ducis Iuliæ liquidatum, sed demum liquidandum, quia liquidatio non potest fieri in continenti, sed requirit altiorem indaginẽ. Vnde 21
concludo hanc exceptionem † non posse executionem impedire, sed priores duæ paupertatis & spolij sufficerent ad impediendum executionem, si appellantes non allegassent litis pendentiam super spolio. Nam in 26. articulo ponunt causam spolij coram consiliarijs ducis Iuliæ pendere aut potius decisam esse. Et in 28. articulo fatentur ipsorum interesse longe superare taxam expensarum Cameræ. Non video ergo, qua ratione possimus diutius executionem suspendere, & ideo reiectis articulis, paritionem iniungerem compensatis expensis.

Saluo, &c.

VOTVM

## VOTVM IV.

*Materia executionis sententiæ.*

## In causa D.M.B.

*Contra*

## Nobiles B.

SVMMARIA.

1 *Camera, prætensa appellatione alicuius non obstante, an ad sententiæ definitiuæ executionem procedere possit.* num. 29.
2 *Beneficium reuisionis non est perpetuum.*
3 *Remedium reuisionis certos suos habet fines.*
4 *Limites beneficij reuisionis ad vnguem seruandi sunt.*
5 *Licentia supplicandi metas biennij in iure saltem habet.*
6 *Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi & non aliis imputat.*
7 *Executio de iure communi pendente reuisione non suspenditur.*
8 *Ab interlocutoriis in processu reuisionis latis an appellare licet.*
9 *Camera ordinariam iurisdictionem à lege habet, non delegatam.*
10 *In causa reuisionis circa processum appellari nequit à decreto Cæsaris & statuum præsentium.*
11 *Appellatio ab vno ad alium quando non valet.*
12 *Argumentum in iure à maiore ad minus negatiue valet.*
13 *A sententiis reuisoriis interlacutoriis an appellari potest.*
14 *Lex scripta Imperij pecuniæ depositionẽ ante processum reuisionis inchoatum requirit.*
15 *Depositio pecuniæ est de forma in actum.*
16 *Cessante grauamine appellatio est friuola.*
17 *Grauamen est causa appellationis immediata.*
18 *Argumentum ab assessoribus ad partem non valet.*
19 *Æqualitas in omnibus rebus seruari debet.*
20 *Paria sunt non esse vel esse, sed nulliter & minus Canonice.*
21 *Officium iudicis per appellationem ab interlocutoria non suspenditur.*
22 *Pars appellans amplius variare nequit cum præiudicio partis aduersæ, & iudicis.*
23 *Reuisioni quando amplius locus non est.*
24 *Reuidere licet, sed secundum formam à lege præscriptam.*
25 *Forma non seruata, actus ipso iure nullus est.*
26 *Statutum certum tempus ad producendum quid præfigens, lapso tempore amplius audiri nequit.*
27 *An à grauamine in reuisione circa processus dato appellare licet.*
28 *Appellatione pendente nihil innouari debet.*
30 *In causa executionis quomodo & quando recte procedendum.*
31 *Vsufructuarius fructus suos facit, nulla cautione præstita de vtendo arbitrio boni viri, aut restituendo.*
32 *Iudicium possessorium quid cum petitorio commune habet.*
33 *Dolo quid facit, qui petit, q. ad ipsum non pertinet.*
34 *Spoliatus ante omnia restitui debet.*
35 *Priuilegium spolij quod nam est.*

QVoniam Dux B.M. à sententiis quibusdam Interlocutoriis in Camera in executionis processu latis, ad reuisionem prouocauit, videndum erit, de duobus potissimum. 1. An Camera non † obstante Marchionis prætensa appellatione ad executionem sententiæ definitiuæ procedere potuerit Alterum, si potuit, an recte processum sit. Quo ad primum notorie constat, interpositam in causa principali Reuisionem culpa Marchionis extinctam, plane consopitam & desertam esse, cum per ipsum steterit, quo minus ea debito & præfinito ex ordinatione tempore effectum suum acceperit, & nullo modo per D. adsessores, qui ad euitandam omnem detrectationis suspicionem sine omni exceptione temporis & personarum vltro se reuisorum cognitioni subiecerunt, vti ex actis reuisionis pleniſſime videre est, ad quæ breuitatis gratia Adsessores se referunt. Plane non dubito, etiam Cæsari & statibus fidelissimam quoque eorum omnium relationem esse factam. Non enim Reuisionis † beneficium & remedium perpetuum est, sed suos certos † in ordinatione limites & fines habet, quos † ad vnguem seruare necesse est, sicut etiam supplicandi licentia † biennij metas in iure habet, vltra quas non extenditur. *Authent. quæ supplicatio. & ibi communiter Dd. Cod. de precibus Imper. offer.* 1 2 3 4 5

Damnum igitur, † quod sua culpa Marchio sentit, sibi & non aliis imputare debet. *c. damnum. de regul. iur. in 6.* Atque hanc desertionem culpæ Marchionis commissam, prætensa appellatio à decreto Reuisorum interposita, nulla ratione excusare poterit. Primo, quia nihil facilius esset, quam in processu reuisionis ad differendam executionem (quæ tamen de iure communi pendente † reuisione non suspenditur, *d. auth. quæ supplicatio*) quæsito aliquo fucato grauaminis colore, appellationem interponere, & hoc pacto summi consistorij sententias eorumque executionem illudere, adeoque litem in infinitum contra ius, ordinationem omnemque æquitatem protrahere. Res profecto exemplo pernicioſa, & à statibus diligenter ad animum reuocanda, quorum maxime omnium interesse debet, ne huiusmodi inaudita exempla ab inferioribus etiam plebeiæ & infimæ cõditionis hominibus in consequentiam magno Reipublicæ malo trahãtur. Quę esset tãdem rerũ iudicatarũ authoritas, si talis appellandi licentia & temeritas in imperio in summo Tribunali, in Cęsaris & omniũ statuum 6 7

iudicio tolerari deberet. Quibus accedat, quod assessoribus quoque, præsertim iam absentibus adsessoratus officio cum laude defunctis, graue admodum esset, si ad arbitrium cuiuslibet sine discrimine temporis & loci, contra ius commune, contra dispositionem ordinationis & omnem denique rationem huic reuidendi necessitati in perpetuum & infinitum subiacere deberent. Et vt propius ad rem accedamus, deinde non excusat desertionem interposita Marchionis appellatione à dicta sententia interlocutoria Reuisorum. Nam licet ex sententia Phil. Franc. *in cap. pastoralis. num. 22. de appellat. & Decij l. penult. numer. 36. C. de pact.* ab interlocutorijs in processu † Reuisionis latis appellare liceat, vt Marchio in suis grauaminibus deducit, tamen illam doctrinam in reuisionibus Cameræ locum habere non existimo. 8

Præterea in actis, quæ notorium inducunt. *Alexand. consil. 106. numer. 27. volum. 3.* nullam inuenio nullitatem, nihil contra compromissum, nihil contra personas arbitratur dictum vel dici potest, omnia sunt rite peracta. Constat arbi-

tros partium hinc inde atteſtationes recepiſſe & publicaſſe, loca litigioſa vidiſſe, in rem præſentem iuiſſe, & demum facta concluſione ex actis & actitatis ſententiam dixiſſe. Et quantum ego ex ſummaria actorum relectione colligere poſſum, videntur mihi appellati defenſionales ſuos, præſertim 3. art. qui fines litigioſas deſcribit. Item 4. & 8. art. optime, & fere per omnes teſtes probaſſe, contra appellantes poſitionales ſuos non ita firmiter probant. Nam pauciores produxerunt teſtes, eoſque ex quatuordecim viris, qui ipſi actores ſunt.

Porro dato etiam, iniquitatem notoriam, allegatam & probatam, vt appellationi locus eſſe poſſit, tamen ad Cameram immediate appellari non potuit. Nam communis eſt Doctorum concluſio, quod reductio ad arbitrium boni viri petenda ſit coram ordinario rei, qui cauſæ eius, cuius petitur reductio, ordinarius eſt Iudex, & qui eius cognitionem, ſemoto compromiſſo, iure habebat, ſiue reus, ſiue actor petat reductionem. *l. 1. C. vbi & apud quem. &c.*

Hanc concluſionem tradit Bartol. *d. l. ſocietateni. §. arbitros. pro ſocio Alexand.* qui eam communem dicit, *conſil. 131. num. 1. volum. 2. & ibi Molin. Couarr. variar. reſolut. lib. 2. cap. 12.* & ſic in Camera iudicatum memini. Contrarium ſcilicet quod coram ordinario laudantis, non vero partis inductio petenda ſit, tenet Ang. *l. ſi ſuſpecta. §. fin. num. 2. de inoffic. teſt ſequitur Rom. conſil. 265. Aſſl. & deciſ. 51.* Et ſane habet ea opinio pulchras rationes, de quibus Roman. olim ſupra vtramq; refert. Mar. *part. 6. de appellat. num. 114.* Sed concluditur cum Bartol. tanquam communi. Sed in hoc noſtro caſu parum refert, vtra harum opinionum ſit verior, quia illud conſtat ſecundum vtram quamlibet opinionem, cauſam hanc reductionis immediate huc non pertinere, cum habeat dictum Epiſcopum Argentinenſem mediatum Iudicem & ordinarium. In puncto iuris Bart. opinionem in iudicando tanquam communem amplecterer propter præiudicatum in Camera, vt dixi. Cum igitur iure communi & ordinatione cautum ſit,
16 quod omiſſo medio † ad ſuperiorem appellari non poſſit, concluderem, ſi res integra eſſet, appellationem non eſſe deuolutam, atque ita pronunciarem cum refuſione expenſarum, ſed quia appellati ſuper libello ſummario litem conteſtati ſunt, & ſic iuriſdictionem noſtram tacite prorogarunt. *gl. & Dd. l. ſi conuenerit. de iuriſdict. omn. iud.*
17 Exceptio autem † declinatoria ante litis conteſtationem opponi debet, poſt non admittitur. *l. fin. C. de except.*

Videndum de altera appellati exceptione, an videlicet reiectis grauaminibus, cauſa pro concluſa acceptari, & definitiue pronunciari poſſit. Nam propter voluntariam litis conteſtationem dictæ exceptioni non attenderem. Collatis poſitionalibus cum grauaminibus Cameræ nihil noui, ſed omnia priora articulari conſtabit, id quod in ordinatione prohibitum eſt. *p. 3. num. 33. §. pen.* & etiam iure communi. *l. ampliorem. §. in refutatorio. C. de appellat.* Quod enim ſemel capitulatum eſt, non eſt amplius capitulandum, & quod ſemel interrogatum, non eſt amplius interrogandum. Et ideo ſi reſponſum ſit in prima inſtantia cauſæ capitulis, ex eadem capitula ponantur, rurſus 2. inſtantiæ, ille qui non vult de nouo reſpondere, pro confeſſo non habetur, quia ſemel reſpondendo † ſatisfactum eſt legis mandato. Verba 18
ſunt Bald. *d. l. ampliorem. §. in refutatorio. per illum text.*

Nam huiuſmodi articuli videntur captioſi propter metum periurij, ſi forte aliter reſponderent, quam prius *gloſſ. ſing. l. 2. §. quod obſeruari. verſ. exiſtimat. C. de iuram. calum. & ibi Bald. num. 15.* vbi etiam hanc rationem reddit, quia inquit, poteſt dicere ſupra eſſe reſponſum, quemadmodum fecit Scæuola ICtus *l. fundi Ebutiani. in fin. ff. de vſu & vſufr. leg.* Sed breuiter concludo, hanc poſtremam exceptionem obſtare, eoque ſe ad vlteriorem probationem negatorum offerant, & non probatum probare, non deductum deducere velint ex beneficio *l. per hanc. C. de temp. appell.* præterea quia agitur de re maximi momenti, ſcilicet de iure paſcendi, lignandi, agendi, glande legenda. Itaque concludo grauamina non obſtantibus exceptionibus ad probandum admittenda eſſe. Saluo, &c. variantibus ſententiis propter deductas exceptiones non deuolutæ appellationis tandem in eadem ſententia omnes concluſerunt, ſcilicet eſſe admittenda.

*Sententia.* † In Sachen Schultheiß vnd Gericht zu N. Appellanten/ gegen vnd wider N. von N. ſeyn die Grauamina den N. Tag eyngkommen/ beſchehener Eynred vnuerhindert/ Saluo iure impertinentium & non admittendorum zubeweiſen hiermit zugelaſſen/ Compenſatis expenſis. 19

## *VOTVM III.*

## In cauſa Conrad W. P. Appellanten.

*Contra*

## Johan vnd Conrad F. Appellaten.

*De deſertione appellationis & eius effectu, eiuſque impedimentis.*

SVMMARIA.

1 *Fatalia appellationis computantur à die interpoſitionis.* & num. 10.
2 *Fatalibus appellationis elapſis idem eſt, ac ſi non eſſet appellatum.*
3 *Etiam abſque iudicis ſententia declaratoria.*

4 Vl-

4 *Vltimo die fatalium iudicis officium desinit, & parti aduersæ ius queritur.*

5 *Desertio tollit iudicij instantiam.*

6 *Fundamenta appellati pro saluanda desertione.*

7 *Tractatus solus concordiæ fatalium curjum non remoratur, sed compromissum.*

8 *Tractatus de contractu futuro non inducit obligationem.*

9 *Pauperi non currunt fatalia.*

1 IVris & ordinationis est, vt fatalia incipiant † currere à die interpositę appellationis. *clem. sicut. de appellat. c. quamdiu. c. concordationi. eod. tit. in 6 auth. si quis. ibi Dd. de appellat. text. ordin. §. 1. tit. 30.* 2 *part. 3.* quibus elapsis appellatio dicitur deserta, † & idem est ac si non esset apellatum. *Afflict. decis. 78. num. 2.* Quod adeo verum est, vt non est necesse† super desertione pronunciare, per ea quæ tradit Bal. *l. eos num. 3. C. de appellat. Franc. c. ex ratione. num. 72. eod. tit.* Ratio est, quia vltimo die parti est ius quæsitum. *l. 1. vbi gloss. de appellat. d. clement.* 4 *sicut.* Item quia iudex † esse desinit, eo quod vltimo die sententiæ transeunt in rem iudicatam. *Castr. d. l eos. Canon. d c. ex ratione. ibi Franc.* Item 5 per desertionem finitur † instantia iudicij, & processus fundatus super instantia deserta non valet. *l. properandum. C. de iud facit d. clem. si appellationem. de appell.* Videndū igitur hic, an deserta sit appellatio computatis iuxta ordinationem 30. diebus pro quolibet mense. Patet appellationem desertā esse, quare breuitatis gratia concludo, exceptionem desertionis probatam esse.

Hanc desertionem appellans excusare & formalia appellationis iustificare contendit, idq; tribus potissimum † fundamentis, 1. est, quod post appellationem interpositam partes aliquandiu in tractatu concordiæ fuerint. 2. Quod tempus introducendæ appellationis non à die latæ sententiæ, sed responsionis Apostolorum cōputandum sit. 3. Quod Appellans sit rusticus & pauper.

Quo ad primum fundamentum, illud non re- 7 leuat, quia solus tractatus † concordiæ non impedit cursum fatalium, sed compromissum. *clem. diu. de appellat. authent. si tamen. C. de temp. appellat. Panorm. c. ex ratione. num. 7. de appellat.* Sic in simili, 8 tractatus circa aliquem contractum habitus, † non inducit ius alicuius obligationis ipsorum tractantium, donec res ipsa firmata & approbata fuerit. Multa enim dicuntur & tractantur, quę postea non fiunt. *Alex cons. 28. vol. 1. n. 1.*

Secundum fundamentum similiter non subsistit, sed de iure communi & ordinationis falsissimum est, per iura supra dicta, quæ aperte contrarium statuunt, quod sc. à tempore interpositæ appellationis incipiunt currere fatalia introducendæ appellationis. *d. clem. sicut. & d. auth. si tamē.*

Tertium paupertatis sc. illud quidem releuat, si de paupertate apud acta rite constaret, nam 9 pauperi † non currunt fatalia prosequendæ appellationis. *Felin. c. si qui testium. num. 10. de testib. Panorm. d. c. ex ratione. num. 5. de appellat.* Sed hic nusquam de paupertate constat, & processus non in forma pauperis, sed communi extracti sunt, † 10 ideo pro desertione pronunciandum esse concludo.

## VOTVM IV.

## In causa Margrethen H. Appellanten/

*Contra*

## Bernhard O. Appellaten.

*De inuellectu priuilegij Colonienſis de non appellando.*

SVMMARIA.

1 *Dictio, nisi, quando recipiat, & quando affirmet, ponat, permittat.*

2 *Priuilegium summi principis cum effectu accipiēdum est, & ita intelligendum, ne in se repugnātiam seu contradictionem contineat.*

3 *Sententia quæ.*

COnstat ex actis primæ instantiæ, nempe ipsa sententia definitiua summam petitam in libello (quæ ad fundandam iurisdictionem solum attenditur. *l. cum quædam puella. de iurisd.*) tantum esse 10. fl. in auro, & sic longe infra summam priuilegij ciuitatis Colon. quare vigore eius priuilegij remittenda venit. Sed dubitationem facit obscurus priuilegij tenor & intellectus. Aufert quidem appellationis beneficium infra summam 200. fl. iusti ponderis, sed addit in effectu limitationem, nisi appellans velit iurare se non calumniandi animo, neque calumnioſe appellasse. Nunc iuris est, quod illa dictio † *nisi*, si ora- 1 tio affirmatiua præcedat, excipiat, habet vim exceptionis: si vero præcedat oratio negatiua; vt hoc casu, tunc si sequitur, ponit, affirmat, permittit. *l. actione. vbi gloss Cyn. Bart. Salic. C. de transact. Bart. in l. si eum. § fin. num. 4. & seq. si quis caut. Iaſ. in d. l. actiones. nu. 3. Bald. in c. cum accessissent. de constit. Dyn. in c. peccatum. de Reg. iur. in 6. Dec. consil. 386. volum. 3.* Vnde in præsenti cum in priuilegio Col. præcedat oratio negatiua, & dictio *nisi*, ponit, & sic consequenter admittit appellationem.

Cæterum secundum hunc intellectum non video, quam vtilitatem, aut quem effectum habet dictum priuilegium, imo multa absurda sequerentur. Et in primis Imperatorem nullum priuilegium concedere voluisse, sed frustratorium & nullum actum fecisse contra legem. *l. non solum. de obligat. & act. l. quoties. de reb. dub. l. hæc stipulatio. §. Diuus. vt legat. nomine, &c.* Item seipsum immediate corrigere voluisse, contra *l. nam ad ea de condit. & demonst.* & sic sibi contrarium esse,

ex quo primo concessisset priuilegium de non appellando infra certam summam, mox illud ad ius commune reuocaret, vt appellare posset, si iurare velit calumniandi animo se non facere, & sic sequeretur, quod plane esset elusorium priuilegium contra ea, quæ habentur *in c. si ciuitas. de sent. excom. in 6. Paris. consil. 70. numer. 4. cum seq. volum. 1.*

2 Vt ergo istas absurditates euitemus, priuilegium † summi principis cum effectu accipiendum est, & ita intelligendum, ne in se contradictionem & repugnantiam contineat. *c. inter dilectos. de fide instr. Bart. consil. 70. num. 11.* Quare dictum priuilegium sic intelligendum puto, vt scilicet duo requirat. 1. Quod summa sit 300 fl. 2. Vt etiam eo casu, quo summa priuilegio conformis est, non admittatur appellatio, nisi prius iuret, se non malitiose appellare. Et sic dictam clausulam de iuramento calumniæ accipiendam concludo. Moueor etiam præiudiciis. Nam in puncto deuolutionis non obstãte allegata limitatione causæ infra summam priuilegij ad iudicem prioris Instantiæ remissæ sunt, vt in causa Petri Vigement contra Catharinam Ach & aliorum. Cum igitur notorie hæc summa sit infra summam priuilegij, & principum beneficia cum effectu accipienda & prouocandi licentia certis finibus constringatur, concludo causam remittendam cum expensis.

3 *Sententia*: † In angemaster Appellation Sachen Margrethen Appellanten eins / contra deren appellaten anders Theils / ist erkannt / daß solche Sache durch fürgenommene Appellation an diß Keyserlich Cammergericht nicht erwachsen / sondern an Richter voriger Instantz zu remittiren / vnnd zu weisen sey / als wir sie auch hiemit remittieren vnnd weisen / vnd gedachte Appellanten in die Gerichtskosten derhalben an diesem Keys. Cammergericht auffgelauffen / nach rechtlicher ermessigung zuentrichten vndzubezahlen fellig ertheilen / &c.

## *VOTVM V.*

## In Sachen Sixti B. S.

*Contra*

## Margrethen B. S.

SVMMARIA.

1 *Desertionis punctus ante omnia examinandus.*
2 *Fatalia interponendæ appellationis computantur à die latæ sententiæ.*
3 *Fatalia pauperi non currunt.*
4 *Litis contestatio omissa in prima instantia, non curatur in Camera, & in nullitatibus non attendendis.*
5 *Specialia in hæreditatis petitione & rei vendicatione & de vtriusque actionis requisitis.*
6 *De expensis, quod iudex parte petente super expensis pronunciare debet.*
7 *Succumbens in primis actis, in secunda instantia semper in expensas condemnatur.*

ANte negotij decisionem duo in primis cõsideranda sunt. 1. Circa formalia appellationis, vtrum appellatio sit deserta: alteruman allegata processus nullitas, quæ in grauaminibus appellantis propter omissam in prima instantia litis contestationem incidenter opponitur, attendenda sit.

Quoad primum certum est, quod punctus de- 1
sertionis † ante omnia debet discuti, ne sententia concepta post desertionem tanquam à non suo iudice lata nullius foret momenti. *clem. si appellationem. de appellat. Castr. in l. omnes. C. eod. gloss. in d. clement. Alexand. consil. 82. volum. 3.* Constat enim ex actis Citationem serius reproductam, nempe non intra semestre tempus, facta supputatione temporis † à die interpositæ appellatio- 2
nis, vti fieri debet. *d. clement. vbi Panorm.* Quare cum debito tempore secundum præscriptum ordinationis citatio non sit reproducta, sequitur necessario appellationem esse desertam. Paria enim sunt, non appellare & appellationem non prosequi; & appellatione deserta fingitur non appellatum. *c. licet de sentent. excom. in 6.* Puto tamen hanc desertionem in hoc casu non esse attendendam propter appellantis in prima instantia iuratam paupertatem.

Iuris enim est pauperi fatalia † non currere, 3
præsertim introducendæ appellationis, id est, semestre ordinationis. *Felin. in c. si qui testium. de testib. Panorm. in c. ex aliorum. de appellat. Bald. in l. 2 §. si quis cautionibus. Guid. decis. 436.* Et ratio est, quia non intelligitur negligere, qui propter paupertatem non appellat, aut interpositam appellationem non prosequitur. *l. Idem § si ignorantes. Cod. mandati.* & qui negligens non fuit, non læditur ex cursu temporis. *l. cum hæres. in princip. l. seruus. §. puto. de hæred. instit. Bald. consilio quinto lib. 1. consil. 449 lib. 5.*

De Nullitate: Quamuis certissimi Iuris sit, litis contestationem esse de † substantia ordinis 4
iudiciarij. *l. 1. & authen. offeratur. vbi Dd. C. de lit. contestat. c. de causis. vbi gloss. de offic. deleg.* adeoque necessariam, vt neque iudicis, neque partium consensu omitti possit. *gloss. in d. c. de causis. Rota decis. 4. de lite contestat.* & si omittitur, sententia lata non valet, vitiaturque totus processus. *c. 1. c. accedens. vt lit. non contestat.*

Quibus tamen non obstantibus, concludo eam quoque nullitatem in hoc Principis consistorio non attendendam. *ordinat. part. 3. tit. 34.* tum etiam quia iudex, si ex aliis animi sui modum informare possit, causæ expeditioni fauere & litibus finem imponere debet. *argument. clem. 1. de sentent. rei iudic. Vant. titul. quid sit nullitas, gloss.*

*Gloss. in clem. sæpe, de verb. signific. l. quidam existimauerunt. si cert. pet.* Quare cum talis hic non sit nullitas, quæ defensionem partis vel caussæ cognitionem respicit, merito attendi non debet, sed cognoscendum & pronunciandum. Videbo itaque de Actione. Inspecta libelli narratione & petitione actum videri posset petitione hæreditatis, in qua illud est speciale, vt possessor de qualitate suæ possessionis possit interrogari, & respondere cogatur. *l. Cogi. C. de pet. hæred. Dd. in l qui interrogatus. ff. eod. Ferrar. in form. interrogationis.* Secus est in rei vendicatione, vbi non tenetur conuentus de iure suæ possessionis respondere, *l. in competenti. de Rei vind.* nec tenetur edere titulum suæ possessionis. Ratio, quia positioni vel interrogationi non tenetur quis respondere. *Ferrar. vt supra.* Rogatus autē an possideat, tenetur omnino respondere, an possideat, nec ne. Quia per eam interrogationem Actor certioratur in dirigenda actione, an scilicet sibi competat rei vendicatio contra conuentum, nec ne. Frustra enim cōtra non possidentem ageret rei vendicatione. Vnde certa remedia prodita sunt agere volenti rēi vendicatione vt ante omnia, ne frustra experiatur, requirat, & implorato Iudicis officio interroget; An reus possideat, nec ne. *l. qui petitorio. de rei vendic. l. de ætate. §. quin interrogatus. l. qui seruum. §. si vero. de interrogat. act.* quæ interrogatio non solum ante litis contestationem, sed etiam postea in processu caussæ ante definitiuam tamen, fieri potest. *gloss. in d. l. qui petitorio. vbi Bart. & in l. 1. de interrog. Act.* Nam si hoc remedium omittet actor prosequendo contra eum, qui non possidet, Iam non ab alio, sed à se ipso decipitur. *l. Nam si actor. de Rei vend. Butr. in c. cum caussam. De inter calum. Minor.*

Porro quoniam Petitio hæreditatis non datur † contra titulo possidentem. *l. regulariter. de pet. hæred, l. hæredes. C. eod.* & in præsenti titulus non solum allegatus, sed etiam probatus sit, sequitur eam locum non habere. Quare æstimarem actum rei vendicatione, attento quod actor domum litigiosam iure successionis ad se pertinere dicat, & sic super dominio contendat cum aduersario, qui dominium illi negat, allegando titulum possessionis suæ, iuxta *not. in l. hæredes. §. qui pro emptore. Fam. ercis. Bartol. in d. l. hæreditas.* Natura enim vendicationis versatur in contentione dominij, & is qui titulum prætendit, negat aduersario dominium. Igitur recte competit eo casu rei vendicatio *d. §. qui pro emptore. facit §. omnium. Inst. de act.*

*An probata?*

Quacunque actione actum sit, illud plene ex actis liquet. 1. in petitione hæreditatis non sufficit, vt quis dicat se hæredem esse defuncti, sed oportet etiam probare aduersarium possidere pro hærede vel pro possessore. Quod si alio titulo possideat, puta emptionis aut venditionis, iam locum non habebit petitio hæreditatis, quia contra titulo possidentem non currit. Nam qui titulum allegat, is consentit plane, vel saltem non contradicit aduersario asserenti se hæredem. Item requiritur, vt res, quę petitur, sit hæreditaria, sed horum nullum Actor probauit, aut probare potest.

Deinde vt rei vendicatio competat, duo necessario probare debet. Primo Reum detinere & possidere bona litigiosa *l. officium. l. is qui destinauit. l. qui petitorio. de rei vendic.* II. Quod ipse agens sit Dominus vel quasi. *l. in rem. de rei vendic. l. actionem. de obligat. & Act.* Et sic Rei vendicationis duo sunt substantialia seu extrema, dominium vel quasi ex parte agentis, & possessio seu retentio ex parte rei. *Ferrar. in form. real. Act. in verb. tenet vel possidet.*

1. Requisitum propria confessione Reorum probatum est. Videndum igitur de altero, de dominio scilicet domus litigiosæ, quo non probato Reus propter possessionis commodum rem alienam possidens absoluendus est. *l. qui accusare. C. de edend. l. final. C. de rei vend. §. commodum. inst. de interd.*

Et breuiter concludo, illud requisitum probatum non esse. Nusquam enim ex actis constat domum litigiosam parentis sui viel Grund vnnd Boden fuisse. Et sic de dominio nihil, quod tamen præcipuum est huius actionis. *dict. leg. in rem.*

Neque enim sufficit, quoad hanc actionem, vt probet se hæredem patris, aut etiam ipsum parentem domus litigiosæ habitum fuisse dominum. *l. siue possidetis, vbi Doctores Codice de probat. Bald. consilio quadringentesimo octuagesimo sexto volum. 1. Boer. decis. 42. part. 1.* licet secus sit in petitione hæreditatis, in qua dominij probatio non requiritur, sed sufficit defunctum tenuisse & possedisse tempore mortis. *Boer. d. decis. 42.* Et quamuis testes deponunt, domum ab Auo & Actoris patre possessam fuisse: tamen quoad Grund vnnd Boden / & sic de dominio nihil deponunt. Iuris autem est, quod testes deponentes de sola possessione non probent dominium, siquidem nihil commune cum possessione dominium habet. *l. naturaliter §. nihil commune. de acquir. poss.*

Et maxime hoc casu quo dominium non incidenter, sed principaliter deductum est in iudicium, hoc est, Iure actionis, quia tunc nunquam ex possessione probatur dominium. *Bartol. in l. quidam in suo. de condit. instit. Socin. consil. 112. vol. 4. Brun. in l. cum Regula. de probat.*

Igitur vendicans debet probare illum, cui successit, dominum fuisse, idque adeo verum est, vt non sufficeret, si actor probaret, Patrem suum, dum vixit, habitum fuisse pro domino *Rota decis. 15. titul. de re iudic. Bellam. decis. 470. Boer. decis. 42.*

Ex quibus concluditur dominium ex parte Actoris probatum non esse, Reumque absoluendum, etiamsi rem alienam possideret. *d. l. accusare, C. de edendo,*

Quoniam alterum requisitum scilicet dominium a parte Actoris probatum non est, nulla opus fuisset elisione Reæ, Rea tamen de iure suo dupliciter docet, & titulum suæ possessionis edit. Et in primis dicit litigiosam domum ad Maritum Georgium titulo emptionis peruenisse, idque per instrumentum venditionis, Actis insertum ostendit. Deinde satis probauit, se domum quæstionis possidere vigore mutuæ & reciprocæ donationis, quæ donatio morte confirmata de iure valet, & vim relicti habet. *l. cum hic status. §. perinde. de donat. int. vir. & vxor. l. si mulier dotu. de pact. Dec. cons. 202. vol. 6. Socin. consil. 67. vol. 1.* Accedit actoris iudicialis confessio coram Senatu. Constat autem talem confessionem pro veritate haberi. *l. qui interrogatus. de interrog. act.* & vim sententiæ obtinere. *l. 1. vbi gloss. & Dd. C. de confess.*

Ad extremum præsuppositio, quod Rea nihil horum probasset; obstaret tamen Actori vnica principalis exceptio, scilicet Ream vna cum defuncto marito prædictam domum bona fide & bono titulo per duodecim annos continuos, Actore medio tempore præsente nec contradicente possedisse tranquille & pacifice, præscripsisse tam de iure communi, quam secundum ordinationem Bauaricam. Quæ exceptio tam ex instrumento emptionis, quam iudicis definitiua sententia fundatur.

Pronunciandum itaque bene iudicatum, male appellatum. Quo ad expensas, quamuis iuris
6 sit iudicem † debere pronunciare super expensis, quando petitæ sunt, adeo vt si eas silentio præteriret, litem suam faciat. *l. properandum. §. si autem alterutra. vbi Bart. Bald. Salicet. C. de iud.* Et constat in prioribus instantiis expensas petitas esse, †
7 & iudicem desuper non pronunciasse, mallem tamen generaliter appellantem in expensas condemnare, succumbens in causa appellationis, si ex prioribus actis succumbat, indistincte condemnandus est in expensas. *Bartol. in d. l. properandum. §. sin autem alterutra. vbi Alex. Salic. late in l. generaliter. §. fin. C. de reb. cred.*

## *VOTVM VI.*

# Ratione admissionis grauaminũ

In causa G. A. H. V. die Toning. Fr. in priori instantia Rei hic, Contra G von G. appellaten & actorem in prima instantia.

SVMMARIA.

1 *Omnia grauamina magis in iure, quam in facto consistunt.*

2 *Actio petitionis hæreditatis contra titulo possidentem non datur.*

3 *Actio vniuersalis datur ad id, quod suo significatu multa in se vniuersaliter contineat.*

4 *Qui in re quadam certus est, in ea amplius certificari non debet.*

5 *Petens partem hæreditatis, in dubio præsumitur dimidiam eius petere.*

6 *Renunciatio & reseruatio de hæreditate patruorum facta, tacitam in se conditionem habet, si successio ei defertur.*

7 *In generalibus iudiciis exprimere non opus est, an res ex testamẽto, vel ab intestato ad alium pertineat.*

8 *Qui vult consequens, is quoque ponit antecedens.*

9 *Renuncians paternæ hæreditati, donec superstes sit masculus, debet illo deficiente admitti.*

10 *Cessante causa finali, cessare quoque effectus debet.*

11 *Nemo sua possessione spoliari ac in ea turbari debet.*

12 *Sententia in hac causa ratione admissionis grauaminum.*

*Prior instantia coram D. D. Bauariæ 17. Iunÿ Anno 56. eodem d. libellus exhibetur.*

NOtum est vixisse ante annos Georg. T. zu J. B. reliquisse aliquot liberos, inter hos fuisse Vitum filium, & filiam Catharinam, & dictum Georgium reliquisse multa bona suo tempore specificanda, quibus dicta Catharina post mortem patris accepta dote renunciauerit in fauorem stemmatis masculini, quam diu superessent filij ex Vito fratre eius procreati, & eodem modo renunciauit hæreditati futuræ, quã exspectabat à Sigfrido T. zu Stuelbt / cuius renunciationis vigore dictus Vitus ein ansehenlich Gut zu seiner Zeit zu specificiern erblich erworben vnnd bekommen.

Sed casu, quo contingeret Vitum vel ipsius filios masculos sine legitimis masculis hæredibus decedere, quod tum dictæ Catharinæ ante eius hæredes vnuerziegen sein soll.

Dictus Vitus post se reliquit filium Ioannem vnicum, Ioannes ille Anno 55. sine hærede masculo obiit. Itaque lineam masculinam Viti defecisse constat. & si renunciatio, quam Catharina fecit, prorsus extincta est.

Dicta Catharina ex Bernhardo von Staulen Barone zu Ernfelß aliquot liberos procreasset. Illos obiisse 4 excepta vna filia, & actore nepote d. Catharinæ renunciantis ex filia, quare sibi dimidiam hæreditatem paternam istorum bonorum, quibus Auia eius dicto modo renunciauit, deberi.

Reos illa omnia possidere & habere omnia instrumenta darzu gehörig / nec velle actori pro rata restituere.

Petit pronũciari, daß als bald post mortẽ Ioannis von T. zu J. B. als deß letzten deß mannlichen

Stam-

Stammens von Vito von Thüringen herrürend/ der gebürend Antheil Vätterlicher/ Mütterlicher/ vnd Vätterlicher Gütter/so D. Catharinæ zugehörig gewesen/actori als D. Catharinæ einzigen Erben widerumb zugehörig worden/& realem restitutionem cum fructibus post mortem vltimi defuncti masculi.

Præterea exhibita fuit quædam petitio actoris, vbi petit, cum Rei instrumenta istorum bonorum habeant, & periculum sit, ne pereant casu aliquo, petit omnia sequestrari, aut saltem vrkunden von Obrigkeit wegen bey hieoben vnd vbiq; ad litis decisionem, bey der Cantzley in gratiam vtriusque partis zu behalten. Rei excipiunt contra libellum tanquam ineptum, & dicunt dictam petitionem locum non habere: de quibus omnibus in voto videre licet Ref. sed illis non attentis, pronunciatum fuit Reos debere libello respondere, & concessa est descriptio seu transsumptio Instrumentorum. Rei prouocant ad Cameram, vbi causa introducta, Rei & appellantes repetunt Instrumentum appellationis loco libelli, petit pronunciari male iudicatum, &c. Appellati petunt contrarium, & contestantur litem 12. Februarij Anno 60. Appellantium procurator producit grauamina.

14. Octobris eodem anno appellati excipiunt contra grauamina, dicunt non admittenda.

7. Maij Anno 63. Iniungitur procuratoribus, vt se legitiment.

1 Martij Anno 64. Faciunt & concludunt.

*Votum D.N. Refer.* Submissum est, vtrum grauamina ad probandum sint admittenda.

Et breuiter concludo, quod non. Nam omnia grauamina † magis consistunt in iure, quam in facto. Item, quia hic ab interlocutoria appellatur, quod iudices admiserunt Libellum & decreuerunt bonorum descriptionem, sic appellatus debet illa iustificari ex causis antiquis. *l. cum appellanti. & ibi Zabarella & alij de appell.* Sed quia hæc sententia possit videri habere vim diffinitiuæ, si quidem sententia, qua Iudex pronunciat libellum admittendum vel non admittendum, talis videtur. *Socin. in c. fin. num. 4. & seq. de libelli oblat.* dici posset, quod ex nouis actis possit iustificari. *Marant. de ordin. iud. part. 6 art. 2. num. 159.* Sed hæc non obstant. Nam constat acta priora articulata esse, & in facto nihil superest, quod latiorem probationem requirit, sed omnem controuersiam in mero iure consistere, an scilicet Libellus hic noster sit generalis, incertus: an instrumentorum descriptio rite decreta nec ne, ius quod semper est, certam accepit probationem. Quare concludo grauamina non admittenda, sed super puncto appeliationis diffinitiue pronunciandum. 1

Videndum igitur, quod contra Libellum & petitam documentorum descriptionem sit exceptum, &c. 1. Contra Libellum opponitur peti generaliter Vätterliche Mütterliche vnnd Vätterliche Erbschafft/ so actoris auiæ gewesen/ & non exprimi, quæ sit quota, huiusmodi Libellum obscurum & generalem non pendere ex eis, maxime cum sit contra eum exceptum. 2. Quod quoad patruorum hæreditatem Libellus non concludit, cum in eo exprimatur, an patrui ab intestato mortui sint, & Catharina illis superuixerit, nec adiicit pro quota parte illis sit hæres, an hæreditatem adiecit nec ne, &c. quæ omnia cum sint facti. & non præsumantur, Libellum tanquam non concludentem, esse reijciendum, maxime cum de eo opponatur.

3. Constaret ex dicto libello petitionem hæreditatis esse institutam; narratur tamen quod huiusmodi Verlassenschafft ad Vitum Erblich kommen/ at ista actio † contra titulo possidentem non datur, postea actor in conclusionibus suis declarasset, quod petitionem hæreditatis non instituerit: ideo eum tanquam sibi contrarium non esse audiendum puto. 2

4. Quod ad vitandam & diluendam dictam contrarietatem actor 14. articulum declarauit (Erblich kommen) scilicet euocabiliter, cum tamen ista dictio articulo non sit inserta: Reus vero petijsset Libellum reijci, aut refusis expensis nunc dari.

Hisce exceptionibus non obstantibus iudicis pro interesse vt in sententia. Quod ad primam exceptionem attinet (quod actor non declarauit, quæ fuerint bona in der Verlassenschafft Catharinæ) non obstat, nam id in processu causæ vel in executione vniuersali siue generali non sit opus exprimere res singulares, sed sufficit, si dicat, peto talem hæreditatem, vel ecclesiam cum pertinentijs. *gloss. magna in l. 1. ff. de edend. & ibi Dd. communiter & in l. edito. C. eod. Soc. late in c. 2. num. 17. & seq. de libell. oblat. Schurff. consil. 51. numer. 2. & 3. centur. 2.* Nec dubium est, hic vniuersali iudicio actum, cum nimirum petatur Catharinæ Vätterlich vnd Mütterlich Verlassenschafft: actio enim vniuersalis censetur, quæ datur ad id † quod suo significatu multa in se vniuersaliter continet, vt hic Verlassenschafft varia bona & iura hæc not. *Socin. d. c. 2. num. 78. & ibi Abb. num. 18. de libell. oblat.* & datur plerumque ad declarandum ius actoris, & hic petit declarari, actoribus sey die Verlassenschafft Catharinæ heimgefallen vermög verzigs/ &c. quin libellus valet. 3

Nec ad rem facit, quod allegatur non exprimi, pro qua parte actor sit Catharinæ hæres. Nam actor, quod dimidiam partem hæreditatis, dictæ C. petat, & dimidium Grumbach habeat, constat ex 25. articulo positionali & constat ex alia causa consimili Maxelrein contra Reos, qui sint duæ hæreditates & sic dimidium petat. Grumbach/ & dimidium Maxelrein/ cum, qui est in re certus, † non debeat amplius certificari, &c. 4
Item iuris, quod petens partem, † in dubio præsumatur petere dimidiam. *per l. nomen filiarum. §.* 5

*portionis. de verb. signif. not. Felin. in d. c. 2. numer. 7. de Libell. oblat.* vbi concludit primam exceptionem non obstare.

Secunda Exceptio similiter non obstat. Nam ex narratione Libelli atq; conclusione satis intelligitur, q̃ Catharina patruis suis facta sit ab intestato hæres, cũ Actores Grũbach, hic & Maxelrein in simili causa in iure ab intestato se fundant ad auiam eorum deuolutam. Potuit enim Catharina illa Iure de futuro renunciare per not. Dd. *in l. tale pactum. in princip. de pact. Socin. in consil. 114. num. 6. lib. 1.* Et hæc renunciatio & reseruatio facta de
6 hæreditate patruorum † habet in se tacitam conditionem, si successio ei deferatur, per ea quæ tradit Alexand. *in l. si pactum. C. de coll. Dec. consil. 182. n. 6.* quam conditionem extitisse actores probare debent.

Præterea hic Reorum deliberatio non impeditur, licet expresse non sit ex testamento ab intestato hæres, cum petat hæreditatis C. dimidiam partem vigore resecationis remunerationi appositæ. *l. si pactum.* vt supradictum. In gene-
7 ralibus enim iudicijs † non opus est exprimere, an res ex testamento vel ab intestato ad me pertineat. *Ferrar. in forma libelli. act. real. in princip. numer. 14.* Cum igitur deliberatio non impediatur: audiendi sunt Rei *per not. Bartol. in l. defensor. §. illud quæritur. in princip. de interrogat. act.* Denique facit, quod Actor in Replicis suis declarauit Catharinã patruis suis ab intestato successisse, quod sufficit pro se allegata. Præterea non multum facit ad rem, quod dicitur non esse articulatum, quod Catharina post patruos illos, quorum hæreditati cum reseruatione renunciauit, vixerit & hæreditatem adierit, &c.

Quia in 15 positionali habetur, quod frater natu maior C. in cuius gratiam & Stemma eius masculinum renunciauit vigore dictæ renunciationis, huiusmodi bona sibi acquisierit, vnde necessario sequitur patruos intestato mortuos, Catharina superstite, & illam hæreditatem adijsse ex vulgata regula.

8 Qui vult † consequens, ponit antecedens, de quo late Euerhard *in topic. legalib. à concessione consequentis ad concessum antecedentis.* Et hic per dictam renunciationem factam tamque reseruationem censetur hæreditatem adijsse, per ea quæ tradit Iason *in l. pro hærede. num. 16. de acquir. hæred. Alciat. in l. si actionem. C. de iure deliber. Sic Dec. consil. 181. num. 6.* Ex quibus concludo hanc exceptionem Reis non patrocinari.

Tertia exceptio (quod scilicet Vitus d. Erbschafft vigore dictæ renunciationis acceperit Erblich / ideoq; contra Reos & titulo isto possidentes institutam petitionem hæreditatis non datur) friuola est. Quia negatur instituta petitio hæreditatis, & constat ex medio concludendi & ipsa Libelli conclusione actum vigore reseruationis factæ, & sic pacti præscriptis verbis, quam actionem actoribus competijsse purificata conditione per mortem Iohannis de T. vltimo defuncti ex Stemmate masculino d. Viti descendente iudico, adeo vt Actoribus nunc regressus ad bona C. apertus sit, tanquam nunquam renunciasset, *per l. potior. in princip. & in l. qui Balneum. Qui pot. in pig. not. Bart. in l. fin. Ad Senatusconsult. Tertull. late Anchar. consil. 220. per tot.*

IV. Exceptionem (videlicet quod de contrarietate allegatum est) irreleuantem esse puto. Nam certum est existente conditione, hoc est, exstincta linea masculina Viti, regressum patefactum actoribus tanquam hæredibus indubitatis C. descendentibus. Renuncians enim hæreditati † paternæ, donec superstes sit masculus, de- 9
bet illo deficiente admitti, prout notant Dd. *in l. Gallus. §. quid si tantum. ff. de lib. & posth. Bart. in d. l. fin. Ad SC. Tertull. late Zas. consil. 1. num. 108. lib. 1.* Cessante enim causa finali † cessat effectus. *c. cum cessante. de appell. l. 2. §. quis ff. de iure patron. Dec. in consil. 86. viso puncto. numer. 5. Tiraq. cessante causa part. 1. num. 232.* Ex quibus concludo exceptiones contra libellum esse irreleuantes. 10

Cæterum dato libellum omnibus numeris nõ esse absolutum (quemadmodum & ego nonnulla in eo desidero) tamen sustinendum crediderim, cum eius verba ita interpretanda, vt præsumatur potius aptus quam ineptus *per c. fin. & ibi Soc. n. 57. de lib. obl. Innoc. & Abb. in c. examinata. nu. 18. De iudic.* Vltimo facit, quod clausula salutaris sit adiecta, quæ multos facit sustineri libellos alias reijciẽdos. *Soc. in d. c. 2. n. 89. de libell. oblat.*

Quod ad alteram sententiæ partem (qua scilicet permissa est descriptio instrumentorum hæreditatis petitæ, eamq; ad Iudicium depositionis attinet) adducitur grauamẽ, lite nempe pendente sequestrationem vel descriptionem Instrumentorum fieri non potuisse, quia nemo possessione † sua spoliandus, præsertim hic vbi casus fortuitus 11
non est metuendus. Sed hoc grauamen non obstare puto. Nam etsi certi iuris, quod sequestratio regulariter prohibita sit: Tamen secus est in nuda descriptione, quæ potest semper fieri, vt oportuno tempore appareat rerum quãtitas. *per not. Bart. in l. defensionu facultas. & ibi eleganter Ioan. de Plat. Luc. de Penna & Rebuff. C. de iur. fisci. lib. 10. per l. 1. § eligitur. vers. quod si nondum. de vent. in poss. mittend. Idẽ Bart. in l. post contractum. num. 19. de donat. Bald. in d. l. 1. in fin. C. de prohib. seq. Curt. in tract. sequest. num. 15. Corn. consil. 267. vol. 4.* Hæc enim descriptio Instrumentorum reos possessione illorum non priuat, nec iilis obest & iusta de causa petitur, ne ijs casu fortuito deperditis, actores destituantur probatione eius, quod fuerit in hæreditate Ioan. Torringij vltimo defuncti.

Ex quibus concludo, bene iudicatum male appellatum, causamq; expresse remittẽdam ad iudices priores, *per c. cum appell. & ibi Dd. lib. 6. Fel. in c. qualitate. n 14. de accus.* cũ Expensis. Correferens & cæteri DD. concludunt per omnia cum Referente numero septimo.

Sen-

12 Sententia prior † talis fuit. In Sachen Grumbach contra N.N. die Torringen erkennen Fürstliche Hoffrichter vnd Räthe/quod rei exceptionibus non obstantibus ad libellum teneantur respondere litem desuper contestari. Quod ad petitam descriptionem documentorum attinet, Ist der Bescheid/daß derhalben ein Commissarius verordnet werden soll für alle die jenigen/ so von weyland G. von T beyder theil Vranherrn herrüren/vnd die Verzeichnussen der Güter/ so jhme zuständig gewesen/vnd sonst den begerten Widerfall belangend/ möchten fürgelegt/ durch den Commissarium eygentlich beschrieben/ vnd dann zu den Acten gelegt soll werden.

Nota fuit alia causa Frauwen Veronica von Maxelrein vnnd jhrer Schwester geborne von N. neptes scilicet ex altera filia C. quæ renunciauit fratri Vito de T. cum supradicta reseruatione. Contra eosdem Reos vbi similis sententia lata erat in priore Instantia, à qua rei quoque appellarunt, & quia Actori plane eadem non fuerit relata, sed solum iudicatum per Referentem, hæc causa fuit concepta eodem die, quo superior.

*Libellus articulatus eodem die, quo superior exhibitus.*

Tenor idem mutatis nominibus. Quæ iudicauit Referens, exacte deinde subiecit. Eodem die, quo supra Replicæ ab actoribus eiusdem processus tenor. Duplicę conclusiones eodem die factæ. Sententia eodem modo appellatum. Acta Cameræ prorsus de verbo ad verbum eadem mutatis nominibus solum. Igitur quicquid pronunciandum, id etiam in alia, nec opus relatione Actorum arbitror.

## *VOTVM VII.*

*In causa*

## Bürg. vnd Raht der Statt N. Et Consortes Appellanten/

*Contra*

## Schultheiß vnd Gericht zu N. Appellaten.

*De pignoratione in puncto Appellationis de Iure pascendi.*

SVMMARIA.

1 *Ius pascendi est seruitus, & in dubio præsumitur realis.*
2 *Res propria nemini seruire potest.*
3 *Actionis expressio necessaria non est.*
4 *Actionibus pluribus competentibus vna potest eligi.*
5 *Interdictum vti possidetis pro iuribus incorporalibus competit.*
6 *Eius requisita, possessio & turbatio.*
7 *Actione vna electa ad aliam non est reditus.*
8 *Dominus feudi præfertur extraneo, etiã in pascuis, si vtrig non sufficiant.*
9 *Commune diuersimodè accipitur.*
10 *Communicatio fructuum nõ inducit proprietatem: nec ius compascui commune.*
11 *Commune quoad quid, non intelligitur commune quoad omnia.*
12 *Extensio nõ solet fieri de casu ad casum non expressũ, sed de re ad rem, de persona ad personam.*
13 *Pro omisso habetur, quicquid verbis non exprimitur.*
14 *Interpretatio fit contra illum, qui fundatur in verbis.*
15 *Communio non præsumitur, quando probationes sunt dispares.*
16 *Pascua vniuersitatis esse censentur.*
17 *Pascendi ius est cuiuslibet non respectu bonorum, quæ quis possidet, sed respectu originis & incolatus.*
18 *Territorium quoad extraneos præsumitur liberum.*
19 *Venditio bonorum particularium ab hominibus priuatis facta non præiudicat communitati in iure pascendi.*
20 *Forenses non gaudent beneficio originis, nec etiam in eius præiudicium ligantur.*
21 *Pascua sunt vniuersitatis loca pro indiuiduo ad incolarum commodum.*
22 *Ius pastorandi acquiri non potest in alieno territorio, immissione vel pastione pecorum.*
23 *Cuilibet in sua arte perito credendum.*
24 *Dicta testium dubia in iure parum iuuant.*
25 *Præscriptio vnius iuris non inducit aliud.*
26 *Seruitus vltra conuenta non debet aggrauari.*
27 *Dominus potest in seruienti fundo facere, quicquid vult.*
28 *Herbida & inculta præsumuntur esse vniuersitatis, & in ea possum mea armenta mittere.*
29 *Affirmatio fortior est, quam negatio.*
30 *Habenti ius pascendi præiudicari non potest.*
31 *Donatio & liberalitas non præsumitur.*
32 *Ius herbagij nemini auferri potest.*
33 *Landsbrauch in specie & indiuiduo probari debet.*
34 *Pascua eius communitatis potius sunt, in cuius finibus res sita est.*
35 *Communio specifica & odiosa non extendenda.*
36 *Obseruantia seu vsus interpretationem facit.*
37 *Interpretatio in dubio facienda contra eum, qui se fundat in verbis.*
38 *Consuetudinem in quibus casibus non sufficiat allegare, sed probanda sit.*
39 *Æquitas, quæ ex actis & probationibus resultat, plus iudicem mouere debet, quam genus actionis intentatæ.*
40 *Bona præsumuntur pertinere ad dominum illius districtus, in cuius territorio sunt posita.*

41 Con-

41 *Consuetudo localis, non nisi subditos ligat.*
42 *Inæqualitas in numero pecudum ad æqualitatem reducenda.*
43 *Æquitas subtilitati iuris præferenda.*
44 *Declaratio & mutatio, quæ substantiam non mutat, durante lite semper videtur permissa.*
45 *Contraria non sunt, quæ diuersis respectibus dicuntur.*
46 *Confessio incidenter & implicite facta non præiudicat.*
47 *Idem in dubia & incerta confessione.*
48 *Confessoria, quod res mea non sit, quæ tamen mea est, non præiudicat, quoad dominij amissionem.*
49 *Iudex æquus iudicatur, si per mediam ingreditur viam.*
50 *Proprietates sub territorij nomine non continentur.*
51 *Vsus pascui communis mutari ab vna parte altera inuita nequit.*
52 *Nouitas in pascuis vitanda, ea præsertim quæ inæqualitatem & damnum inducit.*
53 *Sententiæ quæ.*

## *Votum D. Correferentis.*

IVrisdictionem nostram fundatã inuenio tam supra iniquitate, quam nullitate appellationis. *Corn. consil. 4. num. 6. vol. 4.*

## *De Nullitate.*

PRIMO; nullitas propter defectionem super desertione appellationis, licet iudex millies pronunciauerit, cum tamen deuoluta nõ sit, non est iudex, & sententia ipso iure nulla est *Corn. consil. 33. vol. 3.* Sed illud non procedit, quando desertio in dubium est reuocata, & punctus desertionis cum plena causæ cognitione est discussus, & per interlocutoriam, cui pars aduersa acquieuit. *Fran. de appell. num. 59. & 67.* Nam eo casu iudex potest cognoscere super iustitia causæ. *Corn. consil. 277. num. 8. vol. 3.* Cui accedit, quod appellatio in dubio sit admittenda, licet etiam, quod dicta interlocutoria lata tempus deliberandi sumpserint sine vlla reseruatione, litem simpliciter contestati fuerint, & tandem iure statutario satisfactum fuerit.

2. Fundum sumptum ex oculari inspectione loci & quantitatis possessionis, atq; actores hanc impugnarunt, ex eo se adiuuare non potuerunt. *leg. Papin. §. meminisse. de inoff. test. Marcus q. 624. n. 4. p. 1.*

3. Quod terminus substantialis non fuerit obseruatus in iudicio, sed contrarium ex actis apparet. Ex quibus concludo, sententiam & processum vitio nullitatis non subiacere. Præmitto, cum 1 hic agatur de iure † pascendi, id esse seruitutem, & in dubio præsumi realem. *l. pecoris. de seruitut. rust. prad. Couar. cap. 17. num. 11. lib. 1. resolut. §. sed quia. versic. rerum vel prædialem vt Zas. in suis parat. de seruitut. rust. prad.* Acquiritur conuentione testamenti, &c.

Præmitto etiam, quod actores se fundant in præscriptione, quæ præsupponit rem vel ius alterius, cum † res propria nemini seruire queat. *l. vti frui. si vsufr. pet. l. cum in fundo. de iur. dot.* De actione 2
Negatoria videtur actum, quia negatur seruitus in feudis proprijs actorum: Vel potius confessoria, cum ius compascendi cum omni specie & genere pecudum sibi commune, & indiuiduum cum reis esse contendunt. Et hæc actio ex narratione facti, & conclusione libelli intentata esse videtur. *Bertrand. consil. 112. num. 1. volum. 7. Dec. consil. 493. num. 28.* Cuius requisita sunt tradita per Dd. *§. æque. inst. de act.* At licet † expressio actionis 3
hodie necessaria non sit. *l. 2. C. form. subl.* tamen si plures † competant actiones, vna potest eligi. *Gail.* 4
*obs. 61. n. 1. lib. 1.*

Cum igitur actores nostri ad certum genus actionis, interdictum scilicet vtile vti possidetis, vel actionem in factum, quæ in huius locum surrogatur, conuolarint, videndum, an competierit, & an probata? Certum est, quod competat pro iuribus incorporalibus & interdictum † vti pos- 5
sidetis *Ferrar. d. §. æque.*

Et in specie, si quis turbetur in iure pascendi. *Bar. consil. 34. post num. 12. versic. quia vero, vol. 1. par. 1. Alber. l. seruitutes. n. 22. item quæro. de seruitut.* & cum hoc interdicto concurrere potest petitorium. *Afflict. dec. 155. num. 2.*

Huius interdicti requisita ex parte † actoris 6
possessio, ex parte rei turbatio.

Possessionem actores ex eo eliciunt, cum ab immemoriali tempore vna cum reis iure pascendi vsi fuerint, cum certa tamen specie pecoris. Turbatio, quod contra vsum præscriptum antiquum morem & consuetudinem rei alant in illo communi pascuo oues, & actores eodem vti iure prohibere conentur. Hæc cum ita sese habeant, videtur hoc interdictum competere; sed si factum ipsum perpendamus, facile est videre, actores hoc potissimum intendere, vt à pastu tanquã illicito Reos depellant, vel illis cum ipsis hoc ius commune esse patiantur. Videndum igitur, num in possessione vel quasi iuris repellendi, vel prætensæ indiuisibilis, nullo pecudum genere excluso, communionis actores cum reis hactenus fuerint, & adhuc sint.

Sed negatiue iuris possessio demum à prohibitione exordium & initium sumit. *l. 1. C. de seruit. & aqua. & ibi Dd.* de qua prohibitione apud acta nihil allegatum, minus probatum. Deficiente igitur possessione, de turbatione quæri, superfluũ est, cum non entis, &c. Sicuti nec indiuisibilis & vniuersalis illa communio probatur, vt infra latius videbimus.

Ex quibus concludendum actoribus interdictum vti possidetis non competere, vel frustra tamen intentasse; nec recte actum putarem negatoria vel confessoria, præsertim cum & ipsi actores eas intentatas esse nolint, idq; eo magis, cum † 7
vna electa ad aliam redire non possit, *l. quod in hæredem. §. eligere. de tribut. act. Schurff. consil. 47. n. 14.*

cent.

*cent.1.* Sed, quia non tam exacte de actionum genere inquirendum, dabo actionem in factum, cum actores conquerantur formam consuetam vsus esse iure pascendi. *Cæpol de seru.rust.præd. num. 37.* vel officium iudicis imploratum, quod aliquando cum interdicto vti possidetis concurrere solet. *Capyc. decis.96.n.10.15.16.* Iudex etiam parti ex officio prouidere debet, *l.plan de petit.hæred. Abb. cap. dilectus. num 12. de Arb.* Videndum de iure actorum. Fundamenta actorum potissima tria sunt. 1. Præscriptio temporis, cuius initij memoria non extat respectu compascui, in quo neutra pars prærogatiuam habet. Secundum, iniquum fore actores, tanquam proprietarios à pascuis in proprijs prædijs excludi, & id ius alteri tribui,
8 cum tamen † dominus feudi præferatur extraneo etiam in pascuis, si vtrique non sufficiant. *Chassan.in rubr.13. §.5.verb. si non à cons.* Tertium pascuum cum omnium fieri solitum, & præscriptum vsum pascendi, & in eius præiudicium contradicitur, *tradita l.si domus. de seruit. vrb. præd. Alber. l.seruitutes. §. seruitus. de seruit. rust. præd. Bert. consil.202.*

An fundamenta probarint? Primum diuersi-
9 mode † accipitur commune. *Bert.consil.79.volum. 1.par.1. Zas. de rer.diuis.num.20. Dec.consil.388.num.1.* Communio, quam hic prætendunt actores, vt neuter prærogatiuam habeat. Illa autem, necesse est, vt vel ex testamento, contractu, vel conuentione originem sumpserit, vel ex præscriptione, & præsupponit propemodum in rebus ipsis proprietatem scilicet in pascuis; sed sicut commu-
10 nicatio † fructuum non inducit proprietatem fundorum. *text. cap.2. de fructib. & c. Alexand. consil. 152.num.2. & 4.vol.7.* Ita similiter nec ius compascui, aut seruitus præscripta, vel constituta hoc operari posse videtur, vt pascua sint actorum pro parte indiuisa communia, tanquam propria. *Dec. consil.435.num.5. & Alexand.consil.84.num.12.vol.7.* Et licet testes deponunt von einem gemeinen Weidtgang/ tamen illi non sunt omni exceptione maiores, & illud accipiendum, vt commune sit in casibus expressis: In alijs vero non *argum. l. cum prætor. de iurisdict.*

11 Nam si quid est † commune quoad quid, tamen non intelligitur quoad omnia. *Alexan. d.consil.152.num.2.volum.2.* nec in contractibus præscri-
12 ptis extensio † fieri solet de casu ad casum non expressum, vel de re ad rem, vel de persona ad personam. *Dec. consil.697.num.1.2.4.* Sed in ijs fit strida interpretatio, & pro † omisso habetur, quic-
13 quid verbis non exprimitur. *l. quicquid adstringen-*
14 *da. ff. de verb.obl.* & fit interpretatio † contra illum, qui fundatur in verbis *l.vecerib ff. de pact. Dec. consil.201.num.21.3. Zas. de seru.vrb.prad.* Idque eo ma-
15 gis, quando probationes sunt dispares, quia † tunc non præsumitur communio. *Alexand. consil.260. num.16.volum.5.* Hic autem est magna inæqualitas in numero pecorum, nisi per quantitatem possessionum ad æqualitatem redigere velimus. *Alber.l.seruitutes.num.13.de seru.rust.præd.* Nec præscriptio talem communionem, qua nunquam vsi fuerunt, imo ne deberi quidem sibi putauerint, & sic sine possessione inducere possit. *Alber. d. l. seruitutes.num. 20.* Cum itaque origo huius communionis, vel alias sufficienter probata non sit, puto primum actorum fundamentum ad obtinendam victoriam non esse sufficiens. Quoad secundum ex actis primæ & secundæ instantiæ patet, quod fundent sese in præscriptione immemoriali, & non super proprietate fundorum, quæ tamen in Camera deducitur, & ita vt magis videatur esse mutatio institutæ actionis, quam additio contra notata *l. edita. C. de edend.* Quibus addo, quod quamuis per acquisitionem dominij fundi seruientis confundat. *l. vt pomum. §. si præd. de seruitut. Tiraq. de ret. gloss 7.ver. autres Choses. numer. 71.* Quod tamen procedit, si irreuocabiliter & in solidum, secus si pro parte. *Alber. l. si quis ædes. num. 7. de seru. rust. præd.* nisi extet medium aliquod prædium, quod in seruitute participaret, quia tunc propter mixturam rerum seruitus non intermoritur. *Zas. de seruit. rust. præd num. 19.* in quibus terminis nos hic versamur.

Quia interiacent prædia reorum, quæ confusionem dominij & seruitutis non patiuntur, sed vltra iam dicta & confessionem actorum actores fatentur: Daß das Eygenthumb dieses Weidtgangs/ als in Reorum Zwing vnd Bänden gelegen/ Reis zugehör. Allegatur etiam consuetudo à Reis, quam non plane diffitentur actores, sed hoc pascuum tanquam ab illa exemptum esse asserunt. Sed allegans exemptionem, eam probare tenetur. Aliud est etiam habere dominium, aliud habere ius seruitutis. *l. fin. C. de præscript. long. temp. Alexand. consil. 69. vol. 5. num. 22.* Pro confirmatione consuetudinis allegatæ addo, quod † pascua in 16
quibusdam territorijs censeantur vniuersitatis esse, vel incolarum illius loci. *l. in tantum. §. vniuersitatis ff. de rer. diuis. Bertrand. consil. 34. num. 6. versic. ad 2. vol. 1. p. 1.* Nec facultatem pascendi à iure concessam videri respectu † facultatis patrimonio- 17
rum, quæ possidentur in territorio, sed respectu originis, aut incolatus, quem possessio bonorum non tacit. *l. libertus. §. sola. ad municip. Bertrand. consil. 37. num. 2. & 5. in nouis, vol. 1. p. 1.* Et sic sine iure seruitutis aut alio, nullus habet ius ibi pascendi pecora, cum † territorium quoad extraneas per- 18
sonas præsumatur liberum *Bertrand. consil. 61. num. 4. vol. 1. p. 1.* Et dicit *Dec. consil. 483. num. 10.* quem vide. Et licet bona sint particularium personarum, tamen remanent sub communi, nec venditione bonorum particularium † ab hominibus priuatis 19
potest præiudicari communitati in iure pascendi. *Bart. l. rescriptio. §. sciendum. ad municip.* Ratio, quia semper exemptũ dicitur ius communitatis. Deci. *493. num. 12. & seqq. Cæpol. c. 9. de iure pasc. numer. 34.* Forenses licet etiam habeant aliquot prædia, non tamen originem, vel domicilium, non † gau- 20
dent beneficio illius loci, sicuti pariter non li-

gantur

gantur in eorum præiudicium. *Dec. consil. 550. numer. 8.* 21 Cum ergo pascua sint vniuersitatis † loca: (quod etiam ex eo liquere puto, quod communem habeat pastorem) pro iudiuiduo ad vtilitatem & incolarum commodum. *Bert. consil. 231. nu. 7. vol. 4.* nec per alienationes priuatarum personarum communitati præiudicari potest consequens est, quicquid iuris est in pascuis, habeant actores. Id non ratione proprietatis fundorum, quæ ex sæpius allegata notoria consuetudine in forensibus non attenditur, sed iure seruitutis competere, Reosque esse dominos, & in casu deficiente, actoribus tanquam forensibus præferendos *Bert. consi. 41. num. 6. vol. 4.* Idque eo magis, cum hic versemur in vniuersitate; cum per priuatas personas immistione vel pastione pecorum, (nisi hoc nomine vniuersitatis de modo & scientia eius fa- 22 ctum fuerit) tale ius † pastorandi acquiri non potuerit. *Cran. consil. 317. num. 8. Bert. consil. 2. 4. num. 1. & 2. vol. 1. p. 1.* Venditio quoque bonorum particularium cum suis oneribus facta *Dec. consil. 157. num. 3. Alber. l. cum fundo. num. 1. de seru. rust. præd.* Postremo, cum actores sese fundent in præscriptione, & sic in tempore: seruitutes autem non habeãt causam naturalem, natiuam, sed aut impositam vel præscriptam, illos fundos liberos & aliquando fuisse dicendum. *Chass. consil. Burg. rubric.* Das Viehe. 3 & 4 *verb. à pra. 3. num. 17. Afflict. decis. 401. num. 9.* Concludo, cum pascua sint vniuersitatis & incolarum loci, non tantum singulorum vel particularium *Cravet. consil. 154. num. 1. per d. § vniuersitatis. Institut. de rer. diuis.* Proprietatem fundorum hic non attendendam, sed vt dico, quicquid iuris forenses habeant, id iure seruitutis tantum deberi. Et sic secundum fundamentum actorum ad obtinendam victoriam super dominio fundorum propriorum corruit, præsertim cum nec illi fundi quoad proprietatem spectant ad vniuersitatem, sed sint priuatarum & particularium personarum. Quoad tertium Actores in actis sæpius sunt confessi, scilicet commodum vel vtilitatem reorum non remoraturos, modo iura suorum pascuorum cum armentis salua maneant. Sed ipsorum erat actorum damnum, quod ex pastu ouium & in præiudicium seruitutis debitæ inferatur, docere, & licet per duos testes, eos- 23 que in re rustica † peritos, quibus credendum. *Franc. Marc. quæst. 79 part. 2. n. 3.* quod & experientia rerum magistra docet. *Alex. consil. 22. num. 2. vol. 4.* tamen testes nimis generaliter loquuntur indefinite, & sine vlla temporis distinctione. Cum autem præsens pastus ouium sit restrictus ad certum modum & tempus, & ille modus & tempus sint de substantia, punctualiter probandum erat, quod illo modo & tempore læsio illis inferatur. *per l. eum actum. de neg. gest. Cæpol. d. c. 19.* Nec verisimile, quod illo tempore aliquid decedat actoribus in debita seruitute, maxime quod magis verisimile sit, inspiciendum. *Grammat. decis. 28. numer. 2.* dicta saltem testium redduntur dubia † & obscura, quæ in iure parum iuuant. *cap. in præsentia. de probat.* sed in iudicis arbitrio positum, quanta fides ipsis sit adhibenda, *Dec. consil. 596. num. 2. in fin.* 24

Cum itaque de damno & præiudicio seruitutis nihil sit probatum, imo ipsimet actores lucri tantum causa, & ad æmulationem incolarum sese admitti petant, puto nec hoc tertium fundamẽtum actores releuare, & concluſiue, cum intentionem suam non probarint reos absoluendos à petitione, licet de ipsorum iure non constet. *Bald. consil. 79. num. 7. vol. 2. Bart. consil. 43. num. 5 vol. 3.* Pro confirmatione reorum iuris repeto, quæ supra actorum fundam. in præscriptione consistere, quæ vltra, quam possessum est, extendi non potest: præscriptio enim vnius † iuris non inducit aliud. *Bal. d. consil. 439. n. 9.* Omnium fortissime consuetudo militare videtur, per quam videtur interuenisse consensus & voluntas. 25

Quod de præscriptione diximus, idem locum habet de constituta seruitute. *l. certo genere. de seruit. rustic. præd.* Et licet quis immittat bonis, &c. propterea non licet immittere animalia bruta. *Bertrand. consil. 81. numer. 1. versic. præterea. volum. 5.* Nec vltra † conuenta seruitutis debet aggrauari. 26 *Alber. in rubric. de seruit. rust. præd.* Et quamuis nihil innouari debet, tamen † dominus potest in 27 fundo suo seruiente facere, quicquid vult. *Cæpol. de iure pasc. c. 9. num. 40. ante fin.* quod potest mutari locus seruitutis, & eligimus damnosos. *Chass. de foresl. rubr. 13. §. 2. verbo. num. 3. age. num. 2.* Seruitus parti competens potest pluribus concedi, dummodo primo non noceat. *Chassan. vbi supra. numer. 4.* Sic non potest seruitus imponi, vt non faciam in meo, si tua non interest. *Alber. l. quoties. de seruit. nu. 1.*

Quod rei oues cum alere velint, iustas allegant causas, quæ ex necessitate sumunt causam, non ex æmulatione. Nec reorum ius pascui est restrictum & limitatum, sed possessio vniuersalis non requirit omnes actus, sed aptitudinem. Bald. *d. consil. num. 9.*

Attendendus est etiam communis cursus & præsumptio. Bald. *consil. 356. num. 2. volum. 5.* Item si consuetudo non est determinata, id, quod in vicinia fieri solet. *c. sopitæ. de censib.* Allegant autẽ rei, vicinos simile ius compascui ad inuicem habere, cui consuetudini actores non contradicunt plane, sed dissimilitudinem tanquam constitutæ seruitutis prætendunt, sed illa neque specificata, neque probata. Accedit summa vtilitas tam reorum, quam actorum, per ea quæ tradit Felin. *in inst. tit. de leg. Fusia Canin. toll. num. 2.* Ita vt quod initio in alieno facere possum, quod mihi profit, & illum non lædat. Quibus addo, quod in hoc districtu multa dicantur esse herbidæ † & inculta, quæ 28 præsumuntur esse vniuersitatis. *Cravet. consil. 154. numero primo.* Item colles, in quibus herbæ crescũt, licet iam illę herbę sint inutiles, licet fundus alienus, possum immittere mea armenta. *Chassan.*

*vbi*

*vbi supra § 2. verb. quoquo lapsu. num. 2. Fab. dicto loco in princ.* Restat, vt videamus, nunquid aliquid decedat constitutæ seruituti, quod non præsumitur. *Franc. Marc. quæst. 84. nu 2. p. 1. quæst 125.* De damno vnus negat, alter affirmat, sed longe fortior
29 est† affirmatio quam negatio. *l. hoc genus. de condit. & demon. Crauet. consil. 146 n. 4* Et ei incumbit probatio, qui sibi nocere dicit. *Fab. dict. loco.* quo nihil erat facilius, & eo magis propter reiteratam negationem reorum concludo per iudices primæ instantiæ, bene iudicatum, male appellatum, ne tamen illa Rei in futurum abuti possint, vno vel altero verbo restringendum puto, hisce vel similibus: daß durch Richter nechster Instantz doch daß gedachte Appellaten sich deß Schaftriebs / in Massen vnd Zeit / wie in Replicis vnd Vers. anfahendt / wann der Rocken / Stoppel / den letzten Iulij Anno 67 eynkommen / zubringen / angeben / gebrauchen vnnd halten sollen / wol geurtheilt vnd daruon appellirt. Et quamuis nihil noui in hac instantia deduxerint, tamen compensabo expensas. Saluo, &c.

## *Votum Dn. Corref.*

QVod ad desertionem, cum Dn. Ref. *Crauet. cons. 266. n. 5.* quod possent renunciare partes desertioni. Quo ad generaliter, notarij non sunt similes in 1. & 2. instantia, Legitimarunt se simul cum Capitel / hic tamen senatus: sed forte saluari potest, quia vniuersitas habet eius administrationem per suos deputatos, & argumento, quod in Vertrag in actis ipsamet ciuitas tantum interuenerit. 3. Quoad numerum productorum, möchte man eines verwerffen. Actum dici potest, ex ppria electione actorũ Interdictũ vti possid. vel actione in factũ surrogata *VVesemb. cons. 18. p. 1.* & vtile forte ad euitandas cauillationes. *P. Iacob. rubr. de pastu pecorum.* vel in factum, vt modus antiquus seruetur, *Cæpol. cap. 9. nu. 37.* vel etiam officium Iudicis, quod datur etiam in corporalibus *Coras. d. l. etiam qui nu. 9. de seruit Bart. consi. 231. p. 4. nu. 6.* quod officium etiam ratione clausulæ alternatiuę. hoc est, vt antiquus modus seruetur, vel etiam admittatur, dari solet potestque, idque nestatim in limine excludantur ab actione *l. si eo loco. & tot. tit si seru. pet.* Quoad possessionem & ius pascendi secundum morem antiquum, probatũ satis ex depositione & confessione testium. Quod autem reis non liceat pascere oues, eo principaliter vtuntur argumento, quia communio fit & vsus certus pascuorum: ideo nihil mutandum, nec prærogatiua quærenda, quia æqualitas communionem seruat. Idque magis cum incommodo alterius fiat: quo facit conclusio, quod consuetudo antiqua seruanda. *Crauet. cons. 154. Calcan. cons. 50. n. 60.* Quod præiudicet, ex testibus quoque videtur probatum, qui in genere dicunt: daß es ein
30 Nachtheil bringe. Quod autem non possit† præiudicari habenti ius compascendi. *Cæpol. d. c. nu. 38. Couar. pr. c. 37. n. 5.* Idque eo magis hoc casu, quod rei vicissim habent in actorum terminis ius compascendi, quamuis minori numero non refert. Ideo procul dubio quia actores in finibus reorũ prædia plura habent, propria, & non econtra: ideo quod videatur simplex seruitus ex præscriptione, sed reciprocum quoddam factũ in recompensam factam, prout allegant etiam actores, & videatur nunquam, si in fundis propriis actores excludantur. Nec enim precarium, etsi allegatum esset, præsumitur: quia donatio† & liberalitas non 31
præsumitur, præsertim in tanta quantitate *Socin. cõsil. 86. vol. 5. lib. 1.* Vnde concluditur probatam intentionem actorum ex his argumentis.

Nec obstarent, quod intra fines & iurisdictionem Reorum illa prędia actorum sita sint, quia separata & hæc consuetudo, quod fines tali casu, vbi alia vniuersitas prædia & pascua habet, nec in genere, nec in specie, alß Landgebrauch / probari, vt infra latius.

I I. Non obstat vtilitas publica, quia nec illa in specie probata, præsertim tanquam necessaria: sed contra potius verisimile, cum hactenus sine eo vixerint, & testes concordant quod videantur potius ad inuidiam facere. Et eadem ratio econtra militaret.

Deinde non obstat, licet tales ordinarias antiquitus fecerint, sed potius cum consensu vicinorum, qui prædia ibi habent, vt supra, & iuris præsumptione.

Quia ius herbagij † auferri nemini potest 32
*Couar. d. loco. cap. 37.* Facit etiam, minus se teneri ad onera rerum, quod non intelligitur de bonis alienis.

Non quoque obstat tantum præscriptum solum, quantum possessum, quia cæteris paribus id locum habet, nisi obstarent, quæ connexionem habent, vt videatur non extendi, sed conseruari seruitus.

Ex quibus videtur, primam sententiam tanquam ab æquitate non alienam, quantum ex actis quidem & probatis primę instantię patet, excepto quoad equorum pascua defẽdi posse: maxime vero, quia ex actis colligitur, quod bona, prata seu pascua, pro maiori forte parte sint actorum propria quod & ex ea re præsumi posset, quia maiori numero agunt pecora. Et ideo hoc ipsũ Reis obiici posse, quod tantũ præscripserunt in iis quantum possederint, prout & ipsi fatentur in vltimo producto, se iure seruitutis idem habere.

Neque constat, quod ante hanc communionem soli habuerint, nec ex sola finium circumscriptione probatur: quia potest esse vel non esse. Imo ante frequentior fuit pagus, non opus habuit, vel alibi locorum fines extenderunt: nec vt dixi, iure cautum reperio, aut satis firme probari posse, quod ratione finium competat ius pascendi in præiudicium alterius rei vel prærogatiuam propriam, sed hoc magis quod quis in alieno ius pascendi non habeat. *l. pratum. & ibi gl. ff. de verb.*

*sig. Cœpoll. d. tract.* Ita nec publico, nec priuato iuri præiudicari alicui posse, *Cast. l. venditur. §. si constat. comm. præd.* Et eadem ratio, vt hic, vtrinque si sine damno fieri possit, & in summa vtrunq; satis notum vniuersitatis esse, quadam autoritate publica & vsu priuatorum, ita quod inter priuatos: quod secus videtur in extraneis, & præsertim iis, qui propria prædia ibi habẽt: quod videtur multo fortius esse, quam si simpliciter præscripsissent in alienis finibus ius pascendi. Ideo cum etiam rei non tam iure incerto, quam consuetudine se fũdent, merito eius probatio requiri videatur. Nã siue de generali consuetudine Germaniæ intelligant, allegare eam & in specie & clare debebant, hoc est, in casu simili: quia non immerito dubitari potest, an sit: nedum quod notoria sit, præsertim apud iudices, qui harum rerum periti esse nõ possunt, imo & inter rusticos & imperitos non expeditum, vt patet ex priori sententia hic, & in casu valid. test.

Testes quoque periti & vicini hic dubitant, non audent talem consuetudinem asserere. Si de prouinciali cõsuetudine intelligant, Landsbrauch/ea quoque in specie & indiuiduo debuis-
33 set † probari *Crau. cons. 96. n. 4.* sed ita nec articulata, nec probata, quod cõfirmatur ex Anto. Boss. qui dicit præ cæteris casibus variam esse consuetudinem, Idem Dec. *cons. 483. n. 30. vers. sed hu non obstantibus.* vbi concludit, consuetudinem talem difficilis esse probationis, neque ibi probatam, & defecisse quoque in probatione, qui eam prætẽderunt: quod & hic contingere possit. Nec refert, si quis dicat, tanquam super notoria pronunciatum à iudice proximiore, quia Dec. ibi ostendit: etiam si notoria esset, quod super eo pronunciãdum: nec confessio actorum obstat, quia generalis negatio adest, & conditionalis tantum confessio, *si sit*, vel, *si esset*: tamen hunc casum exemptum, prout quoque dubitari posset, an Landtsbrauch includeret forenses.

Etsi igitur in vtramque partem multa & varia militent, nec consuetudo meo iudicio in his quidem terminis, vt notoria probata, vt sententia ex actis primę instantię non iniqua videatur: vnicus tamen scrupulus restat, quem si quis exemerit, facile me in contrarium impellet, nimirum quod post primam instantiam iidem actores confessi proprietatem pascuorum seu iuris pascendi Reorum esse. *fol. act. 112.* quam confessionem iuuant dicta *fol. 134.* Quę confessio videtur aliquo modo confirmari *allig. cons. Bertr. 37. p. 1. vol. 1. Socin. autoritate in cons. 36. col. 5.* Hæc conclusio probatur: quod pascua sint eius communitatis potius, in
34 † cuius finibus res sita est.

Dubium tamen erat ibi, intra cuius fines fuerint olim bona & pascua controuersa. *Boss. d. loco, in appendice de consuetud. Alphermæ*, vbi dicit, pascua publica ciuium ciuitatis esse sub eodem districtu: argumento etiam, quod incolę magis etiam sunt in consideratione, quam extranei. *Bert. d. cons. 231. n. 7. vol. 4.*

Ideo cum sola præscriptione nitantur actores, quia tacito contractui seu pacto, quod ab initio allegatur, non inhærent, & hoc iure pascendi nõ principaliter, tanquam in suo & proprio, quamuis id incidenter quoque post in fine causæ allegarunt, insistant, sed vt dicto iure seruitutis generaliter, nec alibi distinguunt in petitionibus, quod ipsam priorem confessionem declarare videtur, quod fateantur in genere ius pascuorum in limitibus Reorum alienum fuisse, alias præscriptione aut iure seruitutis acquisitione opus non fuisset in propriis.

Deinde, quia iure communionis ab initio & principaliter quoque hoc ius compascendi oues sibi vendicarunt. Certum autem ex iam dictis hanc communionem à præscriptione tantum originem habere, vbi sæpissime fatentur actores & ea præscriptione, certum tamen genus pecudum acquisitum. 35

Ergo illa communio † generalis non est, sed specifica & odiosa, ideoque non extendẽda. *Paris. cons. 72. n. 149. par. 1.* Nec satisfacit ad hoc quidem, quod proprios fundos ibi habeant actores, quia, vt supra dixi, confessi sunt proprietatem iuris pascendi Reorum esse. Vnde & eiusdem Reis plus iuris competit, vt æqualitas dici non possit, in aliis domini præferendi. Corruente ergo antecedente, quia communitas absoluta non sit, corruit & consequens, quod neque qualitas in omnibus necessario: quo fine videtur transactio in actis de anno, &c. 58. vbi non obtinuerunt absolute pro arbitrio certum modum, sed præscriptum.

Tertio, quoad ius compascendi oues, actores in euentum tantum id petierunt ab initio, prout ad hoc continenti agere oues, si rei desistant, quod ostendit ipsos hoc iure sine magno incommodo carere posse. *Cast. consil. 30. nu. 4. p. 2. vers. est autem casus.*

Quarto, etsi, vt allegarunt, ab initio conuentum esset vel contractum de iure pascendi, 36
tamen obseruantia † seu vsus sequens vel consuetudo interpretationem faceret. *leg. semper in dubiis. de reg. iur.* vel etiamsi dubium, interpretatio facienda contra eum, qui se fundat in contractu vel verbis.

Quinto, quia actores vel aduocatus ipsorum in fundanda & probanda actione, si non contrarij, saltem varii, in constantes & incerti existunt, iam solum prætendentes ius seruitutis præscriptione indistincte, iam solam communionem ex pacto seu conuentione, iam proprietatem fundorum solam, nec vlli tamen in petitionibus distinguunt, cum tamen quoad ius compascendi oues, de quo principaliter controuertitur, id non præscripserint, de conuentione non appareat, vel sit, non releuet in dubio, vt dixi.

Quoad proprietatem autẽ, cum in proposita actione

actione non distinxerint, sed generaliter iure seruitutis seu præscriptione egerint, non potest dici eo iure separata competere, aut eius nomine actum esse. Sed & quod diuidi possit, hoc ius pascendi non allegant adeo, vt vix actionem ipsis competere appareat, quo ad hoc, cum petierint simpliciter iure seruitutis, & profiteantur se possessorium instituisse, quod tamen ad primã particulam actionis referri potest. Aliam autem actionem nullibi explicant, & iuuari forsan melius potuissent, si simpliciter dixissent, ius sibi esse, non seruitutem, *VVesemb. consil. 18.* Si itaque ius pascendi etiam in propriis actorum prædiis, ratione limitum, vt confessi sunt, Reorum proprietas, non possunt possessionem libertatis, quoad oues, iure proprietatis fundi allegare, ex eo, quod vsus communis sit, &c. Cum autem intuitu equitatis propter communionem intentionem suam fundare conati sint, neque tamen id releuent, sibi imputent, si forte alia conditione, via & distinctione consulere potuissent, *per not. Castr. consil. 169. nu. 5. p. 1.* Et magis habet, vbi ex actis aut iure certo contra expressam intẽtionem ipsorum iuuari non possint. Periculosa enim distinctio propter confusionem agrorum, nec constat, an pro dimidia, vel pro maiori parte admittendi. Et semper obstaret prætensa communio, quæ intelligi non potest, nisi quatenus vsu communi. *Alber. l. in tantum. §. si vniuersitatis ff. de rer. diuis.* Ideo concludendum ex his, proximam sententiam confirmari posse, bene iudicatum & c. Sed quia per testes aliquo modo probatum videtur etiam in his terminis, vel prætensa pastione ouium, daß die Schaff dem Viehe an der Weid schaden thun/ & in specie, daß es dem gemeinen Viehtrieb schädlich/ & interrogatorio, vnnd daß jederman darüber Vnrichtig geweſen / qa dãnosum fuerit d Schafftrieb/ ita 13. test. ad 4. articul. Ideo etiam placeret subuerti, dz sie sich deß in Actis angezogen Schafftriebs ohne allen Schaden vnd Nachtheil od Verhindernuß des gemeinen Viehetriebs gebrauchen.

Quatenus enim, vel quocunque modo probant, postea impedimentum aut damnum id addendum Expensis omnino compensatis propter dubium in facto & iure, & summam negligentiam partium vel aduocatorum vtrinque, & quia probare debuissent Rei exceptionem suam ratione distinctionis temporis, cum principale sit ipsorum fundamentum & negatoria certo tempore sit circumscripta. Saluo &c.

## *Votum Tertium.*

QVoad nullitates cum D D. R R. præsertim ad desertionem quod attinet. Nam quæ de oculari inspectione denegata, quæ item de ordinariis terminis allegantur, in consideratione esse non puto, cum contrarium constet ex actis, quid iuris. Quoad decisionem causæ principalis, siquidem stricte agendum sit, probabiliter dubitari posse arbitror, cum factum, ex quo iuris informatio peti debebat, valde perplexum sit & obscurum, adeoque ipsæ attestationes generales. Inuenio quidem, quod eæ, ex quibus specialis magis declaratio peti poterat, mere sint aduocatorum disputationes, quibus tuto inniti non licet. Quibus accedit, quod ad actorum iura & fundamenta responderi, & sic difficulter forte pro ipsis absolute pronunciari queat *per adducta à D. R.* Sic ex aduerso iura, quæ pro reis adducuntur, vix sustineri posse videntur, præsertim quæ ratione cõsuetudinis allegantur.

Nam nihil ex actis inuenio, ex quo certo constare possit talem consuetudinem in ipsis locis, de quorum pascuis iam controuertitur, aliquem viguisse.

Vnde ne notorium quidem dici posse arbitror, saltem quoad dicta loca in specie, vel potius in diuiduo, per ea quæ tradit *VVesemb. consil. 1. p. 1. n. 54.* Deinde, vt concedamus, saltem ex communi vsu Germaniæ dictam consuetudinem notoriam videri, quia tamen actores eandem in locis vicinis pure non fatentur, in litigiosis autem, quę exempla dicunt, in effectu † negent tali casu non 38
sufficere allegare consuetudinem, sed probandã esse. Wesemb. vbi supra per *l. si quis renu. de custod. & tit. de exhib. reis. Castr. l. vnic. n. 2. C. vt quæ desunt aduocat.*

Nec rationem video, qua suppleri possit hic defectus per iudicem, cum dicta consuetudo, dato etiam quod alias notoria esset, nobis tamen vt iudicibus non constet, quo casu etiam in notorio suppleri non posse tradit inter alios Fel. *c. cum ord. de rescript n. 11.* Sic ad temporis distinctionem quod attinet, quod scilicet tantum à die Michaelis agant oues, cum tempus illud de substantia intentionis suæ rei esse velint, illud ipsum liquido & punctualiter probare debuissent, per ea quæ in similibus pascendi terminis refert Chaslan *rub. 13. des foreſt. §. 4. verb. de leg. S. Michael n 6.* Nec obstat negatiua, cum probandum esse sit communis *Gabriel. de probat. lib. 1. c. 6. nu. 1.* Præsertim cum sit correcta loco & tempore, & nos hic meo iudicio versemur in negatiua qualitatis naturalis. *Gabriel. vbi supra n. 9* sola superest confessio actorum, quæ qualiscunque sit, quia tamen ex actis elicitur merito, & confitentibus præiudicare, & à iudice silentio non prætereunda videtur. *Rol. consil. 6. n. 27.* Præsertim cum eandem coadiuuent præsumptiones nonnullæ, de quibus per D. Ref.

Et actores non ita ad amussim intentionem suam probarint, quin cæteris concurrentibus regula illa habere locum videatur, *Actore non probãte, &c.* Ad hæc cum res ipsa loquatur, partium iura obscura esse, ex vtraque parte potior videtur & hac ratione causa reorum *l. in pari causſa. de Reg. Iur.* His concurrentibus cum D D. Ref. concludo confirmandam priorem sententiam annexa clausula, vt per d. Corref. Compensatis Expensis.

*Votum Quartum.*

NIsi sola actorum confessio, qua dominium iuris pascendi Reis tribuere videntur, non obstaret, omnino pro actoribus pronunciandũ putarem, sententiam primę instantiæ simpliciter confirmandam, vel saltem decernendum, daß sie beyderseits/so wohl mit Schaffen/als auch mit anderm Viehe vnd Schweinen den gemeinen Weidgang besuchen mögen Idq; ex propriis reorum argumentationib. non habito respectu, quo actionis genere actũ esse dicamus, Cum æquitas, quæ
39 ex actis† & probationibus resultat, plus iudicem mouere quam genus actionis intentatę debeat. *c. dilecti filij. de iudic. allegat. Guido Papa decis. 49. nu. 5.* Quod enim quisque iuris in alium &c, quodq; in persona mea æquum esse credidero, & c. *l. 1. Quod quisq; iuris.* Primum argumentum Reorum, dz es vnbillich/dz sie mit jren Schaffen auff jr eigen Gut nit treiben mögen. Verum est, sed eadem ratio ex parte actorum. Secundum, daß sie mit den Schaffen jre Gütter mercklich bessern können ohne actorum schaden. Idem ex parte actorum.

Tertium, qui iure suo vtitur, nemini iniuriã facit. Idem ex parte actorum. I V. Ita confusa esse inuicem prædia Reorum & actorum, & fieri non possit, quin rei agendo & pascendo sua pecora, & actorum fundos tangant. Eadem ratio ex parte actorum. V. Actores nullam prescriptionem prętendere posse, quoad reorum fundos, agros cum nullam possessionem vel seruitutum probarint, tantum igitur præscriptum, &c.

Hoc igitur argumentum contra reos pro actoribus recte allegari potest, vt nec ipsi quidem præscriptionem quoad actorum prædia allegare vel extendere possint, prout nec probarunt eam, cum nullas vnquam oues antehac aluerint. V I. Posito æqualitatem inter actores & reos seruandam, quoad propria cuiusque bona: reos tamen hac ratione saltem præferendos, cum bona in ipsorum districtu & limitibus sunt sita. Eiusmodi
40 enim iure quæcunque bona † in alicuius districtu seu territorio sunt posita, prę sumuntur ad Dominum illius districtus pertinere. *Mand. c. 88. n. 1. Crauet. cons. 154. n. 1.* Sed respondeo huic præsumptioni locum hic esse non posse, cum actores nomine propriorum agrorum habeant intentionem de iure fundatam, quæ procul dubio talem generalem præsumptionem non solum edidit, sed etiam contra Reos inducit: nimirum quod in bonis actorum oues suas pascere non possint, licet ea in Reorum districtu sint sita. *Alex. cons. 34. lib. 4. Cæpol. alleg. c. 9. n. 46.* Licet interim non negem, quin vniuersitas vigore iurisdictionis, quã in suos habet, communi maiori consensu incolarum disponere possit, vt quæ ratione proprietatis singulorum sunt, quoad ius pascendi, efficiantur vniuersitatis. Quod tamen secus esse puto, quoad alia prædia forensium seu extraneos, si forte in ipsorum prę iudicium vniuersitas statum vel dispositionem iacere vellet *Castr. alleg. l. venditor. § si constat com. præd. & gl. c. quæ. verb. contra peregrini. dist. 8. Old. cons. 248. n. 1.* Quia consuetudo localis est, non †ligat, nisi subditos. *Pan. cons. 25. n 24. vol. 1,* 41

Septimo, Sed ratione d d. bonorum magistratus ad diuersa onera teneri. Iniquum igitur foret, si non actoribus in iure pascendi prę ferentur. Ad hoc satis respondum puto per D. Corref. Octauo, Es möchten actores ein solche grosse Anzahl treibẽ/ quod rei tandem omnino etiam in propriis agris à iure pascendi excluderentur. Sed & actores idẽ pro se habeant: & inæqualitas in numero pecudum, si quæ futura esset pro † quantitate posses. 42 sorum & agrorum, vel alio legitimo iuris remedio facile ad æqualitatem reduci posset, *l. testatrix. §. fin. vbi Alber. si ser. vend. & idem l. Impp. de seru. rust.* Nono, dicunt hoc ius pascendi oues tantum lucri causa & æmulationis ab actoribus prætendi: quod forte negari non possit. Sed an hoc idem non etiam ex parte reorum dici possit, non tam dicta testium, quam propria ipsorum reorũ confessio ostendunt. Æquitatem † igitur, nec non ra- 43 tionis identitatem, quæ vtrinque militat, subtilitati iuris præferendam *per l. placuit. de iudic.* Adhuc putarem, inter actores & Reos ratione iuris pascendi æqualitatem seruari posse, nisi confessionem actorum Domini obstare putent, nec in contrariam sententiam allegata consuetudo oder Landtsbrauch traheret, cum ea non sit probata. *Guido Papa cons. 42. nu. 1.* Nec obstat, quod inepta instituta actio esse videatur, quia veritas & æquitas potius debet inspici *Bald. l. edita. C. de edend. n. 60. 61.*

Sic quoque me non mouet ex d. ratione, quod soli præscriptioni actores inniti videantur, quia hoc intelligi potest quoad reorum tantum, non autem quoad proprios actorum fundos, qui intellectus eo facilius admittitur, cum sit iuri conformis. Facit, quod res sua nemini seruit, eoque magis, cum actores in grauaminibus huius instantiæ intentionem suam talem fuisse non obscure declararent, nimirum quod ius pascendi oues solummodo in reorum agris iure seruitutis & prę scriptionis, in propriis vero fundis proprio iure sibi vendicare videantur, quæ declaratio, imo etiam modica mutatio, si substantiam † non 44 mutat, durante lite semper videtur permissa. *Spec. tit. de libel concept. §. & nunc ostendamus. num. 6. 7. 8. & 11.* Quia nihil noui iuris inducit, sed id, quod est, declarat, *l. heredes § 1. de Testament.* Etsi igitur actores ob non probatam seruitutem vel præscriptionem pascendi in Reorum fundis succumbant, nihilominus tamen respectu propriorum fundorum, si non ex rigore & subtilitate iuris, saltem de æquitate, quæ ex actis colligitur, iudicis officio iuuari posse videntur.

Nec † vtiq; contraria sunt, quæ diuersis respectibus dicuntur, *V Vesemb. cons. 18. nu. 7. pag 1.* Et ad- 45

modum

modum graue esset, actores nostros, qui alias ratione propriorum fundorum bonam causam fouent, propter imperitiam aduocati iure suo periclitari, & causa sua cadere. Sed hoc loco fortiter actoribus videtur obstare, quod circa litem contestatam 6. Nouembris Anno 66. ipsimet confessi sint, dominium des Weidgangs ad nos spectare. Vnde etiam quoad proprios fundos, argumentis in contrarium deductis non obstantibus, repellendi esse videntur.

Fateor equidem hanc obiectionem satis nodosam esse, nisi & hac distinctione & restrictione quadam vtamur, intelligendo scilicet dicta verba, dz das Eygenthumb deß Weidgangs denen von N zugehörig/tantum de illis prædiis, in quibus actores ius seruitutis, & præscriptionem prætendunt, non etiam de propriis, in quibus seruitutẽ habere non possunt. Ad quod me mouet, quod actores ibidem statim subnectunt: es sey jnen nit von nöten/ius suum videlicet iuris pascendi oues seruitutem aliquo speciali documento zu docirẽ/dieweil sie dz ius præscriptionis vor sich haben. Quę sane verba præcedentem confessionem generalẽ aliquo modo restringere & declarare videntur, nec aliter, quam de reorum prædiis, in quibus actores præscriptionem prætendunt, nec etiam de propriis agris, cum res sua nemini seruit, & quod dicta confessio sub distinctione intelligenda sit, explicanda veniunt. Clarius patere arbitror ex grauaminibus actorũ in hac instantia productis. Ad quod meo iudicio nõ parum facit, quod ipsimet Rei in vltimo producto fatentur, se ius pascendi in actorum prædiis non iure dominii, sed seruitutis habere. Sequitur igitur, dictam generalem confessionem actorum tam ex verbis subsequẽtibus, quam propria Reorum confessione ad Reorum prædia tantum intelligenda & restringenda.

Præterea quoque me mouet, quod hæc quoque
46 incidenter† & implicite facta videri potest, ideoque non præiudicare *Paris. cons. 60. num. 4. lib. 4.* &
47 alias satis dubia & incerta, vnde † confitenti iterũ nocet. *Paris. consil. 115 num. 16. lib. 1.* vel saltem in fauorem confitentis interpretanda venit. *Paris. consil. 99. num. 8. & 10. p. 3.* Accedit, quod hæc confessio, proprie confessio dici non potest, sed potius nuda & implicita adsertio partis, quæ non æque præiudicat, ac si facta esset ad interrogationem vel positiones partis. *Bald. l. nonnullis. 2. quæst. C. de probat. gl. magna in l. 1. C. de confess. commun. cons. 217. num. 10. Bald. d. l. non nudis.* Sic quoque confessoria,
48 quod res † mea non sit, quæ tamen mea est, non præiudicat quoad dominij amissionem. *Bald. l. generaliter. 12. C. de non num. pec. Bart. l. cum falso. C. de iur. & fact. ignor. num. 4. Castr. l. tres fratres. de pact.* Quod si domini solutionem hanc sufficientem esse, vel alio modo supradictę obiectioni responderi posse existiment, hoc casu sententiam primæ instantiæ confirmandam, vel reformando eam, pronunciando vt supra, daß beide theil sich gleich/ꝛc. videtur mihi tutior via. Quando enim probabiles sunt rationes, iudex † æquus iudicatur, si per 49
mediam ingreditur. *Boer. q. 42. num. 31. text. l. antiqui, ibi, quidam ergo de pet. hared. & ibi Angel. Anchar. consil. 210.* Si autem domini dictam confessionem adhuc obstare arbitrẽtur, simpliciter & in omnibus subscribo sententiæ Domini Corref. addendo clausulam generalem, vt per eum. Compensatis expensis, *Alex. cons. 100. num. 2. lib. 1. Ruin. cons. 92. num. 8 vol. 3.* qui dicit damnum non fieri, quod ipse hoc probare tenetur. Saluo &c.

## *Votum Quintum.*

POnderatis omnibus deductis, simpliciter cõcludo cum D. Corref. pronunciando in proxima instantia, bene iudicatum, male appellatum cum reseruatione vt per eum. Vellem tamẽ tempora quoq; distinguere, & ne etiam post festum Michaelis per pasturam ouium damnum actoribus inferatur, Compensatis expensis.

## *Votum Sextum.*

DE actione & eius probatione cum D D. R R Quoad consuetudinem à reis allegatam, puto illius specialem probationem ideoq; omissam, quod actores ipsam nũquam pure negarint, maxime in omnibus prioribus instantiis, imo aliquoties suo damno confessi sunt. Deinde quod eam pro notoria habuerint, prout plerisq; in locis Germaniæ notoriam esse puto, eam quoq; etiam apud Gallos & Italos frequentem esse, ex eo apparere videtur, quod Doctores multi in consiliis & commentariis suis plerunque de iuris pascendi seruitute non tam in alieno agro, fundo vel prædio, quam in alieno territorio tractant. Vnde patere videtur, vt Iurisdictionem, sic etiam ius pascendi passim territorio definiri consuetum esse, quod etiam Socin. senior testatur *cons. 86. vol. 1. num. 8.* Nec dici posse puto, forensium bona esse excepta, cum sub territorii nomine proprietates † 50
bonorum non contineantur. *Oldr. cons. 176. nu. 2.* Concludo cum D D. Ref. proximam sententiam esse confirmandam, adiiciendo clausulam, daß es dem gemeinen Weidtgang keinen Schaden thue. Compensatis expensis. Saluo &c.

## *Votum Septimum.*

PAscua esse vniuersitatis, sed non vnius magis, quam alterius vniuersitatis. Communitas nec peti etiam ratione proprietatis, si quid ex confessis & partim probatis, siue alioqui non negatis constat, tam actores, quam Reos alterum in alterius territorio mutuo, & non iure proprietatis communionem pascorationis prætendere, cum si iure proprietatis peteretur, vnus alterum excludere prætenderet, & iure singulorum ius pascendi tanquam in suo assereret, quod hic non fit: sed actores ex communione antiqua ac tacita

quodammodo societate longo tempore inter vicinos introducta, ea quoque occasione & æquitate cœpisse, & creuisse videntur innuere, quod actore, licet plura animalia teneant rei, tamen in reorum quoque territorio, multa etiam bona ꝓpria possideant, non econtra, & ideo ex huiusmodi proportione æquitatem quoque per se inducere, vt solius Ring vnnd Bånd / Rei nihil magis possint, quam ipsi, sed prout ab antiquo societati insistendum, ne propter iurisdictionem tamen ius publicum pascendi ad priuatam vtilitatem vnius partis magis, quam alterius deriuetur, & vni socio plus tribuatur, quam alteri non inuito *l. Sabinus. communi diuid. l. 3. § fin. Qui pot. in pign. hab.* In his terminis Borbonius *in viatorio. 2. p. rubric. 149. vers. quaritur an vno sociorum. vti. tit. præced. de societat. pascuorum. fol mihi. 57* Nam & vsus certo gene-
51 re animalium† mutari nequit, ab altera parte citra periculum amissionis iuris socialis. *per l. si communem. §. 1. l. si quis alio. Quemad. seruit. amitt. Couar. d. c. 37. nu. 7. versic. tertio.* Et quod contra veterem morem fit, etiam confessoria dirui perique potest. *l. 1. C. de seruit. & aqua. l. 1. C. de ædif. priuat.* Neque enim refert, affirmatiuis vel negatiuis proponitur, modo ius aliquod vendicetur. *Oldendorp. in Class.* Itaque hac tacita societate stante pascuorum publica, confessoriam institutam videri ratione conseruandæ mutuę ac æqualis compascuationis. *Cæpol. d. loco. nu. 36.* siquidem conclusio in libello personali, qualis est actio in factum, vel possessorio conueniri posse non videtur, quæ tamen, si vtilis sit ex probationibus cum D D. R R. darem: iam autē quod ius pascendi Domini territorium, iure superioritatis, aliquādo iure Marchi & districtus, & hi iidem separatione proprietatis, separatione communitatis, ac demum priuati quoque iisdem modis ius pascendi vsurpēt, vel vna cum mediate, vel immediate superioribus communionis iure vti velint: Et quis his casibus merito potior, ne alium excludat: Itē quando concurrant, videant Domini Marian. Frecciam *de feud. lib. 2. 46. autorita.* Baronis ergo sub feudatarium. *fol. mihi 299.* nostro casu putarem cū RR. ratione confessionis actorum, quod proprietas iuris pascendi de per se & in abstracto, à proprietate rerum non attento, quod habeant propria communis, tñ iure petat ur Reis, tum Zwing vnd Bånd concedantur, eæque Zwing vñ Bånd secundum consuetudinem, licet ius pascendi inferant, tamen propter antiquam societatem ab effectu consuetudinis aliquo modo exemptum, & ad hoc proprietatem multorum bonorū suorum inducunt, vt hoc ius societatis, prout ab antiquo, conseruent: quod cum rei vsu suo iuris pascendi oues nō interturbare velint, sed communem illæsam seruari, si post tempus Michaelis eo tantum tempore oues agant, quo communioni noceri nō potest. putarem sententiam vltimam, omnibus allegatis per actores non obstantibus, merito confirmandam esse verbis, vt per Corref. & vt per votantem quintum, proxime specificādo, quantum fieri pōt in indiuiduo, & tempus etiā post Michaelis sine damno, vt pascere possint. Nam in pascuis publicis, vt hęc sunt, vbi ratio dignitatis bonorum, & aliarum circumstantiarum ratio haberi non debet, sed tantum publici boni, & prout quisque publicus est, vel prout ciuis, vel incola, aut socius omnis nouitas † vitanda est, ea 52
præsertim quæ inæqualitatem & damnum inducit. *l. 1. C. de pac. publ. lib. 11.* Saluo, &c.

## VOTVM VII.

EGo in hac dubia causa iura & fundamenta Reorum potiora, & dictos Reos actoribus præferendos esse puto, per rationes à dd. R R. & aliis pro hac opinione adductis, cum quia nobis saltem constat de actorum præscripto iure compascendi in alieno districtu, certum tñ genus pecoris: recte igitur hic dici posse tantum præscriptum. Deinde, quia hic in considerationem non veniunt proprij fundi actorum, sed solū ius seruitutis pascendi in abstracto, quasi quod actores Reis vt proprium ipsorum ius ex propria confessione tribuunt, ideoq; cum aliis dominis similiter concludo, proximam sententiam sexti votantis confirmandam esse, pronunciando bene iudicatum, male appellatum; Cum clausula tamen, vt domini caueant, ne damnum inferatur, vel ne quid decedat per pastum ouium actorū iuri cōpascendi jhres Rindviehes. Quæ sententia mihi æquior videtur, iuxta illud quod dici potest, q; mihi prodest &c. *l. in creditore. in fin de euiction. & ibi glos. verb. quod sine dispendio. l. in summa. § item Varus, de aqua pluu. arcenda.*

SENTENTIA: † Jn Sachen Bürgermeister 53
vnd Rabt der Statt N Appellaten eines / wider Schultheiß vnd Gericht zu N. Appellanten anders Theils / ist allem Fürbringen nach zu Recht erkant / dz durch Richter nächst vorgehender Jnstantz (doch daß die Appellaten sich deß Schaftriebs in actis angezogener massen gemeinen Weydgang one Nachtheil vnd Schaden gebrauchen) wol geurtheilt / vbel daruon appelliert / die Gerichtskosten derowegen vffgelauffen / auß bewegenden Vrsachen gegen einander compensirent vnd vergleichent.

## Sequuntur quædam quęstiones dubiæ cum earū resolutionibus ad præcedentes supplicationes, earumq; vota de appellationibus pertinentes.

### SVMMARIA.

1 *Fatalia appellationis propter certas causas in supplicando allegatas an prorogari debent.*
2 *Causa exprimi debet, quando quis personaliter citatur.*
3 *In facto notorio causa debet exprimi.*

4 Quan-

4 *Quando à communi regula est recedendum.*
5 *Fatalia si sint prorogata, præmissa causæ cognitione, quid dicendum.*
6 *Elapsis aliquot mensibus appellãs si citationem impetrare conetur, & fatalia prorogari petat, an prorogentur.*
7 *Prorogatio quando extraiudicialiter petenda est.*
8 *Tempus per iudicem à quo intra 6. mẽses statutum quando prorogari petitur.*
9 *Reproductio citationis verbaliter facta, an sufficiat cum protestatione diligentiæ ante lapsum fatalium.*
10 *Reproductio cum effectu semper fieri debet.*
11 *In appellationibus extraiudicialibus inhibitio non decerni debet.*
12 *Appellare ab interlocutoria, est appellare à processu: appellare vero à definitiua, est iudicialiter appellare.* num. 13.
14 *Appellatio à sententia competentiæ ex interuallo inscriptis, vel in continenti viua voce an fieri debeat.*
15 *Appellationis schedula an in instrumẽto requiratur.*
16 *Quoties inscriptis appellatur, schedula semper instrumento inseri debet.*
17 *Si appellatur tanquã à iudice, tunc appellationes extraiudiciales semper sunt recipiendæ.*
18 *Quæ ratio iniri possit, vt de formalibus statim disputetur.*
19 *Appellatio appellato in termino eam prosequente non deseritur.*
20 *Appellatione deserta, an pro appellato pronunciari debeat.*

## Appellationum Dubiæ quæstiones.

### *I. Quæstio dubia.*

REferens D.B.C. Augusti Anno 76. in 4. S. interlocutor. Quando fatalia appellationis p-
1 pter certas causas † in supplicatione allegatas prorogẽtur: an eæ cãæ, quod hactenus factum non est, processui inferendæ sint, vt citatus earum falsitate probata, citationis effectũ effugere queat. Concluserunt domini vnicam ordinationis cãm in prorogandis fatalibus ad similes causas, scilic. omnem vim maiorem veluti belli, pestis, inundationis aquarum, tum demum extendendam, si cũ supplicatione exhibitis idoneis documentis probetur, aut notoria sit: eoque casu quia causæ cognitio præcedit non inferendas esse illas causas citationi. Idem statuendum, si ad simpliciter allegata iusta impedimenta in termino minori, quã qui in ordinatione continetur, à iudice inferiore præfixo vsque ad tempora sex mensium fatalia prorogentur, quia ne tũ quidẽ causæ sint inferẽdæ. Excepto nostro casu, qui posset inseri, causa dilationis est inserenda. *Abb. in c. 1. n. 8. 9. 10. 11. extra de dilat.* Quod causa moderationis à iudice debeat exprimi, & ab appellante probari. *Felin. in c. cum sit Romana. num. 9. & ibid. Dec. num. 25. extra, de appellat.*
2 Simile est, quando quis personaliter † citatus, Cũ alias possit procuratorẽ mittere, causa illa expri
mi debet. *Bald. in l. 1. §. vsus in fin. ff. de procurat. Dec. in l. 1. nu. 7. C. de edend.* Sic quando facto notorio † ap- 3
pellatum, causa debet exprimi, ex qua iustificatur appellatio. *Abb. in d. c. cum sit Romana. in fin.* idq; sẽper quando † à communi regula receditur. *Dec. in* 4
*c. consuluit. col. 16. n. 5. extra, de appellat. vide Menoch. de arbit. iudic. quæst. lib. 2 casu 52. n. 20. cum seq.* Recessus visitat. de Anno 59. § . als sich dañ. *ordin. tit. 30. par. 22.* In contrarium facit, quod prorogatio non aliter venit decernenda, nisi in eo casu, quo supplicans vna cum supplicatione allegatas causas statim exhibitis suis documentis probet: vel alias iudicii notoria sint, & præcedẽte sic causæ cognitione. Secundo, si dicta impedimenta inserentur citationi, occasionem præberent protrahendi litem per disputationes hinc inde. *Franc. c. ex ratione. num. 11. extra de appell. Menoch. concl. 2. casu 118. n. 18* Aliud dicendum, † si præmissa causæ cognitio- 5
ne fatalia sint prorogata.

### *II. Quæstio dubia.*

Si elapsis aliquot mensibus appellans conetur impetrare † citationem & in eum finẽ fatalia pro- 6
rogari petat, an prorogentur? Quia decisio huius quæstionis dubiæ plane ab illis, quę de prorogandis fatalibus modo dicta sunt, dependet, eo domini se referunt subiungendo saltem distinctionem sequentem: Aut enim appellans propter aliquot menses cessauit, sein Appellation anhängig zumachen, & tempus fatalium, quod reliquum est, ei non sufficit ad extrahendam & insinuandam citationem, petit sibi prorogari fatalia ordinationis, & supra in 1. quæstione dubia dictum est, hoc casu cum extraiudicialiter † petitur prorogatio v- 7
nicam esse causam ab ordinatione expressam scilicet distantiam locorum, &c. Cui domini inhærendum putant. Si vero alia iusta alleget impedimenta, ea ad remedium restitutionis in integrum vel ad agendum pro interesse contra eum, qui impediuit pertinere. In hac sententia fuit Mynſ. *obseru. 15 cent. 3.* argumento eorum, quæ habentur & notantur *in d. c. cum sit Romana. in princ. extra de appellat. & ibi Abb. n. 2. & 3. Dec. n. 3. Boreus n. 6. Franc. in d. c. ex ratione. n. 63. vers. aliquando & quarto.* Aut petit sibi † prorogari tempus per iudicem à quo 8
intra 6 menses statutum, & putant domini concludendum prorogationẽ vsque ad semestre, (tẽpus hominis scil. vsque tempus legis & ordinationis) concedendum modo non alleget ineptas causas & impedimenta.

### *III. Quæstio dubia.*

Reproductio citationis † verbaliter facta an 9
sufficiat cum protestatione diligentiæ ante lapsũ fatalium? Concluſum: Nuda & simplex reproductio verbalis non sufficeret, sed requiritur realis introductio executionis intra tempus fatalium, alias causa habetur pro deserta, *ordin. part. 2. tit. 30. in fin.* reproductio † enim cum effectu fieri debet. 10

*IV. Dubia quæstio.*

Quando contra iudices à quibus,& vbi ab interlocutoria appellatum est, & cum periculum in mora est decernendæ sunt inhibitiones? Conclusum: In appellationibus à diffinitiua vel vim diffinitiuæ habentibus indistinctæ, siue iudices à quibus appellationi detulerint, siue non inhibitionem decernendam, si ab appellante petatur, exceptis tribus casibus.

1. Quando appellationes iure sunt prohibitæ.
2. Quando de iurisdictione adhuc dubium est.
3. In possessorio retinendæ cum appellatus possidet: in appellationibus vero mere interlocutoris regulariter inhibitionem non esse decernendã, nisi vel euidens periculum sit in mora vel irreparabile damnum verti constet, eodem modo in
11 extraiudicialibus† appellationibus regulariter inhibitionem non decernendam, priusque & certus sit iudex de sua iurisdictione,& constet legitime appellatum, primo ex talibus causis, quæ esset veræ, appellans fuisset grauatus, idque demum lite cõtestata vel parte aduersa citata,& in hoc puncto, vt & in interlocutoria antequam inhibeatur, pars venit citãda, alias est nulla, quia hoc casu debet appellanti sufficere inhibitio legis. Appellare
12 enim† ab interlocutoria, est appellare à processu:
13 appellare vero à diffinitiua est, † iudicialiter appellare.

## Aliæ quęstiones dubię in eadem appellationum materia:

*I. Quæstio dubia.*

*An appellatio à sententia Competentiæ ex interuallo in scriptis, vel in continenti viua voce fieri debeat?*

14 QVando iudex se† competentem declarat in scriptis cum expressione grauaminum vt à mera interlocutoria appellandum: à sentẽtia vero incompetentiæ in continenti viua voce & ab aliis vim diffinitiuæ habentibus appellare licere, nisi aliud receptum sit consuetudine.

*II. Quæstio dubia.*

*An schedula appellationis requiratur in instrumento?* Conclusum in appellationibus † à diffinitiuis vel vim diffinitiuæ habentibus in continenti viua voce: ex interuallo autem in scriptis, non tamen expressis causis aut grauaminibus appellari posse, siue coram iudice à quo, siue coram Notario fiat: at in appellationibus mere interlocutoris semper in præscriptis cum expressione grauaminum appellandum. Semper autem quoties in
16 præscriptis† appellatur schedulam inserendã instrumento.

*III. Quæstio dubia.*

*An extraiudiciales appellationes, vbi quis non tanquam à iudice sed à parte grauatus est, admittẽdæ sint?*
*Testes in specie deponentes præferuntur generalibus.* 2.11.278
*Testes de vniuersitate quatenus de causa vniuersitatis seu territorio deponere possint.* ibid.n.13
*Testes affirmatiui præferuntur negatiuis.* ibid.nu.15
*Testes præsente parte aduersa produci debent, vt iurent* 2.6.233
*Testes habiles inhabilium defectum supplent.* ibid.numer.7
*Testes ætate superiores cæteris præferendi sunt.* 2.7.131
*Testes magis specialia deponentes præferuntur cæteris,* ibid.n.8
*Testes vero similiora deponentes præualent cæteris.* ibi. num.11
*Testes recipiendi licentiam Iudex, pendente possessorio, nullam habet quoad petitorium.* 2.13.198
*Testes non debent deponere, nisi super his, quæ percipiuntur per sensum corporis.* 1.8.34
*Duobus affirmantib. magis creditur, quam mille negantibus.* 2.15.278
*in Testibus quod deficit in fide, supplet numerus.* 2.131.241
*Testis, contra cuius personam non excipitur, est omni exceptione maior.* 2.3.130
*De facto proprio cui interfuit deponens, magis concludit, ideoq; cæteris potior est.* 2.9.131
*Debet deponere per verba facti, non per verba iuris.* 1.17.43
*In propria causa nihil probat.* 2.14.278
*In capitulo vno falsus, in tota causa falsus est, & nihil probat, siue prius falsum deponat, siue verum, vel contra.* 2.46.148
*Testis qui in vno vacillat & reprobatur, in omnibus est suspectus.* 1.19.43
*Testium depositiones, quæ ortum ducunt ex auditu, ab auis maioribus, in antiquis multum probant.* 2.n.4. & 10.p.130. & 131
*Testium dicta non tam ex verborum cortice, quam ex sensu æstimanda.* 2.4.139
*Testium non rite receptorum depositio nõ valet, sed pro non scriptis habetur.* 2.173.125
*Numerus attendendus, & maior minori præferendus.* 2.12.132
*Tibi quod non vis fieri, alteri ne facias.* 1.32.420

*Timor belli peior est ipso bello.* 1.5.249
*Dilapidationis vel fugæ si subest, rei fructus sequestrari debent.* 1.8.363
*Titio quod debetur, Seio non debet solui.* 1.22.43
*Titulum habens in re quadam, dicitur eam proprio nomine possidere.* 1.71.484
*à Tormentis si sufficientibus indicijs non est inchoandum, etiamsi sint insufficientia, misi prius copia indiciorum ad purgandum parti facta sit.* 2.n.2.5.& 6. pag.349
*Tortura est quoq; meri imperij.* 1.125.99
*Indebite facta à Principe non vitiat processum ex post facto.* 2.17.350
*Tractatus concordiæ solus fatalium cursum non remoratur, sed compromissum.* 2.7.327
*De contractu futuro non inducit obligationem.ibid. num.8*
*Tractus futuri temporis non spectat ad iudicem.* 2. 11. 145
*Transactio alium & nouum titulum non tribuit, sed veterem continuat.* 2.14.93
*Cur ne Imperatoris quidem rescripto resuscitari possit.* 1.7.222
*Transactio est litis finitæ exceptio.* 1.144.106
*Transactiones generales ad alia non extenduntur.* 1. 137.104. *Metu factæ ita demũ nõ valent si extrinsecus adhibita vis aperte probetur, non autem ex coniecturis.* 1.202.144
*Paternæ super feudo factæ filijs non præiudicant.* 2. 153.173
*Transsumpta in præiudicium contradicentis probant.* 2.88.238
*Tres familiæ quoq; nomine continentur, quod congregatione intelligitur.* 1.4.48
*Turba plures quam tres homines continet.* 1.5.49
*Turbatio nuda quando fiat.* 1.30.336
*Nuda quomodo à pignoratione differat.* 1.36.368
*Turbatio qualiscunq; & quocunq; modo facta in interdicto vti possidetis, sufficit.* 2.n.2.& 20.p.130
*Tutor consentire iudicis actorẽ constituere potest.* 1 12.69
*Causa in pupillari ante litem contestatam, procuratorem facere non potest.* ibid.n.11
*Datus à Iudice sub quo est pupillus, habet etiam administrationem in rebus extra territorium suum sitis, si scilicet nullus sit contradictor.* 1.17.460
*Tutorum vel curatorum de datione, quoad personas immediate imperio subiectas.* 2.3
*Suppl. pro confirmatione tutelæ.* 2. part. 3.4 6
*Suppl.* vmb ex officio gnädige Zuordnung Vormundschafft Rechnung abzuhören. 2.6
*Supp. pro mandato sine clausula* auff die Constitution *de tutela & cura part. ord 2.tit 23.2.7*
*Suppl. pro mandato pœnali inhibitorio & de restituendo, nec non citatione ad docendum paruisse, & videndum se à cura exonerari, nominando alium curatorem, & audiendum rationes.* 2.9
*Suppl pro mandato pœnali sine clausula, de exhibẽdo pupillo, cum annexa citatione ad docendum se paruisse, vel videndum se declarari incidisse in pœnas mandato insertas.* 2.10
*Exceptiones sub & obreptionis, &c. mandati sine clausula.* 2.11
*Suppl. pro citatione super nullitate tutelæ.* 2.11
*Mandatum constitutionis pro impetranda confirmatione, renunciatione & ad iurandum.* 2.4
Gnugsamer Gewalt *ad præstandum iuramentum tutoris & curatoris.* 2.5
*Copia citationis ad videndum cassari iuratoriũ male impetratum.* 2.10.Vota.2.2.9

## V.

*VASALLI pro domino testes esse possunt, si sint bonæ famæ & veritatem deponant, maxime si cum dictis aliorum conueniant.* 2.28.241
*Vasallum volentem heredẽ esse primi acquisitoris, succedere oportet mediate vel immediate.* 2.54.163
*Vasallus in feudali causa alterius Iudicis iurisdictionem, in præiudicium domini directi prorogare non potest.* 2.18.246
*Adeo vt si conuentus non opponat declinatoriam, dominus petere possit remissionem, & sic limitatur l. vbi cœptum iudicium.* ibid.n.19.f.247
*In manus domini feudo renunciare potest.* 2. 35. 162
*Intra annum & diem, si paganus sit, inuestituræ renouationem petere debet, alias amittit feudum.* 2.4.165
*Vasallus si ignorans rem feudalem & liberam vendiderit, feudum probata ignorantia per iuramentum, non committit.* 2.16.169
*Vasallus vt feudo priuetur, de culpa in iudicio contradictorio conuinci debet.* 2.10.166
*Vbi incipit pœna corporis,* Leibstraff *ibi definit iurisdictio Cameræ.* 2.73.359
*Vbi prædium situm, ibi onus quis sustineat.* 2.35.55
*Quis domicilium habet, ibi tantum collationem inferat.* 2 46.59
*Vbi quis domicilium habere dicitur, ibi lares & rerum suarum summam constituit.* 2.15.67
*Vbi de pace fracta agitur, mandatum fit de relaxando cum clausula, quandoq; etiam sine clausula fit mandatum de relaxando, addita citatione super fracta pace.* 1 n.5.& 6 p.316
*Vbi eadem est ratio, ibi idem ius quoque esse debet.* 1.40. 369
*Iudicium ceptum, ibi & finiri debet.* 1.2.52
*Lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.* 1. 11.313
*Vbi nulla est diœcesis, ibi nulla amplius iurisdictio spiritualis.* 1 7.187
*Vbi vis publica & armata narratur, ibi doctores coadunationem faciunt.* 1.7.49
*Vectigalia regalibus annumerantur.* 1.num. 24.& 30. pag.73.& 96.
*Venandi ius qui habet,* deß Hagens *quoque ius habet.* 2 9.141
*Venditio bonorum particularium ab hominibus priuatis facta, non præiudicat communitati in iure pascendi.* 2.19 335

Vendi-

*Venditio facta in affinem & coniunctam personã, non extrancam, dolo & fraudu particeps est.* 2.40.156
*Venditionis sibi existens author in causa & re propria, remotus præsertim propinquus, absque dolo non est.* 2.43.156
*Veniens ex ratione interpretata simili vel maiori, venit ex tacito intellectu.* 2.149.122
*Verba Christi, reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* 1.40.132
*Verba de dominio superioris intelliguntur secundum qualitatem personæ loquentis.* 1.49.75
*Etiam propria extendi possunt.* 2.67.116. Exempt oder nicht Exempt/*quomodo intelligenda.* 2.113.83
Gerichtszwang vnd Band/*simpliciter prolata, non omnem iurisdictionem important.* 2.45.223
*Verba* mit den Gerichten/*de omnimoda iurisdictione interpretanti ut ibid. n.46. illa,* Ein zugehör/*secundum subiectam materiam & qualitatem iudicij accipienda sunt.* 1.19.229. *Illa in tenore investituræ:* Für sich vnd alle seine Erben/*non sic accipienda, quasi omnes descendentes & agnatos heredes hereditatis esse necesse sit.* 2.55.163
*Verba in instrumento venditionis posita,* mit Vogteyẽ/ Gebieten/ Verbieten/ Gerichten/ Hauptrechten/ *quam iurisdictionem comprehendant.* 2.22.220
*Verba,* Nach Gelegenheit der Sachen/*quid importent.* 1.139.105
*Verba per se clara, interpretatione non indigent.* 2.145.122
*Verba posita in rescripto Imp. debent esse conformia iuri & æquitati, licet verba ista non patiantur.* 2.71.227
*Verba posteriorius investituræ intelligenda sunt secundum naturã præcedentis contractus.* 2.3.127 *Potiori in significatione sunt accipienda.* 1.34.74. *Prolata à legum conditoribus, seu à iurisperitis intelligi debent secundum interpretationem legalem; secus si ab idiota.* 1.3.220. *leno iure pertinere, spectare, restituere, &c. ex sui natura ostendunt, verumq; iudicium hic esse institutum.* 1.19.471
*Verba secundum subiectam materiam accipienda.* 2.103.81 *Sententiæ secundum se & secundum quod ipsa per se important, intelligi debent, & non per relationem ad libellum extendi.* 9.293
*Verba statuti recipiunt interpretationem ex communi vsu loquendi, non attento proprio significatu verborum.* 1.9.220
*Verba transactionis non debent trahi ad iniustum.* 1.171.122
*Verba* vnd sonderlich/ *in priuilegijs habent vim clausulæ derogatiuæ.* 2.11.215
Vnser Dorff mit aller Zugehör/*comprehendunt sub se merum & mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionem.* 2.24.40. Von Kirchen Gebräuchen/ Ordnungen/ Ceremoniẽ/ so sie auffgericht/ *de quibus intelligenda.* 1.19.229
*Verborum,* Richter/ Erbherr/*quæ emphasis.* 1.40.74. Alsdann/*declaratio quæ.* 2.16.553
*Verbum,* Berechtigen/ *omnem cognitionem continet, eamq; inferiori magistratui & non Cameræ tribuit.* 2.4.352. *Concedimus, aut indulgemus, in qua significatione accipiendum.* 1.89.87
*Verbum, Dominium, semper de pleno iure in dubio est intelligendum.* 1.35.74. *Dominy variis modis accipitur.* 1.79.83
*Verbum,* Erb/*dominium perpetuum significat.* 1.41.74 Erbherrn/*quomodo vsurpetur.* 1.112.95. Gratiæ, *quo modo intelligendum.* 1.88.87. Huçusque, *quodnam tempus hic includat.* 1.10.188. *In contractibus positum non debet esse otiosum.* 2.23.135
*Verbum, meum, de pleno iure accipiendum est.* 1.36.74
Mögen/ *tam ad sequentia quam præcedentia refertur.* 2.16.353
*Verbum, oportet, necessitatem denotat.* 1.11.207
*Verbum, possessionis, in religionis constitutione positum intelligendum est de vera reali & corporali insistẽtia rei, etiam sine nuda detentione.* 1.5.220. *Pertinere, non solum ad petitorium, verum etiam ad possessorium referri potest.* 1.1.42. *Pertinere, tribus modis intelligi potest, & quibus. ibid. n.2. Religio, est generale, & includit omne id, quod contra conscientiam fit.* 1.4.187. *Restituere, qui accipiendum.* 1.102.92. *Item n.184. p.514.* Sollen/*est imperativum, & intelligitur de mandato.* 1.196.135. Ständt/*intelligit eos, qui in suis territorijs merum mixtumq; imperium habent.* 1.18.239. Unterthanen *significat, si quis iuramento subiectionis obstringitur.* 1.117.95
*Verbũ,* Weinschenck/*quid significet.* 1.209.151. Wolten/ *meram & liberam facultatem importat.* 1.10.207. Verbott auff Gütter zuthun/ *nihil aliud est, quã arrestare bona propter debita.* 1.174.127. Verbott vnnd Gebott/*est quoddam certum ius iurisdictionis.* 1.41.291
*Veritas quo magis oppugnatur, eo clarior in lucem progredi solet.* 1.3.469. *Ordinaria tantum quoad litigandum perpetua est, & semper durat.* 1.37.368
*Viam ferro aperire* u dicitur, *qui per contrarium sententiat.* 1.4.469
*Viam, quam quis sibi elegit, sequi debet.* 19.411
*ex Vico qui est, sortitur originem ex ciuitate, cui vicus subest.* 2.18.47
*Victori propria authoritate exequi non licet.* 2.12.294
*Victoria melius probanti debetur.* 1.186.130
*Violentia ex proposito in alieno territorio commissa, cum sit de genere prohibitorum & contra ius naturæ, dolum manifestum coarguit.* 14.34
*Violentia per se solum dolum continet.* 1.28.38
*Violentia probata, probatur æstimatio rerum ablatarum iuramento.* 1.10.45
*Violatio pacis publicæ non probatur ex vi publica.* 1.10.29
*Vis Clausulæ, Salvo iure impertinentium.* 1.6.441
*Vis etiam committitur in occupanda possessione alterius.* 1.6.40
*Vis horum verborum,* Ein scharpff Pœnal Mandat/ *quæ.* 1.6.113. *Fractæ pacis publicæ quando narrari debeat.* 1.1.50
*Visitatio facta Actore absente & non citato, tertio nocere non debet, cum nec iudex hoc facere possit.* 2.47.148

# INDEX.


*Vitium rei mala fide & vi possessum, longissimi temporis curju purgatur.* 2.39.236

*Vltimo die fatalium iudicis officium desinit, & parti aduersæ ius quæritur.* 2.4.327

*Parte fundi possessa, totus fundus dicitur possessus.* 1.145.504

*Vna re apprehensa, cæteræ non censentur apprehensæ.* 1.40.462

Vngeldt *inter regalia non refertur, multo minus protectio illa,* Schutz vnd Schirm vber den Hoff vñ M. Amptleut *inter regalia censeri potest.* 1.123.99

*Vnicuique in sua arte credendum.* 2.43.148

*Vnicuiq; suffragandum est, vt id quod suum est consequatur.* 1.106.493

*Vnicuiq; res propria in controuersia pro pignore contra ius ablata, quamprimum restitui debet.* 1.4.363

*Vniuersi corpus ciuitatis, quoad corpus & status imperij, constituunt.* 1.45.174

*Vniuersitas alia magistratus non habet certos, quos ad placitum deponere potest; quædam vero magistratus perpetuos habet.* 1.9.69

*Vniuersitas pupillis æquiparatur.* 1.14.70

*Vnius filius potest esse alteri subiectus,* 1.97.89

*Vnumquodq; suum determinatũ habet locum.* 1.4.284

*Vnum idemq; factum diuerso iure cẽseri debet.* 1.18.261

*Vnus dominus iurisdictionem in parte alterius domini territorij an habeat.* 2.74.76

*Vnusquisq; collectari debet ibi loci, vbi domicilium habet.* 2.4.43

*Vnusquisq; sui facti rationem reddere tenetur.* 2.2.242

*Vocabuli,* Heymsucht/ *explicatio quæ.* 1.175.124

*Vocabulum, Ciuitatis, largius sumitur.* 1.155

*Vocabulũ, Gratiæ, merã liberalitatem denotat,* 1.69.82

*Vocabulum,* Landfriedbuch/ *dolum importat.* 1.14.37

*Vocabulum,* Obrigkeit/ *in qua significatione accipiendum.* 2.n.135. & 153.p.87. & 89

*Vocabulum, restituere, est ambiguum.* 1.18.471

*Vocabulum subditi in iure varie accipitur.* 2. nu. 22. & 102.p.85. & 81

*Vocabulum,* Weit Biet/ *quomodo interpretandum.* 1.156.112

*Vrbs E. est patrimonium S. Martini, Episcopi vero eius dispensatores.* 1.47.75

*Vsufructuario mortuo, vsusfructus ipso iure cum proprietate consolidatur.* 1.8.464

*Vsufructuari' fructus suos facit nulla cautionẽ præstita de vtẽdo arbitrio boni viri, aut restituendo.* 2.31.297

*Vjus communis loqueudi attendi debet, & præualet etiam propriæ significationi, ac dat significationem rei.* 1.8.220. *Ceu consuetudo est optima legum interpres.* 1.22.240

*Vsus fructus peti debet ab herede, si is sit in possessione.* 1.9.10. & 11.p.464. & 465

*Vsus in corporalibus pro possessione habetur.* 2.9.53

*Vsus pascui communis mutari ab vna parte, altera inuita, non potest.* 2.51.342

*Vtile interdictum pro iure colligendi succurrit.* 2.5.53

*Vtilitas publica iuuanda est interpretatione.* 1.10.220

*Vtilitatu publicæ fauore, lex pœnalis & odiosa, quæ alias restringi debet, extenditur, ac si esset mere fauorabilis, etiam extra propriam significationem.* 1.11.220

*Vt quis aliquid scire dicatur, quæ requirantur.* 1.148.109


## W.


WEr ein Erbherr eines Landts ist / der ist auch dessen Oberherr. 125.73

# VOTORVM ET DVBIORVM VNA CVM EORVM DECISIONIBVS, RELATIONIBVS, RESOLVTIONIBVS AC CONSVLTATIONIBVS, QVÆ AD PRIORES SVPPLICATIONVM TITVLOS IN PRIMA ET SECVNDA PARTE positos, ob breue temporis spatium commode accommodari nequiuerant,

## *PARS TERTIA.*

### VOTVM I.

*In causa Henrich* K. *contra* Aptissin vnd Conuent zu S.A. Closter in C.

*De executione testamenti.*

SVMMARIA.

1 *Legatarij contra heredes agere possunt tribus actionibus potißimum, scilicet rei vindicatione, hypothecaria, & personali actione ex testamento.*
2 *Executor testamenti officio iudicis compellitur ad exsequendum.*
3 *Executor testamenti officium suum rite administrare, & voluntatem defuncti fideliter adimplere & exsequi debet.*
4 *Executor testamenti non potest compelli ad acceptandam executionem, sed semel acceptatam non potest postea deponere.*
5 *Executor testamenti tenetur non solum de dolo, sed etiam de culpa leuißima.*
6 *Executor testamenti condemnatur, si dolo & culpa sua factum sit, ne legata sint exsoluta.*
7 Possidere & dolo desiisse possidere *paria sunt.*
8 *Executor nudus & merus regulariter à legatarijs non conuenitur, sed in eorum optione est, vtrum executorem, an omnes heredes pro rata conuenire velint.*
9 *Executionis officium præscriptione annali exspirat, & executor quis esse desinit.*
10 *Episcopus succedit post lapsum anni cuilibet exsecutori voluntarie desumpto non adimplenti, nisi testator expresse longius tempus præscripserit.*
11 *Exsecutoris officium etiam morte aliorum exsecutorum à testatore coniunctorum exspirat.*
12 *Exsecutionis officium de iure non transit ad heredes.*
13 *Obligatio inter heredes actiue & passiue diuiditur, & quatenus quis adijt hereditatem, eatenus obligatur.*
14 *Testator, si scriptis pluribus heredibus institutis legauit rem, quæ vnius heredis esset, is, cuius res est, non amplius, quam suam partem præstabit: cæteri in reliquis partibus tenebuntur.*
15 *Exsecutoris potestas à testamento pendet.*
16 *Voluntas suprema lex est.*
17 *Hypothecaria, quæ competit legatarijs, pro re legata non habet locum in rebus hereditatis, sed hereditarijs: nisi heres admonitus post sex menses non soluat. Quo casu amißio fieri potest, & pignus prætorium constitui.*
18 *Actio de dolo temporalis est, & post biennium exspirat, siue absit, siue adsit deceptus.*
19 *A dolo quælibet causa etiam fatua excusat.*
20 *Iudex ex offitio propter ineptitudinem libelli, partibus etiam non præsentibus, potest super nullitatibus pronunciare.*
21 *Sententia quæ.*

CIRCA processum nihil desidero: Videndum igitur *de actione.* Noti iuris est legatarijs † contra hæredes tribus actionibus prospectum esse, videlicet rei vendicatione, Hypothecaria, & Personali actione ex testamen-

to.§. *noſtra autem. Inſt. de leg. l. 1. §. 1. communia de leg.* Sed in præſenti actrices non videntur egiſſe contra reum tanquam hæredem Eliſabethæ, ſed tanquam executorem teſtamenti eiuſdem, vt ex libello in proceſſu colligere eſt. Vnde videntur officium iudicis pro executione imploraſſe. Exe-
2 cutor enim teſtamenti † officio iudicis compellitur ad exequendum. *l. fin. §. fin. vbi Bart. ff. Quan. dies leg. ced.* Dici poteſt actum condictione *ex l. nulli. C. de epiſc. & cler.* vel actione in factum, prout de genere actionum late diſputat *Spec. tit. de edit. Inſtr. §. non vero aliqua.* Sed vtra harum inſtituta ſit, parum quoad hunc noſtrum caſum referre puto. Concludo imploratum officiũ iudicis vel actum condictione *ex d. l. nulli.*

Illud in primis probatum eſt, quod appellans vna cum duobus alijs in teſtamento executor datus ſit, quoque delatum officium acceptauerit, & pro executore ſe geſſerit. Igitur ſuſceptum offi-
3 cium † rite adminiſtrare & voluntatem defunctæ ſororis fideliter adimplere & exequi debet, *d. l. nulli. auth. de eccleſiis. c. ſi quis autem. §. fin. vbi Franc.*
4 *de teſt. in 6.* Nam vt executor † initio non poteſt compelli officium acceptare, *l. ſi quis ſepulchrum. §. funus. de relig. & ſumpt. fun. c. Ioannes vbi Pan. de teſt. Bar. in l. 1. de leg. 2. Spec. in d. §. nunc vero aliqua.* Ita ſemel acceptatum non poteſt poſtea deponere. *d. §. funus.* Si igitur appellans non rite adminiſtrauit, merito propter negligentiam à legatarijs conue-
5 niri potuit. Cum executor non ſolum † de dolo, ſed etiam de culpa leuiſſima teneatur propter tacitam ſuſcipientis induſtriæ aſſertionem, propter quam eligitur *l. à procuratore. C. mandati. Card. in clem. 1. de teſt. Pariſ. conſil. 26. vol. 4.* At in præſenti caſu appellans non ſolum in culpa eſſe videtur, ſed etiã in dolo, quia vt hæres & executor ſciuit, ſibi & ſuis coheredibus legata talia relicta fuiſſe.
6 Vnde cum dolo & culpa † ſua factum ſit, ne legata ſint exhibita, condemnandus omnino erit actricibus, etſi res legata amplius non extet. *Spec. in*
7 *d. §. nunc vero.* Paria enim ſunt poſſidere † & dolo poſſidere deſiiſſe, nec vlli patrocinari debet dolus *l. ex dolo. de dolo.* Et hæc potiſſimum obtinent in executore herede, vt in præſenti. Tali enim
8 caſu cum non cenſeatur † nudus & merus executor, qui regulariter à legatarijs conueniri non poteſt *gl. in d. l. firmo. §. 1 ff. quando dies leg. ced. Bar. in l. alio herede. in fin. ff. de aliment. leg.* Tali enim caſu in optione legatariorum eſt, velintne omnes heredes pro rata conuenire, an vero hunc executorem eundemque heredem in ſolidum. *l. ſi à pluribus. in pr. de leg. 1. Bart. d. l. firmo. §. 1.* Quod autem legata relicta ſint duabus virginibus regularum S. A. hoc reus non diffitetur, & alias per teſtamenti clauſulam ſatis probatum eſt. Concludo itaque intentionem ſatis eſſe probatam.

Tribus potiſſimum modis ſeu exceptionibus nititur appellans. 1. Quod ſolus executor non fuerit, ſed alios executores habuerit. 2. Quod vt heres d. C. non poſſit aut debeat in ſolidum conueniri pro omnibus legatis, ſed tantum pro ſua portione. 3. Quod teſtatrix expreſſe voluerit ab heredibus legata ſolui, non vero ab executoribus.

Quod ad primam, ſi præſupponamus appellantem, conuentum & executorem (ſicuti meo iudicio conuentus eſt) ſequitur inepte actrices contra eum actionem inſtituiſſe; ita enim poſt annum elapſum conuenire non potuit, eo quod præſcriptione annali officium † 9
executoris expiret, & ſic executor eſſe deſierit. *ea. non quidem. d. c. tua. dict. cap. Ioannes. de teſt. dict. leg. nulli. vbi Bald. Rom. conſ. 228.* Poſt lapſum anni executoris officium deuoluitur ad epiſcopum, qui 10
ſuccedit † cuilibet executori voluntatem defuncti non adimplenti. *auth. licet. Cod. de epiſc. & cler.* Niſi teſtator expreſſe longius tempus præſcripſerit. *Franc. in c. fin. de teſt. in 6.* Alia quoque ratione 11
† extinctum eſt eius officium, ſcilicet morte aliorum executorum, idque ſine dubitatione procedit, ſi teſtator in ſpecie per plures coniunctim adminiſtrationem ſeu exſecutionem fieri voluit, *d. c. fin. vbi gl. Bal. in l. cum magiſtratus. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. facit l. non diſtinguemus. §. ſi plures. de Arbitr. c. vnic. de offic. deleg.* Nunc conſtat his executoribus coniunctim, executionem ſaltem duobus ex eis & non ſingulis demandatam fuiſſe. Igitur demortuis alijs duobus executoribus ſuperſtes appellans ex mente & voluntate defunctæ teſtatricis ſuo officio eſt priuatus. Facit, quod 12
alias etiam de iure † officium executoris non tranſeat ad hæredes. *gl. in d. c. fin. §. 1. de teſt. in 6. Bal. in l. id quod pauperibus. C. de epiſc. & cler. Bar. in l. filio. de alim. leg. gl. in l. antepen. de tutor. Pan. in d. c. Ioannes. Rom. conſil. 69.*

Ex quibus concludo, appellantem vt executorem actrices non potuerint, nec etiamnum poſſint conuenire.

Altera exceptio eſt, an & heres conueniri potuerit? Cæterum ita conuentus actione ex teſtamento non poteſt in ſolidum condemnari, cum obligatio † actiue & paſſiue inter heredes diui- 13
datur, & quatenus quis adijt hereditatem, catenus obligatur. *l. legatorum petitio. de leg. 2. l. 2. C. de hær. act.* Idque adeo verum eſt, vt ſi teſtator † ſcri- 14
ptis pluribus heredibus legauit rem, quæ vnius heredis eſſet, is, cuius res eſt, non amplius quam ſuam partem præſtabit, cæteri in reliquis partibus tenebuntur. *l. ſi tibi. § fundus. de leg. 1. l. vnum ex familia. §. ſi rem. de leg. 1.* Aut igitur conuentus eſt vt executor, & inepte actum eſt, aut vt hæres, & in ſolidum condemnari non poteſt, morte & præſcriptione officio executoris finito. Tertia exceptio maxime releuans eſt. Nam vt demus appellantem etiamnum executorem eſſe, tamen non poteſt legatorum prætenſorum nomine, hac ratione. Quod omnis executorum poteſtas pendet ex teſtamento, vnde quærentibus de poteſtate † executoris, inſpiciendus ante omnia tenor 15
teſtamenti. An, qualiter, cui, quibus. *l. non diſtin-*

*gue-*

guemus. de arb. Bald. in l. id quod paupertatis, Cod. de epiſc. & cler. Æque in teſtamento E. hæredis & eorum conſcientiæ pro ſolutione legatorum omnium obligantur per verba, zu Ablegung aller Beſchwernuß. Executores vero in ſpecie non grauantur, cum ijs nudum tantum miniſterium exequendi mandetur. Cum igitur ſuprema voluntas
16 † lex ſit. § *diſponunt. auth. de nupt.* pro lege quoque quicquid à teſtatore diſpoſitum eſt, ſeruari oportet, & ab hæredibus legata petenda. Imo quod ad prætenſa legata attinet, expreſſe videtur teſtatrix ſororem ſuam Ch. ad ſolutionem horum legatorum obligaſſe.

Quare concludo inepte actum, aut ſi bene actum ſit, actionem eſſe eliſam.

Quod attinet ad arreſtationem domus, breuiter cõcludo, nulliter factam arreſtationem, eam-
17 que relaxandam. Nam Hypothecaria, † quę competit legatarijs pro re legata, non habet locum in bonis heredis, ſed hæreditarijs. *l. 1. vbi gloſſ. in verb. perſonalem. C. communia de legat. gloſſ. in d. § noſtra. Inſtitution. de legat.* Niſi heres admonitus poſt ſex menſes non ſoluat. Quo caſu miſſio fieri poteſt, & pignus prætorium conſtitui. *gl. in d. l. 1. verb. ſuis hæredibus. Ang. in d. § noſtra. per l. certa. C. vt in poſſ. legat. nomin.*

Domum autem arreſtatam, patrimonium heredis eſſe literæ ſcabinorum oſtendunt. Nec obſtat *d. l. ſi à pluribus.* tum propter præſcriptionem annalem, tum etiam quod illa in alijs terminis loquatur, nempe quando teſtator pluribus hæredibus inſtitutis, vnum eorum etiam executorem conſtituat, eique executionem litigioſæ rei in ſpecie iniungit. Quo caſu in optione legatariorum eſt, velintne à ſingulis hæredibus, an ab vno herede eodemque executore legatum petere. Cæterum hic heredes in genere legatis grauati ſunt. Non obſtat etiam quod in dolo ſit propter conſcientiam rei legatæ & retardatam ſolutionem; quia de dolo actum non eſt, & ſi actum eſſet, non tamen poſſet condemnatio fieri, cum
18 temporalis ſit † & poſt biennium expiret, ſiue abſit ſiue adſit deceptus. *l. fin. C. de dol.* Sed loco eius competeret actio in factum in id, quatenus locupletior factus eſt dololus vel heres eius, quia perpetuo competit. *l. ſi accepto. § fin. de dolo.* Immo propter malam adminiſtrationem etiamnum non poſſet conueniri. *Panorm. conſil. 26. volum. 4.* A dolo poteſt excuſari, eo quod ſpeciatim executio huius annui legati 20 fl. Ch. demandata ſit,
19 & alias quælibet cauſa † etiam fatua excuſat à dolo.

Concludo itaque vt ſupra, Actionem eliſam.

Quamuis autem iudex ex officio propter in-
20 eptitudinem libelli † partibus etiam non præſentibus poſſit ſuper nullitatibus pronunciare. *l. 1. C. vt quæ deſunt aduoc. vbi Dd. Rom. conſil. 69.* tamen propter confeſſionem & oblationem appellantis ſuper iniquitatem pronunciandum exiſtimo, & ſententiam reformandam: An vero expreſſis verbis Arreſtum domus ſit relaxandum, dubito, puto tamen id fieri poſſe, vt ſententia certa ſit. Expenſas compenſo, quod actores iam appellati duas ſententias conformes pro ſe habent. Omnes mecum concluſerunt excepto vno.

*Sententia* † Jn Sachen Heinrich K. Appellanten eins: wider Ebtiſſin vnnd Conuent S. A. in C. Appellaten anders Theils/iſt allem fürbringen nach zu Recht erkeñt/daß die Vrtheil beyder voriger Jnſtantzen zu reformieren ſeyn/ nemblich der Geſtalt/ daß gedachten Appellant ſeinẽ erbieten nach/ſeinen gebürenden Antheil deß geforderten legati der 20. fl. Jährlicher Leibs Renden vermögen Jnhalts in actis verbrachten Teſtament/ jhnen den Appellaten entrichten vnd bezahlen ſolle/ darzu auch der hinder auff ſein deß Appellanten Hauß/ wie in actis angezogen/durch Richtern erſtẽ Jnſtantz/beſchehen Arreſt vff zuheben vñ zu caſſiren/die Gerichtskoſten allenthalben auffgelauffen/ auß bewegenden Vrſachen gegen einander vergleichen/ Doch ſein gedachten Appellaten als Klägern jhre gebürende Forderung vnnd Gerechtigkeit zu den vbrigen Theilen obberührtes Legats in andere gebührende Weg fürzubringen vnbenommen/ ſondern hiemit vorbehalten. 21

## VOTVM II.

## In cauſa Dorotheæ L. contra Matthes M. vnd Conſorten.

*De conſuetudine deferente ſucceſſionem ſuperſtiti coniugi, & de iure Ciuitatis Auguſtanæ.*

### SVMMARIA.

1 *Actio hæreditatis directa etiam de hereditatis parte minima datur.*

2 *Soror in caſu non exiſtentium liberorum tanquam proximior heres, fratri ſuccedit.*

3 *Regula*, potior in gradu, potior in ſucceſſione: *locum habet in linea tranſuerſali.*

4 *Conſuetudo Auguſtana, qua prædefuncti coniugis hereditas in caſu non exiſtentium liberorum, aut pactis in contrarium compoſitis, ab inteſtato ſuperſtiti defertur, excluſis fratribus, ſororib. alijsq; proximioribus heredibus, an valeat.*

5 *Coniuges de iure communi tunc demum ad ſucceſſionem vocantur, quoties deficit omnis parentum & liberorum, fratrum & propinquorum legitima ſucceßio.*

6 *Conſuetudo etiam ea valet, quæ iuri communi derogat.*

7 *Conſuetudo, vt vxor teneatur pro marito, filius pro patre, valeat.*

8 *Conſuetudo eſt ius, & appellatione conſuetudinis venit ius*

Consuetudo in iudiciis est seruanda.

9 Iudex contra consuetudinem iudicans litem facit suam, non aliter, ac si contra ius commune pronunciaret.

10 Statutum vel consuetudo alicuius loci pro iure communi habetur in eodem loco.

11 Iudex contra consuetudinem pronuncians tenetur de syndicatu, si tamen consuetudo iuri naturali non repugnet.

12 Coniugium inter se indiuiduum est animorum coniunctio & arctissima societas.

13 Onera matrimonij ex æquo coniuges sustinere debent.

14 Consuetudo, qua vxor in casu existentium liberorum in omnibus bonis, exclusis liberis succedit, valet.

15 Statutum & consuetudo paribus passibus ambulant.

16 Consuetudo aut statutum vt valeat, sufficit, quod statuentes putauerint esse bonum.

17 Consuetudo est probanda, quando altera pars intentionem suam in illa fundat.

18 Consuetudo quo pacto probari debeat, & eius probationis requisita.

19 Consuetudo etiam sine iudicio & per actus extraiudiciales induci potest.

20 Legem nemo imponere potest, nisi suo subdito.

21 Originis iuri, nec propria auctoritate, nec voluntate, multo minus tacite per lapsum temporis renuntiari potest.

22 Domicilium, quod ab origine paterna descendit, naturale dicitur, & immutabile est.

23 Domicilium nouũ & ex accidenti veniens, non mutat causam originis, aut ciuitatem originariam tollit, nec eximit ciuem à iurisdictione ciuitatis originariæ.

24 Incolatui potest quis propria voluntate renuntiare, transferendo se & sua bona in alium locum.

25 Verba, Bürgerrechtens gefreyet / de quocunq; ciuitatis iure intelligenda veniunt.

26 Verba ambigua secundum mentem contrahentium accipienda sunt.

27 Verba, Bürgerrechtens gefreyet / ad immunitatẽ tantum pertinent, non ad omnimodam ciuitatis relaxationem & liberationem.

28 Voluntas contrahentium magis quam verborum conceptio inspicienda.

29 Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.

30 Verba, Bürgerrechtens gefreyet / intelligi debent secundum intentionem proferentium.

31 Verba menti, & non econtra, mens verbis inseruire debet.

32 Interpretatio in contractibus illa facienda, quam contrahentes interrogati verisimiliter fecissent.

33 Statutum loquens de ciuibus, habet etiam locum in ciuibus exemptis & non subeuntibus munera.

34 Ciues priuilegiati, licet originarij non sint ipsis tamen per omnia æquiparantur.

35 Verba generalia plures intellectus recipientia ad magis consonum restringuntur, nec debent inferri ad illud, quod est contra mentem & voluntatem contrahentiũ.

36 Clausula generalis refertur tantum ad specificata, nec ad id, quod non est verisimile.

37 Verba obscura, vel intellectum duplicem habentia declarantur ex adiunctis.

38 Verba cum sint clara, non opus habent alia interpretatione.

39 In verbis claris non cadit interpretatio sermonis, nec coniectura voluntatis.

40 Auctoritas statuentium naturalis rei veritatem mutare non potest.

41 Forma statuto præscripta non obseruata actus ipso iure redditur nullus.

42 In actu quãdo aliquid est de forma, semper illa præcedere debet actum non subsequi.

43 Incola dicitur is, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit.

44 Domicilium facit incolas.

45 Domicilium quis habere dicit in eo loco, vbi larem, rerumque ac fortunarum suarum summam constituit, vnde rursus non sit discessurus, si nihil auocet.

46 Animus probatur ex coniecturis & actibus exterioribus.

47 Domicilium triplex, naturale, accidentale & commune.

48 Communis patria omnium Germanorum dicitur Imperium.

49 Forenses & peregrini ipso iure immunes sunt.

50 Incola aut intra annum ius ciuium accipere, & onera ciuium sustinere, aut statim post annum discedere debet.

51 Domicilium re & facto transfertur, non nuda contestatione.

52 Protestatio facto contraria nullum producit effectum.

53 Possessionis causa sola non inducit domicilium.

54 Incolatus de iure communi per decennium acquiritur: secus quando quis animo manendi re, ipsoq; facto declarat. Tunc enim incontinenti incolatum siue domicilium acquirit.

55 Incola subiectus est legibus & consuetudinibus loci, vbi incola est.

56 Paria sunt, forum sortiri & statutis ligari.

57 Incolæ ciuium nomine continentur.

58 Subditus quis dicitur proprie ratione domicilij.

59 Nuptiæ vim originis habent.

60 Origo viri reputatur quoq; origo vxoris.

61 Statuta, quæ ligant virum ratione originis vel domicilij, ligant quoque vxorem.

62 Mulier ratione matrimonij mutat domicilium etiam originarium.

63 Vidua amissi mariti domicilium & forum naturale retinet.

64 Hereditas semel adita desinit esse hereditas, & amittit

*mittit nomen hereditatis, & sit patrimoniũ proprium adeuntis.*

65 *Hereditatis petitio non competit heredi, qui semel acquisiuit possessionem rerum hereditariarum, & postea eam amisit.*

1 ACTVM puto † petitione hæreditatis directa, quæ non solum cõpetit, cum tota hereditas petitur, sed etiam pars eius, licet minima. *l. regulariter. l. sequenti. de petit. her.* Probatum tam confessione partium hinc inde, quam testibus, Actricem & appellantem sororem Andreæ L. de cuius hereditate principaliter controuertitur, germanam fuisse. Vnde de iure com-
2 muni dubium † non est, quin tanquam proximior heres d. Andreæ L. ab intestato in casu non existentium liberorum succedere debet. *Auth. cessante. C. de leg. her.* In linea enim transuersali lo-
3 cum habet regula, potior in gradu † potior in successione. *t. tit. Inst. de legit. agnat. succes.* Cum igitur rei eam gradu non præcedant, concludo actionem probatam.

Fundamentum defensionis reorum consistit in allegata quadam consuetudine Augustana,
4 qua introductũ est defuncti † coniugi hæreditas in casu non existentium liberorum, aut pactis in contrarium compositis ab intestato superstiti deferatur exclusis fratribus, sororibus &c. Primo itaque videndum; An talis consuetudo valeat, deinde, an probata. Tertio, an intentionem actricis elidant.

Quod primum, dico talem consuetudinem de
5 iure valere. Nam licet de iure communi † tum demum ad successionem vocentur coniuges, quoties deficit parentum, fratrum, omniumque agnatorum legitima successio. *l. 1. C. vnde vir & vxor.* tamen receptum est valere consuetudinem †
6 quæ iuri communi derogat. *l. 3. §. Diuus. de sepulch.*
7 *viol. l. fin. C. de testam.* Sic valet consuetudo † vt vxor teneatur pro marito, filius pro patre. *Ias. in d. §. actiones. Bar. in tract. repress. q. 1. Chassan. tit. des droicts. §. 1. in vers. fin. in cons. Burg. And. Geil. obs. 36. in pr. lib. 1.*
8 Ratio assignari potest. Quia consuetudo est † ius, & appellatione consuetudinis venit ius. *Ias. in l. de quibus. ff. de legibus. §. ex non scripto. Inst. de iure nat. gen. & ciu.* Quare in iudicijs seruari debet, adeo vt
9 iudex contra eam iudicando faciat † litem suam, non aliter ac si contra ius commune iudicasset. *Ias. in d. l. de quibus. per Auth. iubemus. C. de iud. vbi gl.*
10 *& Sal.* quia consuetudo † & statutum alicuius loci pro iure communi habetur illius loci. *Curt. Iun. cons. 39. p. 1. facit l. omnes populi. de iust. & iur. l. 2. Cod. test. quemadm. aper.* Et ideo si contra consuetudi-
11 nem † pronunciat iudex, tenetur de Syndicatu *Paris de Put. in tract. de Syndic.* Et hæc indubitate procedunt, si consuetudo iuri naturali non repugnat. *Dd. in d. l. de quibus. Bar. in d. l. omnes populi. Alex. consil. 32. vol. 7.* Sed allegatam consuetudinem non solum non repugnare iuri naturæ, verum etiam consentaneam quodammodo esse puto, idque cum propter diuiduam † animorum coniun- 12
ctionem & arctissimam societatem. *l. aduersus. C. de expilat. her. Nicol. Euerh. consil. 52. l. 1. rer. amot. l. 1. de ritu nupt.* tum propter onera matrimonij, quæx æquo † sustinent. *facit l. si cum dotem. §. si autem. ff.* 13
*solut. matrim. Chass. rubr. tit. 5. 6. consuetud. Burgund. Boër. ad consuet. Bitur. tit. des coustumes concernant. §. 4.* vbi dicunt talia statuta esse honesta præsertim in marito propter infinita onera matrimonij. vide A. Geil. *lib. 2. obseru. 124. num. 1. 2. 3.* Hinc etiam quod valeat † consuetudo, qua vxor in casu exi- 14
stentium liberorum exclusis liberis succedat in omnibus mobilibus, *Rot. decis. 1. de consuet. in nouis. Chass. in consuet. Burg. des infans. §. 4.* Si hoc receptum est in casu existentium liberorum, cur non in successione collateralium. Præterea notum est ad hoc, vt valeat consuetudo aut statutum (quæ parib. † passibus ambulant. *Bal. in l. C. de bon. quæ lib.* 15
*Euerh. cons. 136.*) sufficere, quod statuentes putauerint † esse bonum. Nam id pro ratione est, licet 16
contineat iniquitatem. *Bal. in l. omnium. de test. l. 1. §. initium. de postul. facit l. perspexit. qui & à qui. man. Tiraq. in tract. de vtroq; retr.* Concludo itaque consuetudinem Augustanam valere, & iure subsistere. Consuetudo, cum facti sit, probationem requirit, potissimum quando alterutra pars † intẽ- 17
tionem suam in illa fundatam habet. *l. 1. vbi gl. C. quæ sit long. consuet. Zas. consil. 5. vol. 1.* in qua consuetudinis † probatione, quatuor requiri notum est. 18
*Dec. cons. 483. vol. 4. & Alex. cons. 151. vol. 2. Gloss. in d. l. 1. Dec. consil. 215. volum. 2.* vbi docet, quo pacto consuetudo probari debet. In præsentia omnia ista requisita probata concludo, & per consequens allegatam consuetudinem, referendo me ad dicta testium. Non obstat oppositum, quod dicta consuetudo non sit contradictorio iudicio confirmata, quia ad introducendam consuetudinem non est necesse, vt contradictorio iudicio confirmetur. Nã sine iudicio † & per actus extraiudicia- 19
les etiam induci potest, vt est communis Dd. opinio. *Bar. in d. l. de quibus. & in l. diuturna. de legib. Panorm. in c. Abbate. de V. S. Pan. in c. fin de consuet.* Cæterum hoc casu maior actuum frequentia requiritur. Frequenter autem extraiudicialiter hanc consuetudinem cum multis ciuibus Augustanis obseruatam ex actis varijsque præiudicijs in specie constat, vt deponunt testes reorum ad 12. art. & eiusdem interrog. ad seq. art. Concludo itaque consuetudinem probatam. Supersest tertia quæstio, an dicta consuetudo intentionem actricis elidat? In quo puncto potissimum decisio præsentis causæ vertitur. Excipiendo enim siue replicando vbique actrix obijcit, consuetudinem esse localem, ideo obligare tantum inter ciues & subditos; non etiam extraneos & forenses. Nam nemo legem † imponere potest, nisi suo subdito. *l.* 20
*1. vbi Dd. de sum. trinit. l. fin. de iurisd. Bal. consil. 407. vol. 2.* Sed Andream L. & eius vxorem non fuisse Augustanos, mortis potissimum tempore, tum pro-

pter diuturnam ipsorum absentiam & domicilij translationem, tum etiam expressam renunciationem ciuitatis Senatui Augustano anno 30. de integro factam. Quare non obstare allegatam consuetudinem, Diuturnam absentiam nempe 10. vel 20. annorum satis superque probatam existimo, sed de iure magis incommodare, quam commodare actrici. Illud enim ex actis vbique notorium est, Andream L. ciuem Augustanum originarium fuisse tam ex propria, quam parentis persona, per text. *in l. ciues. Cod. de incol. libr. 10.*

21 Cuius originis tanta est potentia † & efficacia, vt & propria authoritate & voluntate nemo expresse, multo minus tacite per lapsum temporis renunciare possit, *l. origine. Cod. de municip. & origin. lib. 10. l. assumptio. vbi Bart. ad municip. Alexand. consil. 43. volum. 5. Soc. c. licet causam. de foro comp.* Do-

22 micilium enim † quod descendit ab origine prima, naturale dicitur. *d. l. assumptio. §. 1. Dec. consil. 284. Socin. consil. 35. volum. 1. Idem latissime in c. fin. de foro compet.*

Igitur immutabile est. *l. iura sanguinis. de R. I. l. ius sanguinis. de pact. Dd. ibidem.* Domicilium igi-

23 tur nouum † & aliud ex accidenti veniens (vt in nostro casu allegatur) non mutat causam originis, aut ciuitatem tollit originariam. *l senatores. de senat. Anch. consil. 37.* nec eximi ciuem à iurisdictione ciuitatis originariæ *l. 1. de Decurion. l. & qui originem. de Munerib. & honoribus. Roman. consil. 39.* adeo quidem vt locus originis & non domicilij vel mortis inspiciatur. *Alber. in dict. leg. 1. Roman. d.*

24 *consil. 39.* Diuersum est in incolarum † domicilio, cui quilibet sua propria voluntate renunciare potest, nempe transferendo se & sua bona in alium locum. *l. incola. 2. l. domicilium. l nihil. ad Municip. Alex. consil. 34. vol. 5.* An vero consuetudine, statuto, ordinatione contrarium induci possit, infra suo loco dicam.

Concludo d. Andream L. de iure ciuitatem propter diuturnam absentiam & domicilij translationem non amisisse & amittere, vel amittere non posse.

Secunda Actricis exceptio siue replicatio plus habet difficultatis, scilicet d. Andream L. mortis tempore ciuem non fuisse. Neque obstare, quod anno 28. iuxta documentum senatus Augustani de integro in numerum ciuium receptus & asscriptus sit, cum huic renouationi anno 30. in Comitijs Augustanis iterum fuerit renunciatum, vti Actrix in 16. Articulo Grauaminum vsque ad 20. ponit, & articulat, quos veros dicunt 1. 2. 3. testis. Constat quidem nostrum Andream anno 30. in Comitijs Augustanis ad instantiam Cardinalis Salisburgensis immunitatem ab oneribus ciuilibus accepisse. An vero per hoc iuris ciuitatis & omnimodā relaxationem consecutus sit, ita quod ex ciue extraneus & forensis factus, addubitari potest.

25 Dubitationem faciunt verba † articulata, Bürgerrechtens gefreyet / Quæ verba cum generalia sint, generaliter quoque de quocunque ciuitatis iure intelligenda veniunt. *l. quicunq; §. l. de in ius voc. l. 2. §. homines. vi bon. rapt.*

Meo tamen iudicio, cum verba ambigua † se- 26
cundum mentem contrahentium intelligenda sint. *l. si stipulatur. in princ. de vsur. l. fin. C. quæ res pign. obl. non poss.* Putarem dicta verba † Bürger- 27
rechtens gefreyet / ad immunitatem tantum pertinere, non vero ad omnimodam ciuitatis relaxationem, vt ex testium depositione patet. Et in primis quod ad Senatus mentem attinet, satis esse declarat Nicol. R. huius causæ pro Andr. solicitator, ad 5. gener. interrog. vbi deponit, quo pacto ex mandato Domini sui Cardinalis Salisburgensis nomine L. & relictæ viduæ cum senatu Augustano gehandelt hab. Minime igitur obscurum est, Maritum tantum immunitatis beneficium à Senatu obtinuisse.

Ad eundem modum deponit Hieron. A. sollicitatæ huius causæ, qui ait consules Cardinali permisisse, daß Andr. cum sua vxore der Steuwer vnnd anderer Bürgerlichen Beschwerden nicht solten angelauffen werden / Hanc promissionem nomine Senatus exequuntur L. & S. qui dicit ad 6. artic. viduam sibi scripsisse, daß sie vmb die Stewr nicht angelangt würde / nisi demum à morte mariti (nam immunitas viduæ post mortem mariti obtineri non potuit) Ex quibus sufficienter constat de mente senatus.

Nunc quod ad Andream L. attinet, videndum quid à senatu postularit, an ciuitatis relaxationem, an vero immunitatem tantum onerum ciuilium. Quod immunitatem tantum postulauerit, deponit testis ad 5 artic. adstipulatur secundus testis ad 6 art. Notanda sunt verba, Steuwrfrey.

Cum igitur iustum sit voluntatem † contra- 28
hentium magis, quam verborum conceptionem inspicere. *d. l. fin.* Et actus agentium non operentur † vltra eorum intentionem. *l. non omnis. si cert.* 29
*pet.* verba illa † Bürgerrechtens gefreyet / intelligi 30
debent secundum intentionem proferentium. *d. l. si stipulatus. de vsur. l. si legati serui. de legat. 1. Alex. in. consil. 60. vol. 1. Bald. in l. à procuratore. C. Mand.* verba enim menti, † & non econtra seruire de- 31
bent, *c intelligentia. c. paterna. de V. S. l. in conuentioni. 3. de V. S.* Et in contractibus illa facienda interpretatio, quam verisimiliter † contrahentes 32
interrogati fecissent. *gloss. in l. tale. §. fin. de postul. Dec. consil. 637. vol. 5.*

Quare concludo verba illa, Bürgerrechtens gefreyet / ad immunitatem tantum referenda esse secundum intentionem contrahentium, & per consequens Andream L. (non obstante immunitate) ciuem mansisse. Sola enim concessio immunitatis non tribuit omnimodam ciuitatis liberationem. Immo statutum loquens † de ciuibus, 33
habet etiam locum in ciuibus exemptis, non subeuntibus munera. *Bartol. in d. l. 1. ad Municip. Alexan. consil. 157. vol. 2. l. in vrbe. vbi Bald. de statu homin.*

Ta-

34 Tales enim ciues priuilegiati † dicuntur, & licet alias originarij non essent, ipsis tamen originariis per omnia æquiparantur. *Rom. consil. 62. Alex. d. cons. 157. Hippol. cons. 127. vol. 2.*

Non obstant igitur depositiones testium, præcipue L. M. ad 16. art. grauaminum, d. Andreas sey Burgerrechtens gefreyet / Quia verba generalia † quæ plures intellectus recipiunt ad magis
35 consonum restringuntur. *L. Lucius. §. Impp. ad Municip. Bar. in l. fin. §. idem quæsiuit. de condit. anser.* Et
36 clausula generalis † refertur tantũ ad specificata, *l. si de certa. vbi Bald. C. de Transact.* nec ad id quod non est verisimile, Doctores vt supra *Crauet. consil. 22. volum. 1. Cast. consil. 69. volum. 1.* vbi ait, quod
37 verba obscura † vel duplicem intellectum habentia declarantur ex adiunctis *l. quæsitum. §. 1. de legat. 3. leg. vtrum. de pet. hæred. leg. 1. de reb. dub. Castr. consil. 356. volum. 1. Castrens. consil. 69.* Sed verisimile non est plus concessum, quam petitum fuisse. Ergo nihil amplius concessum præsumi debet.

Porro quod ad renunciationem Andreæ attinet, de ea nusquam sufficienter constat. Nam quod L. M. ad 18. art. grauaminum deponit de renunciatione Burgerrechtens / nullo modo obstat. 1. quia addit Senatum petitam Vrkundt denegasse, & sic apparet renunciationem illam non fuisse acceptatam. 2. quia ad illum effectum renuntiatio non fuit facta, quod d. L. ciuis amplius esse nollet, sed vt remissionis impetratæ testimonium extaret. Id quod idem L. M. diserte explicat ad 5. art. 1. instantiæ. Vnde vtriusque voluntatis tam dantis quam accipientis colligitur, ideo non est contraria voluntatis interpretatio
38 facienda: quia verba † cum clara sunt, non opus habent alia interpretatione. *leg. illa autem. §. cum in verbis de legat. 3. l. g. omni nouatione. Codice de Sacrosanct. eccles. leg. si alius. de vsufruct. legat.* In ver-
39 bis enim claris † non cadit interpretatio nec coniectura voluntatis *leg. licet in princip. de legat. 1. Socin. consil. 13. volum. 1.* Denique vt demus ciuitati in totum renunciatum fuisse, nihil tamen releuaret. Nam licet ea consuetudine, statuto vel ordinatione alicuius ciuitatis, fictione quadam (reuera enim ius originis non posse mutari, supra
40 dictum est. Auctoritas enim statuentium † naturalem rei veritatem mutare non potest. *leg. 1. leg. 2. de vsufruct. ear. rer. facit l. filio. de lib. & posth. Bald. tract. statut. verb. ciues.*) ciuitatis admittatur renunciatio: in illa tamen ficta renunciatione forma renunciandi à statuentibus præscripta, ad
41 vnguem obseruari debet, alias vitiatur † actus ipso iure. *le. cum si §. si Prætor. de transact. leg si quis. § sed etsi ad exhibend. Alber. in leg. iurisiurandi. Codice de testam. Nicol. Euerh. consil. 74.* Et quando aliquid
42 de forma est, † in actu semper illa forma præcedere debet, & non subsequi, *Afflict. decis. 355.* In præsenti in ordinatione Augustana pro forma requiritur, daß er in propria persona auffsagen muß iuxta 5. & 6. art. defens. quos veros dicunt omnes reorum testes. Sed Andream hanc renunciandi formã non obseruasse ipsamet actrix & appellans ad 7. & 8. defens. fatetur. igitur sola allegata renunciatio non inducit ciuitatis renunciationem seu liberationem, id quod testatur 1. testis consul Augustanus ad 9. art. defens. cui adstipulatur 5. testis ad 6. interrogat.

Ex quibus omnibus concludo d. Andream non obstante immunitatis beneficio ciuem Augustanum mortis tempore, & per consequens consuetudini subiectum fuisse.

Posita etiam pro maiore confirmatione prædictorum ciuem illum non fuisse. Videamus id saltem, vtrum incola fuerit? Verus incola dicitur,
43 † qui in aliquam regionem domicilium suum contulit. *leg. pupillus. §. incola. ff. de verb. sig.* domi-
44 cilium enim † facit incolas. *leg. domicilium. vbi gloss. ad municip. leg. si in patria. Codice de incol. lib. 10.* in eo autem loco domicilium † quis habere
45 dicitur, vbi larem rerumque ac fortunarum suarum summam constituit, vnde rursus non sit discessurus, si nihil auocet. *dict. leg. ciues. d. tit.* Nam ad constituendum domicilium principaliter requiritur animus: animus vero probatur † ex con-
46 iecturis & actibus exterioribus. Domicilium est
47 † triplex, naturale, Accidentale, & commune. Naturale quod ex ipsa natura, naturaliter venit: Accidentale, quod acquiritur ex assumptione: commune, quod est commune omnium, com-
48 munis patria, qualis † olim Roma, hodie apud Germanos est Imperium. *Socin. in c. licet rationem. de for. compet.*

Quod vero d. Andreas re & facto domicilium & maiorem partem fortunarum Augustæ (quanquam sufficiat aliquid ibi habere. *glos. in dict. leg. ciues.*) animum ibi permanendi habuerit, ex sequentibus rationibus palam fit. 1. Quod ad permanendi animum attinet, is ex eo colligi potest, quod anno 28. de integro ciuitatis ius comparauit, quod postea pro immunitate apud senatum toties adeoque importune solicitauit.

Si enim animum discedendi habuisset, nec ciuis aut incola fuisset, frustra immunitatis beneficium postulasset, cum alias vt quilibet forensis & peregrinus † ipso iure immunis fuisset. *dict.* 49
*leg. ciues. vbi glos. in verb auocat. Codice de incol. lib. 10.* nemo enim ad comparandam ciuitatem vel incolatum acquirendum compellitur, sed in vniuscuiusq; voluntate positum est, & arbitrio, vel suscipere vel non suscipere ciuitatem, omnes testes deponunt ad 1. defens. Impetrata enim immunitate eo ipso animum permanendi habuisse præsumitur. *Socin. in dict. c. licet rationem.*

Non obstat, quod de aëris mutatione & voluntate iterum discedenti obiicitur; quia ex Ordinatione Augustana incolatus statim

post annum acquiritur. Nam aut intra annum
50 † ius ciuium, aut onera ciuium sustinere, vt reliqui ciues, aut statim post annum decedere debet *facit lex priuilegium. vbi Bar. Codice de incol. lib. 10. Socin. d. c. licet rationem.* neque animum d. Andreę excusare poterit, si ibi nihilominus permanserit. Quia factum requiritur, vt discedat, si solutis oneribus & iuribus ciuitatis iuxta ordinationem Augustanam & ius commune. *leg. domicilium. leg. nihil leg. incola. ad Municip.* domicilium,
51 inquit Paulus, re & facto † transfertur non nuda contestatione, *Soc. d. c. licet rationem.* Quamdiu igitur manet quis, pro incola reputatur, etiamsi millies protestetur de abeundo, quia factum requiritur, vt discedat, nuda contestatio non sufficit *dict. leg. domicilium.* & talis protestatio quoad facto contraria † nullum producit
52 effectum. *c. cum M. Ferrar. de constitut. vbi plene Ripa. Anchar. consil. 36.* hactenus quo ad animum permanendi.

Videamus, an etiam maiorem partem fortunarum Augustæ habuerit? Supra dixi sufficere, aliquid saltem fortunarum in loco incolatus habere, per *gloss. in d. l. ciues.* Nam in acquirendo domicilio, non tam bonorum quam animi rationem habere oportet, quia sola causa possessio-
53 nis † non inducit domicilium. *leg. libertatis sola ad municip. Soc. d. c. licet rationem.* at in præsenti d. Andream etiam maiorem partem fortunarum suarum Augustæ habuisse ex eo colligo, quod in causa primæ appellationis res tantum particularis hæreditaria petatur: Hic vero in causa secundæ appellationis vniuersalis ipsius hæreditas postuletur vigore dictæ consuetudinis, quæ forenses non ligat, vt supra in causa primæ appellationis dixi.

Quare concludo dictum Andream si non ciuem, saltem merum incolam Augustanum fu-
54 isse mortis tempore. Nec mouet me, † quod de iure eius incolatus per decennium acquiratur. *leg. 2. Codice de incol. lib. 10.* quia illud non procedit, quando quis animum permanendi reipsa & facto declarauit; quia tunc in continenti absque mora decennij incolatum seu domicilium acquirit. *Alciat. in d. l. pupillus. §. incola. de V. S. Dec. consil. 284. Socin. in d. c. licet rationem.* quibus accedit, quod secundum ordinationem Augustanam statim post annum incolatus acquiratur, vt ante dixi. Nunc ad propositum iuris est, quod
55 etiam incolæ subiecti sunt † legibus & consuetudinibus loci, vbi incolæ sunt, idemque iuris de incola, quod de ciue. *leg. incola. ad Municip. glos. in leg. 1. de sum. trin. fac. lex 1. Codice vbi petitur.* cum igitur iurisdictioni Municipali subiiciatur, & forum ibi sortiatur *dict. lex incola.* sequitur, quod statutis illius loci, vbi incola est, sub-
56 iectus sit. Forum enim sortiri, est statutis † & legibus ligari. Hanc regulam limitat Rol. à Valle *tract. de dote quæst. 15. Socin. in d. c. licet rationem. Decius consil. ducentesimo octuagesimo quarto volum 2. Alex. consil. 57. volum. 2. Dd. in c. quod clerici de foro compet.* & quod incola subiiciatur consuetudinibus loci multis rationibus ostendit Socin. *consil. 129. volum. 1.* & quod nomine ciuium incolæ † 57
contineantur, docet Alex. *consil. 20. volum. 2.* item quod appellatione prouincialis, incola veniat, est text. *in l. prouincialis. de V. S.* imo proprie quis † dicitur subditus ratione domicilij. *glos. in clem. 1. vers. subditos. de foro compet. Socin. in d. c. licet ratione. fac. lex in orbe. 17. ff. de stat. homin. Alex. in d. l. prouincialis.* ex quibus concludo d. Andream consuetudini Augustanæ subiectum esse. Supereſt, vt de vxoris ciuitate dispiciamus, quæ diu post d. Andream vixit. Et in primis, illud quoque in actis sufficienter probatum extat ipsam Augustanam & sic originaram ciuem fuisse. Vnde eodem iure censeri debet, quo cæteri ciues Augustani. Parum tamen in præsenti refert, vtrum originaria fuerit nec ne. Sufficit matrimonium Augustæ contractum, eo ipso ius ciuitatis acquisiuit.

Nam nuptiæ vim originis † habent, & origo 59
viri reputatur quoque origo vxoris. *l. fin. C. de incol. lib. 10. l. filij. L. decima. §. fin. C. de incol. lib. 10. Socin. c. pen. de foro compet. & in consil. 35. vol. 1. Bal. consil. 439. volum. 4.* ideo statuta, quæ ligant virum † ra- 60 61
tione originis, vel domicilij, ligant quoque vxorem. *l. exigere. de iudic. l. cum quidam. de lib. & posth. Salic. d. cons. 439.* fallit ergo regula supra allegata ex *d. l. assumptio. ad Munic.* quod licet domicilium originis mutari non possit; falli, inquam † in 62
muliere, quæ ratione mariti mutat domicilium etiam originarium. *Socin. d. cons. per Bald. cons. 439.* non obstat, quod mortuo marito ciuis esse noluerit, quia ei, vt supra dictum est, non sufficit sola contradictio, sed facto opus est *d. l. domicilium.* quia vidua naturaliter mariti amissi † domi- 63
cilium & forum retinet. *d. l. filij. §. 1. L. de iure. § final. ad Municip. leg. fin. Codice de incol. lib. 10.* satis igitur est, si aditionis tempore ciuis & incola fuerit, etiamsi mortis tempore plane forensis fuisset. Nam hæreditas semel adita, † desinit esse hæ- 64
reditas, amittit nomen hæreditatis, & fit patrimonium proprium adeuntis. *l. sed si plures. § filio. de vulg. & pupil. substit. l. 1. §. veteris. de acquir. posses. Rom. cons. 40.* hinc est, quod hæreditatis † petitio non 65
competat hæredi, qui semel acquisiuit possessionem rerum hæreditariarū, & postea eam amisit *dict. leg. sed si plures. & Iacob. Aurel. in pract. petit. hæred.*

Cum itaque dictus Andreas sine liberis, sine testamento, sine pactis dotalibus, vt ciuis vel merus saltem incola Augustanus mortuus sit; videtur quoque mori voluisse secundum consuetudinem eius loci, ex tacita quadam præsumptione iuris, eo quod nihil in contrarium pactis aut testamento statuerit per rationes, quas ponit Salicet. *in leg. 1. Codice de sum. trinitat. & fide Cathol.*

Pro-

Pronunciandum igitur secundum consuetudiem bene iudicatum male appellatum: Compensatis tamen expensis propter iustam litigandi causam variasque probationes in camera productas:

Omnes domini vnanimiter mecum concluserunt. Pronunciatum igitur, vt supra.

## VOTVM III.

## In causa Tyll vnd Antoni N. wider Matthes von L.

*De interpretatione statutorum & declaratio statuti Iuliacensis de successione liberorum diuersi matrimonij.*

SVMMARIA.

1 *Dos non præsumitur constituta, nisi probetur.*
2 *Verba enunciatiua ad probandum dotem sufficiunt.*
3 *Nepos aut pronepos succedunt auo aut proauo cum patruus suus in stirpes, de iure.*
4 *Liberorum appellatione nepotes & pronepotes quoque continentur.*
5 *Nepos succedit in locum patris sui.*
6 *Statutum Iuliacense de successione liberorum diuersarum nuptiarum, & num. 17. explicatur.*
7 *Statuta regulariter sunt seruanda ad vnguem, prout iacent.*
8 *Statuta generaliter scripta, generaliter quoque sine distinctione intelligenda.*
9 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
10 *Statutum vbi non excipit, nec nos excipere debemus.*
11 *Statutorum ratio si non est expressa, magis verba, quam ratio attenduntur.*
12 *Statutum derogans iuri gentium vel naturali valet, dummodo in totum non derogat, sed in aliquo solummodo casu.*
13 *Legitima, quæ iure naturali debetur filiis, statuto vel consuetudine minui potest.*
14 *Statuta generalia recipiunt interpretationem à iure communi. Limitatur* num. 16.
15 *Statuti interpretationem declaratiuam potest facere iudex præsertim si statutum sit generale, & generaliter intellectum sonaret in absurdum.*
16 *Verbum, hæres, de quo hærede in statuto generali intelligatur.*
18 *Exclusio filiæ dicitur exhæredatio.*
19 *Exhæredatio legis æque odiosa est, Ac hominis.*
20 *Lex sequens generaliter loquens à præcedente speciali interpretatur.*
21 *Leges legibus, statuta statutis concordia.*

QVOD ad formalia attinet in actis reperio sententiam à qua 21. Octobris anno 74 ab ipsis consultoribus receptam transmissamque publicatam postea ab ipsis Scabinis 3u H. K. iudicibus à quibus prima post Iudica, cuius dies non exprimitur, vt neque dies cœpti Iudicij expressus est, appellatum viua voce in continenti citationem extractam hic in Camera 25. Maij, anno &c. 48.

De executionis & reproductionis tempore non sum solicitus, si modo citatio rite intra sex menses extracta sit. Hoc enim necessarium quidam domini ad euitandam desertionem existimant: iudicium enim ab anno &c. 44. vsque ad 48. nullam præstare excusationem, quo ad extendendos huiusmodi processus, eo quod Cæsar durante iudicio iudices hic reliquerit, qui supplicantibus processus decernerent, atque eo modo fatalia perpetuarent, eo vsque donec iudicium iterum esset restauratum. Collatis itaque in præsenti temporum interuallis reperio vltimo die sex mensium citationem extractam fuisse, facta computatione à tempore transmissæ sententiæ Vnde plane non dubito legitimo tempore citationem extractam fuisse, quia sententia à qua non fuit lata tempore transmissionis, hoc est 21. 96. Sed prima post Iudica quæ pro culdubio aliquot dierum interuallum habuit.

Quare concludo iustificatis formalibus super iniquitate pronunciandum.

Appellans in actionis genere videtur variare, suamque intentionem primo fundare super spolio.

Ceterum huic actioni plane non insistit, sed se hæredem totius prædij litigiosi, aut saltem coheredem esse contendit. Quare magis petit. hæred. intentasse videtur, præsertim cum non certum sit, quod violentus possessor petit. hæred. teneatur *leg. qui interrogatus. leg. seq. leg. si quis in diem §. Iulianus. de petit. hæred.* Adpellans asserit se hæredem esse litigiosæ villæ, & quidem in solidum, quod nepos sit W. in confesso est, quod Reus dictum prædium solus pro hærede possidet, id non diffitetur: Videndum est primo de iure appellantis. Duplici iure nititur: primo iure dotis; secundo successionis iure. Quod ad dotis titulum tantum attinet, asserit auiam suam W. dictum prædium à patre Tilemanno in dotem accepisse, idque testibus probare conatur, qui tamen nihil in specie de dotis titulo deponunt.

Neque existit in actis aliquod documentum dotalitium. Iam iuris est, quod dos † non præ- 1
sumatur constituta, nisi probetur, *Bal. in leg. nulla Codice de iure dot. & in auth. res quæ Codice communia de legat.* & licet fauore dotis verba etiam enunciatiua † ad probandam dotem sufficiant. 2
*leg. 2. Codice de dote prorisa. Decius consil. 135.*

atque

atque plenam probationem faciant, aut saltem semiplenam, ita vt mulieri dotem datam verbis enunciatiuis adferenti iuramentum deferre possit, per *legem bonæ fidei. ff. de iureiurando Bart. consil. 123.* tantum quia neque de verbis enunciatiuis per testes quicquam probatum est, imo vnus eorum expresse deponit T. patrem W. Dominum villæ fuisse, concludo dotis titulum probatum non fuisse.

Quod ad ius successionis attinet, contendit appellans dictum prædium de iure communi sibi cum appellato commune esse & ex æquo succedere debere. Hæc petitio & ius commune, & naturalem æquitatem pro se habet. Nam de
3 † iure nepos aut pronepos succedunt auo aut proauo cum patruis suis in stirpes §. *cum filij. auth.*
4 *de hered. quæ ab intest.* quia liberorum † appellatione nepotes & pronepotes quoque continentur. *lege liberorum. de V.S.* succedit, inquam, non iure repræsentationis, sed proprio ex sua scilicet persona, tanquam aui aut proaui hæres. non tanquam hæres patris sui defuncti. *lege si auus. vbi Bar. C. de liber. præterit. Alex. consil. 20. volum. 1. consil. 4. volum. 4.* & ita intelligunt textum *in d.* § *cum fi-*
5 *lius. & d. l. si auus.* vbi dicitur, nepotem † succedere in locum patris, quod etiam secundum communem opinionem accipiendum quoad gradum, hoc est, quidam filius idemque pater tenebat primum gradum, ita nepos nunc patre subducto. Hanc opinionem late prosequitur Chassan. *in consuetudinibus Burgundiæ rub. 7. §. 16.* quæ opinio optime probatur per *d. l. si auus.* vbi nepos instituto patre præteritus, rumpit testamentum aui, id quod non faceret, si ex persona patris succederet per repræsentationem, cum pater suus esset à patre institutus, *Bart. Salic. Alex. Zas. ibid.* Et secundum hanc opinionem ait Chassan *distinct. in Parlamento* iudicatum fuisse, respondetque ad omnia, quæ in contrarium adduci possent. Non obstat appellanti gradus prærogatiua, quod videlicet appellatus eum gradu præcedat, quia pro regula traditur, gradus prærogatiuam in linea ascendenti locum non habere. *dict. §. 1. auth. de hæred. quæ ab intestat. §. filius. institu. eod. tit.* Cum itaque in confesso sit appellantem T. S. pronepotem esse, agiturque de successione litigiosæ villæ quam moriens ab intestato W. filiæ suæ & appellantis auiæ reliquit, Concludo appellantem quo ad successionem ius suum probasse, nisi speciali iure, consuetudine aut statuto elidatur. Appellatus in conclusionibus suis fatetur appellantem iure repræsentationis coheredem quidem esse, sed obiicit pro
6 elisione consuetudinem † seu statutum ducatus Iuliacensis, quo disponitur, quod liberi diuersarum nuptiarum succedant in acquisitis, super Matrimonij bonis immobilibus, sed villam quodammodo acquisitam esse constante secundo Matrimonio morte videlicet aui St. quia viuentis nulla est hæreditas.

Ergo vigore statuti ad liberos posterioris Matrimonij pertinere. Et hoc statutum videntur iudices prioris instantiæ attendisse & secundum illud iudicasse.

Videndum igitur, an simus hic in terminis allegati statuti, quod generaliter de successione loquitur. Pro eius decisione quædam in materia statutorum de interpretatione eorundem præmittenda sunt, 1. præmitto, quod regulariter † statuta seruanda sint ad vnguem, prout ia- 7
cent. *Alex. consil. 45. & consil. 4. volum. 7. Bald. in lege maximum vitium. C. de liberis præterit.* Et † ge- 8
neraliter scripta, generaliter quoque sine distinctione intelligenda. *Alex. consil. 111. volum. 7. consil. 196. volum. 6. Ias. in l. non dubium. C. de legibus.* quia vbi lex † non distinguit, nec nos distinguere de- 9
bemus. Ergo † vbi statutum non excipit, nec 10
nos excipere debemus. *Ias. post gloss. vt supra lege in fraudem. §. fin. vbi gloss. & Bald. de testam. milit.* quod adeo verum est in statutis, vt si eorum ratio † non sit expressa, magis verba quam 11
ratio considerari debent. *Alex. consil. 32. volum. 7.* sufficit enim, quod statuentes putauerint esse bonum. Nam id pro ratione esse, licet contineat iniquitatem, *Bal. in lege non omnes. de legibus. l. 1. §. initium. de liber. & post. per l. prospexit. ff. qui & à quibus. Tiraquel. in præfat. de vtroque retract. numer. 75.*

Secundo præmitto, quod statutum derogans iuri generali vel naturæ valeat, dummodo † in 12
totum non deroget, sed in aliquo solummodo casu. *Bar. in l. omnes populi. de iust. & iure. Alex. d. consil. 32. volum. 7.* Hinc est, quod legitima, quæ fi- 13
liis iure † naturæ debetur, minui possit. *Boer. decis. 188. p. 1. Alex. cons. 211. vol. 7. Salic. in auth. nouissima. C. de inoffic. testam.*

Tertio præmitto, quamuis statuta † genera- 14
lia recipiant interpretationem declaratiuam à iure communi. *c. cum dilectus. §. qui à nobis. vbi Panor. de consuetud. l. 2. C. de nox. act. vbi Salic. in lege fin. §. in computatione. C. de iure deliberandi. Roman. consil. 144. Socin. consil. 84. volum. 1.* hoc tamen singulariter limitatur, vt non procedat, quando statutum venit ad ius commune derogatiue (vt in casu nostro) tunc enim ab eo iure, cui derogat (hoc est, communi) non recipit interpretationem. *Bald. in d. l. maximum vitium. Roman. consil. 199.* Cum itaque in præsenti statutum Iuliacense generaliter de successionibus loquatur, neque in totum deroget iuri naturali, sitque correctorium iuris communis, siue æquum siue iniquum fuerit, seruandum erit, quia ita lex scripta est *d. l. prospexit.* & per consequens dicendum videtur, actoris intentionem elisam esse.

Ego præmissis non obstantibus putarē nos in terminis dicti statuti non versari. Etenim locū illud non habere existimo in iis hęreditatib. quæ vtriusq; Matrimonij liberis iure naturę debētur, hoc est,

hoc est, ascendentium, quibus descendentes Filij, nepotes, proneptotes, &c. etiam succedũt non iure repræsentationis, sed iure proprio ex persona propria, tanquam hæredes aui, non suorum parentum, per ea quæ supra in hanc opinionem adduxi. Mortuis enim parentibus sui hæredes scilicet auo vel proauo. *d.l.si auus.* nulla habita ratione emancipationis aut patriæ potestatis, quæ nouissimo iure quo ad ius succedendi sublata est. § *nullam. Auth. de hæred. quæ ab intest. Bart. in Auth. ex causa C. de liber. præt.* cæterum procedere puto dictum statutum in hæreditate, quæ filiis primi matrimonij à prædicto coniuge vel eius contemplatione obueniunt iuxta æquissimam dispositionem L. *fœminæ. C. de secundis nuptiis.* idem in collateralibus successoribus, legatis, fideicommissis, non vero vt dixi in hæreditatibus directis, quæ iure naturæ vtriusque matrimonij liberis etiam viuis parentibus affecta sint. *lege iussus. de lib. & post. §. sui. de hæred. qualit. & differ.* non obstat, quod statutum nostrum expresse iuri communi deroget, & ideo interpretationem non admittat, quia accipiendum est in acquisitis constante matrimonio, waß sie gewonnen haben vnnd ererbt ex latere, in quibus vigore statuti secundarum nuptiarum liberi excludun:ur, quod vtique iuri communi contrarium quo æqualiter succedunt liberi in omnibus bonis per dotem aut donationem propter nuptias parenti, quæ ad secundas nuptias conuolauit. § *nec illud quoque. auth. qui nupt. reiter.* § *si vero veniant. auth. neque vir. quod ex dote.* atque si recte verba statuti ponderentur, hunc intellectum habent. Sic enim habet, si parens ex diuersis nuptiis liberos habet, daß dieselbe jhnen de iure communi alle zu gleich erben.

Notanda sunt verba jhnen hoc est, patrem superstitem, mox subiicit huius iuris correctionem, vt scilicet non succedant ex statuto parenti ex æquo, sed secundum immemorialem consuetudinem in acquisitis bonis eius matrimonij, in quo nati sint liberi in bonis acquisitis in eo matrimonio. Sufficit etiam, quod hoc nostrum statutum correctorium iuris communis & exorbitans aliquid operetur, & effectum producat, *d.c. cum contingat. de consuetud. Natta in tract. statut. quæst. 4. numero centesimo quinquagesimo secundo*, operatur autem satis in eo. quod filios diuersarum nuptiarum ad successionem parentis ex æquo non admittat, sed distinctionem faciat temporis & acquisitionis. Itaque verba statuti formalia generalia, ererbete zugefallen / intelligo de bonis prædefuncti coniugis, de collaterali successione, de legatis, fideicommissis & acquisitis bonis constante primo matrimonio vt in simili interpretatur Chassan. *Rub. 7 §. 10. in consuetudinibus Burgundiæ*, quæ in genere de successionibus loquitur, quia, inquit, loquitur de successione collateralium, non de successione descendentium, qui directe dicuntur. Atque hanc interpretationem Statuti declaratoriam iudicem posse facere certum est, præsertim si statutum sit generale † & generaliter intellectum sonaret in absurdum *l. vt gradatim. §. 1. de muneribus & honor. vbi gloss.* verba igitur statuti restringi debent ad id, quod est rationis, & interpretationem recipit per intellectum rationis, vt loquitur Iason *in lege non dubium. Codice de legibus.* exemplum ponit in generali statuto, quod homicidas punit, quia, inquit, intelligendum in eo, qui sine iusta causa occidit. Eodem modo † verbum *hæres*, in statuto generali excludente fœminas dotatas positum non intelligitur, de omni hærede ex testamento, vel ab intestato veniente, sed tantum de descendentibus. *Natta dict. tract. quæst. 4. nu. cẽtesimo vigesimo sexto, cẽtesimo quadragesimo secũdo & centesimo sexagesimo*, vnde si non extent descendentes fœminæ, dotata non obstante statuto succedat, quia talia statuta sint † correctoria iuris communis & contra naturalem æquitatem *lege maximum C. de liber. præter.* imo videtur inducere quodammodo exhæredationem. 15 16 17

Nam † exclusio filiæ dicitur exhæredatio legis statutariæ, quæ legis exhæredatio æque odiosa † est atque hominis, *Bruno tract. statut. art. 4. argumento leg. qui volebat. de hæred. institu.* & ideo strictissime interpretanda, *dict. capitul. cum contingat. de consuetudinibus dict. lege 2. Codice de noxal. action.* Confirmantur superiora ex alio statuto eiusdem ordinationis, vbi de successione descendentium disponitur secundum iuris communis regulas, à quo hoc nostrum interpretationem recipere debet, potissimum cum generale & in alio casu cum effectu verificari possit. 18 19

Nam sequens lex generaliter loquens, interpretationem recipit † à præcedente loquente generaliter, idque gratia contrarietatis correctionisque vitandæ. *glos. in lege omnes. Codice sin cens. lege æs alienum. C. de præd. minor. Rom. consil. 119.* vt enim leges legibus, † ita statuta statutis concordanda sunt. *lege vnic. Codice de inoffic. donat. Anchar. consil. 6. Alexand. consil. 123. volum. 4. Zas. in lege triticum. ff. de verb. oblig.* Non obstant igitur, quæ supra in contrarium adducta sunt, quia statutum etiam correctorium iuris communis ita semper intelligi debet, vt quoad eius fieri possit, minus corrigat ius commune *d. c. cum dilectus.* præsertim cum statuti verba sint generalia, & generaliter intellecta sonant absurditatem *d. l. 2. Codice de nox. act. Alex. consil. 107. volum. 5. l. quæro. ff. de legibus.* ideo strictissime sunt interpretanda, *glos. in cap. statutum. de præbend. in 6. Curt. Sen. cons. 25. Socin. consil. 31. volum. 1. consil. 6. eod.* & hæc potissimum obtinent in nostro casu, vbi de damno vitando certatur, & de ratione statuti non apparet, quia tunc strictissimam recipiunt interpretationem, ne quis indebite damnum patiatur. *dict. lege 2. de nox. act. lege fin. §. in computatione 9. Cod. de iur. delib* debent enim sic interpretari, ne à 20 21

sapien-

sapiente possint reprehendi *l. Sabinus Augusto. ff. de legat. præstand. Socin. cons. 84. vol. 1.* & vt summatim dicam, ita semper interpretanda, vt vitetur iniquitas aut absurditas, aut læsio iuris tertij. *Alex. d. cons. 101. vol. 3. Natta d. tract. q. 4 num. 147.* non obstat *d. l. prospexit.* quia loquitur de lucro captando. Nam serui ibi amittunt lucrum hæreditatis, idque ad tempus tantum. At nos hic sumus in casu, vbi de damno vitando certatur, agiturq; de præiudicio tertij. Quo casu interpretatio ita facienda, vt quantum fieri possit, minus lædatur ius commune. ita singulariter limitatur *d. l. prospexit. Iason in l. non dubium. de legib.* Non etiam obstat, quod W. post Tileman. è viuis excesserit, quia ex prædictis concludo, Ius commune in nostro casu locum habere, ideoque institutam Actionem elisam non esse, sed in fauoren Appellantis pronunciandum, & litigiosæ villæ cohæredem in genere declarandum.

Conclusum fuit maioribus votis contra me, quo ad interpretationem statuti, illud generaliter intelligendum. Non est tamen diffinitiue pronunciatum, sed tantum interlocutorie, & probatio alterius cuiusdam consuetudinis eiusdem loci iniuncta.

## VOTVM IIII.

## In causa Dorothea L. contra Matthes N.

*De effectu consuetudinis seu statuti, an extra territorium se extendat.*

SVMMARIA.

1 *Statutum, vt sufficiant duo testes in testamento, facit valere illud testamentum etiam extra territorium, vbi ferme maior solennitas requiritur, & heres ex eo testamento succedit.*
2 *Testamentum filijfam. habilitati ad testamentum, non extenditur ad bona extra territorium sita. Quod intellige de filiofam. subdito & incola, secus in forensi.*
3 *Statutum non potest legitimare personam non subditam statuto, nec circa ipsam aliquid disponere.*
4 *Filiusfam. ciuis potest etiam extra territorium statuentium testari, & valebit testamentum: nisi statuto expresse cautum sit, quod non possit aut debeat.*
5 *Extensio non fit in casu odioso.*
6 *Filiafam. præterita ab intestato, succedit in bonis extra territorium sitis.*
7 *Statutum, quando disponit principaliter super rebus & bonis, non extendit vires suas ad bona extra territorium statuentium sita.*
8 *Statutum non extenditur, vbi iurisdictio non extenditur, nec potest ligare, nisi subditos.*
9 *Res extra territorium sitæ non subijciuntur legi statuentium, sed proprie legi illius loci, vbi sitæ sunt.*
10 *Diuersitas locorum & iurisdictionis facit censeri diuersa patrimonia, & per consequens diuerso iure censeri.*
11 *Statutum à iure communi exorbitans non patitur extensionem, sed strictissimam interpretationem accipit nec extenditur etiam ex identitate rationis.*
12 *Dispositio iuris Saxonici deferens vxori certas res ex bonis mariti defuncti, non extenditur ad res existentes extra territorium.*
13 *Appellatione deserta non potest iudex super principali cognoscere, etiamsi partes consentiant.*
14 *Iudex qui firmat sententiam, iam ipso iure propter desertionem confirmatam, male non facit.*

QVÆ ad hanc causam pertinent, in præcedente voto inter easdem secundæ appellationis plene discutiuntur. Nempe an Andreas L. Augustanus mortuus sit nec ne: an cõsuetudo Augustana valeat, qua introductum est, vt superstes coniunx ab intestato defuncto coniugi sine liberis & pactis dotalibus succedere in omnibus bonis, exclusis fratribus & sororibus, agnatis, cognatis, possit. Et concludo d. Andream ciuem fuisse & allegatam consuetudinem de iure subsistere, prout concluſi d. præcedente voto. De vnica tantum quæstione hic videbimus: Nempe an dicta consuetudo extendat se ad bona etiam extra territorium A. sita, & sic ad molendinum litigiosum. Quæ quidem quæstio habet multum difficultatis, ideo paulo altius eam repetam.

Tradunt hanc quæstionem Cyn. Bart. Salic. Alber. Ias. *in l. 1. C. de sum. Trin.* ex quorum dictis facio sequentes conclusiones. Prima: aut statutum disponit circa solennitates testamenti, aut circa personas, aut circa res.

Primo casu, si quis testamentum faciat secundum solennitatem illius loci, vbi † tale statutum est, scilicet quod sufficiant duo testes. Illud testamentum vbiq; valebit etiam extra territorium, vbi forte maior solennitas requiritur. Et hæres succedit in omnibus bonis vbicunque sitis. *Dd. vt supra Euerh. in cons. 185. Bal. cons. 439. p. 4. Anchar. cons. 163. Alex cons. centesimo vigesimo octauo vol. 1. Iohan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de instrum. edit. §. compendiose.* 1

Secundo casu, quando statutum aut consuetudo disponit circa personas, distinguendum; aut disponit circa personas, habilitando eas, veluti quod filiusfam. possit † testari, & tunc testamentum filijfam. non extenditur ad bona extra territorium sita. Quia statutum, inquiunt, non potest extendere effectum suum vlterius, quam extenditur potestas statuentium. 2

tium. Vnde tali casu contra iuris communis regulas filiusfam. partim testatus, partim intestatus decedit. *Bald. in dict. leg. Alex. d. consil. 128. volum. 1.* Et hæc accipienda sunt de filiofam. incola & subdito. Nam secus est in filiofam. forensi, quia licet ibi loci testetur, vbi talis est consuetudo vel tale statutum; tamen non valet eius testamen-
3 tum. Ratio est, quia cum † statutum sit locale, non potest legitimare personam non subditam tali statuto, nec circa ipsam aliquid disponere. *Bar. & Bald. in dict. leg. 1. in fin. de tut. & curat.* contra filiusfam. Ciuis, cui vigore statuti testari licet,
4 potest etiam † extra territorium statuentium testari, & valebit testamentum, nisi statuto expresse sit cautum, quod non possit nec debeat extra territorium statuentium testari. *Bald. dict. leg. 1. num. 13.* Aut statutum disponit circa personas prohibendo aliquid, scilicet si statuto fœmina dotata excludatur extante masculo. Et hoc
5 casu non sit † extensio ad bona extra territorium sita, cum sit odiosa. *leg. maximum vitium. Codice de*
6 *lib. præter.* Vnde infertur † filiamfam. præteritam succedere ab intestato in bonis extra territorium statuentium sitis, *Doctores vt supra.* Sequitur tertium membrum distinctionis. Ad statutum disponit principaliter super rebus & bonis, veluti quod superstes coniunx succedere debeat in dimidiam partem bonorum omnium. Et hic est casus noster, in quo pugnantes sunt Doctorum opiniones Salic. *in dict. leg. 1.* tenet hanc consuetudinem etiam extendi extra territorium, idque optimis rationibus firmat quas consulendo sequitur Socin. *consil. 36. volum. 1.* Bart. distinguit inter causam testati & intestati. Priori casu extensionem fieri, posteriori non. Omissis altercatio-
7 nibus ista est veritas, vt in tali casu † non extendat vires suas ad bona extra territorium statuentium sita, per *leg. fin. de iurisd.* statutum enim, cum sit locale, non potest ligare nisi subditos.
8 Nec enim statutum † extenditur, vbi iurisdictio statuentium se non extendit. *Bruno in eleganti tractat. de statut. art. 8. numero centesimo vigesimo tertio.*
9 Itaque res extra † territorium sitæ non subiacent legi statuentium, sed proprie legi istius loci, vbi sitæ sunt. *leg. omnes populi. de iustit. & iur.* Facit
10 ad hoc, quod diuersitas locorum † & iurisdictionis faciat censeri diuersa patrimonia, & per consequens diuerso iure censeri. *leg. similes. L. si certarum. de milit. test.* late Bruno, vt supra. Hue per-
11 tinet, quod † statutum in iure communi exorbitans non patiatur extensionem, sed strictissime interpretationem accipiat. *c. cum dilecti. de consuet. Soc. consil. 30. volum. 1. Anchar consil. 3.* nec extendatur etiam ex identitate rationis, *Bal. in leg. fin. com. delegat. Curt. sen. consil. 43. Deci. consil. 669. p. 5. Nicol. Euerh. cons. 123.*

Nunc autem consuetudinem iure communi contrariam esse dubium non est. *auth. cessante. Cod. de leg. hæred. tit. ff. & Cod. vnde vir & vx.* & hanc opinionem scilicet quod non extendatur statutum extra territorium, tenet Menoch. *cons. 16. vol. 1. & cons. 128. eod. Ancha. cons. 163. Bal. cons. 13. vol. 2. Curt. sen. cons. 42. Schurf. cons. 56. cent. 1.* vbi in terminis decidit, quod dispositio † iuris Saxonici 12
deferens vxori certas res ex bonis mariti defuncti, non extendatur ad res extantes extra territorium, per L. *pupillus. de tuto. & curat. Cast. cons. 52. vol. 2. Cyn. ad d. leg. 1. C. de sum. trin.*

Cæterum, cum hic versemur in casu intestati (in quo concludunt omnes, excepto Sal. *in dict. leg. 1.* non fieri extensionem) omitto distinctionem Bart. *in dict. leg. 1. Bal. & Ias. ibi.* testatus quis decedat, an intestatus. Nam in casu testati volunt fieri extensionem, in casu intestati tamen volunt, vt supra dixi. Quam distinctionem subsistere non puto, cum eadem sit ratio statuti in vtroque casu. Et Anchar. *d. cons. 163.* intelligit Bar. & alios loqui de solennitate testamentorum, non quando statutum principaliter disponit circa bona vel personas. Cuius intellectum maxime in odiosis sequor dispositionibus & indistincte concludo statutum non extendi extra territorium, siue in rem, siue in personam loquatur.

Ita igitur pronunciandum, in secunda instantia male iudicatum, bene appellatum. Et in prima instantia bene iudicatum, male appellatum. Compensatis expensis in Camera factis, omnes mecum concluserunt. Sed quoniam causa appellationis deserta fuit per diuersa fatalia in ordin. partib. ad introducendam appellationem præfixa, & sententia à qua retractanda veniret, necessario super desertione pronunciamus propter defectum iurisdictionis. Et quanquam hoc durum sit, attamen ita lex scripta est per text. *c. ex ratione. vbi Franc. de appellat.* appellatione enim deserta Iudex non † potest super principali cognoscere, etiamsi partes consentiant, quia ipso 13
iure resoluitur iurisdictio ad primum iudicem. & hæc sine controuersia obtinent, quando sententia à qua retractanda venit; quia reperiretur à non suo iudice lata, cum iurisdictionem incognoscendo super principali deserta appellatione Iudex ad quem nunquam habuerit. *Franc. in d. c. ex ratione.* quod si confirmanda veniret sententia à qua, tunc Iudex posset non attenta deserta appellatione super iniquitate pronunciare. Quia non male facit iudex, qui firmat sententiam † iam ipso iure validam & propter deser- 14
tionem confirmatam. *Rota decis. 14. de appel. Mynsi. obs. 8. cent. 1. And. Gail. obs. 137. num. 2. & 3. lib. 1.* vbi ponit hæc verba: *Et ita in Camera sapius seruatum memini.* & expedit hoc propter beneficium restitutionis in integrum; vide omnino Geil. *d. loco.* pronunciatum super desertione.

## VOTVM V.

## In causa Gotthart von B. contra Alheit B. genant D

*De lucro dotis, & quando inæqualitas permittatur inter dotem & donationem propter nuptias.*

SVMMARIA.

1 *Articuli pro confessatis tunc acceptari possunt, si citatus semel in iudicium venerit, litemque contestatus, postea vero contumax sit.*
2 *Lex quoties duo coniunctim requirit, vtrumque fieri necesse est.*
3 *Appellationē non prosequens, ei renunciasse videtur.*
4 *Actio ex stipulatu competit pro dotis repetitione aut muneratione: quin & pro donatione propter nuptias, & quæ præterea actiones competant, vide* num. 8.
5 *Dos & propter nuptias donatio paribus passibus ambulant.*
6 *Donatio ante nuptias, nomine & substantia nihil differt à dote.*
7 *Stipulatio in materia dotis, licet expresse non interuenerit, nihilominus interuenisse fingitur.*
8 *Pacta de lucranda dote vel donatione propter nuptias de iure subsistunt.*
9 *Dotem & donationes propter nuptias æquales requirit ius strictum: hanc æqualitatem consuetudo respuit. &* num. 10.
11 *Bona mariti tacite sunt obligata pro dote, & econtra bona vxoris pro donatione propter nuptias.*
12 *Interpretatio iuris de re pari par erit.*
13 *Authent.* æqualitas, *limitatur procedere, quando matrimonium est contractum per verba de præsenti: secus si nondum contractum est.*
14 *Virginitas altera dos est.*
15 *Instrumentum matrimoniale quomodo impugnetur, & defendatur.*
16 *Scripturæ priuatæ non creditur, nisi testibus & comparatione literarum adiuuetur.*
17 *Ad constituendam dotem, vel donationem propter nuptias, scriptura vel sigillatio non requiritur, si de voluntate contrahentium constat. Solus enim consensus sufficit.*
18 *Constitutio etiam per verba enunciatiua probari potest.*
19 *In contractibus primum omnium attendi debet, quod actum est à partibus.*
20 *Veritas rei potius, quam scriptura inspici debet.*
21 *Sigillum auctoritatem præstat scripturæ, & authenticam eam facit.*
22 *Testis tam reo, quam actori coniunctus, omni suspicione caret & plene probat.*
23 *Pacta matrimonialia seruari debent, etiamsi de instrumento non appareret, & depositionibus duorum probari possit.*
24 *Sententia quæ.*

FOrmalia sunt iusta, quod ad nullitatem contra processum primæ instantiæ obiicitur, quod præcipitanter nullo iuris ordine processum sit, articulos ante litem contestatam pro cōfessis acceptatos: demum reiectis legitimis exceptionibus ad definitiuam Iudices processisse. Hanc nullitatis exceptionem, quæ vbique in processu reperitur & cui potissimum appellans in appellatione insistit, si domini attendere velint, putarem releuantem esse. Iuris enim est manifesti tum demum articulos pro cōfessatis † acceptari posse, si citatus semel in iudicium venerit, litemque contestetur, postea vero in respondendo contumax sit. *c. 2. vbi Fran de confes. in 6. filij. vbi Bald. de inter Act. ord. p 3. ti. 15. n. 7.* alterum vero in casu nostro deficit, nempe litis contestatio. Sed nusquam in actis reperio litem contestatam esse; quoties autem Lex duo cōiunctim † requirit, vtrumque fieri necesse est. *l. si quis ita stipulatus fuerit decem. de verb. obl. l. si heredi plures. de condit. inst. Dec. cons. 177. vol. 1.* sequitur etiam nulliter altero omisso articulos pro confessatis acceptatos esse. Sed meo voto nullitatem hanc non attenderem, quia cum appellationem eo nomine interpositam † non sit prosecutus renunciasse appellationi, & per consequens huic grauamini videtur *c. solicitudinem. de appel. Mar. p. 5. ti. de appel. num. 413.*

Actum puto actione ex stipulatu pro lucro donation propter nuptias *l. legem. C. de donat.* vt n. per dotis † repetitionem aut remunerationem actio competit, § *fuerat. insti. de Act. l. vnic. C. de rei vx. act.* ita etiam per donationē propter nuptias, cum vtraq; tam dos quam donatio propter nuptias paribus † passib. ambulet *l. cum nulla. §. simplicius. C. de donat. ante nupt.* & nomine & substantia † nihil distet à dote ante nuptias donatio. *l. cum multa. §. sic igitur. l. ex morte. §. hac tamen. de pact. conuent.* stipulationem interuenisse in nostro casu ex instrumento dotalitio constat, quæ licet expresse non † interuenisset, tamē interuenisse fingeretur *l. vnic. in prine. C. de rei vxor. act.* posset etiā dici actum † certi condictione per *l. certi condictio. ff. si cer. pet.* permissa est & in rem actio pro tali donatione aduersus omnes possessores. *Auth. permis. C. de donat. ante nupt. Bald. cons. 160. vol. 2.* Concludo Actum ex stipulatu, actrix ad probandam suam intentionem exhibet instrumentum dotale, quo pactum est, vt ipsa 1000. fl si prius maritum mori contigerit, lucretur. Huiusmodi pacta de lucranda dote † & donatione propter nuptias de iure subsistere dubium nullum est *l. ex morte. §. hoc tamen. C. de pact. conuent. d. l. cum multa. §. si igitur. C. de don. ante nupt.* nec obstat, quod æqualitas dotis & donationis propter nuptias seruata non sit, quæ de iure stricto requiritur. *auth. æqual. C. de pact. cōuēt. auth. dos data. C. de don. ante nupt. § 1. auth. de æqual. dotiū. L. 1. de don. inter vir. & vxor.* quia hāc æqualitatem donationis & dotis in constitutione æqualitatis & pacti lucrorum generalis consuetudo vbiq; non admittit. *Sal. & DD. in d. auth. æqualitas.* nam ea contenta est æqualitate iuris, videlicet quantum ad ius tacitæ hypothecę attinet, vt sicut bona mariti † tacite sint obligata pro dote *l. assiduis. C. qui pot. in pig. §. fuerat. instit. de Act.* ita quoq; bona vxoris tacite obligantur pro donatione propter nuptias. *gl. in d. l. assiduis. text. in l. vbi in prin. C. de iur. dotī. Iason in d. §. fuerat* potest etiam minor esse dos quam donatio propter nuptias &

econtra

econtra, possunt & pacta esse disparia. Interpre-
12 tatio tamen iuris † par erit de re pari *Innocent. in c. donatio. de don. int. vir. & vxo.* cessante autem con
suetudine notoria illud quoque iuris est, quod
imparitas pactorum de lucranda dote & dona-
tione propter nuptias fieri possit ante matrimo-
13 nium, ita singulariter limitatur † *d. auth æqualitas. cum similibus*, vt procedat, quando est contra-
ctum matrimonium per verba de præsenti, secus
si nõdum contractum sit. *Innoc. in d. c. fin. de donat. inter vir. & vxor. vbi Panorm. Soci. in fallent. ver. donatio propter nuptias.* iam constat in præsenti casu
huiusmodi pactum de lucrands 1000. fl. ante ma-
trimonium expositum fuisse. Igitur prædicta æ-
qualitas in constitutione quantitatis & pactis lu-
crorum attendi hic non debet Accedat personа-
rum qualitas, quod viduus virginem, iuuenculã
14 in vxorem duxerit, at virginitas † altera dos di-
citur. *Panor. cons. 29. vol. 2.*

Quare concludo hanc inæqualitatem etiam de iure in casu nostro subsistere posse, & per in-
strumentum dotalitium, si non plene, saltem se-
miplene probatam, ita vt in supplementum pro-
bationis iuramentum deferri possit. Reus non
diffitetur pacta conuenta, sed instrumentum do-
15 tale oppugnat, quod † non sit in mundum rece-
16 ptum, sigillisque ex vtraq; parte confirmatum & sic nullam fidem facere, sed esse scripturam †
mere priuatam, cui non creditur, nisi testibus &
comparatione literarum adiuuatur *l. instrumenta. C. de probat.* breuiter omissis aliis exceptionibus
ad rem non pertinentibus, dico hanc exceptio-
nem non obstare. Quod non sumus in casu *l. con-
tractu. C. de fide instrum.* vbi inter contrahentes
hoc actum est, vt non valeat contractus, nisi in
scripturam relatus sit, at in nostro casu hoc ini-
tio factum non fuit, sed pure hinc inde de consti-
tuenda dote vel donatione propter nuptias pro-
missiones factæ & mutuæ stipulationes interpo-
17 sitæ sint. Neque enim ad constituendam † dotem
vel donationẽ propter nuptias scriptura vel sigil-
latio requiritur, si de voluntate contrahentium
constet, solus consensus sufficit, adeo vt per enũ-
18 ciatiua verba † dotis constitutio probari possit. *l. 2. C. de dot promiss., Dec. cons. 130. Bar. cons. 123.* & in
19 contractibus † primo omnium attendi debet,
quod actum est à partibus *l. semper in stipulationi-
bus. de reg. iuris. l sed Celsus. § si fundum. de cont. empt.*
20 & veritas † rei potius quam scriptura perspici de-
bet. *l. 1. C. plus valet quod ag. l. fin. C. quando res pign. oblig* concludo in nostrõ casu scripturam non ad
substantiam contractus, sed tantum ad probatio-
nem factam fuisse, an autem ea scriptura authen-
tica sit, ita vt fidem faciat, controuertitur, paulo
ante dixi, si non plene, saltem semiplene pro-
bare. Impugnatur à Reo propter defectum sigil-
lationis ex parte mariti B. W. qui ante sigillatio-
nem mortuus fuit, qui quidem defectus sane nõ
21 exiguus est. Cum † sigillum sit, quod authorita-
tem præstet scripturæ & authenticam eam faciat,
*c. 2. vbi Imol. & com. Canon. de fide instrument.* fateor
hanc oppositionem esse fortissimam & releuan-
tem, nisi dictum instrumentum vel scriptura aliis
quoque adminiculis adiuuaretur.

Et primo omnium adiuuatur confessione propria Rei, quæ pactorum constitutionem non negat, sed tantum scripturæ perfectionem impu-
gnat.

Secundo ex depositionibus testium maxime
fecundi, qui contractui interfuit eumque ad in-
stantiam & requisitionem cuiusque partis in scri-
pturam redegit, sigillum proprium appendit, cu-
ius fidei non detrahitur, quod producentis con-
sanguineus sit, ex quo pari gradu Reo quoque
coniunctus † sit, quo casu testimonium omni 22
suspicione caret *l. non solet. § de vno. ff. de ritu nupt. Bald. cons. 46. vol. 4. vbi* concludit fratrem, qui so-
rorem dotauit contra nepotes idoneum esse te-
stem. Huius depositionem iuuat ædituus Colo-
niẽsis, qui ægroto marito adfuit & audiuit, quod
vxori dixerit, si præmoriatur, so soll sie auß seinen
Gütern haben so viel / so viel sie im gebracht hette /
wol gehört / Actricem marito in dotem 1000. fl.
attulisse.

Tertio, quod d. instrumentum dotale ex parte
actricis sigillatum sit duorum clarissimorum si-
gillis à duobus testibus legitime recognitis.

Quarto, quod reus actrici vigore factorum
dotalium, vestes, ornamenta, mundumque mu-
liebrem permiserit. Atque hoc pacto contra
ctum dotalem pro parte aliqua approbarit. Istis
igitur adminiculis omnibus concurrentibus, et-
si dictum instrumentum mancum fortassis dici
posset: pacta tamen legitime conuenta proban-
tur † & seruari debẽt *d. l. cum multa. C. de donat. ante*
*nupt. fac. l. instrumenta. C. de probat.* & alias si de in- 23
strumento non appareret huiusmodi pacta duo-
rum depositionibus probari possent. *l. vbi nuncius. de test. Bald. d. cons. 461.* at in præsenti testes pro-
ducti quo ad summam conuentam plane conue-
niunt. Quibus omnibus ad extremum accedat
iuramentum à Iudice suppletorium à Iudice à
quo delatum & ab actrice in continenti præsti-
tum, vt nunc præstito iuramento de periurio
amplius quærendum non sit *l. si non erit. §. dato. l. duobus. §. fin. l. nam postea, de iureiur leg. 1. leg. 2. Cod. de reb. cred. l. fin. de in litem iurando.* quanquam or-
dine præpostero à Iudice à quo illud delatum
videatur. Quoniam vero iuramentum est, or-
dinis rationem habendam non puto. Ex quibus
omnibus cõcludo bene iudicatũ, male appellatũ,
expensarum & interesse à tempore cœptæ litis
nempe S. per 100. & hoc exprimendum.

Sententia † In Sachen ꝛc. ist allem fürbringen 24
nach zu Recht erkandt / daß durch Richter vorigen
Instantz wol gevrtheylt / vbel dauon appellirt / vnnd
gedachten Appellanten jr der Appellatin die geklag-
te 1000. fl. sampt dem Jårigen Interesse / nemlich
5. von 100. von Zeit erster Instantz angefangener
Rechfertigung zu entrichten vnd zu bezalen schul-

dig sey/als wir jhnen darzu auch in die Gerichtskosten an diesem Kayserlichen Cammergericht auffgelauffen nach rechtlicher Ermessigung zu entrichten vnd zu bezahlen/hiemit condemniren vnd fellig ertheylen.

## VOTVM VI.

### In causa N. vnd N. von N. contra N. von N. Beklagte.

*De petitione hæreditatis ex pacto renunciatæ successionis.*

SVMMARIA.

1 *Pactis dari hæreditas non potest.*
2 *Nemo sibi ipsi paciscendo vel stipulando acquirere potest.*
3 *Libellus ex conclusione principaliter est diiudicandus.*
4 *Pacta successionis de consuetudine induci possunt, si non sunt contra ius naturale, neque diuinum, nec contra bonos mores.*
5 *Consuetudo, quæ est contra ius positiuum, valet.*
6 *Consuetudo vt probetur, quæ requirantur.*
7 *Consuetudo debet esse rationalis & legitima.*
8 *Hæredi vnicuique licet renunciare iuri pro se introducto.*
9 *Testes, qui reddunt rationem sui dicti, sufficientem, necessariam, & concludenter probationem faciunt.*
10 *Testi de facto proprio deponenti creditur, etiamsi contestem non habeat, & alias minus habilis sit ad testandum.*
11 *Testes nobiles probatæ sunt fidei.*
12 *Testis de iure deponens, non de facto, nullius est momenti.*
13 *Ad consuetudinem probandam requiritur maioris partis populi testimonium.*
14 *Ad consuetudinem probandam quod actus sufficiant in & extra iudicium.*
15 *Consuetudo absque actibus iudicialibus non inducitur.*
16 *Lex & consuetudo expresse inducuntur absque actu iudiciali.*
17 *Diuturna consuetudo recipitur.*
18 *Diuturnũ cõstituitur 10. annis, seu dicitur à 10. annis.*
19 *Pacta si quis in vno approbarit, in reliquis stare ijsdem tenetur.*
20 *Instrumentum contractus alicui tradens, id approbasse censetur.*
21 *Modus successionis per pactum priuati hominis induci non potest.*
22 *Hæreditates pactis non dantur.*
23 *Pactum de futura successione, stipulatione vallatum, nullam producit actionem, nulliusque est momenti.*
24 *Sponsus & sponsa si super hæreditate, & futura Successione disponant, talis dispositio vitiatur.*
25 *Pactum cuius vi hæreditas reseruatur, lege est receptum & approbatum.*
*In pactis dotalibus de consuetudine Germaniæ cõuenitur de successione acquirenda indistincte.*
26 *Conuentiones de successionibus in pactis dotalibus sustinentur in vim vltimæ voluntatis, si saltem 5. testes interuenerint.*
27 *Pactum reseruandæ hæreditatis in pactis dotalibus valet.*
28 *Pactum factum in consequentiam priorum pactorum de iure approbatur.*
29 *Declarans, nihil de nouo facit, sed iam factum aperit.*
30 *Conuentio reciproca & vicissitudinaria in iure fundata est.*
31 *Pactum de bonis præsentibus saltem, & non de futuris valet, vel si non fiat super omnibus bonis.*
32 *Pactum supradictum firmari potest propter incertum euentum, in quem erat collatum.*
33 *Pactum de hæreditate certi hominis in specie, est iure vetitum.*
34 *Pactum valet, nec restitutio in integrum datur etiam minori, tanquam læso: si ex actu vel conuentione potest quis percipere vtilitatem, sicut & damnum.*
35 *Paciscens tantum accepit, quantum ei debetur, contra pactum venire non potest.*
36 *Pactum reseruandæ hæreditatis sine iuramento, vt ex consuetudine etiam valet.*
37 *Pactum sine iuramento inutile est, & debet aliquod loco legitimæ dotis alimentum dari.*
38 *Mater excluditur à successione filij.*
39 *Alimenta ascendentibus non ita de iure naturali debentur, sicut descendentibus.*
40 *Ratio maior fouet filium in bonis parentum, quam parentes in bonis filij.*
41 *Successio non est ita debita ascendentibus, sicut descendentibus.*
42 *Mater in statuto ob aliquam rationabilem causam sua dote, ac etiã legitima in totũ priuari potest.*
43 *Pactum amittendæ hæreditatis vt valeat, consuetudine induci potest.*
44 *Statuto & consuetudini attribui potest, vt bona maneant in familia.*
45 *Dispositio de iure tertij est inualida.*
46 *In contractu matrimonij vt hæredis institutio fieri potest, ita etiam substitutionibus in contractibus inter viuos locus esse potest.*
47 *Legitima post mortem patris pleno iure debetur.*
48 *Grauamen vel conditio apposita in fauorẽ ipsius filij & commodum nunquam reijcitur. Imo valet.*
49 *Nemo ex testamento hæreditatem consequi potest, nisi qui in eo hæres institutus est.*
50 *Verbum, Bleiben / habet tractum successiuum, & denotat perseuerantiam, eaque interpretatio ex iure sine præiudicio & expressa voluntate cõtrahentium procedit.*
51 *Mora non inspicitur, cum debitor & creditor est in mora.*
52 *Interpellatio sola sufficit ad constituendum quem in mora,*

*in mora, maxime quando fructus iure actionis veniunt.*

53 *In mora non est, à quo pecunia propter exceptionem peti non potest.*

54 *Res quando in iudicium deducta est, actores in mora esse dici non possunt.*

55 *Oblatio sola verbalis efficit, vt quis non constituatur in mora.*

56 *Cessante causa, cessat effectus.*

57 *Per solam motionem controuersiæ, quæ fit extra iudicium, constituitur quis in mala fide.*

58 *Fructus debentur tam percepti, quam percipiendi.*

59 *Fructus augent hæreditatem, cum ab eo possidentur, à quo peti potest hæreditas.*

60 *Post moram in bonæ fidei iudiciis omnes accessiones fructus & commoda veniunt.*

61 *Fructus & interesse in hoc petitionis hæreditatis iudicio, iure actionis, non officio iudicis veniunt.*

62 *Matre à filij successione propter renunciationem pacto exclusa, an censeatur etiam exclusa filia illius, soror vterina defuncti.*

63 *Soror vterina actores tanquam remotiores gradu præcedit, & in petenda hæreditate fraterna potior est.*

64 *Mater secundo nubens filio & filia relictis impuberibus, tutorem non petens, mortuo filio ab eius successione excluditur, filia propterea à fratris successione non excluditur.*

65 *Pactum exclusiuum ad hæredes non extenditur, nec matre renunciante, aut ius suum remittente, eius liberi illud remisisse præsumuntur: quia ex sua persona ius integrum manet, quod à matre non acceperint.*

66 *Fratres & sorores vno tantum latere coniuncti vna cum parentibus ab intestato defuncto succedere possent.*

67 *Fauor, propter quem pactum est initum, durat mortua matre, sicut ea viua.*

68 *Filia non debet esse melioris conditionis, quam ipsa mater.*

69 *Statutum, quod statuitur in causa proxima, statutum censetur in causa remota, quæ ex illa descendit.*

70 *Vbicunque aliquis excluditur fauore alicuius, tunc sequentes intelliguntur excluſi.*

71 *Quando non propter alterius fauorem, sed propter mortem, repudiationem, delictum vel ingratitudinem quis excluditur, tunc sequens in gradu succedit.*

72 *Ad cognoscendum genus actionis conclusio, non narratio libelli diligenter attendi debet.*

*Clausula salutaris libello apposita tantum operatur, vt per illam remedium competens imploratum videatur: maxime cum alias ex verbis libelli ius agentis satis cognosci possit.*

73 *Officium iudicis est latissimum, & competit, vbicunque quis iustitiam habet.*

74 *Clausula salutaris tantum operatur, vt intelligatur conclusum.*

75 *Pactum de succedendo in bonis, saltem præsentibus non futuris, vel in certis quibusdam bonis, non vniuersali hæreditate de iure improbatum non est.*

76 *Promissio generalis omnium bonorum suorum post mortem suam non ad vniuersam hæreditatem trahitur, sed ea tantum bona, quæ paciscens promissionis tempore possidebat & habebat, complectitur.*

77 *Bonorum appellatione siue in dispositione generali, siue simpliciter facta, non futura, sed præsentia tantum bona veniunt.*

78 *Conuentio valet inter fratres vel alios vt vnus alteri succedat, si non sit facta de omnibus bonis præsentibus & futuris.*

79 *Pacta vt vnus alteri succedat, non solum procedunt de iure, sed etiam consuetudine induci possunt, non tantum super hæreditatibus paciscentium, sed etiam aliorum.*

80 *Iura consuetudinaria de successione disponere possunt.*

81 *Pactum hac ratione valet, vt primogenitus succedat aliis prorsus exclusis, aut non æqualiter succedentibus.*

82 *Consuetudine induci potest vt filij secundi matrimonij, tam in feudis quam in cæteris bonis succedant.*

83 Cap. Mulier, de feudo defuncti &c. cap. 1. de filiis natis ex matrimonio, *locum habet in quibusuis nobilibus & ignobilibus.*

84 *Pacta, vt primogenitus succedat aliis prorsus exclusis, &c. etsi de iure reprobata sint, tamen de consuetudine admittuntur.*

85 *Per matrimonium genus humanum conseruatur, eidemque immortalitatem præstat.*

86 *Pactum de succedendo tertio valet, si is, de cuius hæreditate agitur, consentiat, & in eodem consensu perseueret.*

87 *Pactum de succedendo tertio valet, quando illud venit ex natura contractus liciti præambuli.*

88 *Successio ita debita est ascendentibus, quam descendentibus.*

89 *Hæreditas filij non ita patri debetur, sicut filio hæreditas paterna.*

90 *Statutum excludens fœminas ascendentes à successione liberorum ascendentium valet, & minus dubie procedit, cum ascendentibus de iure naturali alimenta non debeantur.*

91 *Renunciationes hæreditatis etiamsi liberæ sint, tamen non facile præsumuntur.*

92 *Mulieres an hæreditati renunciare possint.*

93 *Mulierum genus auarissimum & tenacissimum est.*

94 *A iuris communis regulis non raro receditur ratione publicæ vtilitatis.*

95 *Æquitas in summo principis consistorio semper attendi debet.*

96 *Matris vel fœminæ ascendentis successionis non tanta est ratio, quam liberorum in bonis parentum.*

97 *Pacta de non succedendo, licet de iure improbata sint, valent tamen & subsistunt, quando quis hoc nomine aliquid accepit, & præsertim si tantum, quantum alias loco legitimæ habiturus erat.*

98 *Paciscens de recipienda certa pecuniæ summa pro hæreditate filij, ad obseruantiam contractus vel pacti se obligasse videtur.*

99 *Pater accipiens pecuniam, vt filium emancipet, ab illius successione excluditur.*

100 *Pacta ex confirmatione robur accipiunt.*

101 *Instrumentum penes se habens eius contenta scire præsumitur.*

102 *Mutatio voluntatis non præsumitur, si in actis de voluntatis mutatione non reperitur.*

103 *Pactum de successione filij nondum nati, & sic de hæreditate tertij non consentientis est inualidum.*

104 *Legitima ascendentium iure ciuili, descendentium iure naturali debetur, quarum illa minui, & in totum tolli: hæc vero nequaquam potest.*

105 *Fructus de natura actionis veniunt.*

106 *Renunciationes sunt personales, nec in hæredes transmittuntur.*

107 *Ius alicui lege publica debitum nemo potest auferre.*

108 *In codicillis quæ scribuntur, perinde censentur, ac si in testamento iure communi scripta essent.*

109 *Actiones quæ ex testamento competunt, si recte, id est, ex verbis legis illæ conceduntur, ex codicillis vtiliter concedi solent.*

110 *Pactum de non succedendo valet in se, & sine iuramento.*
*Si statuto conuenit, quod inter liberos soli masculi succederent, vel si filia extra territorium nubat, tunc soli filij patri succedant, talia pacta & statuta non valent.*

111 *Si prius moriatur filius, quam in tutelam venerit, est nota pupillaris substitutionis.*

112 *Fideicommissa tam vniuersalia quam particularia ab intestato relinqui possunt.*

113 *Instrumenta nuptialia in eo, in quo tractant de futura successione, sapiunt vltimam voluntatem, & codicillorum vel donationis causa mortis vim habent.*

114 *Præsentia 5. testium in omni vltima voluntate requiritur.*

115 *Interpretatio semper facienda est in partem meliorem, vt actus potius valeat, quam pereat.*

116 *Mater, si filio tutores non petierit, eius hæreditate priuanda est.*

117 *Inuadens bona per vim incidit in pœnam* l. quod extat C. quod vi metusue causa & l. si quis in tantam C. vnde vi.

118 *Pactum reseruandæ successionis valet.*

119 *Renuncians sub conditione, si quando deficiat, perinde habetur, ac si ab initio non renunciasset.*

120 *Substitutus pupillariter, non petendo tutorem pupillo, an priuetur substitutionis iure.*

121 *Expressum quod non est diserte, actum non intelligitur.*

122 *Instrumenta dicuntur esse stricti iuris.*

123 *Instrumentis quod non continetur, pro omisso habetur.*
*Instrumenti verba ponderanda sunt, nec illis quicquam addendum.*

124 *Instrumentum quod non cantat, nec nos cantare atque inferre debemus.*

125 *Instrumentum iis tantum prodest, qui nominantur in eo, & non aliis, ita nec obesse aliis neque cõtra alios probare, nec in præiudiciũ tertij iniqua interpretatione extendi debet.*

126 *In petitionem hæreditatis veniunt non tantum res hæreditariæ seu corporales, seu incorporales, sed etiam fructus, & quæ ex quacunque causa ad hæreditatem accesserunt, aut accedere potuerunt.*

127 *Qualiter quis ad restitutionem hæreditatis condemnandus sit.*

128 *In bonæ fidei iudiciis libera potestas iudici permittitur, ex bono & æquo æstimandi, quantum actori restitui debeat.*

129 *Error iuris à dolo & mala fide excusat.*

130 *In bonæ fidei iudiciis vsuræ & fructus statim à tempore moræ debentur.*

131 *Possessores omnes post litem contestatam sunt pares, & præsumptione iuris efficiuntur, id est, habentur pro malæ fidei possessoribus, quantumuis eorum conscientia per litis contestationem forsan non sit conturbata mala fide, vt etiam de iis fructibus, qui percipi potuissent, teneantur.*

132 *Victus, si habuerit iustam & probabilem causam litigandi, non condemnatur in expensis.*

133 *Arbitrium iudicis secundum facti, personarum & rerum qualitatem moderari debet.*

134 *Pactorum nulla est forma & exitus, nisi vt seruentur secundum tenorem & præscriptum verborum.*

135 *Renunciationes hereditatis valent.*

136 *Filiæ nobilium renunciant successioni.*

137 *Filias in vniuersum excludere, iniquissimum est.*

138 *Pacta, statuta & priuilegia ea ratione nituntur, quod interfit Reipublicæ vt salua sit familiarum dignitas.*

139 *Pacta sustinentur de consuetudine cum primis fauore coniugiorum, in quorum dotalibus conuentionibus adiici solent.*

140 *Pacto inter viuos directe nec datur, nec admittitur hæreditas.*

141 *Actio præscriptis verbis ex pactis dari potest.*

142 *Pactum acquirendæ hæreditatis, etiam iuramento firmatum, non valet.*

143 *Pactum acquirendæ hæreditatis & iuramẽto firmatum in vim vltimæ voluntatis valet in liberos.*

144 *In pactis dotalibus hoc similiter non procedit vltra gradum liberorum.*

145 *Pater quando sibi facit testamentum, tunc hoc ad ipsius pupillorum substitutionis creationem desideratur.*

146 *Hereditas dari non potest per pactum siue viam contractus, excepto milite.*

147 *Substitutio etiam in codicillis facta, cum directo non valeat, saltem in vim fideicommissi sustinetur.*

148 *Pater potest filio aque per fideicommissum, atque directo substituere.*

149 *Testator, qui decreuit facere testamentum, si id implere nequiuerit, intestatus videtur decessisse, nec transducere licet ad fideicommissi interpretationem, velut ex codicillis vltimam suã voluntatem inter id ille complexus sit, vt vim codicillorum scriptum debeat obtinere.*

150 *Donatarijs causa mortis aque substitui potest, vt heredibus & legatarijs.*

151 *Leges ab omnibus debent obseruari.*

152 *Pacta priuatorum de succedendo consuetudine & statutis corroborari possunt.*

153 *Testamenti factio non priuati, sed publici iuris est.*

154 *Forma testamenti priuatorum pactis ladi non potest.*

155 *Ratificatio nulla est eius, quod nullum est.*

156 *Ratificatio tutorum est nulla, cum non habent auctoritatem renuntiandi priuilegio, quod pupillis competit, sed habent potestatem administrandi recte, non autem male.*

157 *Ratificatio requiritur expressa, nec sufficit tacita: cum tacite quis non censetur approbare, quod lex prohibet.*

158 *In actis inter viuos non censetur cogitatum de futuris.*

159 *Renuntiatum non censetur fideicommisso reciproco & conditionali per diuisionem etiam iuratam, cuius conditio tempore diuisionis non euenerat, etsi esset promissum de non contraueniendo.*

*Mater à legitima excluditur per substitutionem pupillarem, expressam & tacitam.*

160 *Legitima saltem matri debetur, non dato substituto pupillari.*

161 *Pater potest quemlibet, etiam penitus extraneum, exclusis quoque matre & fratre ipsius filij impuberis, substituere.*

*Mater non habet querelam contra talem substitutionem.*

162 *Vtilis actio ex testamento, ex quo capite concurrat.*

163 *Hereditas codicillis directo, neq; dari neque adimi potest.*

164 *Fideicommissa vniuersalia & particularia recte in codicillis relinquuntur.*

165 *Fundans se in minore atate, eam probare debet.*

166 *Occupatio præsumitur potius facta iuris sui constituendi causa, quam occupandi.*

167 *Verba illa,* Erben vnd Erbnehmen/ *ex communi vsu loquendi nequaqnam varie ad heredes, seu ad bonorum possessores pertinent.*

168 *Debitum, sicut creditori vtiliter quandoq; legari potest, ita etiam in vniuerso res debita relinqui potest, vt per aditionem vel agnationem confusione quodammodo facta, eodem iure censeatur, & peti possit.*

169 *Pacta omnia de successione nullius sunt momenti, & consequenter nec declaratio, vel approbatio circa hæc quicquam operatur, cum nullam actionem producant secundi pacta.*

*Idem obtinet de quota hereditatis, cum nec refringenda sit vltima voluntas.*

170 *Pacta iuramento firmari non possunt, neque stipulatione, sed nec valent in vim vltimæ voluntatis.*

171 *Pactum in liberos & piam causam sustinetur tantum iure speciali, nec istis casibus testium adhibitione opus est.*

172 *Pacta de successione valent in vim fideicommissorum.*

173 *Fideicommissa omnia censentur odiosa, vt quæ heredi grauamen inferant.*

174 *Pacta de successione non valent in vim donationis causa mortis, cum præsentia donatoris eo casu requiratur.*

175 *Substitutiones nullæ fieri possunt in contractibus seu pactis: & ratio.* ibid.

176 *Nondum natus consentire non potest.*

177 *Exheredatio matris non minus quam filij ex certa causa expressa fieri debet.*

178 *Requisitio testium requiritur.*

179 *Requisitio testium non præsumitur, nisi ex ipsa vltima voluntate constet.*

180 *Scriptura priuata approbationem alterius priuati non potest assumere vires voluntatis vltimæ.*

181 *Difficile est obtinere in Germania, ne fiant, aut ineantur pacta de futura successione.*

182 *Per pactum & in pacto vel contractu nullo penitus modo fieri potest, quod quis alicui post mortem succedat, & bona ad certum quendam quasi successorem perueniant.*

183 *Pactum de successione futura valet, si stipulatio accessit & quidem sufficit, si dictum sit,* promitto : *quia præsumitur præcessisse interrogatio.*

184 *De bonis certis præsentibus pacisci licet.*

185 *Pactum de successione interpretatione iuuandum est, præsertim cum nouum non sit, vt contractus effectum & naturam vltimæ voluntatis sortiantur,* & num. 186.

187 *Donatio causa mortis contractus simul est, & vltima voluntas.*

188 *Donatio causa mortis, si absenti fit, valet, vt fideicommissum, etsi omnium omnino bonorum sit.*

189 *Donatio secundi extra testamentum facta ob te-*

stes adhibitos vim habet fideicommissi.

190 Qualitatibus duabus concurrentibus, valet ea, quæ vtilis est.

191 Testamentum continetur approbatione contractus.

192 Pactum, præsertim dotale supremum dicitur iudicium.

193 Contractus in testamento fieri potest, qui valeat, obliget, & probetur, vt contractus.

194 Vltima voluntas simul cum contractu fieri potest, præsertim in his, quæ symbolum habent.

195 Pactis dotalibus si quinque testes fuerint adhibiti, habetur pro vltima voluntate.

196 Substitutiones scilicet fideicommissariæ fieri possunt in contractibus, vt acquiratur absenti.

197 Substitutio directa non saluatur per modum fideicommissi.

198 Natura fideicommissorum per se est fauorabilis.

199 Fideicommissa ita interpretanda sunt, vt sustineantur, & eo respectu fauorabilia sunt maxime.

200 Fideicommissa cur inuenta.

201 Clausula codicillaris seu fideicommissaria suas retinet vires, si præteritione testamentum nullum reddatur.

202 Heres ab intestato ex imperfecto testamento prægrauari fideicommisso potest.

203 Fideicommissa etiam epistola, libello sine scriptura & nutu relinqui possunt, solum adhibitis testibus, & aliud fere simul agendo.

204 Fideicommissum esse dubium non est, cum nullo negotio ad verbum, restituas, reduci possint verba.

205 Sufficit, verba non esse directa ad honoratum, ita vt ipse quasi à se capiat.

206 Numerus testiū sufficiens actū inter viuos transire in fideicommissum facit.

207 Verbum, Erben / in vernacula lingua quid significet.

208 Verbum, succedat, quod est, Erben / commune est, etiamsi ad substitutum dirigatur.

209 Clausula fideicommissaria perpetuo vniformis censenda est.

210 Ignarus quis dici non potest contentorum in instrumento, quod tam diu penes se habuit.

211 Heres quiuis censetur omnia scire, quæ testamento continentur.

212 Mater vt incurrat pœnam non petitorum tutorū, quæ requirantur.

213 Mater excusatur à pœna non petitorum tutorum, si non inuito marito, sed imo expresse in pactis, quasi permittente, ad secunda vota transiit, quod sufficit tacite permissum.

214 Mater si ob non petitos liberis tutores hereditate priuetur, ad quem ea deueniat.

215 Fideicommissarius ante restitutionem nullum ius in bonis habet, & propria auctoritate, nisi expresse testator permiserit, occupando suo iure cadit.

216 Actus potius valere, quam perire debet.

217 Filius in dubio censetur grauatus, non heres eius.

218 Coniectura tacita, vel dubia substitutio contra matrem in medio existentem nunquam aliquid operatur.

219 Grauanti, non grauato succeditur in ijs solum, quæ grauatus iudicio testatoris accepit, quod in omnibus priuilegiatis substitutionibus etiam militis, locum habet.

220 Legitima ante omnia venit detrahenda & num. 223.

221 Legitima est tertia, siue de legitima filij, siue matris agatur.

222 Legitima parentum non magis à testatore prohiberi potest, quam filiorum.

224 Trebellianica vltra legitimam à filio detrahi potest fideicommisso relicto non pure.

225 Testator Trebellianicam omnino prohibere potest, præsertim si filius etiam legitimam habet.

226 Trebellianica quando competere incipiat.

227 Fructus respectu legitimæ in disceptationem non veniunt.

228 Fructus in legitimam nullo casu imputantur.

229 Legitima pleno iure ad filium transit.

230 Fructus videntur percepti iudicio testatoris, etiāsi in restitutionem non veniant.

231 Filius fructus pendente conditione perceptos, in Trebellianicam imputat, sibi non debere, etiamsi duas quartas integras habeat præterea.

232 Fructus post mortem filij percepti videntur saltem in tempore litis contestationis præstandi.

233 Qui iusta ex causa in ius prouocat, vel iudicium suscipit, in mora non est.

234 Fideicommissum non prius debetur, quam refuso eo, quod in recompensam, vel pretij quasi loco soluendum erat.

235 Fideicommissarius, antequam fideicommissum petatur, nihil in eo iuris habet.

236 Fideicommissum relictum ad heredes filij, à matre potius quam à filio relictum videtur.

237 Legitima, matri per pactum adimi non potest.

238 Testator bene potest prohibere Trebellianicam.

239 Fructus post litis contestationem sunt restituendi.

240 Actiones ex testamento reguntur secundum mandatum bonæ fidei, & nō stricti iuris, quia fructus veniunt hic restituendi à die moræ, non à tempore litis contestatæ.

241 Qui fideicommissum debet post moram, non tantum fructus, sed & omne damnum, quo affectus est, præstare debet.

242 Moram non committit, si quis solutioni quidem moram fecit, iudicium autem suscipere paratus sit.

243 An quis iuste vel iniuste prouocarit, id apud iudices examinandum erit.

244 Exceptio legitima dicitur, quæ replicatione non eludatur.

245 Mo-

245 *Mora vbi non est, neq; damnum esse potest.*

246 *Fructus in restitutionem non veniunt, nisi heres fuerit in mora.*

247 *In restitutionem solum veniunt ea, quæ sunt hereditatis, in qua fructus non continentur.*

248 *Fructus veniunt in petitionem hereditatis.*

249 *Error possessorem non excusat, quo minus post litem contestatam fructus perceptos restituere debeat.*

250 *In dubio censetur relictum ab herede filij, non ab ipso filio.*

251 *Liberum est disponenti, pro arbitrio de bonis suis disponere, & illa fideicommisso, vel alio onere grauare.*

252 *Legitima matri nulla debetur, nisi saltem in bonis filij aliunde quæsitis: aut si debetur, ei etiam onus aliquod imponi, vel ad restitutionem eius grauari mater potest.*

253 *Filius, licet per patrem in legitima per fideicommissum grauare non possit, succedentes tamen ipsi filio, vel venientes ab intestato grauari possunt.*

254 *Distinctio inter legitimam, quæ debetur iure naturæ loco alimentorum, vt est descendentium, & eam, quæ debetur iure ciuili, vt est ascendẽtium: illa minui, aut in totum tolli non potest, hæc vero maxime.*

255 *Alimenta iure naturæ ascendentibus non debentur.*

256 *Conseruatio familiæ & agnationis, quæ publicam vtilitatem respiciunt, causæ sunt dispositionis.*

257 *Legitima non detrahitur, dummodo in totum alimenta non tollantur.*

258 *Legitima liberorum non detrahitur de comitatibus & alijs dignitatibus, ne scilicet tales dignitates distrahantur vel dismembrentur.*

259 *Voluntas cuiuscunq; disponentis lex est*

260 *Fideicommissum secundum mentem disponentis valet, vt actus potius sustineatur, quam pereat.*

261 *Legitima & Trebellianica in totum prohiberi potest.*

262 *Mala fides inducit rioram.*

## IN NOMINE DOMINI Amen.

IVRISDICTIO fundata, procuratoria iusta. Quoad actionem, putat dari posse actionem ex stipulatu iuxta distinctionem Bart. *in l. de quibus. ff. de legib. num. 19.* vbi dicit, si consuetudine inducatur aliqua actio, illa actione sine dubio agi: si non, tunc aut consuetudo aliquam legem communem interpretatur, & agitur ex ea, quæ locum habet de iure communi, aut de nouo aliquid inducit, & tunc non agitur ex consuetudine, si disponas aliquid formiter, vt si inducit contractum, agitur ex illo: Si ius succedendi, petitione hereditatis, si dominium, rei vindicatione: si vero disponis difformiter, ita quod non possit oriri actio ex iure communi, tunc agitur ex lege vel consuetudine. Iam applicando ad nostrum casu, de iure communi potest dari ex stipulatu actio, quod consuetudo in præsenti casu allegata interpretatur generalem illam regulam: *Pactu † dari non posse, puta hereditatem.* 1 Neque obstat, quod nemo † sibi ipsi paciscendo, 2 vel stipulando acquirere possit. *Zas. in l. stipulatio, §. alteri. ff. de verb oblig.* Limitat illam regulam duobus modis. 1. si sit consuetudo notoria, in loco quę aliud inducat. 2. in persona publica.

Sed in nostro casu videtur instituta hereditatis petitio, & quidem secundum intentionem simpliciter. 1. Ex conclusione † libelli, ex qua prin- 3 cipaliter libellus est dijudicandus. *Panorm. in c. ex parte. de foro compet. Alex. consil. 116. vol. 2.* In libello autem proposito & conclusione patet, actores petere, se declarari heredes Iun. N. de N. quæ peculiaris forma instituendi petitionem hereditatis. *iuxta l. licet, & ibi Bar. ff. de pet. hered.* Ergo, &c. Secundo, ex ipsis articulis, vtpote 5. 61. 67. nec non alijs productis hinc inde, vbi passim & simpliciter aditionis & petitionis fit mentio. His tamen non attentis, hereditatis petitionem quidem aduersus Reos institutam, non tamen, vt rei contendunt simplicem, vel saltem ex sua natura non descendentem, sed alio modo vestitam. Si namque consideretur conclusio libelli non simpliciter, sed vigore pactorum hisce videlicet verbis petitur: daß Kläger vermög auffgerichter vnd bestättigter Pacten / Vorbehalts vnd Vertrags / Gemächts vnnd Verwirckungs Erben seyn / &c. Ex quibus sane verbis apparet, institutam actionem non quidem ex iure ciuili, sed ex noua lege & consuetudine, per quam videlicet ista pacta & reseruationes valent & subsistunt. Quod in iure procedit. Si enim circa ius succedendi aliquid consuetum sit, actio nõ ex consuetudine fundatur, sed dirigitur ex petitione hereditatis propter consuetudinem. Sicut explicat Ial. *in l. de quibus.* In tertio puncto, quem refert Mynsing. *consil. 13. num. 2.*

Atque hic ita fuit factum, vt actores ratione vxorum instituerint petitionem hereditatis propter pacta iuxta consuetudinem Episcopatus Monasterienſis inita, contra N. & alios Reos pro consequenda hereditate Iunioris N. de N. Et adsunt in nostro casu qualitates ad hanc actionem necessariæ, puta, quod agentes prætendunt ad ipsos esse hereditatem delatam, id est, pertinere testato, *iuxta l. 1. & 2. t. tit. de pet. hæred.* Atque actores in nostro casu ab intestato, videlicet vigore pactorum præcedentium illam petunt. Item ex parte reorum requiritur, quod possideant hæreditatem titulo illo vniuersali pro herede vel possessore. *l. regulariter. ff. de pet. hered. &c.* Quod Rei non diffitentur. Ergo, &c. In effectu petunt, non tam hereditatem N. Iunioris quam Aui & Auiæ eius, (qui pater & mater actorum fuerunt) & hereditatem d. N. medij (patris iunioris) qui & suam hereditatem actoribus

bus reseruatam voluit, minime vero bona paterna & materna à linea N. peruenientia, sed vt dictum, N. quæ etiam N. N. medios, ne testamento quidem in præiudicium præcedentium pactorum ad alios transferre potuisset, &c.

*An probata?*

CVM ad eam probandam allegarint consuetudinem patriæ actores, per quam pacta eiusmodi de hereditate conseruanda valent. videndum. Primò; An tale quid consuetudinis contra ius induci possit. 2. An sufficienter & legitime probata?

4 Quoad primum concludit, talia † pacta valere, & consuetudine induci posse, quia non sint contra ius naturale, neque diuinum, neque inducunt occasionem peccandi, nec sunt contra bonos mores, *Innocent. Host. c. fin. extra de consuet.*

5 Consuetudo, quæ † est contra ius positiuum, valet, *Bald. in l. de quib. verfic. sed quæro, de legib.* Quoad secundam quæstionem; An consuetudo pro-
6 bata sit? Præmittendum, quod ad † consuetudinē probandam plura requiruntur. 1. Quod sit rationabilis, scilicet ex iustis æquis & ex certa scientia rationibus inducta. 2. Vt certo ac à iure definito tempore præscripta sit. *d. c. fi. & ibi DD.* Quæ duo substantialia requisita in hac consuetudine (suo iudicio) reperiuntur.

7 Iura enim volunt, eam consuetudinem † rationabilem & legitimam esse, quæ ijs non sit contraria, *c. cum Ecclesia, de causs. poss. & propr.* Quod vero renuntiationes iuxta hanc consuetudinem fieri possint, de iure dubium non est. Cum vni-
8 cuique heredi liceat renuntiare † iuri pro se introducto *tot. titul. ff. de acquire. vel amitten. hereditat.* maxime si fiat in fauorem familiæ & cognationis.

Ad 2. requisitum, an videlicet legitimo tempore præscripta, tria in consideratione veniunt. 1. Quod testes de ea deponunt. 2. Quod in similibus casibus talis consuetudo sæpius obseruata fuit. 3. Vt tempus legitimum interuenerit. Circa primum adsunt testes plures electorum, principumque consiliarij ac viri nobiles, tam adiacentium, quam illius prouinciæ, in qua bona litigiosa sita sunt, qui omnes, præcipue vero 1. 2. 3. 4 5. 6. 7. 8 9. 10. 11. 12. 13 14 15. 16 & 17. ex parte actoris producti ad decimum quartum defensionalem articulum & sequentes vigore decimi sexti Interrogatorij ipsis prælectis, quod ipsimet Rei ponunt, ac eo ipso fatentur, consuetudinem hanc in Episcopatu Monasterienſi obseruari, qui vno ore testantur, contenta in articulo, maxime 14. ita obseruari.

Accedunt horum depositionibus generalibus quidam etiam testium Reorum, qui magis in speciem eandem consuetudinem satis euidenter probant, vt videlicet ex dicti 5. specialis interrogato, ad quintum & sequentes testes directi, ad quod interrogator. deponit quintus testis N. N. Er habe seine heiliges Fürwardt der Gestalt/wie gefragt/vnd im Fragstück begrieffen/auffgericht/& addit ad 6. Interrogator. Er habe erlebt/daß in etlichen Fällen/dergleichen Heurathsfürward erledigt worden/vnnd werden seines Erachtens darumb auffgericht/daß sie gehalten werden sollen. Concordat sequens & 6. testis. Idem deponit 7. N. N. was dicto modo in heiliges Fürwarden solcher Gestalt verwilligt vnnd versiegelt/pflege also zwischen den vom Adel gehalten zu werden.

Huic concordat 8. testis N. de N. Item nonus supra dicta Interrogatoria expresse confirmat, dum ait: Er sey bey etlichen erheiligten Fürwarten gewesen/da dergleichen Innhalt deß Fragstücks casus prouidirt vnnd fürbehalten worden.

Quorum sane testium dicta sub iudicio defendi ac sustineri possunt Cum quoad dictum interrogatorium nostrum casum decernens, ita videlicet obseruari, sint omnino concordantes, suique † 9 dicti causam & rationem reddant: quia huiusmodi pactum in proprijs bonis quintus testis fecerit, alij istiusmodi pactis interfuerint, eaq; subscripserint & sigillarint.

Ideoque sufficientem, necessariam & in iure concludentem probationem faciant, *iuxta c. licet causam, de probat. c. cum causa. de testib.* Quibus cum de facto etiam proprio † deponant, tanto magis 10 credendum est, cum testi de eo deponenti credi soleat, etiamsi contestem non habeat.

Imo etiam si alias esset minus habilis ad testimonium, *l. si. in l. 4. num. 65. & seq. Cod. de sum. trinitat.*

Insuper si testes plerunque sint † nobiles & 11 probatæ fidei, de quibus Bald. *in l. testium, de testib.* ait, paucos nobiles sufficere ad testimonium ferendum, vbi plures alij requirantur. Nec hic obijci potest, testes deponere simpliciter ita esse consuetudinem, & sic testimonium de iure saltem dicere, non † de facto, quod nullius est mo- 12 menti, *Cyn. in l. 2. verfic. sed quæro, 5. C. quæ sit longa consuetudo, &c.*

Quia expresse quoque de facto, vtpote quintus de facto proprio deponunt, reliqui se interfuisse huiusmodi actibus, &c.

Ex quibus testimonijs, vt satis fuit primo dicto requisito, vt ex certa scientia introducatur consuetudo, satis colligi posse, suo iudicio putat, illam non ex errore, sed certa scientia populi esse introductam.

Etsi enim non dicant, præter quintum testem talem actum, qui fouet consuetudinem, factum esse talibus præsentibus. Item, quod à talibus & talibus celebratus fuerit; quod ijdē sint maior pars po-

13 populi, quod ad † probandum consuetudinem requiritur. *iuxta Bart. in d. l. de quibus.*

Tamen id potius culpa Aduocati seu commissarij, quam testibus adscribendum, qui si interrogati fuissent, sine dubio de præsentibus & consentientibus deposuissent. Quoniam certum est, more consueto plures huiusmodi pactis nobiles interfuisse, quæ præsentia & multitudo satis patet ex clausularum pactorum dotalium extractu. Ex ijs videre licet, in quolibet interfuisse ad minus 8 10. vel plures nobiles. Quibus omnibus collectis ac connumeratis in totius quasi nobilitatis scientiam hanc consuetudinem venisse apparebit.

Circa secundum inuestigandum quot actus
14 ad introducendam † consuetudinem requirantur, vel sufficiant? In hoc DD. differentiam constituunt.

Nam licet super ea plures actus necessarij sint, diuersimode tamen hoc in & extra iudiciũ obseruatur: quia in iudicio vnius actus sufficit, quod scilicet iudex bis pro consuetudine iudicarit. *l. cũ de consuetudine, & ibi gl. & DD. ff. de legib.*

Extra iudicium plures & frequentes actus: quanquam duo sufficiant, concurrente tempore legitimo, etiamsi sint actus multum celebres, qui facile in multorum notitiam peruenerint: *Bald. Jason & alij in d. l. de quibus.* In nostro autem casu plures eiusmodi actus inter nobiles, tam regionis, in qua bona sita sunt, quam adiacentium, celebratos esse, satis euidenter demonstratur in extractu clausularum pactorum dotalium lit. A. A. A producto, ad quorum originalium productionem actores sese mediantibus compulsorialibus obtulerunt. Ex quo vere patet, plane similia pacta inter nobiles huius loci esse facta, quorum actus satis celebres, & numerus eorundem suo iudicio sufficere videtur. Quandoquidem hi actus, cum iuxta facti qualitatem & temporis diuersitatem varie accidant, iudicis arbitrio relinquuntur, qui ex his æstimabit, an consuetudo duobus pluribusue actibus perfecta dicitur vt populi consensu approbata censeri debeat, quoniam horum certus numerus designatus non est. *Bar. in d. l. de quibus. vbi alleg. l. quod si nolit. §. quia assidua. de ædil. edicto, & ibi communiter DD.*

Nec obstat, si obijciatur, hic nullum adesse a-
15 ctum iudicialem, & † consuetudinem absque actibus iudicialibus non induci. Nam contraria opinio communis est *Soc. consil. 99. volum. 1.* quia à lege aliter non differt, quam quod illa expresso, consuetudo vero tacito consensui ducatur. Et
16 sicut lex † expresse inducit absque actu iudiciali, sic & consuetudo. *Tur Zan. commun. opin. p. 1. vers. licet aliqui. fol. 132.* Tertium requisitum, de tempore DD. communiter concludunt, quod 10. an-
17 nis præscribatur, quia recipitur diuturna † consuetudo.

18 Diuturnum autem † constituitur 10 annis seu dicitur à 10. annis. *l. si cum fideicommissaria, §. Aristo. ff. Qui & ex quib. causis manumiss.* Pacta talia & similia in W. inita & consuetudine introducta ante plures annos, quam de iure requiritur, eoque in viridi esse obseruantia ibidem, extractus clausularum pactorum dotalium *num. 95.* producta ostendunt.

His ita præmissis, & probata consuetudine, videndum, an partes rite & eo modo contraxerint, quo illis intentata actio secundum illam cõsuetudinem competat? Et quoniam illud in pactis allegatis consuetudinis consistit, videndum, quid vtraq; pars præstiterit? Et primo se offert pactum, nec non transfixum inter N. & N. de N. quod quidem duas clausulas reseruatorias comprehendit. 1. Retinendarum hereditatum collateralium. 2. Paternorum & maternorum bonorum.

Tertio loco principaliter allegant actores ad fundandam suam intentionem pactum dotale inter Ream N. & N. de N. Ex quo apparet expresse dispositio super bonis & hereditate litigiosa, &c. 1. Probatur illud pactum per instrumentum productum. 2. Per consensum, qui vtrique interuenerit. Consensus N. varijs modis probari potest. Constat, illam ista pacta rata habuisse, constante & soluto matrimonio. Constante matrimonio constat Ream consensisse ex ipsius renuntiatione facta in fauorem fratrum deß Stammens W. K. Iam post matrimonium contractum anno elapso, vbi fit mentio pactorum inter N. de N. & ipsam initorum, quorum etiam initium & finis inseritur, his porro verbis adiectis videlicet, iam dicta pacta dotalia von jhnen beyden Eheleuten N von N angenommen vnnd bewilligt/ Item daß auff beyden Seiten jre Freundschafft deß Heurathsguts zubringen / vnnd wider Fäll halben mit der Eheleut Bewilligung gepflogener Vnderhandlung / der Heurathsverschreibung auffgericht.

Secundo probatur consensus ex eo, quod Rea iam vigore dd pactorum acceperit auream catenam quæ pars fuit sponsaliorum & pacti, quæ cum in vno † approbarit, in reliquis stare ijsdem 19 tenetur.

Tertio, quod Rea dicta pacta semper in custodia habuerit, manuque propria scripserit, daß dieses jhre vnd jhres Haußwirts Eheberedung sey/ soluto matrimonio in eodem consensu perseuerauit. 1. Quod id ipsum instrumentum tradit N. de N. & sic approbauit.

Nam iuris, quod † instrumentum contractus 20 alicui tradens id approbasse censeatur 2. Consensus apparet ex concepto liter. G. signato 5. Martij Anno &c. 73. iudicialiter producto, quod conceptum Rea in aliquibus locis emendauit: cui concepto pactum dotale inter ipsam & maritum est insertum. 3. Quod Rea post obitum mariti anno & medio lapso renuntiationem N. sollicitauit, & in propria persona iudicialiter comparuit.

4. Quia post obitum mariti dotem recepit, eamque Archiepiscopo N. pro pensione annua dedit: literas summam dotis ipsi assignatæ continentes accepit sub cautione, suo tempore heredibus domus N. sese restituturam promittens. Sed posito, nullum omnino consensum reæ adesse, tamen putat, quod non sit necessarius, cum ex extractu clausularum appareat, sponsas nullibi præsentes fuisse in pactis dotalibus, & sic propter consuetudinem Germaniæ non fuisse necessarium.

## *Resolutio obiectorum à Reis oppositorum.*

PRIMO opponitur, quod hic simus in pactis futuræ successionis: sed pacta de his disponẽtia debent non valere.

Secundo dispositionem esse factam de iure Tertij, scilicet Iunioris N. de N. non consentientis, neque scientis, quod similiter de iure sit illicitum, cum is non aliter, quam per fideicommissum vel substitutionem pupillarem grauari potuerit.

Tertio posito, quod ista dispositio aliquo modo procedat, tamen ad minus legitima filio conseruari, & consequenter ad Ream matrem transmitti debuisset Quandoquidem mater nec volens successionem filij de futuro repudiare potuerit.

Quoad primam obiectionem, videtur iuxta hanc quæstionem bona litigiosa Reis competere: quia actorum intentio solum fundatur in pactis, quibus induci videtur successionis modus, quod
21 per pactum priuati hominis † de iure fieri non
22 potest. Iuris enim est, hæreditates † pactis non
23 dari. *l. pactum. l. hæreditas. Cod. de pact.* adeo vt † pactum de futura successione, stipulatione vallatum, nullam producat actionem, nulliusque momenti sit, *l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de V. O. & ibi DD.*

Ratio huius triplex assignari potest. Vna, quia successiones per iuris modos, non pactis dari solent. 2: Quia inducit votum captandæ mortis. 3. Quia aufert liberam testandi facultatem, & ita velut contra bonos mores pactum dicitur, *DD. communiter locis citatis.* Quod procedit et-
24 iam in pactis dotalibus, Nam si † sponsus & sponsæ super hereditate & futura successione disponerent, talis dispositio vitiaretur. *Tiraq. de iure primogen. cap. 6.* His tamen non attentis probat pactum nostrum de iure communi & consuetudinario esse licitum.

De iure communi, quoniam hic versamur in pacto, cuius vi hereditas reseruatur. Conuenerunt namque coniuges, vt marito prædefuncto sua parte permanente seu durante ad certum tempus, in tempus specificatum, bona ab ipsis linea N. prouenientia penes actores manerent, ijsque reseruanda essent: contra vero vxor certam summam pecuniæ, aliaque bona eidem designata caperet: quod quidem † pactum lege est rece- 25
ptum & approbatum, § *fin. Inst. de legit. agnat. succeß. Bart. in l. fin. num. 2. ff. de pact.* vbi inquit: Quando quis vigore iuris à successione excluditur, & testamento facto succedere nihilominus potest, pacto conuento idem effici posse, tam eo tempore, quo primum afficerentur, quam post testamento actoribus relinquere potuisset. Ergo simili modo per pactum ijs eadem reseruare potuit.

Ideo non obstant supra ratione pactorum dotalium in contrarium adducta: & patent solutiones per Grassum *in suis communibus opinion. in verb. successio*, qui limitat ea duobus modis, scilicet, locum ea non habere, si conuentum sit non de vniuersa hereditate.

Item si fiat de successione reseruanda. Mox ibi subiungit: *Hodie de consuetudine Germaniæ contrarium obseruari, quod scilicet in pactis dotalibus conueniatur de successione acquirenda indistincte.* vbi alleg. Zas. *in l. stipulatio hoc modo. ff. de V. O.* dicentem, durum esse in Germania contrarium obtinere.

Et addit Grassus, se existimare eiusmodi conuentiones † de successionibus pactis dotalibus 26
sustineri in vim vltimæ voluntatis, si saltem quinque testes interuenerint, *argum. l. vbi ita donatur, de donat.*

Deinde † valere hoc pactum reseruandæ he- 27
reditatis in pactis dotalibus docet Zas. *in d. l. stipulatio. num. 99. de V. O.* dicens hoc modo posse saluari omnia pacta dotalia Germaniæ.

Nec obstat, si obijciatur, nos hic versari non in pacto retinendæ, sed potius amittendæ hereditatis, cum mater mittat hereditatem filij, & ita exemplum Zasij huc accommodari non posse, &c. cum Zasius nullam mentionem faciat liberorum, &c.

Quia respondeo, cum paciscens maritus temporeinitorum pactorum primorum liberam bonorum administrationem habuit, & secundum supra allegata & per testamentum bona sua in actores transferre potuit: non videt, cur non in posteriore pacto, maxime cum dispositio facta sit de bonis effectis, bona iam ante reseruata, denuo suam intentionem declarando, reseruare actoribus potuerit, ad instar testamentariæ dispositionis, quæ & in contractibus, vt infra patebit, locum habet.

Nec videt dissimilitudinem inter illa pacta. Etsi enim ibi in Zasio mentio liberorum nõ fiat, tamen adest par ratio.

Nam si dicamus in casu nostro simul esse annexum pactum de non succedendo, elici etiam potest ex pacto Zasij. Certum enim est, illa pacta fieri tantum in locis, vbi de consuetudine vxor succedit marito, & econtra, vt id pacto præueniatur, cum alias frustraneum esset pactum de-

desuper fieri. Quare si vxor successionem, quæ iure consuetudinario ei competit, per pactum iuxta Zasium remittere potest, putat etiam in casu nostro Ream tum temporis super iure nõ succedendi, quod illi nondum competebat, & in valde dubio euentu positum erat paciſci, ac eidem renuntiari potuisse.

28 Insuper pactum † factum in consequentiam priorum pactorum de iure approbatur, iuxta communem opinionem Grassi, *verb. successio*, §. *successio. quæst. 9. num. 25.* vbi in hunc modum quærit: *Quod si fiat pactum de succedendo in consequentiam præcedentium dispositionum, vel contractus præcedentis, ex quo contingeret aliquam hæreditatem obuenire, quæ esset restituenda, nunquid valebit?* Resp. Quod sic. Et dicit ita tenere *Bart. in l. fin. C. de pactis, quem DD. communiter sequuntur, iuxta Dec. ibi numer. 21. in gloss. verborum pacif. paciſc. Viuius commun. opin. libro primo, verb. pactum. num. 2.* Verum ex actis constat, mens ac intentio N. de N. Medij, quod in prioribus pactis bona N. sororibus, eorumque hæredibus in totum reseruare: In posterioribus vero, pacto cum N. Rea nihil aliud agere, nisi suam intentionem eo ipso reiterare seu declarare, & iuxta pacta priora disponere voluerit.

Ergo cum in consequentiam priorum omnia facta, & declaratio saltem subsecuta sit secundum iam allegatam opinionem DD. hoc pactum subsistere debet, cum sit expressi iuris, quod
29 † declarans nihil de nouo faciat, sed iam factum aperiat. *text. in leg. hereditas palam, §. sed et si notam. ff. de test.* Deinde id videtur etiam valere rõe reci-
30 procæ & vicissitudinariæ † conuentionis, quæ in iure est fundata, *iuxta commun. opinion. Viuij in verb. pactum. numer. 8. Grass. d. loco. quæstion. 9. numer. 11.*

31 Valet etiam pactum † de bonis præsentibus saltem, & non de futuris, vel si non fiat super omnibus bonis. *Grass. supra dict. loco.* vbi assignat rationem, quia eo casu non tollitur libera disponendi facultas, nec pacto hereditas datur, quia supereſt, de quo potest permittere testari. Et ita dicit esse de mente Bartol. *in dict. l. stipulatio hoc modo, Paris. consil. 26. num. 117.* Verum constat ex actis, N. Medium paciscentem tam in prioribus, quam in posteriore pacto cum Rea inito sibi aliquid reseruasse. In prioribus, pacto nimirum N. cum N. N. vbi prius reseruato sororibus regressu ad domum N. hæc verba subiunguntur, jedoch vorbehalten/ daß N. von N. seine angeworbene Gütter / die jhme nicht von Vatter vnnd Mutter anererbt /&c. In posteriore pacto iam reseruata bona in suo vigore relinquit, & adhuc illi liberam administrationem reseruat, repetendo reseruata in priore pacto, ibi vorbehältlich den von N. dasselb seines Gefallen zuverweisen / gleich sein ander Erb / vnnd angewunnene Gütter.

32 Adhæc, pactum † illud firmari posse videtur propter incertum euentum, in quem erat collatum, videlicet an filius Caspar Iunior nasciturus esset, vel non: vel eo nato an esset mansurus vsque ad certam ætatem, *per text. l. fideicommissa, vbi Castr. Alexand. & alij C. de Transact.* Quia pactum de hereditate † certi hominis in specie, est iu- 33
re vetitum, incerti est in genere permissum, *Viuius commun. opin. verb. pactum. §. 1. num. 10.* Item
† valet pactum, nec restitutio in integrum datur 34
etiam minori tanquam læso: si ex actu vel conuentione potest quis perspicere vtilitatem, sicut & damnum *Castr. dict. loc.* Sed certum est, quod N. Iunior, si vixisset, maximam vtilitatem, totamque domum N. accepisset. Ergo subsistere videtur pactum.

Vltimo si is, † qui paciscitur, tantum accepit, 35
quantum ei debetur, contra pactum venire non potest. Communem dicit Dec. *in l. pactum. num. 6. C. de collat. Zas. in d. l. stipulatio hoc modo. num. 25. argum. l. 1. §. si parens. si quis à patre manumiss. refert Grass. supra dict. loc. quæst 10.* Ex his putat de iure & communi DD. opinione actorum intentionem esse probatam, cum in veritate hoc pactum aliter describi non possit, quam pactum † reser- 36
uandæ hæreditatis, quod sine iuramento, vt ex consuetudine etiam valet. Nam quod attinet ad iuramentum, per illud confirmatur pactum amittendæ hæreditatis, quod idem consuetudo roborat. Sed posito, quod esset pactum amittendæ hereditatis, tamẽ illud etiam subsistere iure communi posset sine iuramento ac debitis solemnitatibus, quæ alias requiruntur. Constat
† de iure, illud sine iuramento inutile esse, & de- 37
bet aliquod loco legitimæ dotis alimentum dari, &c. DD. *in cap. quamuis*, nec illa in totum tolli possit.

Verum cum nos hic simus in alio & diuerso pacto, quam de quo supra dictum est, ac simus in successione ascendentis matris scilicet, quę excluditur † à successione filij, non putãt prædictas so- 38
lemnitates requiri.

I. Ex ea ratione, quia ascendentibus † alimen- 39
ta de iure naturali non ita debentur, sicut descendentibus, *secundum Bald. in d. l. 1. q. vlt. & consil. 336. præmittendum est. vol. 2.*

II. Cum maior ratio foueat † filium in bonis 40
parentum, quam parentes in bonis filij, *Corneus consil. 150.*

Et deinde alias † successio non sit ita debita a- 41
scendentibus, sicut descendentibus *per l. non et si à parentibus. de inoff. test. l. scripto. vnde l. ber.* Ex quibus putat, referri posse, cum in nostro pacto, supra dotem & alimenta, congruentem summam pecuniæ, consuetudo, nec non variis modis postea ratificando id pactum, acceperit, aliaque illa reseruata fuerint, eam conuenire huic pacto minime posse, ac reseruationem hanc esse loco legitimæ, quæ ipsi alias iuxta prædicta omnino non debere, maxime accedente rationabili causa, vt

in nostro pacto, cum alias in statuto mater ob a-
42 liquam † rationabilem causam sua dote, ac etiam legitima in totum priuari possit. *Curt. Iun. consil. 101. per tot. quem allgat Brunus tract. de stat. & succes. filiar. acti. q. 20.*

Secundo firmamus etiam consuetudine pactum amittendæ hæreditatis, si tale esset, propter quod huiusmodi pacta valent per supra deducta.
43 Consuetudine † hoc posse induci probatur ex identitate, quam habet cum statuto. Imo & sta-
44 tuto & † consuetudini attribui potest, vt bona maneant in familia. *DD. communiter l. si quis posthumum. §. si filius. ff. de lib. & posth.* Sed in statutis potest id fieri, *iuxta Bald. & Sal. in l. 2. Cod. de in ius vocando.*

Ergo etiam consuetudine, argumento à maiore ad minus, cum nostro casu agatur de bonis filij iam antea affectis, nulloque iure matri competentibus, ibi vero in statuto nimirum de bonis patrimonialibus iure naturæ debitis. Nec
45 obstat obiectio, dispositionem † de iure tertij esse inualidam. Nam respondet, & loco solutionis repetit, l. supra adducta de consuetudine, quod videlicet ea extendatur etiam in eum casum, quo matres filijs succedere possent, & tamen per illam excluduntur. Ex quo apparet, de iure tertij dispositionem fieri posse. 11. Non valet propter dissimilitudinem, cum quis possit pacisci de bonis cum conditione, *si sine prole decesserit*, cur non idem etiam sub conditione, *si sine prole permanente, seu prole decedente, in pupillari ætate*, & ita quasi substituere possit, cum par in vtrisque sit ratio & potentia, & vtraque clausula vim pupilla-
46 ris substitutionis habeat. Quemadmodum † in contractu matrimonij hæredis institutio fieri possit, ita etiam substitutionibus in contractibus inter viuos locus esse potest. *Ant. Cont. in l. pactum, quod dotal. C. de coll. Crauet. consil. 19. l. 1. n. 8.* vbi dicit in contractibus substitutionem fieri posse. *Couar. lib. 1. variar. resolu. c. 3. l in hæredibus, de leg. 2. Cast. consil. 347. lib. 1.* Quemadmodum iuxta Crauettam donatarius purificata conditione substitutionis, rei vindicatione ad bona sibi donata agere potest: sic etiam putat actores in casu nostro bona N. per substitutionis modum ipsis reseruata petere posse.

Non obstat etiam tertio loco, quod de legitima dubitari potest. Etsi enim videtur eam onerari non potuisse: vulgatum enim est, legitimam
47 † post mortem patris pleno iure deberi, *auth. nouissima. C. de inoffic.* Etsi legitima relicta sit cum grauamine, illud ipso iure tolli ac reijci, ac si appositum non esset, *l. quoniam in prioribus. C. d. tit.* His non obstantibus, putat contrarium, scilicet legitimam per patrem onerari potuisse. Simili modo in pupillari substitutione à legitima filij onus non reijcitur, *ita tenet Bar. in gl. d. l. quoniam in prioribus. C. d. tit.* quia hæc substitutio non onus seu grauamen, sed potius commoditatem & vtilitatem filij inducere videtur.

Quia † grauamen vel conditio apposita in fa- 48
uorem ipsius filij, & commodum, nunquam reijcitur, imo valet, *Ant. Gabr. conclus. 1. num. 20. tit. de legit.* Iam in nostro casu filius nullum grauamen, sed magis commodum, videlicet totam domum N. sensit. Ergo, &c. Non obstat, si dicatur, in nostra causa non adesse vltimam voluntatem, sed pactum tantum seu contractum inter viuos factum, quia respondeo, etiam per contractum filij legitimam onerari posse per patrem, vt pulchre distinguit Grassus *commun. opin. verb. legitima. quæst. 44. Picus in l. post contractum. de donat.* Ad prædicta omnia facit transactio, ex qua patet, priora omnia esse confirmata: vti patet ex verbis eius, litera C. Ad compulsoriales prius emanatas, producta est ista transactio. Ex quibus non obstare putat, quod à Rea obijcitur, transactionem esse factam sine ipsius vel filij consensu: quia quod ad filium attinet, ille defectus suppletur præsentia & auctoritate tutorum. Consensus vero est scientiæ Reæ N. matris, quamuis in iam dicta transactione inter N. & N. de N. & tutores tunioris N. de N. in præsentia Episcopi M. facta Anno 1558. 15. Martij, in qua transactione inter alia prouisum, daß M. durch sich selbst / oder die jhre auff den 23. deß Monats / als solch Hauß M. vnnd anders in massen / als vorhin vertragen / vnnd vberkommen / obgenannten Vormündern oder jhren vollmächtigen gegen Zustellung deß vorgenannten Inuentarij, sollen einraumen vnnd vberlieffern / wie auch innwendig derselben Zeit die Verträg / so auff dem Hauß M zwischen Frauwen M jhrem Ehegemal vnnd den Vormündern auffgericht / ingrossiert / vnnd einem jeden versiegelt gehandreicht sollen werden. Sigillarunt Episcopus & patres, &c.

Ex hac transactione confirmatur illa prior litera C. producta, de qua ante, & sic consequenter pactum nostrum declaratur. Consensus N. videtur etiam confirmari per vltimam voluntatem N. Medij (mariti prioris ipsius Reæ) quæ etsi à Rea impugnatur tanquam inualida, tamen eandem ad confirmationem dictorum pactorum prius initorum sufficere putat. Quia Rea illam per plures actus approbauit, vigore eiusdem voluntatis legata aliqua exsoluendo: vt patet per ipsius confessionem ad 41. 42 & 43. & 45. positionales, vbi confitetur, quod vigore iam dictæ voluntatis exsecutores ad se postularit, ijdem eandem voluntatem vltimam sui mariti præsentarit, tradiderit, exsecutionemque semper flagitarit.

Adhoc dictum vltima voluntas non solum à parte aduersa, verum etiam ab episcopo M. nuncupata est. Ex his infert, cum aliqua approbarit in testamento, quod reliqua quæ contra ipsam sint, improbare non possit.

Nec obstat, quod à Reis hic obiicitur, ex testamento hereditatem † neminem consequi posse, 49
nisi

nisi qui in eo hæres institutus sit. Sed in dicto testamento actores nullo hæredum nomine honoratos esse. Ergo & hæredes esse non posse. Respondet enim actorum intentionem non esse, quod velint hæreditatem ex illo capite petere: verum eo saltem demonstrare, quod N. de N. medius, constantem secum habuit voluntatem conseruandæ domus N. in familia, & quod in ea ad extremum vitæ spiritum perseuerauit. Inde sequitur, etsi priora facta tanquam dubia & incerta aliquo modo impugnari possent, tamen iam pro firmis habenda. *l. 3. C. de lib. præt.* Nec est verisimile, quod Rea prætendit, se contenta ignorare. Ideoque ignorantiam ei non obesse, cum contrarium colligatur ex supra dictis actibus, quibus vltimæ voluntati Rea acquieuit, soluendo legata. Nihil quoque ad rem facit, quod à parte aduersa adductum, si dicta vltima voluntate voluisset testator bona litigiosa actoribus relinquere: Quod vel vnico verbo potuisset filio, si sine liberis moreretur, substituere: sed quia cognatos vlterioris gradus, scilicet actores exiguo legato tantum honorarit, eo ipso significasse, se nolle illos aliud ex sua dispositione, quam illud legatum consequi, reseruato saltem eo, quod illis ab intestato obuenire posset. Nam respondet huic voluntati, clausulam principalem insertam, quæ actoribus bona litigiosa tribuit, omitti, quia etiam tacite institui videntur, cuius clausulæ verba sunt: Jtem meiner lieben Haußfrauwen heiligs Fürwarten sollen in jhren Wircken vnverschret bleiben/ &c.

Ex his omnibus cum in primis certum sit, ver-
50 bum, bleiben † in nostro casu habere tractum successiuum, & denotare perseuerantiam, eamq, interpretationem ex iure præiudicio clausulæ, & expressa voluntate contrahentium procedere. Deinde N. de N. medium hunc testatum voluisse d. verbum, bleiben/ extendere eo vsque, quousque liberi eius ad matrimonium essent habiles, & si ante id tempus morerentur, bona litigiosa ad actores reuerti, quandoquidem reseruatio tam ex prioribus pactis cum sororibus, quam posteriori cum vxore Rea initis colligi potest, & insuper illa conditio purificata sit, necessario ad actores bona litigiosa redibunt. Nec enim mouet, quod contra posterius pactum solet obijci, illud esse contra bonos mores, cum pactis hæreditas non detur, &c. Quia si recte perpendamus, videmus, quod in eo durarit prior voluntas, vt videlicet bona N. & ex ijs prouenientia, iam antea reseruata, ad actores reuertantur, matri vicissim vna cum dote ex ijsdem bonis certa summa pecuniæ, aliaque bona mobilia reddantur, matri tamen reseruata in bonis ante non affectis, libera administratione, ideo vt suo iudicio non sapiat dispositionem omnium bonorum, nec præsentium & futurorum simul, & sit potius factum in consequentiam priorum pactorum, & Rea tantum, vel etiam plus acceperit, quam ei debebitur: quæ quidem pacta de iure approbantur. Nec eum mouet, quod ratione Reæ consensus secundo loco fuit obiectus, &c. Posito enim quod necessarius fuisset, vti non putat, tamen, vt supra deductum, cum tam constante, quam soluto matrimonio esse adhibitum constat, maxime ex ratificatione d. vltimæ voluntatis mariti. Sed insuper etiam Episcopus M. suum consensum & auctoritatem adhibuit, ita vt omnia solemniter gesta de iure & æquitate præsumantur. Cum itaque his quoque accedat consuetudo, eaque satis probata sit, iuxta petitionem actorum pronunciandum fore, existimat, adiudicando ipsis bona omnia à N. Iuniore relicta vna cum fructibus perceptis & percipiendis à tempore litis cœptæ, &c. Quoad fructus, quo minus isti debeantur, non obstant in contrarium adducta, cum in pactis cautum esse reperiatur, quod Rea exsistente casu, quo ipsa 3000. aureorum contenta esse debuerat, tunc demum bona N. hæredibus permittere debere, cum prætacta 3000. eidē prius essent ab hæredibus soluta. Posito ergo, quod petitio in principali haberet locum, tamen cum pactum à sua parte actores non impleuerunt, Reum & Ream bona litigiosa ex conuentione retinere posse, donec præfata summa fuerit soluta. His siquidem respondetur, culpam, quo minus contractus fuerit impletus, potius Reis, quam actoribus fuisse adscribendam.

Quando enim actor est paratus contractum adimplere ac soluere, Reus vero cum similiter posset, id recusat, tunc culpa seu mora Reo, non actori imputari debet, & venit interesse actoris, *iuxta Castr. in l. arbitrium. de eo, quod certo loco. num. 7.* Sed certum est, actores non fuisse in mora, sed semper paratos obtulisse pecuniam. Ergo nulla mora illis imputanda. Et posito, quod actores in mora fuissent, tamen ijs nihil obesse, quia Reis similiter in ea existentibus, tunc vna mora cum alia compensarentur, *iuxta Castrens. dict. loco.* Mora † enim non inspicitur, cum debitor & creditor 51
est in mora. *leg. si & per emptorem, de act. empt.* Sed Reus per interpellationem in mora esse constat. Ergo, &c. Sufficit † namque sola interpel- 52
latio ad constituendum quem in mora, maxime quando fructus iure actionis veniunt, vt in casu nostro *l. si ex legati ratione, de verb. oblig. Castrens. in l. cum postulasset. num. 2. de dam. infect.* Quod procedit, etsi interpellatio fiat extra iudicium, *iuxta l. qui Romæ, §. cohæredes. d. tit.* Secundo, Moram ex parte actorum commissam in deponenda pecunia non esse, inde apparet: quoniam si ab ipsis petita, nec vicissim bona litigiosa oblata fuissent, per exceptionem Reos repellere licuisset. Non est in mora † is, à quo pecunia propter excep- 53
tionem peti non potest, *l. lecta, §. sed cum sortis. ff. si cert. pet.* Tertio, etiamsi solutio nulla ab 54
actoribus facta sit, tamen in † mora ipsos esse, dici

non potest, quia res in iudicium ducta, *iuxta l. si quis solutione, in princip. de vsufr.* Quarto, Oblatio
55 † sola verbalis efficit, vt quis non constituatur in mora *per l. illud. ff. de peric. & commod. rei vend.* Quia cessat causa, propter quam fructuũ cursus intentionem Reorum deberet impedire. Ideoque ea
56 cessante † cessat effectus, *Ang. d. l. lecta.* Sed posito, quod mora sit commissa, tamen nihil obstare, cum oblatione opus non fuerit: & quæstio illa adhuc non moueri, sed demum locum habere possit, sententia iam lata: quia certum est, huiusmodi fructus competere iure actionis, qui iam probata actione, ac decisa causa veniunt, maxime vero, quia rei tum eo animo bona N. occuparint, ac si ipsimet hæredes essent, iuxta quod solutionem sibi ipsis facere debuissent: qua de causa nulla oblatione seu depositione opus fuit. Cum autem eo ipso, pecunia illa cum hæreditate erat confusa, ex his concludit, fructus actoribus esse adiudicandos. Et quod debeantur à tempore litis cœptæ, probatur, quia in petitione hæreditatis per solam motionem controuersiæ, quæ
57 fit extra † iudiciũ, constituitur quis in mala fide, & res efficitur litigiosa *per l. diuus, de petit. hæreditatis. Paul. de Castr. in l. si fundum. Cod. de rei vendicat.*
58 Quodque † debeantur tam percepti, quam percipiendi facit *l. litigator. C. de fructib. & lit. expens.*
59 Fructus namque † augent hæreditatem, cum ab eo possidentur, à quo peti potest hæreditas *l. non est ambiguum. famil. erciscund.* Et post moram in bo-
60 næ fidei iudicijs omnes accessiones, † fructus & commoda veniunt. *l. cum fundus. ff. in princ. si cert.*
61 *pet.* Accedit, quod fructus † & interesse in hoc petitionis hæreditatis iudicio iure actionis non officio iudicis veniunt. *l. item. 22. §. fructus, vbi gloss. l. sed et si lege. §. 3. de petit. hæreditat.* Actores id, quod ratione pacti dotalis reis debetur obtulisse, constat ex Schedula memoriali comprehensa in verschlossenen Documenten/&c. Iam oritur quæ-
62 stio in puncto interuentionis, *an † mater à filij successione propter renunciationem pacto exclusa, censeatur etiam exclusa filia illius, soror vterina defuncti?*
63 Et videtur imprimis † sororem vterinam actores tanquam remotiores gradu præcedere, & in petenda hæreditate fraterna potiorem esse, *iuxta authent. post fratres. & l. 1. C. de leg. hæred.* Et quod in nostro casu etiam dato, quod mater esset exclusa, filia tamen excludi nõ debeat, videtur probari posse.

64 I. Ex eo exemplo, quando mater secundo † nubens, filio & filia relictis impuberibus, tutorem non petens, mortuo filio ab eius successione excluditur, filia propterea à fratris successione non excluditur. Et sic à simili videtur in nostro casu, matre exclusa filiam non excludi.

65 II. Quia iuris est pactum † exclusiuum ad hæredes non extendi, nec matre renunciante aut ius suum remittente, eius liberi remisisse præsumuntur, quia ex sua persona ius integrũ manet, quod à matre non acceperint. *Bart. in l. qui superstites. n. 2. de acquir. hæred.* Quibus tamen, alijsque, quæ pro opinione illa adduci possent, non obstantib. censet, filiæ nullũ ius, quo ad bona litigiosa cõpetere, quia filia aut vult venire ex persona matris, & non potest: quia mater pacto est exclusa: aut vult venire ex propria persona, tanquam soror defuncti, & vna cum matre in hæreditatem fratris succedere: sed nec id locum habet, *iuxta auth. de hæred. ab intest. veni. §. consequens.* Licet † enim quidam DD. in 66
ea sint opinione, q̃ vno tantum latere coniuncti fratres & sorores, vna cum parentibus ab intestato defuncto succedere possint, *iuxta l. si quis quibus C. ad Tertull. in pr. vers. sola cognationu iura habente,* &c vbi dicitur, quod frater ex vno latere tantum admittitur cum matre, & sic cum ascendentibus. Tamen contra hãc opinionem alij textus & DD. communis sentẽtia militat: qui dicunt hunc textum hodie esse correctum, & requiri vtrunque vinculum ad hoc, vt fratres & sorores admittantur cum ascendentibus. *Matthesil. in tract. de success. ab intest. 2. articulo principali. num. 10.* Deinde etiam defuncta matre filia in locum eius nõ succederet: imo excluderetur sicut mater: & quia fauor, propter quem † pactum est initum, durat mortua ma- 67
tre sicut ea viua, *vt probatur in l. qui iure militari, cũ l. seq. de test. mil.* Et licet ex ea parte, qua pactũ excludit matrem, non contineatur filia, tamen ex ea parte, qua reliqui vocantur, excludetur. *per l. quod in. §. si quis post, de leg. 1.* vbi, quod ad vnum applicatur, alteri remouetur. Facit ad hoc, quia persona, quæ excluditur, nunquam est causa fauoris, sed illa, quæ includitur. Vnde illa inclusa tanquam principaliter debet attendi, *arg. l. sed et si. §. fin. de in ius vocando.* Et est melior textus de iure *secundum Bald. & ibi Castr. in l. si defunct. C. de suis & leg.* Vbi patet, quod illi, quorum commodo fit aliorum exclusio, videntur vocari, quamuis aliter hoc non exprimatur Hanc quæstionem & diffuse examinat Bal. *in l. maximum vitium 1. & 2. col. C. de lib. prat.* vbi eam comprobat etiam alijs fundamentis: quia
non debet melioris conditionis esse † filia, quam 68
ipsa mater. *arg. l. si viua matre. C. de bonis maternis.* Itẽ quod statuitur in causa proxima, censeatur † sta- 69
tutũ in causa remota, quæ ex illa descendit, *Castr. consil. 418. in c. quod ista mater. Bal. in l. sumus. in pr. & vlt. q. C. de inoff. test. Itẽ cons. 269. circa secundum quæsitum,* vbi ponit regulam, quod vbicunque † ex- 70
cluditur aliquis fauore alicuius, tunc sequentes in gradu intelliguntur excluſi. Et quoniam iam dicta locum habent, quando aliquo modo dubitatur de mente statuentium & contrahentiũ, multo magis in nostro casu ea procedere debent, vbi sumus in casu plano & claro, & expressa contrahentium voluntate. Nec obstant in contrarium adducta, quia diuersa sint à casu nostro. Ibi n. mater non excluditur fauore alterius, sed propter suam culpam, quia sc. liberis tutores intra legitimum tempus non petijt, in quo casu matris culpa filio nocere non potest. Quando enim non propter alterius fauorem, sed propter mortem, † re- 71
pudia-

pudiationem, delictum, vel ingratitudinem quis excluderetur, tunc sequens in gradu succederet, *auth. cessante. C. de leg. hæred. §. sui autē, cum seq. vers. illud palam, Inst. de hæred. ab intest. & l. si quis filium. C. de inoff. test.* Ex his putat, matre per pactum exclusa, filiam quoque excludi.

Sententia. Jn Sachen N vom N Klägers/wider Weyland N. von N jetzo dessen Erben/ curatores vnd Consorten/ Beklagte anders Theils/ ist allem fürbringen nach zu Recht erkand/ daß gedachter Kläger Weylandt N. von N. deß jüngern rechter Erbe/auch die Beklagte dero in actis angezogē Heurahts Verschreibung zu geleben/vnd derhalben jme Klägern das Hauß N sampt dessen zu vnd angehöre/auch gantzer Verlassenschafft/so viel zu iren Händen kommen/ ausserhalbe was jhr vermög berürter Heurahts Verschreibung gebüret/ sampt dero von Zeit an ermeltes N von N. Absterben/daruon auffgehabenen Nutzungen/oder so daruon auffgehaben hetten werden mögen/einzuantworten vnd zuzustellen schuldig seyn/darzu wir sie denn hiemit condemniren vnd verdammen die Gerichtskosten derwegen auffgelauffen/auß bewegenden Vrsachen/ &c. Ferner vnd inter easdem in puncto interuentionis in specie N von N. Curatorn ad litem in actis ernennet/ pro interesse belangendt/ ist gleichfalls allem fürbringen nach zu Recht erkannt/daß die Beklagte von angestelter Jnterventionklag zu absoluiren vñ zuerledigen sey/als wir sie hiemit absoluiren vnd erledigen/compensatis expensis, &c.

## *Votum II. Correferentis.*

Jvrisdictio fundatur ex denegata & prorogata iustitia, für N. im Stifft M. vt patet ex instrumento denegatæ iustitiæ num. 3. Anno 62. 26. Augusti die in Camera iudicialiter producto *Gail. obs. 28. num. 1. & 2. lib. 1.* Procuratoria iusta Morte enim domini N. nobis nullum præbetur impedimentum, quo minus diffinitiue pronuntiare possimus, cum is post cōclusionem diffinitiuam mortuus sit, recessa visitat. de Anno 78. §. vnd demnach/&c. cum seq.

## *Quæ actio instituta?*

72 AD cognoscendum genus† actionis conclusio, non narratio libelli diligenter attendi debet, *Ias. in §. omnium. n. 130. Inst. de actionib. Schneidewv. ibid. num. 76. l. si voluntatem. vbi Bald. C. de rest. vend. quem Dec. alleg. in c. fin. C. de probat Bar. in l. certi condictio. n. 2. si cert. pet.* inquiens actionum diuersitatem ex medio concludendi cognosci.

Iam inspecta petitione libelli apparet, actores duo petere. I. Se declarari hæredes N. de N. Iunioris. II. Reos condemnari ad restitutionem rerū hæreditariarum cum fructibus perceptis & percipiendis. Atque hanc formulam petitioni hæreditatis proprie conuenire attestatur Ias. *in d. §. omnium. numer. 4.* addens hanc restitutionem rerū hæreditariarum non iure actionis, sed officio iudicis venire actioni deseruiente, *per l. licet minimam, 10. ibi, sed hoc solum. ff. de petit. hæred.* Hæreditatis igitur petitionem non quidem veteri, sed nouo iure, quod scilicet regulatur secundum pacta, & consuetudines istorum locorum hic esse institutam, dubium non est, *Placent. de varietat. actionum, libro primo, tit. 3. per l. 1. & 3. de petit. hæreditatis.*

## *An probata?*

PRo huius puncti decisione repeto in primis votum Domini Referentis, ita tamen, vt non secundum petitionem libelli, quæ super vniuersa hęreditate concepta est, sed super dispositione certorum bonorum, videlicet N. pronunciare malim. Ideoque propter clausulam salutarem libello appositam, quæ tantum operatur, vt per illam remedium competens imploratum videatur: maxime cum alias ex verbis libelli ius agentis satis cognosci possit: quo casu libellus etiam quocunque modo conceptus valet, saltem officio iudicis, quod cum alijs actionibus concurrit, cum sit † latissimum, & competat vbi- 73
cunque quis iustitiam habet, *Innocent. in c. conquerente. num. 2. vers. item si in libello. & vers. seq. de offic. iudic. ord. tract. de statut fœmin. à succes. exclud. art. 15. princip. num. 3.* vbi inquit: Si prouisio statuti vel factum apertum narratur, & beneficium statuti seu actio inepte proponatur, tunc sustineri secundum communem sententiam talem petitionem, allegat *Bart. Bald & communiter scribentes in l. 1. in princ. de edendo. & in l. edita. C. eod.* Et supra dicta †clausula tantum etiam operatur, vt intelligatur conclusum, prout ex narratis quocunque 74
modo colligi potest.

His sic positis sequentia præmitto. Et quidem primo, pactum † de succedendo in bonis saltem 75
præsentibus, non futuris, vel incertis quibusdam bonis, non vniuersali hæreditate de iure improbatum non esse, communem dicit Curt. Iunior *consil. 81. num. 4. quem refert Villal. com. opin. verb. pactum, num. 3. Viuius ibid. lib. 1.* Atq; hoc procedit, etiamsi quis in genere bona sua alicui post mortem suam promittat. Hoc† namq; casu promissio ista 76
non ad vniuersam hæreditatem trahitur, sed ea tantum bona quæ paciscens promissionis tempore possidebat & habebat, complectitur, *l. si ita legatum esset. de auro & argen. leg. l. fin. §. qui indui- sam. de leg. 2.* Ratio est, quia appellatione † bo- 77
norum siue in dispositione generali, siue simpliciter facta, non futura, sed presentia tantum bona veniunt, tale pactum liberam testandi facultatem non omnino adimit. *Turzanus communium opinionum capitulo octuagesimo tertio, numer. 2. & 3. Viuius dict. loco. numer. nono* Sic † valet conuentio in- 78
ter fratres vel alios, vt vnus alteri succedat, si non sit facta de omnibus bonis præsentibus & futuris, *Port. commun. opin. lib. 6. conclusion. 5. in princip.*

*Tiraq. quæst. 6. num. 7. de iure primogen.* Talia namq; verba vniuersalia tanquam Scyllam fugienda esse inquit Viuius d. loco.

79 Secundo † præmitto, talia pacta non solum de iure procedere, sed etiam consuetudine induci posse, non tantum super hæreditatibus paciscentium, sed etiam aliorum, *Port. conc. 23. lim. 2. lib. 6. Iaſ. in l. pactum dotale. num. 3. vers. in tertia parte, & num. 4 lim. 4. C. de coll.* Iura † namque consuetudinaria de successione disponere posse tradit Bal. *in cap. mulier, si de feudo def. & c. per c. Raynutius. de testibus.*

81 Hac enim ratione † valet pactum vt primogenit' succedat alijs prorsus exclusis, aut nõ æqualiter succedentib. *Bal. d. loco & in l. cunctos. Zaſ. de summa trin. Iaſ. in d. l. pactum dotale, num. 4. versic. vltimo fallit. Tiraq. d. loco. q. 7. num. 7.* vbi inquit, tale pactum in contractu matrimonij factum in multis regni
82 partibus obseruari, præsertim inter nobiles. Sic † consuetudine induci potest, vt filij secundi matrimonij, tam in feudis quam in ceteris bonis *Aluar. in d. c. Mulier. num. 1. si de feud. def. & c. c. 1. de filijs natis ex matrimonio.*

83 Qui quidem † textus licet loquatur de nobili, qui primo vxorem nobilem duxerat, ex qua liberos suscepérat, & postea ea defuncta cum alia minus nobili contraxerat, tamen ea locum habere in quibusvis nobilibus & ignobilibus, dicit *Tiraq. d. q. 6. n. 3. de iure primogen.* Etiamsi enim talia pacta
84 † de iure reprobata sint, tamen de consuetudine admittuntur. *Aluar. dicto loco num. 2. & in c. filij nati. num. 12. & 3. si de feud. def. & c.* Ratio talis consue-
85 tudinis est fauor matrimonij, per quod genus † humanum conseruatur, eidēq; immortalitatem præstat, *Auth. de nuptijs, in princ. concord. l. 1. sol. matr. Aluar. & Bald. in d. c. filij nati.* Addit ibi Aluar. quod hac ratione toleratur etiam conditio turpis ex consuetudine speciali adducta, quæ alias reijci debuisset.

86 Tertio præmitto, quod † pactum de succedendo tertio valeat, si is, de cuius hæreditate agitur, consentiat, & in eodem consensu perseueret. *l. fin. vbi Iaſ. num. 13. C. de pact.* Licet ille consensus non à principio, sed ex post facto interueniat. Bal. *in d. l. fin. quem sequitur Dec. consil. 31. col. 3. Crauetta consil. 19. quos allegat Viuius verb. pactum. n. 7. VVesenb. consil. 71. num. 23.*

87 Quarto, præmitto † valere tale pactum, quando illud venit ex natura contractus liciti præambuli. *l. si quis seruum. 24. de action. empt. Iaſ. in dict. leg. fin. num. 7. limitat. 6. C. de pact. Boer. consil. 50. numero octauo.*

Quinto, præmitto maiorem esse rationem in bonis parentum, quam in bonis filiorum. Nec
88 enim successio ita † debita est ascendentibus, quam descendentib. *l. nam etsi parentibus de inoffic. testament. leg. scripto. ff. vnde lib.* Non enim ita de-
89 betur † patri filij hæreditas, sicut filio hæreditas paterna. *gloss. in l. pactum dotale, in verb. improbatur. Codic. de coll. leg. prima. §. si parens. & ibi gloss. verb. repellitur, ff. si à parente quis fuerit manumiss.* sic † statutum excludens fœminas ascendentes à 90
successione liberorum ascendentium valet, & minus dubie procedit, cum ascendentibus de iure naturali alimenta non debeantur, *Brunus in tract. statut. fœminas exclud. & c. princip. artic. 1. numer. 22. 23.*

His sic pro declaratione præmissis ad probationem intentionis actorum accedam, ad quam probandam varia ab ipsis producuntur documenta, inter reliqua quinque pacta dotalia, eaque triplicia: inprimis autem illa inter N. de N. Medium patrem scilicet Iunioris, & maritum Reæ N. & N. eius vxorem Ream nostram de Anno 1550. 5. Februarij confecta. Ex quibus primo apparet, d. N. Mediũ de præsentibus tantum, non de futuris, item de certis quibusdam bonis, non de vniuersali hæreditate dispossuisse. Quod ad præsentia bona attinet, de ijs tantum prouisum esse videntur monstrare verba illa pactis dotalibus N. N. & N. de N. inserta mihi fol. 11. ibi: vnd wenn der letzte Pfenning dieser Summen bezahlet ist/ sollen N vnnd N so viel das Hauß N. belangendt/ Verzeichnuß thun/ &c. paulo post, &c. Jedoch jhnen vorbehalten/ &c. ibi, &c. jhren Anspruch an daß Hauß N. cum seqq. vsque ad vers. da sich aber begebe/ &c. vbi si reseruat in reliquis bonis acquisitis & acquirendis libertatem alienandi, & ad libitum de ijs disponendi, Item in vorgiegs Brieff/ litera F. numer. 2. modo dictorum coniugum, vers vorbehalten/ ibi, in dem Fall soll d. N jhren Anspruch vnnd Gerechtigkeit von dem Hauß N. behalten/ quæ quidem literæ die Luciæ virginis Anno 52. & sic integrum annum post mortem N. Medij confectę sunt, & tamen d. N. sibi ius suum reseruat conditione euenient e, saltē in ædibus N. non in tota hereditate. Quæ quidem reseruatio videtur esse declaratio pactorum dotalium nostri N. cum N. vxore & Rea nostra initorum, quod videlicet illud paciscentes intellexerint de bonis seu saltem ædibus N. Maxime cum dicta N. filia de N. se ad d. pacta N N. fratris sui ibidem expresse referat.

Quamuis & illa ipsa pacta videantur innuere adhuc alia bona superfuisse, in versu: Neben dem/ &c. ibi, die vbrige Gütter/ &c & vers. seq. Dagegen gleich sein ander Erb/ vnnd angewunnen Gütter.

Mallem itaque si fieri posset in iam d. literis persistere, & eo, quo dictum est modo pacta declarare: præsertim cum videmus ipsosmet paciscentes & ita intellexisse, & desuper contentos fuisse, & ad hanc interpretationem me maxime mouet consuetudo generalis Episcopatus M. & totius fere Germaniæ, quæ ex extractu clausularum producto, multis actibus extraiudicialibus habet, (excepto Rennenberg contra Rennenberg/) tam ante, quam post hunc actum celebra-

lebratio notoria sit, & depositionibus testium quoque insuper corroboratur, de quibus late Dn. Ref, ad quem me breuitatis studio refero, sicut & ad ea, quæ in secundo præmisso dixi. His accedit mens, voluntas & intentio paciscentium, quæ qualis fuerit, hinc inde ex actis & productis documentis satis manifeste colligitur: quod scilicet propter præambulas renunciationes bonorum paternorum & maternorum à sororibus suis, in fratris N. scilicet N Reæ nostræ in mariti fauorem factas noluerit bona sua post mortem filii ad aliam quamque peruenire lineam: atque sic propter beneficium renunciationis sibi à sororibus præstitum, se ad quasi antidota vel renũciationem obligare voluit: Neque enim verisimile est, dictas sorores bonis suis paternis & maternis, in quibus alias æquale ius succedendi habuissent cum fratre, renunciasse, si illis non fuisset reseruata aliqua spes succedendi. Idque modo indictis
91 pactis allegato. Renunciationes namque † etiamsi libere sint, *l. si quis in conscribendo. C. de pact.* Tamen non facile præsumuntur factæ absque causa. *l. si vnus. §. ante omnia. de pact. leg. si ex pluribus de solut. Bal. in leg. 1. vlt. notab. C. de*
92 *edict. D. Had. toll.* maxime in mulieribus, † quarum genus alias auarissimum & tenacissimum est, *vt inquit gl. in l. 1. super verb. nulla est. C. ad S.C. Velleian.*

Quare cum dd. renunciationes sororum propter modo allegatam reiertionem præambulam in fauorem fratris, in conseruationem
93 † familiæ & agnationis, in qua versatur fauor publicus, qua de causa & fauorabiliores sunt *Brunus in d. tract. Statutorum fœminas exclud. artic. 1. principal. num. 18.* factæ sunt: Putarim easdem eo facilius sustineri ac defendi posse, per iura in quarto præmisso adducta: maxime cum etiam alias ratione publicæ vtilitatis †à turis com-
94 munis regulis non raro recedatur. *l. ad bestias. 31. vbi DD. ff. de pœnis.* His adminiculatur æqui-
95 tas † ipsa, quæ in summo principis consistorio semper attendi debet.

Et quod videmus, Ream nostram alias ex bonis mariti sui plus accepisse, quam illi de iure debetur. Recepit namque dotem, catenam auream pro 500. fl. aureis 3000. fl. post mortem filii pro sua portione domus N. dimidiam partem bonorum mobilium & acquirendorum, vestes, clinodia, & tertiam futurorum bonorum, ita vt de læsione iusta queri non possit. Insuper versamur hic in successione
96 † matris vel fœminæ ascendentis, cuius non tanta est ratio, quam liberorum in bonis parentum, per ea quæ in vltimo præmisso tradita
97 sunt. &c. Denique licet alias † pacta de non succedendo de iure improbata sint. *l. pactum dotale, vbi Bar. & DD. C. de collat.* valent tamen, & subsistunt, quando quis hoc nomine aliquid accepit, & præsertim si tantum, quantum alias loco legitimæ habiturus erat, *Bar. dic. loco. numer. 4. tex. in d. l. 1. §. si parens. ff. si quis à parente manumiss.* Atque Reæ nostræ 3000. fl. dimidiam partem mobilium acquirendorum, & tertiam futurorum bonorum ex dictis pactis hac ratione competere, modo dictum est. Igitur & hac ratione talia pacta saluari poterunt.

Quamuis etiam alicui videri possit, Ream nostram paciscendo de recipienda † certa pe- 98
cuniæ summa pro hæreditate filii ad obseruantiam contractus vel pacti se obligasse, & propterea à successione filii exclusam esse, non quidem tam vigore pacti, quam quod turpiter fecerit accipiendo pecuniam, secundum ea, quæ notat *Bar. d. loco. num. 3. vers. primus est. &c.* vbi pater † accipiens pecuniam, vt filium emanci- 99
pet, ab illius successione excluditur. *gl. in verb. improbatur. in d. l pactum dotale.* Vltimo videntur d. pacta ab Episcopo M. tanquam ordinario approbata & confirmata esse, vt patet ex transactione coram d Episcopo confecta, & litera O. producta, in qua confirmantur aliæ transactiones, & reliqua vigore pactorũ † con- 100
stituta, atque ita ex eo quoque robur accipiunt. *Wesenb. cons. 71. num. 37. cum seqq.*

## *An elisa? vbi contrariorum resolutio.*

NEc me mouent, quæ pro elisione à Rea adducuntur, quod scilicet negat, se in pacta illa consensisse, eaque ratificasse: contrarium namque ex actis patet, & eius consensus & ratihabitio ex actibus multiplicibus concipiuntur. Et quidem primo ex copia der verzeichnuß vnnd vertrags N. N. & eius vxoris Reæ nostræ anno 51. *Misericordias Domini* confectæ. In principio namque d. transactionis sequentia verba ponuntur, &c. Meiner N. von N meiner ehlichen Haußfrawen angenommen vnd verwilligte heiligs Fürwarten / etc. Et paulo post: mit vnser beyder guter Bewilligung eynheiligs Verschreibung anfahendt / etc. auffgericht / vbi principium & finis dd. pactorum inscribitur. Item in eadem illa transactione habetur, auſſerhalb was vns in vnser heiligs Verschreibung vorbehalten ist. Hæc transactio confecta est integrum annum post dicta pacta dotalia: cui Rea nostra interfuit vna cum marito suo, matre & aliis amicis, &c. vti ex illa constat, &c.

Approbant quoque dicta pacta per Reum nostrum N. von N. in der Certification litera R. ibi dict. Reus iuramento promittit, daß er post obitum vxoris Reæ nostræ, alle Brieff will fallen vnd erben lassen / wie die heiligs Verschreibung inter N. N. & Ream auffgericht / etc. Præterea N. recepit 300. fl. annuatim vigore dd. pactorum dotalium, &c. vt patet ex documento litera Q. Et hac summa fuit contenta secundum tenorem pactorum, vt patet ex literis assecurationis L. M. quod & dicta

pacta in cista sua recondita habuerit & manu propria seqq. verba desuper scripsit N. von W. heyligsbrieff zu M id ipsamet in responsione ad 34. positionalem data fatetur, quæ omnia, quod notitiam illorum pactorum habuerit, non obscure
101 demonstrant.

Instrumentum † enim penes se habens eius contenta scire præsumitur. *Bursat. cons. 143. nu. 15. Sfort. Oddo in tract. de rest. in integr. pag. 1. quæst. 8.* vbi dicit idem esse, si habeat in capsa vel cista, & notat. *in l. non est ferendus. de transact.* Colligitur quoqua ratihabitio Reæ ex transactione inter ipsam Ream & tutores filij sui anno 58. 16. Martij coram Episcopo M. confecta, & litera A. producta, vers. dagegen soll/ ibi, hiebeuor zu allen Theilen verabscheydet. Et paulo post, In massen als vorhin vertragen vnnd vberkommen/ quæ verba tam ad pacta dotalia, quam ad illam transactionem de anno 56 vincula Petri (quæ habetur in protocollo meo lit. C) à tutoribus filij factam, vbi expresse dicta pacta confirmantur, refero. Consensum igitur & ratificationem Reæ nostræ super dd. pactis præstitum, in dubium vocare superfluum esse existimo. De constantia quoque voluntatis N. N. paciscentis quoque dubitandum non est, quia
102 enim in actis de voluntatis † mutatione non reperitur, mutatio non præsumitur, *Wesenb. consil. 71. num. 24.* Quam perseuerantiam confirmat vltima voluntas ipsius paciscentis N. N. scilicet: Quæ quidem licet à Reis impugnetur, priuatam scilicet saltem scripturam esse, negare tamen non possunt per d. N. N. confectam, & legata secundum eandem tam Episcopo M. quam aliis distributa esse, per quam distributionem d. voluntatem approbare videntur *per l. si personas. 23. §. si hæreditatem, ff. de inoff. testam.*

Quæ quidem vltima voluntas, licet alias nihil probaret, tamen perseuerantiam voluntatis disponentis clare ostendit. Nec præterea me mouet, quod obiicitur, hoc esse pactum de succes-
103 sione † filij tum temporis nondum nati, & sic de hæreditate tertij non consentientis. Ideoque inualidum, &c.

Quia respondeo, filium quidem propter infirmitatem ætatis: quia in pupillari ætate mortuus est, consentire non potuisse: Tutores autem supplesse defectum, prout ex modo allegatis transactionibus, præsertim vero illa, quæ anno 56. vincula Petri confecta est, videre licet. Qui quidem consensus sufficit, licet ex interuallo interuenerit, per iura in 3. præmisso adducta.

Quia igitur in præsenti casu pactum factum est de præsentibus tantum, non autem de futuris bonis, item de certis quibusdam nempe domo N. secundum consuetudinem Episcopatus M. & totius fere Germaniæ ex natura contractus præambuli, scilicet matrimonij, & renunciationis à sororibus factæ in fauorem & conseruationem familiæ, & sic publicæ vtilitatis & renunciationis gratia, consensu tutorum filij sublecuto, & matri id, quod legitimæ loco deest, completur & compensatur ex aliis bonis in pacto reseruatis. Et agitur hic de legitima ascendentium, quæ iure ciuili: non descendentium, quæ iure naturæ debetur: quarum † illa minui & 104
in totum tolli: hæc vero nequaquam potest. *Villalob. in verb. legitima. num. 62.* merito tale pactum sustineri poterit, maxime cum paciscens non tantum in eadem voluntate perseuerarit, sed & eandem confirmarit. Quare ex his & aliis per Dn. Referen. adductis, concludo pro actoribus pronunciandum, Reamque ad restitutionem domus N. cum pertinentiis condemnandam, ita tamen, vt reseruentur Reæ ea, quæ illi vigore dd. pactorum debentur. Quæ mea sententia vltra rationes & iura supra deducta etiam per viam fideicommissi saluari posset. De quo tamen priusquam præcedentes meæ rationes impugnen- 105
tur, dicere supersedeo. Quoad † fructus, licet illi de natura actionis venerint. *l. item veniunt, 27. §. fructus, vbi gl. super verb. omnes, l. sed etsi lege, §. 3. de petit. hæredit.*

Quia autem hæc causa tam ardua, intricata, & in vtramque partem adeo disputabilis est, vt etiam prudentissimi cuiusque animum in diuersas partes rapere, ancipitemque deliberandi curam præstare possit: ideo Reos pro bonæ fidei possessoribus habendos existimo. Cum bonæ fidei possessor in mala fide demum constituatur, *leg. certum. C. de rei vend. cap. grauis, vbi latissime Panor. & Canonist. de rest. spoliat. Oldendorp. class. 5. de petit. hæred. num. 5. vers. pro hæred.* compensatis expensis propter dubiam litigandi causam.

Quoad sororem vterinam in puncto interuentionis: iuris quidem est, renunciationes † esse personales, nec in hæredes transmitti. *leg.* 106
*si quis filium. C. de inoffic. test.* sed extingui cum persona renunciante. Vnde in nostro casu filia matris renunciatione non obstante nihilominus ex sua persona venire, sicq; succedere potest, *Wesenb. cons. 71. num. 14.* vbi dicit, esse communem, &c. Verum respondeo, hic non concedi à matre renunciationem vllam esse factam, sed saltem dispositionem de distributiuis bonis à N. Iuniore relictis, & in pactis dotalibus reseruatis iuxta expressam mentem paciscentis, quod scilicet voluerit domum N. aliam peruenire, & allegatam consuetudinem. Præterea non conceditur, Ream nostram, matrem interuenientis ab hæreditate filii sui defuncti excludam esse, sed vi & virtute pactorum succedere debere: quia autem mater filiam suam gradu præcedit, & filia suum in euentum, vel eum saltem in casum hæreditatem fratris petat, quatenus scilicet mater eius in hac lite succumberet, ideoq; absolutorie in puncto hoc pronunciandum esse non est dubium, &c. Saluis, &c.

Vo-

*Votum III.*

IVrisdictionem fundatam ex capite denegatæ iustitiæ. nullitates nullæ. &c.

Quoad actionem, putat respectu Reæ petitionem hæreditatis institutam. Cum petant N. Iunioris hæreditatem ab reis detentam.

Interuenientis sororis vterinæ d. N. d. N. Iunioris & vltimi, intentio quoque fundata videtur, modo mater debeat excludi, cum actores nostri sint remotiores, vt quorum vxores N. vltimi sint amitæ. Nec enim vel pactis, vel co-
107 dicillis, N. N. ius illi N lege publica † debitum potuit auferre. *l. pactum C. de pact.* § *Codicillis, instit. de Codicill,* vt maxime demus, ipsum N. N. solemni testamento hoc potuisse substituendo scilicet filio impuberi, si N. N. actoribus fideicommissum aliquod à filio hærede reliquisset in testamento iusto, id actione ex testamento petere deberent. Ita cum in pactis dotalibus & subsecuto Codicillo id fecerit, iam respectu N. interuenientis, vt dixi, sola actio vtilis, quæ vocatur ex testamento, ipsis competere intelligi-
108 tur. Omnia enim, quæ in † codicillis scribuntur, perinde censentur, ac si in testamento iure communi scripta essent. *leg. 2. §. Codicillorum, de iure Codicill.* Et per consequens actiones, quæ ex
109 testamento † competunt, si recte, id est, ex verbis legis, illæ conceduntur, ex codicillis vtiliter concedi solent, *gl. in d. §. Codicillis.* Superest, vt cum actoribus secundum regulas iuris obiecti sint obices, quo minus ad hæreditatem N. vltimi peruenire possint, vnus scilicet ex parte matris Reæ nostræ. *per l. nam et si is, de inoffic. testament. & tit. ad S. C. Tertull.* Alter ex persona dictæ sororis vterinæ N. vltimi per *Nouell. 118.* Videamus in primis, quibusnam rationibus actores Ream conuentam successione filii sui excidisse asserant, & qualiter eas rationes probent. Deinde, an non eæ probationes per defensiones Reæ sint eneruatæ. Denique quid in puncto interuentionis & vtrobique pronunciandum? Quod igitur attinet ad primum ex his tribus discutiendis articulis, adducunt actores tria fundamenta: Vnum, in primo posit. vsque ad 62. inclusiue, dicentes, Ream pactis dotalibus, & propria renunciatione sua amisisse hæreditatem filii, sicque actoribus ad eam patefactum esse aditum. Adducunt secundo in posit. 63. vsque 66. quod scilicet perdidit successionem non petendo filio impuberi tutorem. Tertium, in posit. 68 vsq; ad finem, quod violenter, & contra prohibitionem ipsius Episcopi M. Magistratus ordinarii domum N. inuaserit: Et per consequens, quantumuis ius aliquod ad hanc hæreditatem habuisset, tamen misisset, per *l. si quis in tantam.*

Examinando nunc probationes super his tribus inductas, primum actoribus literis dotalibus 15. Februar. anno 50. inter Ream & suum maritum N. von N. Medium in præsentia vtriusque cognatorum arcte inter cætera de hoc puncto disponunt, hisce verbis, &c. im Fall gedachter N. (Medius intellige) ableibig würde/ etc. horum verborum vis & robur, vt non nihil magis inclaresçat, duo sunt demonstranda.

I. Quod tale pactum de iure valeat.

II. Quod Ream nostram propter consensum suum tam præcedentem, quam sequentem strictissime obligat.

Est enim constans doctrina Zasii *in d. l. stipulatio hoc modo, nu. 25. & 27. de verb. obligat.* Quod si mater accepit legitimam de bonis filii, siue sit legitima iuris, siue consuetudinis, tum † pactum 110
de non succedendo valeat in se, & sine iuramento, *argu. leg. 1. §. si parens, ff. si quis à parent. manumiss.*

Si vero hi, quibus est ius succedendi, non acceperint, quantum eis debetur, vel quantum satis est, quod tunc sine iuramento pactum amittendæ successionis non valeat, *argum. dict. leg. stipulatio hoc modo, & c. quamuis. de pact. lib. 6.*

At vero dum 3000. aurei Rhenenses, item media pars mobilium, quæ iuxta literam N. 700. fl. aureis sint soluta, in prælegato pacto Reæ fuerunt assignata, quin pro suo iure successionis, quantum satis est, acceperit, dubitari non debet, cum non tantum mater Reæ, sed & tres alii proximiores tanquam consiliarii matris his pactis interfuerunt: maxime cum in eodem instrumento nuptiali N. maritus consenserit, vt post mortem suam Rea ab eius hæredibus acciperet Leibdings weiß 6000. Goldgülden in sorte, & sic pensionem annuam 300. fl. Taceo nunc restitutionem dotis soluto matrimonio, & morganaticam catenam 500. aureos valentem, absque quibus priores saltem summæ conficiunt circa 10. mille florenos, quod absque dubio tempore sponsalium sufficiens visum fuit, ita vt Rea iis merito contenta actoribus filii vel filiorum futurorum hæreditatem cedere merito deberet, si contingeret, eos mori ante tempus ibi expressum, &c.

Quibus non obstat scrupulus ille, hanc consultationem potissimum difficilem reddens, quod hæc renunciatio matris sit in personarum amitarum d. N. Iunioris, quæ sunt actorum vxores, ex quarum personis agunt, pactum acquirendæ successionis, &c.

Quandoquidem regulariter nullatenus valere. *Zas. dict. leg. stipulat. hoc modo. 61. numer. 48. & seq.* idem vehementer vrget.

Quoniam respondeo, secundum eundem sub *n. 50.* quod ea regula procedat saltem, vbi principaliter de acquirenda hæreditate disponitur, vt si N. Mediũ vxor eius pacti fuissent hoc modo: im Fall vnser Sohn/ vor dem er sich verheuraht/ stirbt/ sollen meine schwestern vnd jre Kinder seine Erben sein/ &c.

Sicut

Sicut similiter si statuto conuenit, quod inter liberos soli masculi succedant, vel si filia extra territorium nubat, tunc soli filij patri succedant, talia pacta & statuta non valerent. *per Zas. dicto loco.* At si in statutis vel pactis, per occasionem, & inconsequentiam de acquirenda hæreditate disponitur, vt si dicatur in statuto, quod filiæ sint excusæ stantibus masculis, vel extra territorium nuptæ, nihil debet relinqui.

Hæc statuta sunt recepta? Pari igitur ratione, cum in pacto nostro principaliter, & inprimis agitur, de exclusione matris, & postea demum proponantur verba amitas includentia: sicque in eo pacto non per intentionem principalem, sed duntaxat in consequentiã subiungantur verba *de relinquendo bona amitis filij: vt pote cum exclusa matre*, hæc iam verba per se inserantur & subintelligantur, etiamsi posita non fuissent. Atque ita cum hoc pactum directo excusum sit, inclusiuum autem tantum indirecto, patet id teste Zasio *dicto loco numer. 5.* iure optimo subiunctum esse. Quod si vero alicui videatur, hoc pactum esse substitutionem pupillarem, & ob id esse reiiciendum: quia non in pactis, sed solum in testamento pupillariter possit substitui, &c. Illi respondeo. Quod cum non sub conditione, *si prius moriatur filius, quam in tutelam venerit,* (quæ
111 propria † est nota pupillaris substitutionis) sed sub hac, *si prius moriatur, quam nuptias contraxerit*, amitæ eius ad hæreditatem vocatæ sint, manifestum est, non posse hoc pactum nominari substitutionem pupillarem: cum tempus nuptiarum aliquot annos vltra pubertatem extrahi soleat & possit: sed rectius dicetur, compendiosam huic pacto inesse substitutionem, quæ tamen valet in vim duntaxat fideicommissi, *per textum in §. fin. & ibi Mynsing. num. 9. 10. de pupill. substitut.* Possunt
112 enim tam vniuersalia, quam † particularia fideicõmissa ab intestato relinqui. §. *præterea. Inst. de fideicommiss. hæred. l. 1. §. sciendum. de legat. 3.* Ex quo tamen inferri nequit, Ream vtpote matrem pronunciandam hæredem filij sui ab intestato cum onere restituendi actoribus fideicommissum propterea, quod ipsa se præmissa renunciatione, hoc iure hæreditatis priuarit, & in actorum vxores id transtulit, ita vt non solum fideicommissarij, *iuxta d. §. fin.* sed etiam intuitu huius renunciationis totales hæredes declarari possent, nisi, vt dictum supra, soror vterina viuente N. vltimo nata.

Accedit ad iustificationem huius pacti, quod
113 instrumenta nuptialia † in eo, in quo tractant de futura successione, sapiant vltimam voluntatem, & codicillorum vel donationis causa mortis vim habeant, *Iaf. in l. nemo, numero vigesimo secundo de legat. 1.* maxime, si, vt in casu nostro (prout in principio & fine literarum dotalium N. & C. Medij videre licet,) quinque testes præsentes sint. Tot
114 enim testium † præsentia in omni vltima voluntate requiri notissimum est, *ex l. fin. C. de donat. caus. mort.* Cum igitur facienda † semper sit inter- 115
pretatio in partem meliorem, vt actus potius valeat; quã corruat, *l. quoties ff. de reb. dubiis*, sequitur, quod etsi pactum nostrum non valeret, vt actus inter viuos, tamen sustineri posset in vim vltimæ voluntatis. Idq; eo magis, quod anno 50. 17. Septembris, N. Medius vltimo suo elogio, sciente & consentiente Rea in scriptis relicto, hoc pactum dotale confirmauerit, ibi: item, meiner lieben Haußfrawen Heurahtsbrieff / soll in seiner Wirckung nichts dauon außgeschey den seyn / vnnd bleiben / &c.

Cui non obstat, quod in fine huius Codicilli dicat, se scripsisse manu propria, cum tamen ea subscriptio in actis non reperiatur. Quoniam hanc subscriptionem supplet permissiuam mox post obitum N. Medij, anno 51. 19. Iunij mortui, datam ad N. N. concludit, quia de iure validum est hoc pactum dotale, & in id sæpius consensit. Proinde actores sui libelli primum fundamentum satis probasse.

Secundum fundamentum similiter probatum esse concludit, quod scilicet quia † mater filio tu- 116
tores non petierit, ideoque eius hæreditate priuandum.

Tertium fundamentum, quod per vim & prohibitionem Episcopi M. inuaserit † bona, & 117
ita in pœnam *l. quod extat. quod met. causa, & l. si quis in tãtam. C. vnde vi.* inciderit etiam probatum, &c. Ex his concludit actionem probatam.

*An elisa.*

HIc Rea à defensionali primo vsque ad duodecimum inclusiue allegat vulgatum ius, matribus in hæreditatem filiorum suorum competens, sed ei iam per tria Actorum argumenta supra deducta, copiose solideque responsum est, vt nullum iam dubium relinquatur, illud ius Reæ hoc casu nihil patrocinari. De altera Reæ exceptione, quod ipsa exclusa, tamen N. soror N. vltimi vterina ad hæreditatem admittenda sit, prout in iisdem defensionalibus 7. vsque ad 12. & 46. 47. 48. articul. postea tractabitur.

Quod vero tertio loco à 13. defens. vsque ad 32. inclusiue excipit, Amitas N. vltimi, hoc est, Actorum matres renunciasse hæreditati controuersæ nihil est: Nã N. de N. pacta dotalia litera A. notata docent, quod ipsa anno 1513. simplicem tantum renunciationem fecerit, auff alle Vätterliche vnnd Mütterliche Erb / vnnd Güter / & quidem cum hac appendice: Es were dann / daß Gott vnnd die heilige Kirch sie künfftiglich wo mit vererbete / auch so ihr Bruder N. von N. ableibig würde / ohne wissentliche Geburt / als dann möge sie oder jhre Kinder (quæ extensio per transfixum anno 1515. addita fuit) zu der Erbschafft von N. jhrem Bruder verlassen / collata dote, stehen zu gleichem Theil / mit jhrer andern Schwester N. Similiter iam dicta N. in pactis dotalibus suis anno

no 1547. & postea anno 1552. iudicialiter für den Freyhern zu N renunciauit, cum hac expressa reseruatione, so der von N. jhr Bruder ohne bleibende Leibsgeburt/ quod verbum postea in pactis dotalibus Reæ & huius N. medij also ist außgelegt worden/wenn solche Kinder Todts abgingen/ehe sie sich verheurahten/verstürbe/dictæ N. jr anspruch vñ Gerechtigkeit an dz Hauß N vorbehalten sein/vñ dessen geniessen/damit sie Gott vnd die heilige Kirch versehen wird/jedoch N von N. vorbehalten/sein angeworbene Gütter/so jhme nicht angeerbt seyn/dieselb ohn jemandts einredt nach seinem Willen zuuergeben: quod quidem pactum iure subsistit, 118 tum † quod sit reseruandæ successionis auff einen lebendigen Anfall/vt nos loquimur: tum quod sit certorum saltem bonorum, & consequenter non impediat libertatem testandi, *per ea quæ tradit Zasius in d.l. stipulatio. 16. num. 19. & Gail. lib. 2. obseruat. 126. num. 8. & 9.*

Cum igitur conditio sub qua hæ duæ sorores renunciarunt, euenerit, id est, N vltimus ante contractas nuptias mortuus sit: vtique actoribus 119 hæc renunciatio non obstat. Cum † renuncians sub conditione, si quando deficiat, perinde habeat, ac si ab initio non renunciasset, *l qui potior, l. qui balneum. de pignor. act.* Et si quisquam sit, cui hæc non satisfaciant, ei vlterius dici potest, quod imo actores his renunciationibus tanquam non iuratis, omnino non obligentur. Sed iis non obstantibus, hæreditatem suam auitam petere possunt.

Quæ porro in defensione 33. vsque ad 44. inclusiue, rea contra pacta sua dotalia excipit, satis superque supra confutata sunt &c. Quod denique in articulo defens. 45. ab ætate minore 25. annis, excusare se studet, nihil stringit, eo quod actores illum articulum negauerint, & vicissim ipsam eundem probasse ex actis non constet; sed & posito, quod tempore defuncti N. Medij fuisset minorennis: tamen hoc eam releuare non potest propter id, quod tradit Mar. *in ord. Iud. numer. 252.*

Pariter me non mouet, quod in 46. defensione argumentum non petiti tutoris in actores re- 120 torquere conatur, dicens, substitutum † pupillariter non petendo tutorem pupillo, priuetur iure substitutionis. Quia respondeo in primis ex actis patere, ipsas post obitum N. Medij petiisse legitimam huius pupilli tutelam. Deinde hanc obiectionem non procedere in substitutione fideicommissaria. *l. credendi. §. si vero maritus. ff. qui pet. tut. Mar. dict. l. 2 potest. numero centesimo trigesimo tertio.*

At substitutionem nostram obliquari, & in vim saltem fideicommissi valere, supra ostensum est. Postremo, quod in 49. defensione violentam domus N. eiusque pertinentiarum occupationem excusat duplici hac ratione, cum quod armis & militibus domum illam munierit, saltem ad prꝙueniendam & impediendam iniustam vim; tum quod contra prohibitionem Episcopi M. obtulerit idoneam fideiussionem: Quandoquidem actores hunc prætextum negant, nec in actis probatio eius aliqua inueniatur, nihil Ream hæc defensio iuuare potest &c.

Transeundo igitur ad tertiam & vltimam huius consultationis partem, in his, nisi quid diserte verbis comprehensum † aut expressum est, ac- 121 tum intelligatur. *l 7. §. quin imo, vbi post gloss. magnam Iason numer. 12. de pact. & idem Iason in l. lecta. ff. si cert. pet. numer. 17. l. repetendi. C. de condictione ob causam. l. si vnus. 27. § pacta. 4. versic. & in summa, ff. de pactis*, cum itidem † instrumenta dicantur 122 esse stricti iuris. *Socin. consilio septuagesimo tertio numero quarto. volum. 1.* nec extraneam interpretationem illa admittere, sed eam ex verbis desumi, & quod illis † non continetur, hoc pro mis- 123 so haberi, *l. ad probationem 21. vbi Bald. C. de probat.* Vnde recte dicitur, verba instrumenti ponderanda esse, nec illis quicquam addendum: item † quod instrumentum non cantat, nec nos can- 124 tare atque inferre debere, *Bal. in c. vniuersalem de elect. & consilio ducentesimo nonagesimo septimo lib. 1. & consilio centesimo octuagesimo nono volum. 2.* Et perinde, vt instrumentum iis tantum prodest, qui † nominantur in eo, & non aliis, ita nec ob- 125 esse aliis, neque contra alios probare, nec in præiudicium tertij iniqua interpretatione extendi debet, *Socin. consilio trigesimo nono visis. numero decimo, volum. 1. per doctrinam Canon. in cap. illud de præsumpt. l. si constituerit. 8. in princip. vbi Bald. C. de fide instrum.*

Consequens est, pacta & instrumenta nuptialia supra allegata, actoribus, excluſa Rea, eos hæreditates tribuentia, non impedire, quo minus N. soror vterina N. vltimi, de cuius hæreditate agitur, possit eiusdem hæres pronunciari, præsertim cum non ex persona matris suæ, sed iure proprio veniat, *per Authen. de hæredib. ab intestato §. si igitur.*

Quia vero in petitionē hæreditatis † veniunt 126 non tantum res hæreditariæ seu corporales, seu incorporales, sed etiam fructus, & quæ ex quacūque causa ad hæreditatem accesserunt aut accedere potuerunt, *l. item veniunt, cum seqq. de petit. hæredit.*

Dispiciendum restat, qualiter † ad restitutionem hæreditatis Rea condemnanda sit. Et cum in 127 bonę fidei † iudiciis qualem esse petitionem hæ- 128 reditatis constat ex §. *actionum. de act. inst. & l. vltim. in fin. Codice de petit. hæredit.* libera potestas iudicij permittatur, ex bono & æquo æstimandum, quantum actori restitui debeat, §. *in bonæ de actio.*

Ideoque etsi Rea cum N. Marito suo hæreditatem violenter, & contra prohibitionem sui magistratus, quasi sibi ipsi ius dicens, inuaserit hactenus: tamen quia ad se illam pertinere existimauit ex errore iuris (qualis qui-

129 quidem † causa etiam à dolo & mala fide excusat. *l. sed etsi § scire. 4. de petit. hæred. l. igitur. 12. de liberali causa*) condemnabo ipsam ad restitutionem totius hæreditatis, hoc modo: vt duas tertias, quibus actorum matres renunciarunt sub conditione, quæ iam euenit, iisdem actoribus restituat cum vsuris & fructibus à tẽpore occupationis. Statim enim inde in mora fuit, cum sciuerit ex literis renunciationum prælegatis, has duas tertias indistincte actorum esse. In bonæ autem fidei iudi-
130 ciis † vsuras & fructus statim à tempore moræ deberi, docet Mynsing. *in § actionum de act. numer. 16.* Reliqua autem bona N. de N. tanquam N. vltimi hæredi vna cum accessionibus, incrementis & fructibus, quos à tempore litis contestatæ percepit, & qui percipi potuerunt, restituat. *per l. lite 35. de vsuris. & §. etsi hæreditas. de off. iud.* Nam o-
131 mnes † possessores post litem contestatam sunt pares, & præsumptione iuris efficiuntur, id est, habentur pro malæ fidei possessoribus, quantũvis eorum conscientia per litis contestationem forsan non sit conturbata mala fide, vt etiam de iis fructibus, qui percipi potuissent, teneantur. *l. sed etsi. §. si ante, vbi gl. & Bart. de petit. hæred.* Sed & huius sententiæ æquitas etiam inde augetur, quod horum fructuum, accessionum & incrementorum sic restitutorum, non tantum actores sed etiam N filia Reæ participes fiant Item quod si strictam iuris rationem sequi vellemus, ipsa vt supra ad secundum libelli actorum argumentum expositum fuit, etiam his, quæ in pactis suis dotalibus assignata sibi habet, seruari posset. Demum quod attinet expensas huius litis, cum si
132 victus † habuit iustam & probabilem causam litigandi, non condemnetur in expensis, *l. qui solidum. §. etiam. de legat. 2. Probatur in §. oportet. Auth. de iudiciu. gl. & DD. in l. properandum. §. fin autem. C.*
133 *de iud.* Atque iudicis † arbitrio, quod secundum facti, personarum & rerum qualitatem moderari debet, permittant, an quis iustam rationem litigandi habuerit, *Mynsing. consil. 59.* Supra autem dictum sit, Ream ob tot difficultates & dubia, quæ hanc litem ambiguam & intricatam faciunt, habuisse iustam causam litigandi, arbitror illam in expensas non esse condemnandam. Ex his omnibus cẽleo ego (vniuscuiusq; melius sentientis iudicio saluo) simul in puncto con & interuentionis pronunciandum, hoc modo, vt Rea sibi reseruatis 3000. aureis ex instrumento suo dotali sibi competentibus (& sic consequenter vsuras etiam eiusdem pecuniæ à die obitus mariti lucratur) ad restitutionem totius hæreditatis litigiosæ condemnetur, ita vt actoribus duas tertias prædictas, tanquam auita suam hæreditatem, vna cum vsuris & fructibus à tempore factæ occupationis: reliqua autem bona vna cum vsuris & fructibus à tempore litis contestatæ perceptis & percipiendis restituat N. de N. tanquam N. vltimi sorori vterinæ & hæredi, cum hac tamen appendice, quod dicta N. eorum bonorum dodrantem, id est, drey Theil derselben Erbschafft actoribus tanquam fideicommissariis restituere debent, compensatis expensis. Cæterum maioribus votis 16. Septembris anno &c. 88. sententia taliter fuit concepta & publicata.

In Sachen N. N. vnnd N. von N. jetzt ermelten vom N. allein betreffendt / Klägern eines / wider Weylandt N. von N hinderlassener Wittib / N. von N. Beklagtin / anders Theils / ist allem vorbringen nach zu recht erkannt / daß gedachte Beklagtin / Weyland N. von N. jhres Ehemans Verlassenschafft / so viel der zu jhren Händen kommen ist / (ausserhalb was jhr / vermög dero zwischen jhnen beyden auffgerichter vnd in actis angezogener Heurahtsberedung gebüret) sampt denen von Zeit an beschehener Kriegßbefestigung / auffgehabenen Nutzungen / obgemelten Klägern würcklich eynzuraumen / zuzustellen vnnd folgen zu lassen / schuldig sey / als wir sie hiemit zu solchem allem condemnirn vnnd verdammen / die Gerichtskosten derowegen auffgelauffen / auß bewegenden Vrsachen compensirend vnd vergleichend.

Ferner in causa interuentionis, N von N. verorneten Curatorn ad litem in actis benand / Klägern eins / wider N. vom N. vnd Weyland N. von N. nachgelassene Wittib / N. von N. Beklagte anders Theils / ist allem Vorbringen nach zu Recht erkandt / daß gedachte Beklagte von angestelter Klag zu absoluiren vnd zu erledigen sey / als wir sie hiemit absoluiren vnnd erledigen / Compensatis expensis, &c.

Quia illa consuetudo procedit tantum in illis casibus quando coniuges paciscuntur de succedendo inuicem. Et tali casu loquitur obseruat. Mynsing à quo casu noster est diuersissimus.

*Votum IV.*

Iurisdictio fundata ex prorogatione partium. Quoad actionem, institutam esse petitionem hæreditatis, non quidem simpliciter & directe, sed quasi in totam seriem, facti videlicet, conceptam: quod patet ex verbis in petitione, daß Klägere vermög auffgerichter vnd beständtiger Pacten / Vorbehalts vnd Vertrags / Vermächts vnd Vermerckung Erben seyn.

Quod sit, vt vigore huius clausulæ, & clausula salutari, non male quis dixerit, si in factum aut præscriptis verbis actum, vt scilicet Rea restituat hæreditatem, iuxta initam & factam in pactis dotalitiis legitimam conuentionem, ratificationem & approbationem.

Alia enim nulla est huiusmodi † pactorum 134
forma & exitus, nisi vt seruetur secundum tenorem & præscriptum verborum, *Oldend. in Class. Act. de præscript. verbis.* concludit, Actores nostros ab intestato nomine vxorem vigore initorum pactorum N. iunioris de N. hæreditatem petere.

An

*An probata?*

CONCLVSIVE, ex quo à 4. iam dominis id luculenter expositum, censet, cũ illis actionem esse ex pactis vxorum actorum patet illas in hunc casum sibi reseruasse hereditatem patris sui, ex pactis Reæ eam renunciasse hæreditati filij, adeoq; actoribus ad eam hæreditatem patefactum
135 esse aditum. Quod autem † huiusmodi renunciationes & pacta valeant, per D. Referentem & alios longe demonstratum. Hinc & Viglius §. *sed hæc, Inst. de exhæred. lib.* dicit, nos hodie tribus modis sæpissime ad vetus ius relabi, pactis scilicet, statutis & priuilegijs.

136 Nam qui † filias elocant, solent curare, vt successioni ipsæ renuncient. *arg. l. pactum dotale. C. de collat.* Necesse tamen est, vt huic pacto per iusiurandum robur accedat, vt quod iure ciuili improbatum est, pontificia auctoritate subsistat, *c. quamuis, de pactis.* Et hac ratione ad ius vetus redimus, quo exstantibus masculis, filiæ excludebantur: quod tamen ita valere existimandũ est, si dos fuerit data filiæ, quæ legitimæ loco sit, *Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero, de condit. & demonst.* Nam
137 iniquissimum dicit esse, in † vniuersum filias excludere, *iuxta DD. & Alexand. in l. Gallus. §. & quid, de lib. & posthum. & in dict. c. quamuis.* Secundi autem pacta, statuta & priuilegia, ea ratione nitun-
138 tur: quod interest reipublic. vt salua sit † familiarum dignitas. *l. sed & si seruum, de ventre inspic. Vigl. supra d. loco.*

139 Et sustineri talia † pacta de consuetudine cum primis fauore coniugiorum, in quorum dotalib. conuentionibus adijci solent, probat Menoch. *consil. 82. nu. 52. & seq.* quem refert & sequitur Wesenbec. *consil. 71. num. 28.* Ex quibus concludit, pactum hoc, siue renunciationem Reæ esse validam & eo, quo dixit, modo actionem institutam probatam esse.

Et vt pactum hoc non valeat, vt inter viuos,
140 quo † directe nec datur, nec adimitur hæreditas. *l. pactum, l. hæreditas. C. de pact.* tamen ob non mutatam voluntatem, & quia N. Medius in eo vsque ad extremum perseuerauit, quin & 2. Septembris anno &c. 50. hoc ipsum vltimo suo elogio confirmauit, valebit, & sustineri debet in vim vltimæ voluntatis, vt actores nostri ex eo succedant, saltem iure fideicommissi, per ea quæ tradunt DD. *in l. fin. C. de pact. Wesenb. consil. 71. n. 40. & seq.* Quibus omnibus accedit, quod rea in supra dicta pacta, & mariti sui vltimam testantem confirmationem consenserit.

*An elisa?*

PORRO an ob id, quod Rea parata sit medio iuramento affirmare, se clausulam illam, quoad filij successionem non intellexisse, adeoq; non consensisse: quin postquam intellexerit, se vigore pactorum tanquam matrem à successione filij exclusam, viuente adhuc filio, coram officiali declarasse, se illam clausulam non intellexisse, vt ex documento litera C. Elisa censeri debet, actio. Ad longum à dominis ante me deductum est. Ego sane existimo, minime ideo elisam: quin imo ex actis apparet, Ream nostram d. pacta tam constante, quam soluto matrimonio intellexisse & rata habuisse.

Stat ergo sententia d. pacta valere, nec actionem elisam esse. Et ex quo dicta pacta subsistunt, non magna vis ponenda est in reliquis duobus punctis, eam scilicet cecidisse ab hæreditate filij sui ob non petitum tutorem, & quod domum N. vi & propria auctoritate inuaserit. Pronunciandum ergo, Ream conuentam teneri actoribus restituere omnia bona hæreditaria N. Iunior. ad se deuenta, ijs tamen exceptis, quæ Reæ nostræ vigore pactorum dotalium debentur vna cum fructibus perceptis & percipiendis à tempore litis contestatæ.

Quia omnes accessiones & commoda in hanc actionem veniunt, *Mynsing. consil. 56. in fin.* Compensatis Expensis.

*Votum V.*

ACTVM puto petitione hæreditatis in pactis allegatis fundata, & actio † præscriptis ver- 141
bis ex pactis dari potest, *Ioan. Maran. Rimin. in l. bonæ fidei. n. 3. C. de pact.* Et hoc respectu clausulam salutarem parum operari. Sed ex vi, verbis & interpretatione pactorum dependere totam causam.

*An probata?*

DISTINGVENDVM, quantum ad priora duo pacta: In pactis enim N. renunciatio paternorum bonorum simpliciter facta est, accepta dote, in hoc pacto actio fundata non est. Ex pactis N. constat, ipsi reseruatam esse jhr Anspruch am Hauß vom M. si N. Iun. ohne bleibend Leibsgeburt verstürbe/ &c. Ex quo infertur, cum tempore mortis N. Medij filius eius N. Iunior in viuis fuerit, pacta ad præsentem casum extendi non posse, cum conditio exspirauerit per natiuitatem N. Iunioris. Vnde actio supradicta non est fundata. Restat, an actio ex pactis N. sit fundata. Puto principaliter de acquirenda hæreditate in dictis
142 pactis actum esse, pactum † tale etiam iuramento firmatum non valeat, *l. stipulatio hoc modo. vbi Zas. de verb. obligat.* Etiam nec inter patrem & filium, *Vasq. de succes. creatione. §. 18. numer. 235. & 291.*
143 Et quamuis in vim † vltimæ voluntatis valeat in liberos, *Vasquius d. loco.* Aliud tamen est inter extraneos, *Vasq. d. loco, nn. 291.* Excluſiue, *Dec. in l. pactum quod dotalo circa fin. vers. 30. limitat. C. de pact. Wesenb. consil. 71. nu. 27. 40. 43. & 45.* vbi hoc solum limitat quo ad legata in scriptura perfecta relicta. Quod autem in pactis † dotalibus hoc similiter
144

procedat vltra gradum liberorum, videlicet quod in vim vltimæ voluntatis valeant & quoad collaterales & extraneos, hactenus non inueni in iure fundatum.

Si enim hoc singulare est in testamento imperfecto, quod pater fecit inter liberos, etiam pupillariter substituendo, non tamen extraneus misceatur, vt est Bartol. communis sententia *in l. 2. in princip. in 6. requisito, numer. 18. de vulg. & pupill.*
145 *Vasq. d. loco. num. 115. cum seqq.* Item, quando † pater sibi facit testamentum, tunc hoc ad ipsius pupillorum substitutionis creationem desideratur. *Vasq. num. 114. ver d. l. 2. § quisquis, de vulg. & pupill.*
146 minus certe illud per pactum, siue viam contractus, vt quo hæreditas † dari non potest, excepto milite, *l. licet. C. de pact.* Sed in testamento tantum solemni licebit, *d. l hæreditas. C. de pact. conuent.* alias sequeretur, quod pactum longe potentius esset, quoad vim & effectum vltimæ voluntatis, quam testamentum imperfectum: in quo tamen est liberior facultas de rebus nostris disponendi, ac idem omnino, quod patri inter liberos, etiam alijs concedendum foret omnibus. Quare nec iure quidem fideicommissi secundi pacta, quoad extraneum saluari possunt. Imo adhuc dubia
147 esset Accursij & communis opinio: an scilicet † substitutio etiam in codicillis facta, cum directo non valeat, saltem in vim fideicommissi sustineatur: de quo apud Viglium, *in tit. de vulg. subst. in princip num. 3. 4. & 5.* vbi dicit, illud speciale esse in pupillari substitutione, de qua loquitur *l. Scæuola. ad Trebell.*

148 Et addit, quod possit pater filio æque † per fideicommissum, atque directo substituere: quod nostro casu factum non est. Et idē Vigl. *in § fin. de pup. subst. & Vasq. lib. 2. de success. progress. §. 11. numer. 29.* Deinde facit *l. fin. C. de codicill.* vbi testator, qui de-
149 creuit † facere testamentū, si id implere nequiuerit, intestatus videtur decessisse: nec transducere licet ad fideicommissi interpretationem, velut ex codicillis vltimam suam voluntatem inter id ille complexus sit, vt vim codicillorū scriptura debeat obtinere.

Sic in proposito, quia non testamentum, sed pactum facere voluit pater, nec tamen oppositum pater, q illud vim vltimæ voluntatis habere velit, & iure fideicommissi valere debeat (quod etiam non licuisset, cum in testamentis & codicillis tantum procedat) non video, quomodo ad fideicommissi interpretationem descendere possimus.

Quod præterea adfertur argumentum à donatione causa mortis, illas interpretationes in d. casibus de iure expresse prouisis & promissis non esse alienas à proposito & contractu; sicut e contra in præsenti hoc nostro casu & pacto de iure illicito & improbato: vbi quia principale non subsistit, merito nec accessorium, vel sequela admittenda erit.

150 Hinc etiam mirum non est, quod † donatarijs causa mortis æque substitui potest, vt hæredibus & legatarijs, *l. vt hæredibus, de leg. 2. Castr. consil. 347. numer. 1. part. 1. Idem Cast. consil. 384. numer. 1. part. 1.*

Et ita intellige id, quod dicunt DD. substitutionem in contractibus fieri posse. *Castr. dict. loco. Crauet. consil 9. numer. 8.* hoc est, secundnm subiectam materiam, & quatenus iure permissum reperitur.

Accedit, quod per talem extensionem & illationem generalem ab vno ad aliud resultaret maximum absurdum & inconueniens. Quia ita per pactum, eiusque interpretationem perpetuo liceret id, quod saltem per viam testamenti, codicillorum & donationis conceditur. Nec liberi, inter quos à parentibus disponitur, melioris essent conditionis, quam extranei & minus dilecti, quibus non ita iure naturæ debetur hereditas, nec tanto fauore digni sunt, vt illi. Quæ confusio non videtur ferenda, cum nec in potestate nostra sit, certos illos modos deferendæ hæreditatis, de quibus *in l. 1. cum 2. seqq. de petit. hær Bart. consil. 2.* prōpria auctoritate euertere: sed † leges ab omni- 151
bus debent obseruari, *l. 3. in princip. de legib.* Adhæc opinio dominorum, vel pactum hoc potius deferendi non potest prætextu pacti de re particulari, tanquam in iure validi: quia manifesto de contrario constat, quod maxime actum hic sit de vniuersali iure & successione, vt facile euincitur ex reseruatis illis paucis: Item clausula, qua vidua voluit esse contenta bonis ibidem commemoratis, itemque ex verbo Erben / actiue & passiue aliquoties repetito. Ita quod plane cesset illa differentia, quod valeat pactum de succedendo in bonis particularibus. Denique in omnes limitationes, quas ponit Forst. *lib. 2. de success. ab intest. stat.* ad resolutionem pro parte negatiua istius quæstionis: *An pacto priuati hominis possit modus successionis dari, mihi fol. 114.* nullam reperio, quæ cum nostro casu conueniret, excepto quod quæstionem incidentem, quam subnectit, tenet pacta † priuato- 152
rum de succedendo consuetudine & statutis corroborari posse per rationem, vt ibi. Et cum testa- 153
menti † factio non priuati, sed publici iuris sit, 154
ideoque forma † eius priuatorum pactis lædi non potest, *l. 3. de testam.*

Quibus addo etiam exceptionem notissimam, quod Rea pactis hisce dotalibus non interfuerit, præsentes suo nomine talia, de quibus tunc ipsa nunquam cogitauit, imo nec in mentem quidem venerunt absenti, in mandatis non habuerunt, neque vllo postea tempore ratificauerit: quin forte etiam legens non intellexerit, vel satis perpenderit illum casum, vel saltem, vt tum adhuc incertissimum neglexerit, nedum quod iuramētum hic inuenerit, vt alias tam in præsentibus, & iam oblatis, quam futuris hæreditatibus, eorumque renunciationibus fieri assolet, *iuxta. quæ tuis de pact. in 6.*

Nec

Nec me mouet, quæ ex adimpleta vltima voluntate in solis legatis consistens, & sic per ratificationem dd. pactorum contra Ream, & tutores vterinæ adducuntur. Respondeo enim potest primo,
155 ratificationem † nullam esse eius, quod nullum est, *Dec. in c. semper qui non prohibet, num. 16. de regul. iur. in 6.* Secundo respond. Quod tutorum ratificatio nulla est, cum non habent auctoritatem
156 † renunciandi priuilegio, quod pupillis competit, sed habent potestatem administrandi recte, non autem male. *Capol. consil. 58. num. 28.* Tertio requiritur expressa ratificatio, nec sufficit tacita: cum tacite † quis non censeatur approbare,
157 quod lex prohibet. *Cravet. consil. 200. num. 7 in fin. & num. 8. 9.* Talis autem in præsenti casu, qui postea demum euenit, nullibi exstat, sed de rebus alijs tum temporis præsentibus, & præteritis agebatur.

158 Sicut † etiam in actis inter viuos non censetur cogitatum de futuris *Cravet. consil. 253. num. 3.* præsertim quoad successiones contra ordinem naturæ. Et ita approbatio, quatenus aliqua ex parte matris ostendi potest, & facta est, trahi non potest ad casum, cuius tunc temporis nulla adhuc spes certa, sed incertissima: adeoque non potest dici per talem approbationem ius de futuro competiturum, spe incerta esse remissum. & maxime cum ipsa approbando non fuerit vsa verbis prægnantibus, & aptis comprehendere etiam ius de futuro, vt in simili Berous *consil 67. vol. 2. per ea quæ tradit Bart. & alij in l. qui Romæ. §. duo fratres, in 5. & 6. quæst. de V. O.* Quo facit dilemma Zasij *in d. §. duo fratres. num. 27.* Quare, nec ab vltimæ quidem voluntatis N. Medij excusatione ad nostrum casum inferri potest: sicut & alia ratione dd. pactorum gesta & transacta tantum adaptantur ad ius renunciatum ex causa & præterito: cum
159 à simili per diuisionem etiam iuratam † non censeatur renunciatum fideicommisso reciproco & conditionali, cuius conditio tempore diuisionis non euenerat, etsi esset promissum de non contraueniendo, *Tiraquell. in præfat. l. si vnquam, num. 149. C. de reuoc. donat. Bellon. consil. 19. numer. 8. 9. & alij quos citat Læmonius in causa Holotina, numer. 503. & 491. Paris. consilio quadragesimo tertio, num. 32. cum seq. part. 3.*

Maxime, quia gesta per Ream ad implendam voluntatem mariti & mandando executioni ea, quæ voluit ac disposuit, possunt considerari de per se separatim & disiunctim, nec habent connexitatem variam, *Paris. d. loco numer. 34. Alexand. consil. 32. num. 8. lib. 1.* Quod obijcitur de consuetudine regionis, in eo quoque nullum firmari fundamentum video, cum illa per exhibitas copias neutiquam probata. Imo dubium adhuc sit de multis pactis, tam antiquioribus, quam recentibus, an non similes illæ controuersiæ & lites aliquando mouere potuissent, vel possint, cum forte pauci, vel nullus talis casus inter omnia ista exempla acciderit, multo minus de aliqua executione, vel obseruantia eorum pactorum quorumcunque certi simus.

Vnde ex nudis illis pactis (licet in nobiles aliquoties diuersimode tantum repetitis:) & certam consuetudinem tanquam generalem, validam & ab omnibus probatam, & secundum quam in casibus similibus ita semper & sine contradictione, obseruatum fuerit difficile est inferre.

Nec ad rem facit generalis consuetudo Germaniæ, quia ibi de renunciationibus tantum, & quidem iuratis, (quibus pactum hoc assimilari non potest) & vix de vlla alia, quam filiarum, nec de plurium, sed vnius tantum generis hæreditate plerunque agitur, scilicet parentum, fratrum & similium; non autem, quod ab vno ad alium casum, vt per plures hic substitutionum & personarum gradus, & hæreditates siue successiones fiat transitus; prout exempla quotidiana ostendunt.

Ac tametsi ad propositum, siue præsentem casum multa & varia adhuc de pactis, substitutionibus, fideicommissis, & tractatione legitimæ & Trebel. cum similibus, sicut & de constanti & perpetua voluntate, atq; omnimoda potestate sponsi, postea patris & mariti ratione propriorum suorum bonorum tam in facto, quam ex dd. traditionibus adduci possent, vt inter cætera, an mater à legitima excludatur per substitutionem pupillarem expressam & tacitam, de quo Gomes. *de vlt. volunt. c. 4. tit de pupill. in l. 2. num. 114. de vulg. & pupill.* vbi affirmatiuam defendit etiam in foro conscientiæ, & iure poli, *Vasq. lib. 2. de success progressu §. 15. num. 17. Paul. Leon. in tract. de pupill. substit. num. 233. cum seqq. per l. Papinianus. §. sed nec Impuberis. de inoffic. testam. l. precibus. C. de Impub. & aliys substitut. c. si pater, de testament. in 6.* Item quod saltem debeatur † legitima matri, non dato substituto 160
pupillari. Gomes. *d. loco. num. 7.* Item, † quod pa- 161
ter possit quamlibet etiam penitus extraneam, exclusis quoque matre & fratre ipsius filij impuberis substituere, *Franc. Mantica lib. 5. de coniect. vlt. voluntat. titul 15. num. 40. Vasq d. lib. 2 & 15. num. 55. in fin.* Et quod mater nō habeat querelam contra talem substitutionem, & nec de filio, (quia non ipse sibi testatus est, sed pater suus) nec de patre conqueri possit, quia non tenebatur vxori suæ ad hanc legitimam. *Castr. in d. l. precibus. numer. 3. & ibi Bald. num. 24. in fin. Vasq. d. loco. num. quinquagesimo octauo, post princ.*

Quia tamen quæstio hic non est de illis, sed saltem de modo, & quo cardo huius causæ consistit: An maxime, recte & legitime sic voluerit & potuerit, hoc est per viam pacti, eiusque interpretationem, & verbi obligationem. an vero per vltimam voluntatem potius siue testamentum illud facere debuerit, omnia ista tanquam superflua & aliena à nostra disputatione, immo etiam certa de iure, breuitatis studio omittere volui.

Quod autem vltima voluntas hic prætenditur cum adiecta clausula codicillari ex illo capite
162 concurrit vtilis † actio ex testamento, *vt per gloss. & DD. §. in codicillis, in verb. relinquitur. Instit. de codicill. & l. ab intestato, de iure codicill.* licet enim di-
163 recto † hæreditas codicillis neque dari, neque adimi possit. *d. §. codicillis. l. 2. C. de codicill.* verba tamen illa de iure obligant ad naturam fideicom-
164 missi, &c. ita quod † fideicommissa vniuersalia & particularia recte in ijs relinquantur, *d. §. codicillis. l. 2. §. fin. de iure codicill.* & tunc hæres ab intestato succedens, tenetur ad illa præstanda, *in l. si quis testamentum. in princip. & l. ab intestato, de iure codicill.*

Verum de originali & subscriptione hic dubitatur: nec certum est, ad quem finem principaliter ibi mentio fuerit facta pactorum dotalium, an scilicet per omnia approbare & confirmare testator illa voluerit, nec ne: præsertim respectu substitutionis. Imo desideratur quoque solemnitas hoc est, vnus duorum testium, si inter liberos hæredum dicamus codicillum factum. *Vasq. lib. 3. de succes. progr. §. 30. tit. de codicill. num. 20.* Quod eo magis hoc casu propter extraneas mistas personas necessarium videtur, per supradicta, ita quod etiam quinque testes vna cum ipsorum subscriptionibus requirantur. *l fin. Cod. de codicill.*

Quæ cum deficiant, nihil firmiter aut concludenter statuere, neque d. Vermächtnuß in hac controuersia inhærere possum. Quoad alia duo fundamenta actorum, scilicet non petitorum tutorum & occupationis violentæ: responderi quoque posset, vt per alios dominos. Licet de facto adhuc non satis informati simus, an maxime Rea minorennis fuerit tempore secundarum nuptiarum.

165 Certum enim est, quod ille, † qui fundat se in minore ætate, eam probare debeat, *l. cum te minorem. C. de prob.* Deinde quoad occupationem, Rea præsumitur potius hoc feciſſe iuris sui conser-
166 uandi causa quam † occupandi, *vt late per Caual. in tract. de vsufruct. mulier relicto. num. 201.* Consideratis igitur prædictis, puto & concludo, Actionem neque virtute dicti pacti, etiam omni suo respectu, tanquam inualidi, neque secundum vel iuris dispositionem, vel allegatam consuetudinem, & d. codicillum vllatenus probatum, sicque mortuo filio N. Iun. Actrices sorores tanquam personas & remotiores ex dicto pacto (quantumuis alias in liberos vim vltimæ voluntatis habeat) ad hæreditatem eius minime admittendas, & viuente adhuc proximiore, scilicet matre, illas ab intestato de iure succedere non posse: sed matrem ipsam omnibus præferendam esse, *per leg. secundam in princip. & l. filij, in princ. ad Tertyll. auth. defuncto. C. eodem.*

Exclusa matre & filia, siue sorore vterina, quæ in hac lite interuenit, nec cum matre simul admitti potest, Bald. *in d. auth. defuncto, numer. 8.* licet illa secundo nupserit. *§. cum igitur. versic. nequaquam igitur, auth. de non elig. secun. mul.* Illa debent omitti, quia ad nostrum casum applicari non possunt, prout vnus è collegis sequenti die, quoad hunc punctum, votum suum corrigere voluit, sed superiori inclusioni inhæsit, matrem scilicet omnibus alijs præferendo.

## *Votum VI.*

NVLLITATES nullæ. Actum est reali ad consequendum vniuersa, & omnia bona, & iura, quæ penes N. vlt. N filium fuerunt, eaque ex earum diuersitate pluribus, ijsque diuersis actionibus in vnum quasi cumulatis peti videntur. Cæterum ad conclusionem libelli solum respiciendo, vna actione vniuersali actum est principaliter, quæ omnes reliquas in cuentum solum, & alternatim inclusas absorbeat, quæ est petitio hæreditatis & successionis in vniuersum ius, quod defunctus N. vlt. habuit hæc, vt sustineri & recte ad nostrum casum primo generaliter intentatam, & omnem hereditarij iuris causam, tam ex vltima quauis voluntate, quam ab intestato in iudicium deductam: id quod habet gl. & DD. *in l. vlt. verb. proclusisse. C. de codic. & in l ex sextante, verb. de iure, de except. reiiud.* Neque obstat text. *d. l. fin. C. de codicill* quia hic ex testamento nunquam fuit actū. Deinde dicendum, quod nec ciuili nec prætorio iure directo, sed solum ex æquitate potius, & ita vtiliter, aut per indirectum ex voluntate paciscētium, &c. actum: Itaque nec ad institutionem, nec ad proximitatem respiciendum. Et quanquam petunt, se hæredes declarari, tamen verba illa † Erben vnnd Erbnemmen / ex communi vsu 167
loquendi, nequaquam vario ad hæredes, seu bonorum possessores pertinent, vt perinde sit, ac si dixisset, *successionem ad se pertinere, & se in locum & bona vniuersa N vltimi subintrare, & succedere debere, & bona, quæ apud ipsum fuerunt, omnia ad se nunc spectare.* Vt ita omnia simul includantur etiam particulari iure fortassis debita, etiamsi iam amplius in bonis aut hæreditate vere non sint: cum ex illis tamen sint secundum text. *§. fin. inst. vi bon. rapt.* vt sicut † creditori debitum vtiliter quando- 168
que legari potest, *§. ex contrario, instit. de legat.* Ita etiam in vniuerso res debita relinqui, vt per additionem vel agnationem, confusione quodammodo facta, eodem iure censeatur & peti possit.

Quod si verum, & quæ commodior sit actionem tribuere voluerimus, dicendum potius, institutam esse vtilem, quam ex testamēto pro assequendo id, quod per fideicommissum fuit relictum, *secundum gl. in l. si donatione. C. de donat. caus. mort. Et gloss. 2. in l. & sine scriptura. D. ad Trebel. gloss. l. 2. verb. personalis, vbi DD. C. communia de leg.* in effectu vero actum est secundum formam. *Ferrar. in act. ex substit.* Quicquid autem sit successio, seu vniuersa bona N. omni meliori modo petun-

tur,

tur, de qua intentione cum constat, de nomine actionis non magnopere curandum. *c. dilecta. de iudic.* eoque clausula salutaris pertinet, vt ad consequendum effectum & intentionem omne aliud remedium vtile præter expressum adhibitum cẽseatur. *Guid. Pap. decis. 263. & ibi addit.*

*An intentio probata.* Circa requisita ex parte Reæ non est laborandum, cum notorium sit, eam esse in possessione: Ex parte vero actorum ius succedendi pluribus modis deducitur, videlicet ex pactis, vltima voluntate & priuatione, seu Verwirckung: de quibus singulis videndum Initio tamen series totius negotij delineanda. N. primus dixit N. anno 1487. vt patet ex Inuentario. *numer. 47.* & ibi insertis pactis dotalibus, eodem anno datis. Ex his nati primis statim annis (quia contrahere matrimonium potuerunt anno 1513. vt patet ex *num. 38. & num. 107.*) N. N. & N. N. primus ante vxorem obierat, anno 1505. vt patet ex d. Inuentario, & inserta ibi Quitantia litera X Viduæ N. penes quam viuam vsusfructus omnium bonorum N. fuit, vt patet ex dd. pactis, *numer. 38.* Vltimo tandem mentio fit huius N. superstitis, anno 1517. postea N. Medius duxit N. post annum 47. vt patet ex pactis N. D. N. duxit nostram N. & nuptias celebrauit 14. Februarij anno 1550. postridie statim pacta dotalia sigillata & perfecta, eodem anno, &c. 12. Septembris Medius condidit vltimam voluntatem, qui habetur in Rotulo *num. 66. litera D.* paulo post Mense Nouembri natus est N. vltimus. Is enim 11. Decembri anno &c. 52. iam duorum fuit annorum, vt patet ex *num. 42. num. 56.* iuncto *num. 40.* Postea, anno &c. 51. 20. Iunij, obijt N. Medius, vt patet ex Rotulo, *num. 66 litera E.* vbi N. vocat ad exsequias N. vom N. & simul ad exsecutionem testamenti suscipiendam, vnde patet ipsam suscepisse administrationem tutelæ & executionem testamenti, adhibitis proximis, quod ipsum etiam constat, *num. 32.* ordine 1. & 2. *num. 43. & 108.* Postea anno, &c. 56. Mense Septembri N. nupsit N. vom N. vt patet ex missiuis *num. 50. 51. & 52.* Tutelam deinde susceperunt actores. 9. & 28. Nouembris vt patet ex *num. 32. & 48.* eodem 16. 17. Vnde etiam patet, matrem à tutela non fuisse excluſam omnino tempore secundarum nuptiarum, vt patet ex *nu. 32. in fine*, post hæc N. 18. Maij anno &c. 57. accepta donatione propter nuptias iudicialiter protestata fuit, & non approbando pacta, quoad argumentum successionis, vt ex instrumento, *num. 109.* Deinde nata iam N. vterina N. vltimi (vt patet ex respons. *num. 25.* ad defens. 7. 8. 47.) obijt N. vltimus 7. Maij Anno &c. 59. relicta matre & sorore vterina.

Quoad primum pactum N. nihil videtur probandum intentionis actorum, quia nulla reseruatio facta in nostro casu, neque renunciatio ita conditionalis est, prout asseritur alias, vt verbum, bleibendt / ipsam dispositionem annexam ratione N. subuerteret.

Quoad secunda pacta N. magis specialis restrictio ad tempus biennij facit, vt ex ijsdem pactis non possit vlterior reseruatio locum habere, cum præsertim generalis renunciatio promissa sit in illum casum biennij scilicet. Tertium fundamentum intentionis actorum sunt pacta dotalia inter N. Medium. & N. Ream nostram; quorum verba satis videntur aperta, quod scilicet nostro casu liberis in nuptijs post patrẽ decedentibus matri superstiti certa summa, & quo mobilium, &c. loco successionis illius præstanda: reliqua vero omnia ad N. Medij hæredes transire debeant, vt patet ex vers. Neben dem ist abgeredet/ etc.

Sic igitur ex his pactis videtur probata intentio actorum. Circa Elisionem quartam huius probationis non exigua oritur difficultas ex eo, quod de iure † pacta omnia de successione nullius 169
sint momenti, & consequenter nec declaratio, vel approbatio circa hæc quicquam operatur, cum nullam actionem producant secundi pacta. *Grauet. consil. 139. num. 1. Tiraquell. de iure primogen. quæst. 6. num. 16. 18. & 24.* Quod etiam obtinet de quota hæreditatis, cum nec refringenda sit vltima voluntas, *Dec. consil. 613. num. 12 Menoch. consil. 1. num. 142. & consil. 92. num. 12.* vbi duas affert rationes; Prima, quia contra bonos mores sit, pacisci de re aliena. 2. Quia res plena sit strictissimi euentus. Aliam magis generalem rationem affert *Menoch. d. consil 1. num. 139.* ne scilicet testatorum solemnitas subuertatur contra *L. nemo possit. d. l. si quis 112. §. 1 de leg. 1.* Id quod alias dicitur, ne confundantur iura contractuum & testatorum, quod facile vsu veniret, si in contractibus liceret de successionibus disponere. Idque maxime obtinet in acquirenda seu transferenda hæreditate, adeo vt 170
ea nec iuramento † firmari possint. *Alexand. l. pactum quod dotali. C. de pact. vers. quapropter solemnia testam. Idem Alexand. in l. licet. in princip. C. d tit. l. qui testamento. de testam. c. 1. de etat. & qualitat. & c. in 6.* Sed nec fauore matrimonij huiusmodi pacta sustinentur, *text. in l. hæreditas. C. de pact. conuent. & l. pactum. C. de collat.* neque stipulatione firmari possunt, sed nec valent in vim vltimæ voluntatis, quod in milite speciale est, *d. l licet. Alexan. consil. 28. num. 5. lib. 1.* Qui milites tamen testium numero non indigebant. Sic & in † liberos & piam 171
causam pactum huiusmodi sustinetur tantum iure speciali: cum nec istis casibus testium adhibitione sit opus, *Brun. in l. tale. §. fin. de pact. Alexand. d. l. scilicet. num. 6. facit l. fin. C. famil. erciſc.* Ergo in reliquis contrarium obtinet.

Neque etiam valent † pacta eiusmodi in vim 172
fideicommissorum. *Dec. consil. 93. in fin.* cum præsertim omnia fideicommissa † censeantur odiosa, 173
vt quægrauamen hæredi inferãt. *Burs. consil. 51. num. 9.* Neque etiam † valent in vim donationis 174
causa mortis, cum præsentia donatarij eo casu requiratur. Magis etiam odiosa interpretatio est, quando agitur de substitutione. *Burs. d. cons. 51. n. 9.*

175 Et † substitutiones nullas fieri posse in contractibus seu pactis, tradit Menoch. *consil. 85. num. 28. lib. 1.* vbi addit rationem. Si enim fideicommissaria substitutio censenda erat, sicut quæ vltimis voluntatibus fit, competeret ordinaria actio ex fideicommisso, cum tamen sola personalis vtilis ex persona donatoris locum habere possit. *Couar. lib. 1. resolut. cap. 14. num. 3. Dec. consil. 288. num. 19. & consil. 613. num. 2.*

Ad hæc quamuis de non succedendo solum ageretur, tamen iuramento opus esset, vt pactum consisteret. *Zas. d. l. stipulatio. num. 48. & seq.* Neq; possum videre, quando mater legitimam habere dici possit, cum tantum acceptura sit 4000. Et iam acceperit 300. aureos ad vitam. Nam & donatio propter nuptias nihil videtur commune habere cum successione filij. Et vtrinque in confesso est, hæreditatem esse opulentissimam: Cum N. accipiendo 1600. ante annos 60. vix sextam partem suæ portionis debitæ ex paternis se accepisse dicat.

Et ita vires hæreditatis ad quadraginta millia se extenderent, & nunc Rea, numero 109. vix vicesimam debitæ partis suæ se scilicet habituram dicit ex pactis.

Quare non obtinet, quod Zas. *dict. loco. numer. 15. & seqq.* tradit, sicut & semper præsupponenda est renunciatio: Sed neque hic pactum vllum, nec quidem nudum interuenit cum nec adfuisse Ream, nec consensisse ex instrumento constet, neque potuit mater filiæ præiudicare, cum nec ipsa filia sibi posset præiudicare sine alijs requisitis solemnibus. Et Zas. *dict. loco* renunciationem accepta legitima tunc valere dicit, si alij adsint, quibus alias simul successuris porro illa accrescere possit. Itaque si extraneus est, qui alias successurus non erat ei, successio non acquiritur, etiamsi renuncians legitimam habeat: quia verius de acquirenda hæreditate, quam amittenda principaliter ageretur: prout hoc loco factum. Accedit, quod de successione tertij agi-
176 tur, & quidem † nondum nati, qui consentire non poterat, secundum requisitionem *l. fin. C. de pact.* Et certus modus substituendi præfinitus est patri, quem mutare ipse non potuit. Ad hæc agitur hic de excludendo, non quouis alio legitimo; sed matre hærede, cuius tantus fauor est, vt tacita substitutio pupillaris locum habeat, illa in medio subsistente.

Sic fauore matris substitutio directa facta in testamento, trahitur ad fideicommissarium, ne mater lædatur.

Minus ergo in pactis, quæ per se circa hæc non satis valida sunt, atque in effectu agitur de exhæ-
177 redatione matris, quæ hodie non † minus, quam filij ex certa causa expresse fieri debet. *Auth. vt cum, de Appell.*

Maxime cum aperte fiat, cum nec ipse filius posset. Neq; pacta etiam in vim vltimæ voluntatis sustineri posse videntur. Requisita enim vltimarum voluntatum non satis sunt expedita.

Qui enim subscripserant testes, illi ipsi fuerunt contrahentes, & inter quos negotium gestum fuit, & ita quasi testatoris vice functi sunt. Neque numerus etiam adest testium, quia non adfuerunt nisi pauci, reliquis cuique domum suam ex interuallo pacta subscribenda transmissa sunt.

Quod dicit sextus actorum testis, qui interfuit ad articulum 36. & interrogat. ibid. *sed nec requisiti sunt testes*, vt vltimæ voluntati testimonium perhiberent, sed tantum pactis inter coniuges, neque aliter sigillasse adscriptum est, quam als heiligs Fürwart.

Requisitionem † autem testium requiri con- 178
stat ex *l. Pamphilia. §. propositum, de leg. 3. Tiraquell. de priuil. pia causa priuil. 3. ad fin.* neque † præsumi- 179
tur, nisi ex ipsa vltima voluntate constet, Alexan. *consil. 70. num. 20.* Eodem vitio laborat testamentum, seu vltima voluntas, quia nec testes adhibiti, nec de subscriptione testatoris, nisi ex nuda assertione actorum constat. Igitur defectus potius voluntatis est, quam solemnitatis, & præparatio magis testamenti. Quod genus ne quidem per fideicommissum valet. *Dec. consilio quadringentesimo octuagesimo octauo, num. 9. & seq.* Sic parum etiam facit approbatio tam testamenti, quam pacti per Ream facta.

Nam † priuata scriptura per approbationem 180
alterius priuati non potest assumere vires voluntatis vltimæ. *l. non dubium. § illud etiam. C. de testam.* Etsi approbatio eiusmodi idem operaretur, etiam N. recipiendo 3000. confirmasset pacta priora, Et ita hic nostra concideren. Ad hæc approbatio ista vim habet renunciationis, ideo ijsdem solemnibus debuit muniri.

Nec quicquam facit ad rem consuetudo allegata pro his pactis. Nam nec Dd id velle videntur de consuetudine Germaniæ. Zasius enim *dict. loco. num. 44. & num. 50.* hoc tantum dicit, difficile esse in Germania † obtinere, ne fiant aut 181
ineantur pacta de futura successione: sed tamen reuera nihil valere, & nullius esse momenti. Et ita dicit, sese parti consuluisse, vt ex alio potius capite intentionem suam fundaret. Et addit, sese semper improbasse eiusmodi conuentiones, & habuisse causam in Camera, vbi coniuges se inuicem reciproce instituerant. Etsi adeo notoria consuetudo fuisset, non opus erat, constitutionem peculiarem ea de re promulgari per Electorem Saxoniæ.

Sed nec in istis partibus consuetudinem illam notorie receptam probatum est vel probari potuit. Nam clausula, quæ habetur in extractu *num. 95.* non de successione vniuersali, sed de bonis ad lineam, vnde profecta sunt, reuersuris agit, & ita successio manet integra: reliqua vero nusquam loquor, quod sortitæ sint effectum, vel sine contradictione partium, aut in contradictorio

obten-

obtentum. Imo contrarium potius constat ex testibus.

Nam testis 2 actorum ad 23 Interr. tres casus recenset secundi, in quibus transactum est. Et testis vltim. Reorum dicit in casu per actores allegato, viduam nihilominus mansisse in bonis. Quare nec facile ad probationem consuetudinis admittendos actores putarim. Ex quibus & aliis intentionem actorum elisam dici poterat, &c.

Verum his non obstantibus, hoc pactum nostrũ seu dispositionem aliquo modo saluari posse crediderim. Nam iuris theorica supra allegata,
182 nequaquam adeo obtinet, vt† nullo penitus modo per pactum, & in pacto, vel contractu fieri possit, quod quis alicui post mortem succedat, & bona ad certum quendam quasi successorem perueniant. Nam, vt pacta secundi prohibita debeantur, diligenter inspicienda sunt verba contrahentium. Si enim ea directa sunt, simpliciter ad bona ipsa, vt post mortem quis habeat, & consequatur vel promissum sit de faciendo herede aliquo, quo casu locum habet d. regula. Si vero verba seu promissio directa non sit ad bona, sed in persona promittentis, vel eius heredis, & non per modum successionis, sed potius per viam contractus proferantur, tunc conuentio consistit statim in vita, sed post mortem demum, & in persona effectum sortitur, aut saltem à persona heredum initium capit. *Burs. cons. 136. num. 5. 6. 7. 8 11. & 12. vbi plures allegat. Boer. decis. 355. decis. Pedemont. 100. num. 24. & seq. Dec. consil. 578. num. 8. & consil. 655. num. 11. Cagnol. leg. fin. num. 213. & 219. C. de pact. Cauet. consil. 139. num. 2. vers. sed præmissis. Alexand. cons. 28. num. 8. lib. 3. Oldrad. consil. 139. num. 1. Menoch. cons. 149. per l. 1. vt actio ab her. §. post mortem inst. de inutil. stipul. l. si quis argentum. §. si quis vniuersitatem. C. de donat.* Nostro autem casu, siquidem pactum dicendum est, non actum fuit de successione futura, neque de bonis directo ad alium transferendis, atque ita, vt actores heredes sint, sed præsupponitur mater heres esse, & successisse, eoque nomine pro recompensa pretii quasi loco fûr solchem Fall / accipere certam summam iubetur, & aliis cedere bona, quod necessario præsupponit habitum.

Facit, quod nõ versamur in terminis nudi pacti, sed dotalis & proprio tractatu prolixo initi, prout dicitur, ist abgered/ vberkommen betheidingt vnd beschlossen/ &c.

183 Quo casu si † stipulatio accessit, valet pactum de successione futura, & quidem sufficit, si dictũ sit, *promitto*: quia præsumitur præcessisse interrogatio. *Guid. Pap. cons. 31. num. 1. & cons. 214. nu. 5. Boer. d. decis. 355. num. 3. 2. 5. Iul. Clar. de donat. quæst. 19. Oldrad. d. cons. 139. in princ. Emanuel Soarez communem dicit inter alios, verb. donatio. num. 184.* Prout & facilius sustinetur fauore matrimonii, cui accedit *Crauetta cons. 256. num. 2. Menoch. cons. 92. num. 49. & cons. 1. num. 162. & cons. 165. Tiraq. de iure primog. quæst. 6. num. 8.* Minus etiam dubium habent pacta nostra, cum expresse reseruat, sint ibidem, de quibus paciscens testamenti factionem habuit, videlicet omnia acquisita stante matrimonio, & ita tantum de certis bonis præsentibus actum est, de quibus † dubium nullum 184
est, quin paciscí ita liceat. *Brun. cons. 9. num. 10. Rom. cons. 4. sententt. verb. don. q. 19. in prin.*

Nec obstat, quod ex euẽtu vniuersa bona eorum pactis deferri poterant, videlicet testamento non facto postea, aut si nihil fuerat forte acquisitum: sufficit enim initio tempore contractus non priuari paciscentem facultate testandi. *Burs. d. cons. 136. num. 11. per ibi alleg.* Sic donatio omnium bonorum post mortem valet, vt inter vivos: quia interim non prohibetur donator testamentum facere: ita tamen, vt heres detracta Falcidia, donatario reliqua restituat. *Clar. de don. q. 19. num. 7. Burs. d. cons. num. 97.* Accedit, quod pactum nostrum, quatenus pactum est, principaliter agit de amittenda successione, non de amittenda, quæ per indirectum tantum accedit pacto. De amittenda autem successione longe facilius est contrahere, cum non id sit contra bonos mores. *Alexand. l. pactum quod dotali. numer. 4. post Bart. C. de pact.* At hæc matri non vsque adeo debita hereditas filij, vt quæ tantum ex commiseratione admittatur, sicut nec filij censentur eo casu agere de damno vitãdo potius, quam de lucro captando. *Emanuel Soarez in com. opin. verb. hereditas. num. 2.* Accedit quod nostro casu is, de cuius præiudicio agebatur, & qui poterat pro arbitrio pro ea successione disponere, non tantum præsens adfuerit, & consenserit, sed & expresse se declararit, quod nolit matrem amplius habere certam summam.

Respond. Igitur in toto excludere potuit matrem, multo magis potuit in parte. Et ita si dicatur de tertij successione, filij scilicet, valebit pactum ex *l. fin. Codic. de pact.* propter consensum filij.

Verum quatenus actores nostri ex pactis his intentionem suam fundant, eatenus pacta dici nullatenus possint: cum nec ipsi, nec Rea nostra, quod ipsa contendit, & fatetur, adfuerint, neque vnquam consenserint.

Itaque duorum consensus in idem placitum dici nequit. Et sic, qui adfuerant, nihil amplius addunt vel detrahunt negotio, quam inutilis stipulatio adhibita dotis promissioni, vt est *in leg. prima, in princip. Codic. de rei vxor. act.* & adhibiti fuerunt non vt contrahentes vel arbitratores, sed verius vt testes: cum iam longe ante omnia disposita, & in mundum pridie redacta, quod patet ex testibus, sicut nec illorũ negotiũ agebatur vllatenus, sed de actorum absentium emolumento. In aliud igitur genus & nomen vltimæ scilicet

voluntatis transire dicendum, cum & negotium ipsum, & verba dispositionis non solum non repugnent, sed id actum esse manifeste ostendant. Actum siquidem quæ Iun. anno, &c. 88. est, nõ de obligando aliquo, sed de bonis post mortem transferendis in actores: neque vero obligatio intervenit etiam respectu N. ex qua successio debeatur, non magis quam si heres minus solemni ex testamento promitteret testatori legata soluere, quod ipsum effectu sortitur, non vt ex obligatione, sed ex vltima voluntate. *Soarez. verb. heres. num. 38. & seq. per tex. l. vltim. C. de fideicommiss.*

185 Quin etsi † pactum de successione esset, tamen interpretatione iuvandum, ne pereat. *Alex. cons. 83. num. 17. lib. 2.* Cum præsertim no-
186 uum non sit, vt facti contractus † effectum & naturam vltimæ voluntatis sortiantur. *l. fin. C. de*
187 *pact. vbi Ias. nu. 12.* sic † donatio causa mortis contractus simul est, & vltima voluntas. *Clar. de don.*
188 *q. 5.* Etsi absenti † fit, valet vt fideicommissum, etiamsi omnium omnino bonorum sit. *Dec. cons. 196. num. 11. Soarez communem asserit in verb. donatio, num. 273. & seq. & n. 279.* sicut & donatio
189 † secundi extra testamentum facta, ob testes adhibitos vim habet fideicommissi. *Crauet in rep. rub. de leg. 1. num. 142. 151. 177.* vbi in terminis tradit, quod pactum etiam contra substantiã actus adiectum transire in alium actum possit, & aliud nomen sortiri, si natura & verba patiuntur, scilicet vt actus inter viuos resoluatur in vltimam voluntatem.

Nihil igitur obstat, quin pactis inutiliter data successio propter numerum testium ita sustineatur. Duabus enim qualitatibus † concurrenti-
190 bus, prævalet ea, quæ vtilis est, *Mascar. de prob. conclus. 926. num. 23. & seq.* Minus enim difficile est, vno contextu plura diuersa circa diuersas res & personas coniungere, modo ne plane inuicem contraria sint, vt ita non per modum pacti, seu, quod perinde est, per pactum successio debeat deferri, sed in pacto, seu simul cum pacto vltimæ voluntatis dispositio circa alias fiat, quæ tantum abest, sibi inuicem vt aduersentur, etiam maximam cognationem & symbolum, quod aiunt, habeant, quod præter iam dd. liquet et-
191 iam ex eo, quod † approbatione contractus etiam testamentum continetur. *Crauet. dict. rubr. num. 33. post Dec. cons. 660. nu. 10. Afflict. decis. 260. num. 9. per text. in leg. eandem rem. C. de duobus reis.*
192 Sic vice versa pactum præsertim † dotale supremum dicitur iudicium *in text. l. dotale pactum 40. §. fin. de pact.* Sic in testamento fieri potest con-
193 tractus † qui valeat, obliget & probetur vt contractus. *Decius cons. 195. num. 3. Rom. cons. 193. num. 2. Couarr. parte 3. de testam. num. 16. Bald. in l. cum antiquitas. C. de testam.* Nihil igitur vice versa videtur prohibere, quo minus etiam † vltima vo-
194 luntas simul cum contractu perfici possit, præsertim in his, quæ symbolum habent, dictum est de pactis dotalibus, de quibus id in specie traditur per *Wesenb. cons. 71. num. 29. cons. 11. num. 28. & in paratit. de pactis dotal. post DD. in l. dator. C. de donat. & l. fin. C. de donat. inter vir. &c. Crauet. cons. 139. num. 10. Ias. in l. licet, num. 15. C. de pactis. Schurff. consil. 6. Cent. 1. per tot.* Vbi omnes concludunt, si quinque testes fuerint adhibiti, haberi † pro vltima voluntate. quod ipsum quoque 195
constitutionibus Electoris Saxoniæ generaliter constitutum est, *consil. 43. lib. 2.*

Quin imo & generaliter in pactis obtinere volunt Cyn. post *cons. 1. in dict. l. licet. ibidem & Wesemb. d. consil. 71. num. 37. & 40.* In specie vero substitutiones scilicet fideicommissarias 196
† fieri posse in contractibus, vt acquiratur absenti, tradit Crauetta *num. 8. per plura ibi allegat. & cons. 16 & cons. 130. num. 11 Dec. cons. 244. num. 4. decis. Pedemont. 85. num. 7. Cephal. consil. 511. num. 11. Brun. cons. 136. in fin. Menoch. cons. 85. num. 29.* Qui licet in præcedentibus diuersum asserat, tamen quos allegat, & ego vidi, forte agunt de directa substitutione: quæ † non saluetur per mo- 197
dum fideicommissi. Sic Alex. & Ias. *in leg. qui Romæ*, id solum dicunt, quod in casu *dict. l.* non sit facta secundi substitutio: Sed pactum ex venditione mutua, seu reluitione sub pœna.

Prout nec obstat, quod plerique iam allegati de particularibus solum agant fideicommissis: Nam Gabriel idem de vniuersalibus dicit, neque inter ea differentia constituenda est, cum neutro casu fideicommissarius efficiatur heres, (qui solus in hac re sit scrupulus) *Leon. in tract. substitut. in princ. num. 86. 109. per l. postulante. §. fin. ad Trebellian.* Accedit natura fideicommisso- 198
rum, † quæ per se fauorabilis est: licet enim eatenus odiosa censeatur, quia onus infert, ideoq; non extendendã, tamen semper ita † interpre- 199
tanda, vt sustineantur fideicommissa, & eo respectu fauorabilia sunt maxime. *l. cogi. verb. in antiquo, ad Trebell. Crauet. cons. 208.* Facit, quod fideicommissa † ideo potissimum inuenta, vt re- 200
linqui possint quęuis, alias nõ poterant, *tex. §. 1. institut. de fideicommiss. heredit.* & quidem modo minus solemni extra testamentum: ita, vt si testamentum etiam ratione solemnitatis non subsisteret, tamen hoc pacto sustineretur voluntas. *d. auth. ex causa. in fin. C. de lib. præter. §. præterea intestatus, in fin. Instit. d. tit.* Sic & si præteritione testamentum nullum reddatur, seu agnatione ruptum, clausula † codicillaris seu fideicommis- 201
saria suas retinet vires. *Bald. cons. 14. in fin. cons. 36. num. 3. lib. 3. & cons. 170. num. 2. lib. 5. Soarez verb. fideicommissum. num. 110. & verb. heres, num. 35. Bart. l. 1. de vulg. Vigl. §. liberis num. 6. Instit. de pupill. substitut.* Vt quæ in omnem casum etiam intestati addita censetur. *Bald. d. cons. 170. num. 3.* prout etiam ex imperfecto testamento heres † ab intesta- 202
to (licet non possit institutus) prægrauari fideicommisso. *Alexand. cons. 70. num. 17. lib. 2.*

Quare fideicommissum † etiam epistola, li- 203
bello

bello siue scriptura, & nutu relinqui potest, solum adhibitis testibus ( & aliud fere simul agendo ) *text. l. & in epistola Cod. de fideicommiss. &c.* Similiter contractibus. *Decius consil. 63. numer. 4. consil. 245. num. 7. 8. Crauet. cons. 19 numer. 8. cons. 130. ad fi. Ferrar. dict. libello ex subst. verb. fideicommisso. Socin. l. qui Romæ. §. coheredes, numer. 19. de V. O.* Sic per promissionem ( quæ contractus est ) testatoris extra testamentum vel codicillos. *l. in tacitu. vbi Bart. de leg. 3. & in l. 1. in fin. C. de dilat. l. non intelligi. 1. §. tacite, de iure fisci*, cumque ab intestato relicta huiusmodi censeantur, neque fideicommissarius heres fiat, nil attinet disputare, an pactis successio seu hereditas relinqui possit.

Fideicommissum autem hoc nostrum esse
204 dubium non est, † cum nullo negotio ad verbum *restituas* reduci possint verba §. *extraneo. Institut. de pupill. l. generaliter. C. de institut. & substitut. l. restitutio. l. ex facto ad Trebell. Bald. consil. 272. numero tertio, lib. secundo.* Imo verba aperta sunt, & factum tertii heredis ab intestato requirunt, *vt finat, pa-*
205 *tiatur, permittat, seu edat bona alius.* Cum sufficit † verba non esse directa ad honoratum, ita, vt ipse quasi à se capiat. *Crauet. d. repet. rubr. de leg. 1. num. 185.* Præsupponitur enim vt supra dictam matrem immediate successisse, à qua redimantur bona, & quæ refusis prius certis, &c. bona relinquat, ( quæ habitum præsupponit: ) & locum det aliis.

Quo pertinent verba, sol alß dann / &c. Et quæ in relata hic clausula superiori exstant, vt scilicet in bonis maneat, donec plene sibi satisfactum. Neque minus heres manet mater, & vtiles tantum actiones ab ea transeunt: quia certam summam seu rem destinatam recipit. *text. §. si quis vna re. Institut. de fideicommiss. heredit.* Prout nec obstat, quod à fideicommissariis quid percipit: Idem enim in fideicommisso fieri potest, *text. l. fideicommissa. 11. §. cum esset, de leg 3.* Sic quo minus directa substitutio sit, faciunt verba conditionis: *Si ante matrimonium decesserint*, quæ ad pupillarem substitutionem inepte applicarentur, & ad dispositionem faciant onerantem, non potest eadem esse honorans, sed vniformis sit determinatio, vere est Ita Bald. *l. precibus. num. 47. & consil. 175. num. 5. 6. lib. 5.* Pro qua interpretatione in fauorem actorum, vt sustineatur dispositio, facit naturalis æquitas, cum perexiguo recepto dotis nomine reliqua omnia à se dimiserint sorores.

Non parum etiam vrget vltima illa voluntas, quæ non voluntatis, sed solemnitatis solum defectu laborat, ( quod in confesso vtrinque est, imo Rea ipsa perinde, ac si nullam plane dubitationem dispositio illa admitteret, alia omnia præstitit, & erogauit ) quod genus voluntatum magis, quam alia quæuis imperfecta, *Rom. consil. 179. num. 22.* interpretationem & declarationem præcedentibus præstat efficacem. Sic cum pactum est de successione tertij consentientis, id validum est, & vires sortitur, vt vltima voluntas sit ex eo solum, quod tertius ille postea animum mutasse non probatur.

Magis igitur etiam voluntas vltima prior æstimanda ex hac sequenti expressa, quæ præsupponit non pactum obligatorium fuisse, quod quin mutationi non obnoxium, sed confirmatione indigeat.

Alias enim si non potuisset, nolle valere, & frustra voluisset quasi confirmando seruari. Facit, quod habet codicillis, testamentum robur nullum accipere potest, tamen si pater testamento per agnationem rupto, & sublato quasi postea literis omissis præcedens iudicium illud confirmauit, priori voluntati clausulam codicillarem adiecisse, vt per modum fideicommissi valeat, censetur. *l. 1 C. de codicill.* cum igitur vltima voluntas vere sit, & eo sufficienti testiū numero firmata: ( qui
206 alias † actum inter viuos transire in fideicommissum facit. *Crauet. consil. 139. num. 11. per ibi allegat. gl. l. 1. C. de don. causa mort. Bar. l. 1. eod. Roman. consil. 513. Dec. consil. 184. Ripa l. 1. §. si quis morti. Quorum bonorum* ) dubium nullum restat, quin intentio auctorum eatenus sit fundata.

Quinque enim testes simul pactis adfuisse ex eo solum liquet, quod tantum duo adfuisse allegantur per Reos: idq; verisimilius reddit tempus nuptiarum, quo illa peracta sunt.

Quibus sic stantibus non difficile ad ea, quæ in contrarium sunt adducta, est respondere, cum & pactum non sit, sed vltima voluntas, neque directo de successione, imo nihil de hæreditate disponat: cum fideicommissarius hæres non fiat: Et parum ad rem facit, quod actores hæredes in pactis appellantur; id enim verbum, quomodo in
207 † vernacula nostra lingua communiter vsurpetur, nulli est obscurum, pro omnibus, verū qui quouis modo ad bona defuncti perueniunt, vel etiam, qui nobis iam morientibus fuerunt iure proximitatis successuri.

Ita etiam Bald. quasi in terminis hæredem esse eum dicit, qui non adijt, sed prius obijt. *consil. centesimo septuagesimo, ad fin. lib. 5. post l. Lucius. non igitur. §. filiam, de leg. 2.* Qua eadem ratione *Zas. resp. 1. lib. 1. numero tertio, post cons. successor. Instit. de eo, cui libert. causa bon. add.* hæredem eum dicit, qui neque ex testamento, neque ab intestato succedit, & *ibidem numer. 2.* vltimam voluntatem inueniri tradit quæ neque testamentum, neque codicillus, nec donatio causa mortis sit. *per gl. not. l. & licet. in fin. C. de pact.*

Sic & verbum † *succedat*, quod est, Erben / com-
208 mune est, etiamsi ad substitutum dirigatur, ita succedat ei in hæreditate: ( *si sine liberis* ) quæ licet singula emphasin habeant, vt directa censenda sit: tamen matrem non excludunt, sed †
209 fideicommissaria perpetuo vniformis censenda. *Bald. consilio centesimo septuagesimo quinto, in princip. & numer. 5. lib. 5. & consilio trecentesimo nonagesimo octauo, numero primo, consil. 359. numero primo,*

*& in terminis conf. 392. numer. 1. lib. 4. Caph. consil. 16. numero secundo.* Neque sane illud verbum enuntiatiuum totam actus substantiam subvertere debet, vbi non minus etiam exprimitur, successionem ad matrem delatam, quæ alias inuicem contraria erant.

Nec obstat *l. hereditas Codic. de pact. conuentis.* Hic enim non id actum fuit, vt valeat dispositio loco seu vice testamenti, & inde exinde hereditas transferatur directo, sed ab intestato per fideicommissum restitutio fiat. Imo nec vllum pactum eo respectu dici potest interpositum, vt supra dictum. quod ipsum etiam responderi potest *ad l. licet. C. de pact.* Neque refert, speciali militum fauore pacta illa, & tamen non nisi in vim vltimæ voluntatis valere dicuntur.

Nam & militum interesse, ne illorum contractus, & vltima voluntas inter se confundantur. Si enim vt pactum fuerat, sustinendum illorum placitum, iam non licet deinde recedere, & mutare arbitrium. Vltima vero voluntas dici directe nequit, quæ nulla interuenit, & ab aliis pacta separata sunt: Itaque vim vltimæ voluntatis solum obtinere & sustinere dicitur, vt in aliam dispositionem per modum fictionis: (fauore militum) transeat pactum illud de directa successione initum.

Quod si à pagano directo ita fuisset initum, nullius erat momẽti, quatenus numerus testium adhibitus foret. Id vero nihil obstat, quo minus paganus per indirectum & fideicommissum de restitutione bonorum post mortem facienda in pacto (imo cum pacto) disponere quid possit, testibus adhibitis, vt, qui in militis directa dispositione fauor specialis, id in pagani obliqua illa numerus testium, & iuris communis obseruata solemnitas operetur: & obstaculum ex pacto exortum aboleat & obliteret. Quod idem etiam de patris inter liberos dispositione dicendum.

Quod vero Zasius *num. 50.* tradit, nullo remedio dissolui posse doctrinam eam: quod non nisi testamento dari, vel adimi hereditas possit, id de directa dispositione & translatione solum accipiendum, aperte colligitur ex exemplis ibi subiunctis, & ex legibus, quas allegat pro illa sententia firmanda, scilicet *l. Scæuola. 76. ad Trebellian. & §. penult. Inst. de Codicil.* vbi apertissime textus habet, id per indirectum fieri posse codicillis, &c. frustra enim quæritur, an abligari hæc voluntas debeat vel possit, cũ directa non sit, vel esse queat vllo casu, &c.

Ita nec confusio contractuum & vltimarum voluntatum sit, etiamsi de successione simul non per modum pacti, sed vltimæ voluntatis solemnibus adhibitis dispositum quid sit, à quo integrum semper sit postea recedere, nec obligationem vllam pariat prout nec successio vlla ita trãsfertur, sed tantum vtiles actiones ex S. C. Trebellian. transeunt, manente herede illo, qui restitutionem facit.

Neque etiam obstat quod Menoch. *consil. 85. numer. 31.* tradit, non posse ordinariam fideicommissi actionem competere, cum tantum locum habeat personalis vtilis. Nam præsupponit contractum seu donationem præcessisse, & illam ipsi quasi substantiam additam.

Hic vero ad matrem nihil ex contractu peruenit, in qua substitutio fiat, sed tacita quasi ex vltima voluntate patris ab intestato succedere præsupponitur secundum *l. confictiuntur, de codicill.* neque ipsi, sed filio nondum nato substitutio fit in iis, quæ per successionem legitimam à patre ad ipsum deferenda fuerant. Neque video ego, cur non etiam vtilis actio quasi ex testamento, ex substitutione fideicommissaria competere debeat, *secundum gloss. l. 1. Cod. de don. causa mor. maxime cum. gloss. L. 3. in princip. de leg. 3.* quod scilicet in donatione inter viuos substitui nequeat, reprobatur per plures, quos refert & sequitur Bar. ibi & Bal. *l. filij. Cod. famil. ercis. per l. sequens quæstio, de leg. 3.* Sed nec renuntiatione matris opus fuit, cum pater illam pro arbitrio vel directo omnino, vel fideicommisso pro maiori parte excludere poterat.

Sic & fideicommissum regulariter non inter bona grauantis efficit, in quibus mater nullum ius habuit, vel habere potuit.

Etsi quid ipsi debitum fuerat, ad id alia ratione nihilominus deuenire poterat. Et ita etiam corruunt, quæ de exheredatione matris non facienda sine causa adducta sint, cum vtique heres præsupponatur, per quem restitutio facienda. Itaque non nisi pro supplemento legitimæ illi querela competebat, neque ideo omnino infringenda voluntas defuncti.

Actorum etiam præsentia opus non fuit, cum absentibus fideicommissio acquiri nihil impediat. Neque etiam casus noster conuenit *l. fin. C. de pact.*

Non enim duo hic de tertij absentis successione paciscuntur, sed tertio absenti relinquitur per patrem, qui habet de suis, quæ filij bonis disponere per modum etiam fideicommissi poterat, vt ita consensu filij opus non fuerit. Consensus vero matris siquidem accessit, non magis infirmat dispositionem, quam si heres testatori: post mortem certa legata, vel fideicommissa soluere promiserit, de quibus *toto tit. de fideicõmiss. her. Inst. vt supra dictum.*

Testes, quod transigendo etiam operam impendunt, non ideo minus idonei sunt, cum negotium ipsorum nullum gestum sit, & nemo magis commode testium de actu perhibere poterat, *argum. L. Domitius. de testament.*

Quan-

Quanquam diu ante nuptias interuentu parochi facta & transacta omnia, & tunc in mundum redacta solum, sigillata & subscripta, & sane testes instrumento scriptos non adfuisse, meridiana luce clarius fuerat probandum. *Mascar. de prob. lib. 1. quæstion 6. num. 49.* Hic vero vnus solum testis aliquos indefinite non affuisse affirmat, quam facile in duobus illis, qui negantur interfuisse solum, à Rea verificari potest. Requisitio specialis requisitum est, ex solemnibus testamenti. Et sufficit hic constare de animo deliberato disponentis post mortem, cuius vnius probandi causa testes adhibentur. *Mascard. concl. 493. in princip. Tiraquell. de priuileg. præ. causæ. priuil. tertio, ad fin. fac. l. fin. Codic. de fideicommiss. & L. fin. Codic. de codicillis.*

De vltima voluntate subsecuta iam ante dixi, quod non ipsa robur prętet, sed tantum priorem declaret, quod vltima voluntas fuerit & adhuc sit: atque tot insecutæ approbationes per Ream nō patiuntur, vt ratione voluntatis in dubium reuocetur † nec potest dici ignara contentorum, cum penes se tam diu habuerit. *Mas. concl. 780 numer. octauo, & concl. 915. volum. 2. l. Aduersarij. Codic. de fide instrument.* Et post additionem quius heres censetur † omnia scire, quæ testamento continentur *Mas. concl. 45. num. 54. & concl. 849. in princ.* Nec refert, quod separatur hic punctus, & casus alius sit.

Non ideo enim minus tota voluntas quasi approbata dici potest. Quia tamen ipsa approbatione non magnopere opus fuit, cum sufficiat, quod non constet de mutatione subsecuta voluntatis. De consuetudine frustra quæritur: cum iure communi vtatur, & in primis id inspiciendum, quod actum est & dispositum.

Concludo igitur pactum nostrum, quoad successionem hanc vim vltimæ voluntatis habere, & per modum fideicommissi valere, sustineri iure posse, & debere, neque ita etiam restitutionem faciendam & iniungendam Reæ. Quæ autem præterea ab actoribus afferuntur, cur Rea omni emolumento priuanda, & indigna sit, ea nihil decisionis nostræ tenorem mutare arbitror. Quanquam enim prima fronte speciem aliquam habeant, quæ dicuntur, quod secundas nuptias, non petito prius tutore, nedum rationibus redditis aut reliquis præstitis, contraxerit, ea tamen ad pœnam huiusmodi infligendam non sufficiunt: simul enim probandum fuerat, quod mater tutelam susceperit rite, & administrauerit. Quam enim non susceperit, illam spreuisse, aut contra fidem officij se gessisse, transeundo ad secunda vo- 212 ta, dici nequit Quo nomine † potissimum pœna locum habet. *Dec. consil. 590. numer. quinto. Gabriel. lib. 3. tit. de secundis nuptiis. conclus. vltim. numer. 27.* neque ab actore in speciem fuerant probanda. *argum. eorum quæ dicit Alexand. in simili cons. 185. n. 10.* Neque illi probatio videtur obtrudenda, quod minor fuerit, cum delictum aduersarius vrgeat, & pœnam exposcat ex illo, quod simpliciter, & omni casu delictum non est. Igitur posito minorem administrasse, & postea maiorem factum secundo nupsisse, non petitis tutoribus, non cadit successione, *Bald. l omnem. numer. 9. C. ad Tertullian.* Verum causa non plene cognita tutelam & fere suscepisse, patet ex eo, quod actores initio statim exsequendo testamento, & rebus peragendis adhibuit.

Qui ipsi sese profitentur, & nominant postea angeborne Vormünder/(32.) ordin. 17. (66.) litera C. quo casu dationis locus non est. Ad hęc illi ipsi rationes nullas ab illa exegerunt, quod omissari non præsumuntur. Si vero suscepisset & gessisset, aut si omiserant, eodem crimine damnandi, & partes Reorum præualebunt pari in commisso. Magis autem excusatur † mater à 213 pœna hac, quia non inuito marito, sed imo expresse in pactis, quasi permittente, ad secunda vota transiit, quod sufficit tacite permissum. *Gab. d. concl. vlt. num. 41. & con. lus. 1. de Tutel. num. 80. lib. 6.* Nam maritus illi eo casu certo quidem dari voluit, adeo quidem, vt non teneatur prius bona à se dimittere, quam omnia percepit.

Alia excusatio matri ex eo præbetur, quod filius substitutum habuit, ad quem sicut successio præcipua deferenda, ita de tutela prospicere pupillo debuerat, *Gabr. d. concl. 1. num. 66.* cum mater solum legatarii quasi vita sit, & singularis rei spem habuit, *Gabr. ibidem numer. 24. cum seqq.* Facit, quod quamuis alia ex causa facile mater excusatur. *Nicol. de Vbald. tamen de success. per 2. numer. 14. & 17.*

Itaque quicquid sit, etsi ponamus matrem priuandam, tamen non ad actores, sed † proxi- 214 mam gradu vterinam successio deuoluta erat. *text. l. 2. in fin. ad Tertyll. auth. ex testamento. C. de secund. nupt. Bald. cons. 408. in fin. lib. 3. gloss. l. sciant. de leg. hered. Alexand. L. ad optimam. §. patronum. n. 2. & 3. de in ius vocan. Gabr. dict. 2. concl. numer. 1. in princip.* Et filia suo iure, non ex persona matris venit. Ideoque non obstat, quod superstes excluſa. *gl. l. Diui. de iure patr. & l. emancipatum. §. fin. de sent.* Et ita nihil actoribus accessisset.

Minus deinde obstat Reæ, quod bona occupauit.

Nam actores suo nomine possessionē nunquā adepti: neq; eam post mortē pupilli animo sibi mature potuerunt, quia tutela & administratio exspirauit tam actorum, quam parochii, à quo Rea claues recepit ante principis prohibitionem directam solum in futurum, & optimo iure heres bona vacantia occupauit. vt ex manu ipsius fideicommissarius eadem reciperet post plenam demum solutionē 3000. secundum expressam dispositionem testatoris. Imo fideicommissarius † 215 ante restitutionem nullum ius in bonis habet, & propria auctoritate (nisi expresse testator permiserit) occupādo iure suo cadit. *Caph. cons. 188. n. 34. seq. Dec. cons. 438. accur. per l. non est dubiū C. de l. ioh.*

Dilect.

*Dilect. Durant. de arte teſtan. lib. 5. Cautel. 32. num. 1. 2. 3.* neque vllum remedium habet ante reſtitutionem *Burſ. conſil. 198. num. 1.*

Stat igitur ſententia noſtra, actorum intentionem eatenus probatam, nec eliſam, vt ipſis fideicommiſſariis hereditas ex Trebelliano reſtituenda ſit, & eatenus Rea condemnanda.

Quid vero in reſtitutionem hanc veniat, quidque detrahendum matri ſit, plures ſeſe exſerunt difficultates ob diuerſitatem bonorum, perſonarum, & non ſatis plena diſpoſitionis via, vbi in primis diſcutiendum: *An ab ipſo filio pupillo, an vero ab eius herede, matre, fideicommiſſum relictum ſit, vt cogneſci poſſit, quæ bona patris eſſe omnia affecta ſint, & reſtitutioni ſubijciant, & an legitima & Trebellianica detrahenda & quatenus:* Item *quid de fructibus diſcendum.*

Et prima facie videbatur hoc fideicommiſſum non ab ipſo filio, ſed ab eius herede, ſcilicet matre relictum: & hinc non illi reſtituendi onus iniunctum ex verbis diſpoſitionis, ſed vnus tantum petat non à matre, ſed filio potius relictum. Quatenus non matris mentio ſit, non cauſa honorandi aut grauandi ipſam reſtitutionem, ſed magis excludendi omnino à ſucceſſione ſit, vt non niſi exiguum, quod ipſa non à filio, neque ab eius hereditate conſequatur, ſed ab aliis quaſi heredibus filii ſeu teſtatoris: idque in certa quantitate non quota hereditatis, & non tam pro hereditate, quam loco & vice iuris alias ſibi deferendi: neque inſtituere iubetur ipſe, ſed tantum promittere, vt alii ſuccedant filio, & ius, & relicta bona occupent, quaſi ſuo iure quodammodo retineat ſecum bona, vt hæredes maturius adigat ad ſolutionem, & quicquid facti matris interuenit, nutu ſolummodo miniſterium ſit, non ſuo, ſed filii nomine, non ſuis ad ſe dotatis, ſed de filii ad alios transferendis per matrem: ſicut & matris mentio ideo ſolum facta videtur, vt non directa, ſed fideicommiſſaria ſubſtitutio ſit quę ſuſtineri poſſit, vt partes cenſeantur ſeſe accommodaſſe iuribus, & ita diſpoſuiſſe, vt actus
216 potius † valeat, quam pereat. *Clar. de teſtib. quæſt.* ✠. filii vero mentio ſatis ſit, dum dicitur, mortuo filio, &c. ſoll matri nicht mehr kommen/ videlicet à filio. Quæ limitatio & excluſio matris reliquos vario eodem modo includit, & quidem, vt omnia ad eos à filio perueniant vnnd auff ſie kommen/ qui & occupent matris permiſſu omnia reliqua.

Atque poſito, verba eſſe indefinita, & dubium, an filius vel mater fideicommiſſo grauata ſit, ſicuti ad matrem expreſſe directa dici non poſſunt, & adhuc communior opinio dicitur
217 quod à filio cenſeatur † relictum, non à ſubſtituto. *Ripa in l. centurio. num. 26. Et Gabriel. num. 49 reſte Claro. d. quæſt. 72. de vulg. & pupill.* vbi ipſe fatetur pleroſque pro contraria opinione allegatos, id non dicere aut velle. Noſtro vero caſu, vbi modo interuenit, nulla videtur dubitatio, quin in dubio grauatus cenſeatur filius, non eius heres, mater, prout communem eam dicit in noſtris terminis, & quidem fortioribus, vbi Eccleſiæ relictum fuit fideicommiſſum, *Franc. Aret. conſ. 155. ad fin.* Quo facit, quod alias coniectura tacita † vel dubia ſubſtitutio contra matrem in 218
medio exiſtentem nunquam operetur aliquid. *Burſ. conſ. 19. num. 1. 14. 18. poſt Oldrad. conſ. 142. Bal. conſ. 12. num. 1. lib. 2. & conſ. 175. num. 4. & 7. lib. 5.*

Concludo ergo à filio relictum fideicommiſſum, quo ſtante, ſequitur, non pupilli bona, ſed tantum teſtatoris reſtitutioni ſubiacere. Ita in ſpecie *Iaſ. in l. ſi Titio. 95. §. fin. num. 15. 16. & 30. de leg. 1. & Iaſ. in l. ex tribus, num. 2. & 3. C. de inoffic. teſtam. Bal. conſ. 23. in princ. lib. 3.* Sicut regulariter fideicommiſſo non grauati, ſed grauantis bona afficiuntur. Et grauanti, non grauato † ſuccedi- 219
tur in iis ſolum, quæ grauatus iudicio teſtatoris accepit, quod in omnibus priuilegiatis ſubſtitutionibus, etiam militis locum habet, *text. l. centurio, 16. l. coheredi. 41. §. filia. in fin. l. ſed ſi plures. 10. §. ad ſubſtitutos. de vulgar. & pupill. Leon in tract. de ſubſtit. num. 69. & ſeq. Menoch. conſil. 135. num. 9. lib. 2. Weſenb. conſ. 94. num. 20. Ferrar. in dict. form. libelli, ex ſubſtitutione, verb. pupillariter. num. 16. Crauet. conſ. 202. num. 1. & conſ. 24. num. 12.* Et faciunt verba diſpoſitionis, quibus actores ſuos dicit heredes, non etiam filios, in ſimili arguit *Bal. conſ. 272. num. 3. & 4. lib. 2. Aret. d. conſ. 155. 10. col.*

His præmiſſis. Itaque de ſuis etiam videtur diſpoſuiſſe, cum præſertim poſtea regulariter dicit, die vbrigen Haab vnnd Güter/ non addendo cuius, neque hic extendenda voluntas non expreſſa: cum ſpecialis modus iure præfinitus ſit, filium grauandi, & excludendi matrem. Ex his igitur bonis N. medii ante omnia detrahenda † venit legitima filii, quam ad matrem tranſ- 220
miſerit ſine omni onere, *Bal. conſ. 39. lib. 1. num. 4. Gabr. concl. 2. tit. de legitim. num. 34. lib. 6. Clar. quæſt. 72.* Maxime cum mater ex perſona ſua legitimam in vniuerſis bonis habitura fuiſſet: qua ſola ratione Dd. legitimam extraneo competere volunt, legitimam † autem hanc tertiam eſſe, 221
dubium non eſt, ſiue de legitima filii, ſiue matris agamus. *Alexand. conſ. 140. in fin. lib. 1.* Sicut & legitima † parentum non magis prohiberi à 222
teſtatore poteſt, quam filiorum, *Guid. Pap. quæſt. 470. Gabr. d. concluſ. 1. num. 17.*

Quicquid igitur diſpoſuerit, vel voluerit N. medius, legitima † omnino detrahenda venit, 223
*Ang. in conſ. 105. n. 2. Alex. conſ. 139. in princ. lib. 1. l. Titia. ad leg. Falcid.*

Circa Trebellianicam demum rurſus exoritur diſceptatio. Quanquam enim dubium non eſt, fideicommiſſo † relicto non pure à filio detrahi etiam poſſe Trebellianicam vltra legitimam, *text.* 224
*c. Raimutius, vbi Couar. de teſtam. §. vlt. num. 6. Gail. obſ.*

*obs.120.per tot.lib.2* tamen quæritur, an non testa-
225 tor noster † Trebellianicam omnino prohibuerit, idque possit, præsertim si filius etiam legitimam habet? *Decius cons.480.num.16. Gabr. concluſ. 12.num.10.ad Trebellian.* Voluisse autem prohibere testatorem nostrum (vel quasi) ne amplius ad matrem perveniret vllo modo, præter expressa in pactis dotalibus videntur demonstrare verba dispositionis. Ibi, soll matri nicht mehr kommen/ & rursus reliqua permittat heredibus suis, &c. Quam geminationem sufficere. *Gab.d.tit.ad Trebellian.concl.8.& concluſ.2.numer.1.verſ.contrarium.* Verum hæc quidem ad minuendam vel prohibendam Trebellianicam solum forte sufficiebant, non tamen æque, vt legitima ea imputetur. Cum diuerso iure cēseantur, & magis expressam dispositionem requirat id, vt confusio facta dici possit. Itaq; etiam in ambiguo hic interpretatio facienda, vt mater non omnino excidat Trebellianica, sed eo nomine habeat, quantum pactis pro restitutione facienda illi tributum, præter legitimam filii, & ita saltem minuta Trebellianica censeatur filio. Licet enim aliunde id præstādum sit in pecunia, tamen sicut fructus, ita etiam hoc iudicio testatoris acceptum Trebellianicæ imputandum est. Nec obstat consensus fratris, vel approbatio. Id enim licet circa solemnia omissa, vt nihilominus subsistat volūtas, operari dicātur, nō tamen similiter circa ea effectum habent, quæ nec cum solemnibus adhibitis pro arbitrio à testatore disponi poterāt, sed specialem modum & verba in specie expressa requirebant, prout nec simplici, aut tacito consensu vires sortiuntur ea, quæ solemniori renuntiatione indigent.

Quin etsi circa hæc expresse consensisset mater, non tamē censenda erit aliter id fecisse, quam respectu restitutionis faciendæ & reorum respectu, quæ sibi ea ratione vicissim ex Trebelliano competebant, non etiam eorum respectu, quæ iure ipso iam olim separata fuerunt, & extra restitutionis aleam posita: vt est legitima: Trebel-
226 lianica † vero tunc demum incipit competere, cum purificatum est fideicommissum, & casus restitutionis euenit, & tunc primum fideicommissarius incipit habere ius ad rem. *Caphal. cons.189. n.29.* Huc igitur mater quatenus onerari potuit, videtur respexisse: Concludo igitur, vt dictum, matri relinquenda esse pro restitutionis quasi pretio seu præmio quæ habentur in pactis.

Restat, vt de fructibus videamus: qui quidem
227 † respectu legitimæ in disceptationem non ve-
228 niunt, cum in illam † nullo casu imputetur. *text. l.scimus.§ repletionem. C. de inoffic. test.* cum & ipsa
229 legitima † pleno iure ad filiū transeat, ita vt illius fructuum nomine nulla quęstio sit, sed solum videndū de fructib. ex reliquo bessehereditatis perceptis, an restituendi vel in Trebell. imputandi.

Hic duo tempora destinguēda. Primum pendentis conditionis vsque ad eius euentum: secundum post mortem filij vsque huc.

Quoad primum, quia fructus videntur † per- 230
cepti iudicio testatoris, videbatur etiamsi in restitutionem non veniant, quia testator id non dixit: neque vlla mora interueniſſe eo tempore dici possit, quod requirit *L. in fideicommissaria.18. ad Trebell.* tamen in quartam imputandos, *d. l.18. & l.mulier.22.§.si heres, ibid.* Idque etiam in filiis primi gradus, qui duas quartas habent, obtinere plures tradunt, quos refert Gabr. *concl.12.nu.10.in princ.tit.ad Trebell.addit.ad Alex. cons.165.in fin.lib.5.* Verum nostro præsertim casu, aliter rem se habere, & fructus filio præcipuos eiusque heredi relinquendos putauerim, cum non vere conditionalis restitutio nostra dici possit, quasi interim pendeat ius filij, sed substitutio certo casu, vt interim pleno iure translatio facta dicatur. Et quā-
quam iudicio testatoris ad filiū peruenerint fructus, tamen non ita, vt voluerit testator illos fructus filij fieri. Quibus & aliis rationibus DD. magis communiter statuunt, filium † fructus, pen- 231
dente huiusmodi conditione perceptos, in Trebellianicam imputare, sibi non debere, etiamsi duas quartas integras habeat, præterea *Gab.d. concluſ.12.n.10.verſ.contrarium. Maſ.ad Errar.in d.form. lib.16.ex subſt.verb. Ac per fideicommiſſum, &c.*

Fructus † post mortem filij percepti videan- 232
tur saltem in tempore litis contestationis præstādi. prout sine discrimine etiam in fideicommissis traditur *l.1.& 2.& fin. C. de vſur.* & fructus legatorum, *l.apud Iulianum.40.§. filius & l. quæſitum 92.§. vlt. de legat.1.* Ex eo enim moram facere quisque debitor & in mala fide constitui dicitur. Ideoque teneri de percipiendis, & dd.ll. Verum & hic aliter dicendum, qui enim iusta ex causa in ius pro- 233
uocat vel iudicium † suscipit, in mora non est. *l.si quis solemni.24 de vſur.* In specie vero si facto creditoris seu fideicommissarij restitutio dilata sit, id statuit *in d.l.mulier §.si heres*, prout hic factum, & actor plus æquo etiam petiit. Verum filij bona, & quidem integra sine vlla detractione legitimæ vel Trebellianicæ, Imo non sine oblatione cautionis ratione Trebellianicæ (quod ipsum requirebatur) *l.2.C. de vſur.* & fructus legatorum, sed & sine oblatione eius, quod vicissim præstare ius erat 3000 fl. Verum, sed imo expresse de negatione quando & vna cum fructibus petiit: quæ singula iustam se opponendi causam præbuerunt Reæ, &c. vt id vnum causam iustam præbet, si dubitatur verisimiliter, an Falcidiæ locus sit, & an integrum legatum præstandum. *d. l. autem in fin. & l.qui ſolidum.80 in princ. ff. de leg.2.*

In pari igitur culpa melior conditio est Reæ, cuius tamen minor culpa est, vt quæ tot iniquis impetitionibus implicabatur: maxime in nostro casu id obtinere debet: cum † fideicommissum 234
nō prius debeatur, quam refuso quod in recompensam, vel pretii quasi loco soluēdum erat: præsertim cum testator expresse voluerit, matrem à se non prius dimittere bona, quam omnia illa recepisset. Quod non alia ratione factum, quam

vt perceptione & amissione fructuum compelleret & adigeret actores, quo citius subirent negotium, neque ipsa mater duplici damno implicaretur. Alias enim quomodo ipsorum in mora consistentium dilatio fieret, si integri fructus refundendi essent. Antequam autem fideicommissum † petatur, nihil in eo iuris habet fideicommissarius: sicut nec actionem realem vllam ante restitutionem Quod intelligendum cum effectu & rite: *Dec. cons 438. Burs. cons. 198. num. 11.*

235

Concludo igitur, nec fructus hosce restituendos, sed sibi imputet, qui causam moræ præbuit.

Ex his facile est punctus expensarum definire: cum præsertim vtriusque causas litigandi non defuisse constat. Ideoque compensandas sententia & pronuntiandum.

*Sententia.* Ist erkant/daß gedachte Beklagtin im Klägere zwey Drittheil der Verlassenschafft/Weyland N von N. ires Ehemanns/jedoch gegen Erstattung vnd Erlegung dessen/so jr durch denselben in jrer Heurathsverschreibung dagegen verschafft vnd verordnet zu restituiren/eynzuraumnen vnnd abzutretten schuldig/vnd zu solchem zu condemnirn vnd zuverdammen/aber von dem vbrigen zuabsoluiren sey Compensatis expensis.

## *Additio vel declaratio D. Referentis ad suum votum.*

VAriantibus dominorum votis Referens declarauit suum votum, se sentire cum auctore Voti VI. Quoad causam principalem, prout in additione sui voti mentionem fecit, vt scilicet sustineantur illa puncta in vim fideicommissi vel vltimæ voluntatis, vt tamen Reo legitima & Trebellian, relinquatur.

### *Quoad legitimam.*

PVto illam communem esse fideicommissum † relictum ad heredes filij, scilicet à matre potius, quam à filio relictum videri, si in dubio essemus, *Graff. com. opin. in verb. fideicommissum.* Nos vero cum simus in quæstione clara, non putat attendendam hãc communem opinionem, cum illa saltem locum habeat in casu dubio. Quæstionis iam est, an † legitima, quæ matri per pactum adimi nõ possit, iam interpretatiue ex fideicommisso censeatur ademta? Quod legitima nõ possit adimi ex fideicommisso, putat verius. Faciunt verba clara dispositionis: *dictum pactum transformetur in fideicommissum.* quæ verba testatoris non possunt immutari, tanquam substantialia. Concludit legitimam ex fideicommisso matri adimi non potuisse.

236

237

### *Quoad Trebellianicam?*

TEstatorem posse bene † prohibere Trebell. *Gomes. Tom. 1. c. 5 de subst. fideicommiss numer. 11.* vbi duas adducit rationes. Vasq. *de succes. progress. lib. 3. § 26. n. 17.* concludit quoad Trebell q̃ testator potuerit eam ꝓhibere, vel adimere saltẽ: &c

238

### *Quoad fructus?*

VIdentur † restituendi post litis contestationem *iuxt. l. certum, de rei vind.* In nostro vero casu putat locum habere non posse, quia certum est *l. in fideicommissaria, ad Trebell. cum gl. ibid. Godof.* qui dicit, quod actio † ex testamento negatur secundum modum bonæ fidei, & non stricti iuris, quia fructus veniunt sic restituendi à die moræ, non à tempore litis contestatæ. *l. 1. qui fideicõmissum.* Dicitur, post moram non tantum fructus, sed † & omne damnum, quo affectus est, præstare debet, *d. l. 3. 1. qui.* Moram autem in nostro casu ream commisisse dici non potest: siquidem illa iudicium cum actoribus iuste suscepit. Si quis enim solutioni quidem moram † fecit, iudicium autem suscipere paratus sit, moram non cõmittit *l. si quis solutione, de vsur.* An vero iuste vel iniuste † prouocarit, id apud Iudicem examinandum erit, *l. mora fieri. d. tit.* Si igitur recte perpendatur casus noster, maxime quoniam is ex consuetudine consistere non possit, certe alias dicere non possimus, quin sit valde dubius & grauis, qui cui ius & peritissime iustam causam sese opponendi præbere possint.

239

240

241

242

243

Ex quo puto, Ream iuste sese opposuisse, & exceptiones suas allegasse, quod possunt facere secundum *l. sciendum est. de vsur. & fruct.* quam declarat *seq. l.* si modo id ipsum non fraudandi causa simuletur. *L. & qui sine. de R. I.* Et dicitur † exceptio legitima. quæ replicatione non eliditur. Sed certum est actores nostros vigore pactorum plus petiisse, quam illis debebatur. Ideoq; Ream legitimam exceptionem opposuisse, ab actoribus minime elisam: Ita vt Rea in † nulla mora reperiatur, nec damno ipsa esse ꝓssit, *iuxta l. si lõg. l. C. de exsecut. rei iudic.* Cum itaque ex indebita petitione Rea omnino incerta fuerit, & iuste ignoraverit, quid illis actoribus deberetur, sequitur vt perinde habenda sit, ac si facta omnino petitio non fuisset: † Fructus in restitutionem nõ venire secundum *l. fidei com Ad Treb. vbi Bar. vol. 2. n. 14.* Rationem assignat Cast. *in l. postulante. §. sed & huiusmodi n. 4. ad Treb.* Et altera videtur esse ratio: quia in restitutionem solum † veniũt ea, quæ sunt hereditatis, in qua fructus nõ cõtinẽtur, *d. l. fideicõmissariam. § quoties & sic iuxta gl. ibi verb. accepto fruatur, &c.* Fructus non veniunt, nisi heres fuerit in mora. Et his non obstat, q̃ fructus † veniũt in petitione hereditatis, & augent hereditatem, *per l. item veniunt. § proxmus, de pet. hered* Ergo fructus quoq; veniunt in restitutionẽ. Quia respondeo, ibi fructus non percipi ab herede vero, sed ab alio possessore. Sed hic à vero. Ergo desinit esse hereditas *l. 1. §. veterũ. de acquir. pos. vbi Bar.* Nec obstare videntur *l. certũ. & c. Raynutius. de testã.* aliaq; in cõtrariũ allegata. Puto e. illa tũc ꝓcedere quãdo aliqua res expressa, iusta ac debita actione ab aliquo petitur, ita vt verisimiliter scire potuit, an deberet aliquid actori vel non, vt apparet ex capitulo allegato, vbi hereditas ex fidei-

244

245

246

247

248

fideicommisso expresse est petita : quod in casu nostro contigit. *Vide Bart. in l. non possit videri. ff. de reg. iur.*

Et quamuis obiici possit, Ream hic in errore
249 iuris versari, qui error possessorem † non excusat, quo minus post litem contestatam fructus perceptos restituere debeat, *vt sentit Bar. in l. sed etsi lege. §. scire, de petit. hered. & alij DD.* tamen sunt, qui etiam contrarium sentiant, *Dynus in c. possessor, de regul. iur. in 6. vers. Quæri possit, &c.* Et hanc opinionem primo sequendam.

Quia vtraque pars in iure errauit, ita vt idem sit, ac si petita illa hereditas omnino non fuisset, ita vt locum habere possit, quod dictum de negligentia non petentis.

*Votum VII.* Ergo secundus votans, correferēs scil. repetendo votum meum, concludo cum iis Dominis, qui pro pactis pronuntiandum esse existimant, atque illa etiam per viam fideicommissi saluari posse statuo. Quia ex nostra allegata dispositione cōstat, fideicommissum hoc impersonaliter relictum, nec expressum videtur à quo. Ideo in illo dubiæ rationis Dd. opinionem esse
250 censet relictam † ab herede filij, sc. matre non ab ipso filio. *Soarez com. opin. verb. fideicōmissum. n. 105.* At quia bona, super quibus dispositio illa facta est, non filij, sed patris disponentis propria fue-
251 runt, cui † liberum fuit pro arbitrio de iisdem disponere & illa fideicōmisso vel alio onere grauare, *iuxta l. in re mandata C. mandati.* Sequitur,
252 quod † matri hoc casu aut nulla legitima, nisi saltem in bonis filij aliunde quæsitis debeatur, aut si debetur, ei tamen onus aliquod imponi, vel ad restitutionem eius grauari mater potuit, *textus est singularis in l. fundum, & L. per fideicommissum, 94. §. fin. vbi Bartol. de leg. 1.* Licet enim filius per patrem
253 † in legitima per fideicommissum grauari non possit, succedentes tamen ipsi filio vel venientes ab intestato grauari possunt. *Alex. in l. 1. §. fin. n. 3. de vulg. & pupill. & ibi Bart. n. 4. vbi rationem reddit, & in l. si Titio. 95. §. sicuti. n. 1. & 2. de leg. 1. Soarez. d. loco numer. 109.*

254 Vnde distinctionem † faciendam existimo inter legitimam, quæ debetur iure naturæ loco alimentorum, vt est descendentium: & eam quæ debetur iure ciuili, vti est ascendentium, illa minui, aut in totum tolli non potest, hæc vero maxime. *Alciat. in tract. præsumpt. reg. 18. nu. 2. vbi additio Ioan. Nic. Villalob. comm. opin. verb. legitima num. 621.* Cum
255 † alimenta iure naturæ ascendentibus non debeantur. *Brun. in tract. de statut. à succes. fœm. exclud. artic. 1. in princ. n. 22. 23.* Et hæc maxime procedūt, quādo subest rationabilis causa disponendi, pro-
256 ut in nostro casu, vbi causæ dispositionis sunt † conseruatio familiæ & agnationis, quæ publicam vtilitatem respiciunt, item, ne bona distrahantur vel vna perueniant à familia, sed vnica permane-
257 rent in familia. quib. † casibus legitima nō detrahitur, dūmodo in totum alimenta nō tollantur, *Io. Nic. in addit. ad Alciat. in tract. præsumt. reg. 1. præs. 8. n. 6.* Huc venit quod ex dictis rationibus de comitatibus & aliis † dignitatib. etiam legitima li- 258
berorū non detrahitur, ne scilicet tales dignitates distrahantur, vel dismembrentur, prout inquit Guid Pap. *cons. 142. n. 3.* Quare cum nos versemur in fideicommisso impersonaliter relicto, & in tali casu, quo matri aut nulla debetur legitima, aut si debetur, onus tamen imponi, aut ad restitutionē grauari potuit, per supra deducta. Ipsa quoq; mater in hanc dispositionē consenserit, vel saltē ratū habuerit, prout in voto meo deductū, atq; sic ex cōtractu ad eius obseruantiam obligauerit, quod facere potuit, *iuxta l. penult. C. de partib. Guid. Pap. d. cons. 140. n. 3.* Nec de mutatione voluntatis disponentis nobis quicquā constet, & alias vnius † cu- 259
iusq; disponentis volūtas lex sit, dicere habemus, relictum ab eo fideicommissum, † à quo secun- 260
dum mentem disponentis optime valere potuit, vt actus potius sustineatur, quam pereat. *Bart. in l. centurio. n. 371. in fin. de vulg. & pupil.* Non igitur video, cur matri ratione legitimæ & Trebellianicæ (quod etiam † in totum prohiberi potest) *Portius* 261
*lib. 6. com. concl. 15. vers. Et quia veritas.* plus adiudicare debeāt, quam in pactis est expressum, maxime cum tantum accipiant, vt alimēta habere possit.

Concludo igitur, vt in priori voto meo Reos scil. ad restitutionē omnium bonorum à N. de N. Medio relictorū, reseruatis tamen iis, quæ vigore pactorū Reę nostræ debent, condemnandos esse.

Quod si Domini maioribus votis cōcluserint, nostro casu matri legitimam competere, aliter ei adiudicare non possunt, quam faciendo separationem bonorum, vt scil. de illa tantum parte, quæ N. de N. medio tempore mortis parentis sui competebat, legitima detrahatur, & nō de omnibus bonis, quorum duæ partes duabus sororibus, actricibus matris ab intestato ex hereditate paterna competebant. Alias namq; pacta illa nullius videntur esse effectus, & res redigeretur in eum statum, quo fuit, antequam dicta dispositio confecta erat. Actrices q; nostræ nihil aliud consequerentur, quam quod illis alias ab intestato, si pacta in rerum natura non fuissent, competiisset.

Quoad fructus, repeto prius votum meum, & condemno Reos ad eorum restitutionem post litem contestatam propter malam † fidem, ex qua 262
mora inducitur, *per gl. in c. Rayn. verb. contestatæ, de testam.* Expensas compensabo.

Tertius votans repetit votum suum. Quartus & Sextus votantes, similiter.

Quintus votans repetit similiter votū suum, addens tamen, si eius esset sententiæ, & pacta subsistere posse putaret, vellet accedere votis eorum dominorum, qui in totum pacta saluare volunt propter expressam mentem & voluntatem disponentis, nec matri hoc casu legitimam vel Trebellianicam relinquere, sed eam contentam esse debere iis bonis, in pacto sibi reseruatis. Quoad fructus concludit cum sexto votante, allegat pro confirmatione suæ opinionis Guid. Pap. *dec. 496.*

263 SENTENTIA: In Sachen N. N vnd N. vom N. jetzo ermelten vom N. allein betreffend/ Klägern eins/wider Weyland N. von N. hinderlassene Wittib N. von N. Beklagte/ anders Theils/ Ist allem vorbringen nach zu Recht erkant/ daß gedachte Beklagtin/ Weyland N. von N. jhres Ehemannes Verlassenschafft/ so viel deren zu jhren Händen kommen/ausserhalb/was jhr Vermög/ der zwischen jhnen auffgerichter/ vnnd in lite angezogener Heurahts beredung gebüret/ sampt denen von Zeit an beschehener Kriegsbefestigung auffgehabenen Nutzungen obgemelte Klägern folgen zu lassen/ würcklich einzuraumme vnnd zu zustellen schuldig sey/ Als wir sie zu solchem hiemit condemnirn vnnd verdammen/ Compensatis expensis, &c.

Ferners/ In causa interuentionis N. von N. verordnete Curatorn ad litem in actis benant/ Klägern eins wider N. vom N. vnnd Weyland N. von N. hinderlassene Wittib/ N. von N. Beklagte anders Theils/ ist allem Vorbringen nach zu Recht erkant/ daß gedachte Beklagte von angestelter Klage zu absoluieren vnd erledigen seyn/ Als wir sie hiemit absoluieren vnnd erledigen/ Compensatis expensis publicat. 16. Septembris Anno 88.

Postea 31. Ianuarij anno 98. sequens sententia in puncto exsecutionis in eadem causa lata.

In Sachen N. N. &c. Ist D. N. sein deß 29. diß der Declaration pœnæ halben/ beschehenen Begeren noch zur Zeit abgeschlagen/ sondern erkant/ daß D. N. deren berürts Tags vorbrachten Exceptionen vnuerhindert/ nachmalen vnd in Zeit der Peen den außgangnen bey verkünden vnd reproducirten Keyserlichen Exsecutorialn einuerleibt/ so jhme pro termino & prorogatione von Amptswegen darzu eingesetzt/ gleublich anzeigen zu thun/ das den alles jhres Inhalts gehorsamlich gelebt sey/ sub euentuali declaratione. Vnnd ist gegen D. N. von wegen gedachter Exceptionen/ einuerleibter/ vngegründer vnnd vnbescheidener Anzeig/ die Straff eines Marck silbers hiemit vorbehalten &c.

D. N. ideo punitus propter dictarum exceptionum intitulaturam, quæ erat notorie nulla &c. Et quod in iisdem sententiam Cameræ tanquam manifeste nullam impugnabat: cum tñ exceptio nullitatis contra sententiam Cameræ in eodem iudicio proponi non possit, sed per viã reuisionis hoc faciendum. So hat er auch erst causam principalẽ in puncto executionis disputiren wöllen/ vnd also honorem iudicũ, wie sein Jurament mit sich bringt/ nicht in acht genommen.

## Libellus der von L. actorum,

*Contra*

Die T. zum S.

*Materia renunciationis.*

NArrans præcipue d. reseruationem renunciationis, dicit d. A. omnino separasse die zween Stämmen die T zum S. vnd den andern deren zu S J. B. vnd P. S. vnnd sibi reseruasse, ob die von T. deß Stammens zu J. B. S. vñ B. S. ohne eheliche mannliche Erben abgiengen/ daß sie als dann in jrem Vätterlichen vnd Adelichen Gutt vnversigen sein soll.

Contigisse autem, vt supra in renuntiatione nominati duo T. zu S. vnd B S. filios reliquerint, qui omnes sine prole mascula mortui sunt, superuixisse ex d. stemmate solum Georgium T. zu I. B qui vnicum filium & vnicam filiam, quæ nupsit Casparo T. de S. ex quibus vnus Reorum natus, vt fatentur acta, ad ius defensionalem reliquerit, eum genuisse Ioannem, qui sine prole obiit. & sic extinctum stemma hoc T. zu I. B. S. vnd B. S. & sic d. A. renuntiantis heredibus der Zugang ratione reseruationis im Verzug eröffnet &c. & bona illa quę ad stemma zu I. B. S. vñ B. S. komen/ nunc reuersa ad heredes d. A. de T. heredes ex ipsa, & Georgio vom L. S. descendentes & heredes, &c qui sunt actores (quod latius deduxit) Quare petunt hi actores, nepotes d. A. quę renunciauit, daß jnen Krafft obbemelts jrer Auiæ vorbehalts zu den Gütern/ die von jrer Auia A. auff den Stammen der T. zu J. B. S. vnnd B. S. durch obbemelten Verzug kommen (vnnd hernacher in specie sollen liquidirt werden) oder Zugang eröffnet/ vnd jhnen jhr Eigenthumb heimgefallen.

*Rei die T. zum S. defendendo articulant fere totum negotium, prout d. narratum in eo dissentiunt, &c.*

PRimum dicunt illam reseruationem esse personalem sc. A. renuntiantem, non reseruasse sibi & suis heredibus, neque etiam expressisse heredes illarum quibus renunciauit, sed solũ da die T. D. G. vnnd S. so in der Renuntiation genennt werden zu J. B. S. vnd B S ohne eheliche mannlich Erben abgienge/ & è contra. non autem edidisse, da d d D G vnnd S. die T. oder jhre Erben/ one mannliche Erben abgienge/ verum dict. D. G. & S omnes reliquisse filios fatentur actores hoc, qui tamen postea sunt mortui & sic cõditionem expirasse, sub qua A. renunciauit.

Secundo neq; id simpliciter, sed ita d. die T. zum S. meines adelichen vnd Vätterlichen Guts nicht ererbeten/ &c. sed illam conditionem, quod actores non extitisse, quia G. T. zum S. ibi etiam facta renuntiatione genuisse inter cætero S. filium, S. Casparum. Casparus hic duxit sororem Ioannis die T. zu I. B. (de cuius hereditate nunc agitur) & ex illa procreasse Reos. ex illo sequi, daß Rei als T. zum S. die T. zu I B. vnnd also die Gütter darauff actorum Auia verziegen/ vt proximiores vterino defuncto ererbet/ & sic d. reseruationis conditionem (vnd die T zum S meines adeliches vñ Vätterliches Guts nit ererbten) defecisse, Petunt se absolui, &c.

VOTVM

## VOTVM VII.

# In dicta causa E. S. & Consorten.

*Contra*

## Die T. & Consorten.

SVMMARIA.

1 *Actio præscriptis verbis ideo instituitur, vt pacta contractui nominato vel innominato adiecta seruentur.*
2 *Præsentia matris & amicorum an dolum excludat.*
3 *Verba, si sine heredibus legitimis masculis decesserint, quomodo intelligenda.*
4 *Appellatio heredis, omnes successores in infinitum comprehendit.*
5 *In conditionibus attenditur prima existentia, & non successus.*
6 *Qualitas verbo adiecta, secundum tempus verbi explicatur.*
7 *Conditio, si sine liberis decesserit, heredum heredes non comprehendit.*
8 *Argumentum ab vltima voluntate, in iure negatiue valet.*

1 IN processu & formalibus nihil desidero. Actionem præscriptis verbis institutam † quæ datur, vt pacta contractui nominato vel innominato, vt hic adiecta seruentur, per ea quæ not. gl. Iaſ. & communiter *Dd. in Rub. de præſc. verb. idem Ioſ. in §. actionum. num. 125. & ſeq. Inſt. de actionib. gl Bald. & Sal. in l. ex placito. C. de act. in factum præſcrip. verb. p. 4.*

Atque hæc actoribus extantium A. heredibus & nepotibus atque neptibus competiiſſe, cum in ſtemmate illo de S. I. B. & B. S. gantz abgangen. Poſſet etiam videri † inſtitutam condictionem ex *L. ſi rerum tuarum. C. de donat. quæ ſub mod.* & pacta donationibus adiecta seruentur hinc inde.

*An probata?* Videtur probata per ea, quæ ſcilicet in facto narrata ſunt.

*An eliſa?*

Præmitto in facto prima tria eſſe ſtemmata T. de quibus fit mentio in d. renũciatione, primum eſt T. de E. qui fuit A. auiæ actorum pater, is fuit actorum pater, & fuit actorum proauus, quo defuncto totum iſtud ſtemma exſpirauit. ſecũdum ſtemma eſt T. zum S. Oßwald vñ Georg/tertium eſt T. zu G. B S. vñ B. S ꝛc. non conſtat, quoto gradu hi omnes ſibi aut iſti A. fuerunt coniuncti, nec ſane magnopere refert, cõſtat de iſto pacto & iſtos eſſe conſanguineos, quos generali vocabulo germanico (Vettern) appellat, Præmitto in facto d. T. zum S. I. B. S. vnd D. S. pro vno ſtẽmate reputari in d. renuntiatione, prout illorũ ibi fit mẽtio, ita vt non ſufficiat vnũ ſtemma illorũ ſine legitimis heredib. maſculis decedere iuſſit. & alii T. eorum heredes nõ ſint, ꝙ tunc demum A. renuncians debeat habere regreſſum, ſic enim verba cõcepta ſonant (hic inſerebat Ref. ipſa verba renuntiationis Ref.)

3 In facto præmitto Reos eſſe iſtius Georgij vom S. cuius in renuntiatione fit mentio pronepotes, & ſic ex illa familia T. zum S. prout poſitũ & confeſſatum in 18. 19. 20 defenſion.

4 In facto præmitto Reos T. eſſe Ioannis T. (de cuius hereditate agitur) ex ſorore nepotes, & proximiores heredes, prout etiam confeſſatum. His in facto præmiſſis videamus dictas except. Reorũ.

1 Exceptio, quod hereditas iſtius A. patris & aui fuerit magno ære alieno grauata, & ideo per medium matris ipſius & conſanguineorum tranſactio quædam inita cum Reorum maiorib. vt ipſi omnia iſta bona cum onere in T. Reor. maiores A. dote conſtituta fuerit translata, & ſic A. minorennis adhuc videatur hereditates illas tanquam damnoſas repudiaſſe & illam tranſactionem ſine vlla reſeruatione factam anno 1460.

2 Quod vigore d. tranſactionis T. maiores d. bona 90. annis poſſederint.

3 Quod d. Anna maior facta renunciauit de nouo cum marito meliori modo.

4 Licet ſibi in illa renunciatione reſeruauit ſucceſſionẽ in certos caſus, tamen illos non extitiſſe, primum eſſe quod reſeruatio vtrinq; ſit perſonalis, hæc ſaltem in Annæ perſonam concepta, & in perſonas der dreyer T. Oßwald Georg vñ Sefrids zu J. B. S. vnd B. S. in renunciatione mentionatas, ſi contingat illorum maſculos mori abſque prole maſculina, ſed d tres omnes reliquiſſe filios.

Exceptio nec tum ſecundo adhuc loco habet regreſſum, niſi Torringij zum S Annę bona auita paterna & patruorum nit ererbeten / ſed Reos eſſe T. zum S. vnd erben jetzt ſolch Gut.

Quod ad primam exceptionem, quod ſc. bona controuerſa ann. &c. 1460. &c. prout ſupra: illam Ref. dicit per ſe eſſe irreleuantem, quia Anna eo tempore fuit minor, nec pater aut conſanguinei potuerint iſta bona ſine ſolemnitatibus alienare. Quarum inſtantium nullam facit mentionem. *l. ſi fundum. & tot. tit. C. de reb. minor. ſine decr.* quamuis præſentia matris † & amicorum videatur dolum excludere. *Alciat. præſum. 21. reg. 1.* nec probatũ eſt iſtas hæreditates ab Anna repudiatas, nec illa, vt pupilla, potuiſſet amitti, forſan maior facta ratum habuiſſet, & licet conſtet d. tranſactionẽ ſine reſeruatione vllius regreſſus eſſe factam, tamen quod conſtat in poſteriore (cuius verba ſupra in caſum aſſeripſit Ref.) tranſactione & renunciatione regreſſum reſeruatum. Ideo ipſius ratio habenda *l. pacta nouiſſima. C. de pact.* 2

2 Exceptio (quod reorum maiores bona controuerſa reſpectu primæ tranſactionis per 90. annos poſſederint quiete, & ſic præſcriptione ſint tuti) id in factum probatum eſt per literas tranſactionis de dato 1460. & in iure fundatum ſeu releuans *L. omnes. L. ſicut, &c.* etiamſi nullum prorſus titulum habuiſſent &c. Concludo releuantem eſſe, excepta reſeruatione illa de qua infra.

3 Exceptio (quod Anna maior facta accepta dote conſentiente marito anno, &c. 1475. d. tranſactio-

ctionem de anno, &c. 60. ratificauit, & de nouo renunciauit) quoque est releuans, *tot. tit. si maior facta, &c.* nisi quod reseruatio illa modo actorib. quid dare posset, sic salua. Item probata est hæc 3. Exceptio per instrumentum sub litera B. per actores productum & sigillis Annæ ac mariti eius confirmatũ, quæ sunt recognita, &c. sigilla. Consentit Schurf. *cons. 67. n. 7. & Dec. in c. 3. in fine. de fid. instrument.*

4. Exceptio (quod sc. reseruatio loquatur solum, si T. illi, quibus renunciatum est sine liberis masculis, tũ Anna debet regredi, sed T. Oßwald/ Georg vnd Sifriedt zu I. B. S. vnd B. S. respectiue omnes reliquisse filios legitimos, prout actores ad defensionales confessi sunt, ideo conditio defecit, & non est illa reseruatio intelligenda, *si & illorum filij sine filiis mortantur*, quod tunc Anna, aut eius heredes debeant succedere) quatenus in facto constitit, est probata, sed vtrum illa reseruatio successionis ab vna facta (cuius verba supra posui Ref.) intelligat si istorum T. zu I. B. S. vnnd B. S. (qui in renunciatione illa habentur) filij quoque decederent sine masculis, & sic de stemmate, an vero solus de illis tribus ibi expressis, id est, quasi voluntatis, & de eo in hac exceptione quæritur, ideoque pacisentium mens ex verbis aliisque coniecturis & circumstantiis colligenda erit, *L. cum proponas. & l. fin. C. de har. inst. & l. ex facto. in princ. de vulg. & pup. subst. Euerh. cons. 5.*

Verum ponderatis verbis reseruationis videtur eius conditionem defeciſe, & hanc exceptio-
3 nem esse releuantissimam. nam verba † illa, *si sine heredibus legitimis masculis decesserint*: intelliguntur absque dubio de liberis masculis, & licet *heredis*
4 Appellatio † omnes successores in infinitũ comprehendat, tamen hic tantum de liberis masculis intelligitur, idque ob vitandam infinitatem. *Cast. in d. l. ex facto §. fin. de vulg. & pup. idemq; Cast. in l. 1. num. 8. C. de condit. insert. Dd. in l. ex facto. ff. ad Trebel. facit l. boues §. hæc sermone. ff. de verb. signifi. Soc. cons. 80. num. 8. & 13. lib. 2. Paris. d. cons. 89. nume. 5 23. 24. & 25. lib. 2.* ac videtur perinde esse, ac si diceretur, si contingat d. T. sine filiis seu liberis masculis decedere, soll Anna vnverziehen seyn / vel si contingat illos mori relictis masculis decedere, soll Anna verziehen seyn.

Iam confessatum est, omnes tres T. in renunciatione inter cæteros nominatos, nempe Jörg/ Sifried & Oßwaldt zu I. B. vnd B. S. reliquisse tempore mortis filios masculos: ergo conditio respirauit etiamsi illi sine liberis postea decessissent.
5 Quia in conditionibus † attenditur prima existentia & non successus. *l. si quis heredem. C. de instit. & substit. Bald. in l. cum precibus. num. 6. C. de Impub. & alius subst. Ias. in l. substitutum. numer. 3. C. de vulg. & pupill. Ang. cons. 34. & 159. num. 3. d. l. ex facto. nume. 8. C. ad Trebell. & in his terminis S. C. Roll. à Valle in trac. de lucro dotis q. 51. n. 1. & seqq. Alex. cons. 31. n. 1. & additio. Paris. cons. 32. num. 1. lib. 2. Chas. cons. 53. num. 63. cum seqq. latiss. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. si peperit liberos. num. 187. cum seq. C. de reuocand. donat.* nam qualitas † verbo adiecta secundum tempus verbi 6
explicatur *l. in delictis. §. extraneus. vbi Dd. de Noxal. act.* & conditio † *si sine liberis decesserit*, non com 7
prehendit hæredum hæredes. *arg. l. qui liberis. §. hæc verba vti Bald. de vulg. & pup. & ibi Ias.* Igitur cum dicti T. liberos reliquerint, illis d. bona irreuocabiliter fuerint acquisita, *per l. sed etsi plurimas. §. fictionem. de vul. & pup. l. 1. §. præterea. de separat. Chass. consil. 55. nu. 3. c. dilecti. de donat.* Nec moror hæc iura loqui in vltimis voluntatibus nec autem agere de contractu &c siquidem argumentum † ab vltima 8
voluntate negatiue procedit, tanquam à maiore ad minus. *Euerh. in Top. legal.* & quæ super dicta in omni conuentione aut pacto locũ habent in casu non existentium liberorum, tradit gloss. *in auth. de nupt. §. Quoniam. & ibi Ang. n. 3. quos sequitur Tiraq. in d. l. si vnquam ã. vers. si susceperit liberos. n. 190. & Chass. d. cons. 53. per tot.* Atq; hæc exceptio sola sufficeret ad excludendam actionem. Accidit, quod pactũ à persona & parte Annæ quoq; sit personale; etsi autem regulariter quilibet hæredib. suis prospexisse censeatur *l. si pactum. ff. de prob. & ibi Ias. ac Zas.* tamen id locum non habet, quando ex coniecturis colligitur contrahentes aliud voluisse, sed T. de Annæ hæredibus non sensisse probabile est, nec Anna si iis voluisset prouidere, id omisisset. Est & aliud pactum quoq; personale. Sc si contingit Annam mori sine legitimis, quod tum 2do 0. Vngar. fl. debeant recedere ad T. nec ibi fit mentio, si Annæ liberi non relinquant liberos, &c. Igitur & hoc nostrum pactum ita quoq; videtur intelligendum, vt seruetur æqualitas, & imputent actores sibi, quod Anna non prospexerit hæredibus hinc inde. Etenim posito verba reseruationis esse dubia seu dubium esse, quid senserint pacisentes, tamẽ explicatio fit contra actores, qui se in dubio illo pacto fundant. *L. veteribus. & ibi Dd. de pact. Paris. consil. 88. n. 19. lib. 7.* Item in dubio debẽt intelligi verba vt quis minus obligetur. *L. semper in stipulationib. ff. de reg. iur. & c. in obscuris. ext. de reg. iur. in 6. Alex. in l. §. si quis rogatus. num. 20. ad Trebell. S. C.*

5 Exceptio (quod sic conditio illa reseruationis non exstiterit quia Rei tanquam T. vom S. ererben die vom S. vnd also Annæ renunciantis bona paterna & auita &c.) quoq; est, quoad factum cõfessata, & quoad ius satis releuans; verba clara.

Concludit actoribus nunquam actionem competisse. Quid pronunciandum? bene iudicatum, male appellatũ, per superius deducta condemnat in expensas, quia ex iisdem actis succumbunt actores, & quod in renunciatione cõtinetur, quod si reis moueatur, Anna & eius hæredes debent damna refundere. Coref. cum refer. act. tamen putat condict. ob causam siue ex stipulatu per Ripam *in l. fin. n. 127. C. de reuoc. donat.* Cæteri omnes cum referentibus consentiunt. Sententia lata 10. Maij anno 66. bene iudicatum, male appellatum cum expensis.

VOTVM

# VOTVM VIII.

In causa

## Northausen

Contra

## Rottenburg.

*De potestate Regis Romani, an & quatenus imperatore absente beneficia conferre possit.*

SVMMARIA.

1 *Actio quasi confessoria datur vsufructuario contra quemcunq; possessorem.*
2 *Vsufructuarius habito respectu ad ius, quod habet in re, dicitur dominus ipsius.*
3 *Actio quasi confessoria datur non solum pro iure pascendi, decimandi, verum etiam pro solutione tributorum.*
4 *Vsufructuarius potest ius suum in alium, etiam sine Cæsaris consensu transferre.*
5 *Cedens non potest plus iuris in cessionarium transferre, quam ipse habuit &c.*
6 *Vsufructus vsu finitur.*
7 *Vsufructuarius quando alienat simpliciter vsumfructum, censetur potius alienasse commoditatem vsufructus, cui dominus fuit, quam ipsum vsumfructum.*
8 *Resutatio feudi inuitis & dissentientibus agnatis facta, tamdiu valet, quamdiu viuit ipse cedens.*
9 *Datoris iure soluto, soluitur ius acceptoris.*
10 *Feudum est species vsufructus.*
11 *Vicarius Imperatoris tantum potest, quantum Imperator.*
12 *Rex Romanorum est Vicarius Imperatoris.*
*Rex Romanus an possit aliquid confirmare, & de nouo concedere in præiudicium priorum Imperatorum, vicarij principum eandem habent potestatem, quam princeps ipse.*
13 *Archidiaconus vices Episcopi absentis aut impediti sustinet legis auctoritate.*
14 *Appellari non potest à sententia Archidiaconi ad tribunal Episcopi.*
15 *Administratores publici omnes à lege liberam administrationem habent.*
16 *Rex Romanus omnia potest absente imperatore, quæ imperator ipse: & eius gesta sic comprobantur, ac si à Cæsare essent gesta.*
17 *Concessio principis prima vel donatio præualet posteriori.*
18 *Causam habens à principe, à nemine molestari debet.*
19 *Princeps non potest rem vni donatam, eandem postea alteri donare.*
20 *Princeps debet esse immobilis, sicut lapis angularis, & sicut polus in cœlo: debet habere vnum calamum, & vnam linguam: in eo debet esse constans voluntas.*
21 *Contractus cum principe est nullus, si pendet reuocatio & substantia eius ex sola eius voluntate.*
22 *Dispositiones principum debent esse ab omni malitia remotæ.*
23 *Priuilegia antiqua debent reuocari, non perimi &c.*
24 *Princeps eo ipso, quod dat vel donat, transfert dominium rei donatæ sine traditione.*
25 *Actio confessoria contra solum etiam impedientem datur.*
26 *Regis Romani potestas non se extendit ad patrimonialia Cæsaris, vt de ijs pro arbitrio suo disponere possit. & n.38.*
27 *Rei suæ, non alienæ quilibet moderator & arbiter est.*
28 *Mandatum quantumcunq; cum libera non extenditur ad contractum donationis.*
29 *Donatio est extra administrationem, nec ad eam pertinet.*
30 *Administratores rerum publicarum, præsides prouinciarum, rectores ciuitatum, defensores, tutores & curatores donare non possunt, & quando possint, & qui, n.35. & seq.*
31 *Donatio non venit in generali mandato Reipublic.*
32 *Donare est perdere.*
33 *Tutores regis vel illustris personæ donare possunt.*
34 *Rex Romanus potest omnia ad iurisdictionem & vtilitatem Imperij pertinentia exercere, omniaque ea, quæ sunt de reseruatis imperatoris, expedire.*
35 *Secus habet in patrimonialibus Cæsaris, & bonis ad mensam eius spectantibus.*
36 *Paria sunt non esse, & non apparere.*
37 *Antecedente nullo, corruit quoq; consequens.*
38 *Confessionibus, quibus ius & natura repugnant, standum non est.*
39 *Conuentiones iurata non præiudicant tertijs.*
40 *Conditio iniqua alteri per alterum inferri non debet.*
41 *Procurator vel administrator cum libera potest saltem renunciationis causa donare: contra, numer. 46.*
42 *Donatio remuneratoria improprie donatio est.*
43 *Princeps sine causa & cum causa potest alicui auferre rem suam, quam ipse donauit.*
44 *Clausula. ex plenitudine potestatis, habet vim clausulæ derogatoriæ ad omnem legem contrariã & habentem clausulam derogatoriam.*
45 *Priuilegium reuocatum amplius allegari non potest.*
46 *Iudex de qua re cognouit, de ea etiam pronunciare debet.*
47 *Victus victori in expensas condemnatur, &c.*

SINGVLARITER not. *c. dilecti. ext. de iudic.* Ita actionis genus inuestigandum, ne ipsam veritatem amittamus. In præsenti igitur, quod ad actionis genus parum referre puto, quo genere actum sit publiciana, an vero confessoria. Vtraque enim in rem scripta est, & *tit. de publ. in rem act. l. eum qui* §. *1. C. eod. tit. & tit. si seru. vend.* §. *æque. de act.* Sed quoniam hic de vsufructu cẽsus litigiosi controuertitur, confessoriam rectius† intentatam fuisse existimarem, cum ea etiam vsufructuario contra quemcunque possessorem detur. *l. 2.* §. *fin. si seru. vend. Bart. in rubr. C. de vsufruct. num. 1. & 2.* Vbi dicit, quod vsufructuarius habito respectu ad ius, quod habetur in re, dicatur† dominus ipsius, & ideo dantur ei actiones reales, confessoria & negatoria, quæ domino competunt. *d. l. 2. si seru. vend. Item tradit Bald. ad l. rubr. C. de vsufr. Soc. consil. 1. num. 14. vol. 4.* Quod autem actio† confessoria competat non solum pro iure pascendi, decinandi, verum etiam pro solutione tributorum, & id genus iuribus, tradunt *Bald. l. 1. num. 6. ff. si cert. pet. Fab. d.* §. *æque. num. 3. & ibi Iason numer. 34. instit. de act. Schurff. consil. 69. numero duodecimo, & consil. 48. centur. 1. Guid. decis. 148. per tot.*

## *An probata?*

QVONIAM partium iura plenius hinc inde deducta sunt per D. consulentem, paucis me expediam. In duobus autem potissimũ actor fundare se videtur. 1. In cessione siue admissione Rabensteineri. 2. In confirmatione & noua quadam Regis Romanorum gratia & confessione. Vtrumque probatum esse concludo. Sed an vtrumque releuet, videndum. Quod ad 1. attinet, dubium non est R. Ius suum in alium etiam sine Cæsaris aut Romanorum† consensu transferre potuisse. Fuit enim hic vsufructus dominus. *l. qui vsumfructum. si vsusfruct. petat. Bart. ad d. rub. C. de vsufruct. num. 2.* Igitur pro arbitrio de eo disponere potuit *vulg. Lin re mandata. C. mandati.* Cæterum quoniam illud dominium R. tantum temporaneum & personale erat, ad dies vitæ suæ accessit confirmatio Regis Romani, qui ius illud caducum cedentis & admittentis in actorem cessionarium & admissum, veluti de nouo perpetuaret. Cedens enim non potuit† plus iuris in cessionarium transferre, quam ipse habuit. Habuit autem limitatum dominium vsque ad dies vitæ suæ ex causa vsusfructus qui† morte finitur. §. *morte instit. de vsufruct.* Hinc est, quod quando vsufructuarius† alienet simpliciter vsumfructum, censeatur potius alienasse commoditatem vsusfructus, cui dominus fuit, aliter enim non potest. *Bald. l. 1. C. si pignorat. fit. Socin. consil. 66. num. 7. volum. 3.* Vnde eo mortuo consolidatur ipso iure vsusfructus cum proprietate.

Quemadmodum in simili valet† refutatio feudi facta, & inuitis & dissentientibus agnatis; quamdiu viuit ipse cedens.

Cæterum resoluto iure† refutatoris, soluitur quoque ius acceptoris *text. c. 1. De vas. qui cont. constit. Lothar. & c. 1.* §. *hæc quoque. de succes. feud. & ibi Afflict. num. 37. cum seq. Ias. part. 9. num. 14.* Rationem tradunt, quod feudum† sit species vsufructus, qui cohæret personæ, neque transmittitur, nisi quatenus natura feudi disponit. *Bald. consil. 39. numer. 2. part. 1. Ias. consil. 7. colum. 4. & col. pen. volum. 3.* scilicet quod res, quæ subijcitur restitutioni, alienari non possit, vt vsufructuarius feudum. Quare concludo, primum actoris fundamentum etiam ruinosum esse & non releuare. Videndum ergo de altero: An Rex Romanus confirmare modo posset, & de nouo aliquid in præiudicium Cæsaris Caroli V. proprietarij concedere potuerit. In eo vertitur cardo totius negotij. Et breuiter actor ius suum vniuersum hoc syllogismo concludere videatur. Vicarius tantum† potest, quantum ipse Imperator, Rex Romanus, &c. Ergo tantum potest. Maior vera est *per l. 2. C. de offic. qui vic. alt. obt. Boss. tract. crimin. tit. de pr. num. 28.* Quibus locis tradunt Dd. Vicarios principum eandem habere potestatem, quam ipse princeps. Minor notissima est partim ex aurea Bulla, partim ex Imperij constitut. Vbi enim hæc verba inueniuntur: wir oder in abwesen Rex Roman. Est enim is perpetuus† Vicarius imperatoris designatusque Cæsar & administrationem Imperij non ab homine, hoc est, Cæsare, sed à lege & electione, & pnblico omnium Statuum consensu, iurisdictionemque non mandatam, sed ordinariam suo non alieno iure habet. Idque enim in perpetuis Vicarijs principum receptum est Alexand. *ad rubr. de offic. eius sui & c. gloss. l. more maiorum. verb. alieni. De iurisd. omn. iud.* quidam à lege† vel ab ipsa vniuersitate locum absentis vel impediti sustinent. *text. cap. 1. de offic. Archidiac.*

Vnde à sententia eius† non potest appellari ad Episcopum, quia est vnum idemque tribunal. *c. non putamus. de consuet. lib. 6. Iacob. de S. Georg. verb. Vicarius perpetuus. num. 3.* & appellatur ab eodem ad eundem, quod non valet, *c. Romana. de appell. in 6. Ferrar. in action. real. verb. nec non domino Vicario.* Quidam ab homine, hoc est, ab ipso principe, Vicarij constituuntur. *l. 1.* § *à præfecto. l. 3. & ibi Bartol. num. 2. per illum text.* Hanc differentiam tradit Alex. *ad rub. de offic. eius cui mand.* Ad propositum; Si Rex Romanus est legitimus administrator Imperij, & perpetuus Vicarius, habet procul dubio mandatum quoq; cum libera. Regulariter enim omnes publici† administratores à lege liberã administrationem habent. *l. præses, C. de transact. vbi Bart. num. 4. Ias. num. 9. & communiter Dd.* Si mandatum cum libera, ergo omnia potest† absente Imperatore, quæ imperator ipse præsens posset. *d. l. 2. C. de offic. eius, cui. Bart. d. l. 1.* §. *à præfecto. l. 3. numer. 2.* Ex quibus omnibus necessaria infertur conclusio, quemadmodum acta gestaque à Rege Roma-

Romano tanquam Vicario perpetuo Cæsaris habente à lege Imperij Mandatum cum libera, sic ab eo comprobari debeant, atque si à Cæsare gesta essent. *d.l 2. C. de off. eius qui Vic. & l. 1. de offic. procur. Cæsar.* Nam si hoc in priuato procuratore Cæsaris obtinet. *d. l. 1. de offic. procur. Cæsar.* Cur non multo magis in Vicario socioq; Imperij perpetuo. Consequens igitur est confirmationem & nouam cõcessionem vel gratiam Regis Romani absente Imperatore factam, perinde valere, atq; si ab ipso Carolo V. facta fuisset. Quo in iure & facto præmisso sequitur secundam donationem à Carolo V. Dn. Seldio cæterisque donatarijs factam, nullius esse momenti, nihilque actori præiudicare posse. Iu-
17 ris enim certissimi est primam principis † concessionem vel donationem prævalere posteriori, *l. prædia. C. locat. prad. ciuil. lib. 11.* Ratio est, quia cau-
18 sam † habens à principe à nemine molestari, sed perpetuo tutus esse debet. *l. omnes. l. bene à Zenone. C. de quad. præsc. vbi Dd.* Est q; communis omnium
19 Dd. opinio principẽ non posse rẽ vni donatam, † eandem postea alteri donare etiam motu proprio. *d. l. prædia ita conclud. Alex. consil. 3 num. 7. vol. 5. Dec. l. nemo potest mutare. num. 4. de R. I.* Rationem tradunt, quia in principe debet esse constans voluntas. Conuenit enim principibus verbum illud: *semel locutus est Deus. Et, quod scripsi, scripsi.* Et ideo princeps debet habere vnum calamum & vnam linguam, & non plures, quia scriptum est, *quæ processerunt de labijs meu, non faciam irrita.* Vn-
20 de debet esse † immobilis, sicut lapis angularis, & sicut polus in cœlo. Bald. *consilio 327. numero quarto, volum. 1. Bossi. d. titul. de princip. numer. 18. cum seqq.*
21 præterea nullus esset † contractus cum principe, si penderet reuocatio & substantia Rei ex solius eius voluntate, *l. in venditio, C. contra empt.* Sane princi-
22 pum dispositiones † debent esse ab omni malitia & diminutione remotæ. *d. l. illud. auth. const. quæ di-*
23 *gnit.* Item lex dicit, quod antiqua † priuilegia debeant renouari, non perimi. *l. 1. §. permittitur. de aqua quotid. & æst. Bald. d. con. 327. n 2. vel 1.* Est igitur in beneficijs principum firmissima conclusio, qui prior est tempore, potior iure, adeo quidem vt non attendatur, an in secunda donatione facta sit traditio. Quia *d. l. quoties. C. de rei vend.* nõ habet lo-
24 cũ in principe, qui eo ipso, † quod dat vel donat, transfert dominium rei donatæ sine traditione, maxime si donauerit non per modum contractus, sed gratiæ contemplatione & meritorum, vt pulchre in nostro casu declarat Ias. *d. l. quoties. nu. 5. & 10. Ang. in l. off. num. 2. in fin. de rei vend. Curt. Iun. consil. 142. num. 1.*

Cum igitur in præsenti Actor etiã in possessionem rei donatæ peruenerit, cæteris donatarijs vel ex communi beneficio *d. l. quoties*, præferendus quoque est.

Accedit secundam donationem lite hic in Camera pendente factã, & sic nulliter per text. *Auth. in medio lite non fieri sacras for. aut sacras. per tot. col. 5. & l. 2. C. vt lit. pend.* Item electioni omnium consensus præterea reorum propria confessio & obligatio. Ex quibus omnibus perspicuum esse videtur, hoc secundũ actoris fundamentũ concludere & releuare. Videndum ergo de elisione.

## *An elisa?*

SI publiciana esse actum dicamus, putarem eã aduersus Reos actori non competere. Est enim in rẽ scripta & contra possessores datur, rei a. non possident censum litigiosum, sed Imperator. Ergo contra imperatorem agere debuisset conditione scilicet *l. si quis argentum. Cod. de don. vel l. 1. C. eod.* Si vero quasi confessoria actum esset, concludemus, non inepta aduersus Reos actio instituta videri posset, cum ea etiam contra solum † 25
impedientem detur. *l. si quis diuturno. §. 1. si seruit. vend.* Sed vtraque harum competit, quoniam non obstantib. exceptionibus Reorum ante litis contestationem propositis per sententiam ipsis litis contestatio iniuncta, atq; eo modo in iudicium cum actore q contractum sit. *l. 2. §. idem scribit. de Pecul. l. cũ stipul. simul. n. 1. ff. de verb. oblig.* Ideo de elisione quoque dicendum est, præsertim ne nouis litibus contra Imperatorem viam Actori aperiamus.

Vnica potissimum exceptione Rei se tuentur, nimirum mandato reuocatorio Caroli V. Imperatoris de anno 47. Quam exceptionem breuiter prædictis non obstantibus releuantem esse puto. Cæsar enim ex Hispania in Belgium reuersus, ratam non habuit factam confirmationem, eamq; ratam habere non tenebatur. Nam licet, vt supra dixi, latissima Regis Romani potestas sit, tamen eo se non extendit, vt possit de rebus patrimonialibus † Cæsaris pro suo arbitrio disponere. Suæ e- 26
nim rei † non alienæ quilibet est moderator & ar- 27
biter *d. l. in re mandata.* Habet à lege Regia plenissimã potestatem, omniaque potest, quæ ipse Imperator posset in administrando, non in alienando, maxime ex causa lucratiua. Nam mandatum quantumcunq; † cum libera non extenditur ad 28
contractũ donationis *gl. & Dd. l. procur. Ias. l. pactũ cur. n. 2. C. de pact. Anch. cons. 32. n 3.* Et est ratio, quia donatio est extra † administrationem, nec ad eam 29
pertinet *l. fin. C. de curat. furios. Ro. in l. filiusfamilias. de donat.* Idque in omnibus administrationibus † 30
rerum publicarum præsidibus prouinciarum, rectoribus ciuitatum, defensoribus, tutoribus & curatoribus receptum est. Nam licet mandatum cum libera habere dicantur à lege, non ab homine, *l. 1. præses. & ibi Alex. nu. 2. cum seq. & comm. uniter Dd. de transact.* & vicem dominorum gerant *l. 1. de tut. & rationib. distrah.* donare tamen non possent. *d. l. 1. de tut. & rat. l. prohibere. §. plane. ff. Quod vi aut clam. & ibi Bartol.* Dicens illum textum esse 31
notorium, quod in mandato generali † Reipubl. non veniat alienatio rerum, & *ibid. numer. 6.* ponit hanc quæstionem, vtrum legatus de latere potuerit concedere per castra pertinentia ad curiam Roma-

Romanam ciuitati Camerinæ ? Et concludit per illum textum, quod non, nisi sibi esset concessum à pontifice. Idem tenet Bald. *c.1.num.1.in fin. de vas. qui cont. const. Lothar.* Idem obtinet in priuato Cæsaris procuratore *d l.1.de offic.procur.Cæs.* Similiter in priuatorum hominum procuratoribus cum libera. Nam licet tantundem habent potestatis in contrahendo & alienando, quantum ipsi domini. *l. procurator, cui generaliter. de procur. gloss. & D.ibid.* Donare tamen non potest *l. filiusfamilias. de donat. l.1. ff. Quæres pign.oblig. non poss. l.sicut. § an pacisci. ff. quib.mod.pig.soluat.* Domini enim negotium diligenter gerere, donando vero per-
32 dere non debent, quia donare † est perdere *l.filiusfamilias. & ibi Roman.in princ. la. l. pactum curatoris. num.2.* Vbi hoc limitat in tutore vel curatore Re-
33 gis vel alterius † illustris personæ. Nam si donare possunt, vt conseruetur dignitas minoris, quam tutores & curatores conseruare tenentur. Et talium personarum proprium est donare. *c.1. ext. de donat.* Porro amplior quoque maiorque est potestas eorum, qui ab homine, quam qui à lege liberam habent administrationem. Hi enim alienare possunt, & si domini conditionem non faciant meliorem, illi vero non aliter, quam si negotium domini vtiliter gerant, & rem eius faciant meliorem. Hanc differentiam obseruauit gloss. *d.l. prohibere. § plane. verb. data. ff. quod vi aut clam. n l.1. nu. 3. de offic. procur. Cæsar.* Quod igitur ad exercitium Imperij attinet, Rex Romanus à lege populi Romani plenissimam habet administrationem. & acta gestaq; ab eo in administrando publice & priuatim, domi forisque ita comprobari debent, ac si à Cæsare gesta essent. *arg. d.l.1. C. de offic. proc. Cæs. l. 1. C. de offic. eius qui vic. ad l.1. C. d. tit.* Itaq; Rex Ro-
34 manus omnium † maxime potest omnia ad iurisdictionem & vtilitatem Imperij pertinentia, exercere videlicet, deportare, causas sanguinis decidere, natalibus restituere, feuda Imperij conferre, noua vectigalia concedere, cæteraq; omnia expedire, quæ sunt de reseruatis ipsius Imperatoris, quia non authoritate hominis, sed lege constitutus est, non temporaneus, sed perpetuus Vicarius Imperij. *not. Iacob. de S. Georg. d. verb. Vicarius. num. 9. & Felin. c. quæ in Ecclesiarum. n. 32. de constit.* Quantum igitur ad administrationem attinet, repræsentat Imperatorem per omnia. Idemque potest, quod ipse Imperator per iura supra allegata, cæ-
35 terum in patrimonialibus Cæsaris † & bonis ad mensam eius deputatis, vt est stewren, litigiosa nil iuris, nil administrationis habet in alienando sine expresso consensu & speciali mandato Cæsaris. *d. l.1. de offic. procur. Cæsar.* Itaque hic de nullo Cæsaris consensu nobis patet, imo de expresso dissensu. Ergo rei donatæ dominium in actorem nũquam translatũ fuit, sed penes Imperatorem post mortem Regis pleno iure permansit. *d.l.1. d. § finitur. instit. de vsufruct.*

Non obstat, quod in exordio confirmationis Rex Romanus dicat de nomine Imp. hoc facere, quia de mandato speciali constare debet euidenter. Paria enim sunt *non esse* † & *non apparere*, per 36
text. *l. fin. C. de contrah. empt.* Non obstat consensus electorum & propria Reorum obligatio, quia si non † valet antecedens, ipsum consequens quoq; 37
cadere necesse est. *l. nil dolo. §. cum principalis. ff. de reg. iur. Zasius tract. feud. p. 8. num. 59.* Et confessionibus † non est standum, quibus mens vel natura 38
repugnat. *l. confessionibus. cum l. seq. ff. de inter. act. & ibi Bart. in princ.* Similiter etiam conuentiones † 39
iuratæ non præiudicant tertijs. *l. 3. §. Marcellus. l. nam posteaquam. §. fin. & l. seq. ff. de iureiur.* Quia non debet alteri per alterum † iniqua conditio inferri. 40
*l non debet. ff. de reg. iur.* Omitto quoque tanquam impertinentem disputationem illam actoris de remuneratoria donatione, quod scilicet procurator † vel administrator cum libera possit saltem 41
remunerationis causa donare. *l. cum plures. §. cum tutor. de administr. tut. Bart. l. ambitiosa. nu. 2. cum seq. de decreto ab ordin. fac.* Et in potestate etiam hoc est expressum. *c. relatum, de testam.* Nam remuneratoria donatio † improprie donatio est. *l. Aquilius* 42
*Regulus. ff. de donat. ibi gloss.* Omitto, inquam, illam disputationem, quia de meritis actoris nulla in confirmatione facta est mentio, equidem per Dn. consulentem planissime deductum & confutatum est *in 2. art.* Et Aret. *consil. 24. num. 13.* putat de subtilitate iuris opinionem Dd. non esse veram, quod procurator cum libera donare possit remunerationis causa: communis tamen est in contrarium, prout ipse refert.

Cum igitur Rex Romanus nullum mandatum à lege, nullam administrationem in bonis priuilegiatis Cæsaris, ipse vero Cæsar præsens absens suos & Thesaurarios, quæstores & receptatores cum specialibus mandatis habeat, qui acceptorum & datorum rationes reddere debent. Concludo prædictam confirmationem, etsi quid ei accesserit, nullius momenti fuisse, atque etiamnum esse. Huc pertinet, quæ de vitiato stylo per d. consulentem adducta sunt. Nam si tenor confirmationis recte consideretur, præcedentia male conueniunt sequentibus, ita vt euidens sub & obreptionis adsit suspicio. Iam concessio etiam d. confirmationem eo modo, quo actor vult, fuisse validam, tamen Carol. Imp. sola voluntate sua eam reuocare cum expressa clausula derogatoria potuit. Et sic omnia actoris prædicta fundamẽta, vel hoc vnico fundamento subuertuntur. *Bart. d.l. prædia. Alex. d. consil. 3. nu. 7. vol. 5. Curt. Iun. d. consil. 142. nu. 6. & communiter Dd.* Quod omnium maxime procedit, quando rem propriam, quam ipse donauit, reuocat, vt in nostro casu per doctrinam Fel. *d. c. quæ in Ecclesiarum. n. 48. de constit.* vbi dicit, quando princeps ex voluntate sua fuit causa, quod aliquis acquireret dominium, ipse eandem rem potest sola voluntate auferre. *Goz. consil. 14. numer. 9. & Ang. l. Antioch. de priuileg. vend.* dicit, quod princeps sine causa † potest alteri auferre rem suam, quam 43
donauit, quia sicut concessit, ita tollere põt: quod

sunt

sunt iuris ciuilis, non autem naturalis, Fel. *d.c. quæ in Ecclesiarum. nu. 48. cum seqq. Ang. l. Lucius. de euict.* Iam in præsenti constat de expressa reuocatione Cæsaris cum clausula derogatoria, non obstantibus quibuscunq; priuilegijs expectantijs. Constat de voluntatis perseuerantia, & tot repetitis mandatis ad **Senatum Rottenburg & Hall** quæstorem. *c. si quis. 2. q. 3. l. similiter. §. 2. C. ad SC. Vellei.* Constat insuper ipsum Cæsarem statim à morte R. & D. R. vigore prædictorum mandatorum iterum in possessionem percipiendi realiter censum litigiosum peruenisse, vt ex productis apochis videre est. Omitto igitur longiorem disputationem de potestate principis de clausulis, *ex plenitudine potestatis, motu proprio, certa scientia*, de quib. omnib. Paris. *consil. 1. per tot.* Item, quando primum priuilegium reuocetur per secundum, quæ materia tractatur *c. 1. de rescript. & ibi latiss. Felin. Butr. c. Cæterum. eod tit.* Hic in nostro casu sufficit † clausula 44
*ex plenitudine potestatis*, mandato reuocatorio inserta, quia illa clausula habet vim clausulæ derogatoriæ ad omnem legem contrariam, & habentem clausulam derogatoriam. *Fel. c. nonnulli. de rescript. num. 8. Goz. ad. consil. 14. nu. 11. Dec. consil. 390. num. 13.* Cum igitur Imperator potuerit & voluerit reuo- 45
care suum priuilegium, non potest actor † reuocatum priuilegium amplius allegare. *Panor. consil. 3. num. 10. Franc. decis. 65. num. 12.* & per consequens concludo ex prædictis actionem elisam & posteriores donatarios præferendos esse.

*Quid pronunciandum?*

IVDEX de qua re cognouit, de † ea etiam pro- 46
nunciare debet. *l. de qua re. ff. de iudic.* cognouit autē de iure Hallari principaliter & D. Rotweiler incidenter. Ergo etiam super eo pronunciare debet, vt certam ferat sententiam. *§. curare. institut. de act.* aut situm esset in deposito, vt omnib. ex æquo solui posset, non res careret scrupulo. Nunc a. quoniam ex actis constat summam non sufficere omnibus donatarijs. Nam 1000. fl. in auro desidero, & valde periculosum foret de singulorum iure speciatim pronunciare, ne nobis cum periculo contentū in numeratione obijci possit. Itaq; longe tutior esset generalis forma, sed vix video, quo pacto & in genere commoda sententia concipi posset. Vt ergo certam feramus sententiam, putarem sub hac forma eam sine periculo in specie concipi posse.

Quoad H. & P. expensas compenso. Quoad a- 47
ctorem de iure compensare non possum. 1. Ex † regula generali, quia victus victori in expensas condemnatur. *l. properandum. §. sin autem alterutro. C. de iud. c. finem litib. de dolo & contum.* Quia citatio periculo suo decreta. Vnde intelligere debuit, quod iustam causam litigandi non haberet, magis iusta esse debet in actore, quam in Reo, vt ab expensis excusetur, cum instructus & deliberatus ad causam venire debeat. *l. qui in alterius. ff. de reg. iur. &c.*

## *VOTVM IX.*

*In causa*

## Bernhardt von D.

*Contra*

## Eberhard von D.

*Materia pacti de retrouendendo.*

SVMMARIA.

1 *Ex pacto de retrouendendo quæ actiones oriantur, siue in continenti actiones contractui adijciantur, siue ex interuallo.*
2 *Ex pacto de retrouendendo oritur personalis actio ex vendito, vel præscriptis verbis.*
3 *Actio personalis non datur contra singularem successorem.*
4 *Filius hæres sui patris, non potest eius factum impugnare.*
5 *De euictione quem tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*
6 *Pronunciatio sententiæ quæ.*

ACTVM ex pacto de retrouendendo, ex quo duæ oriuntur actiones, nempe actio empti informata, & actio præscriptis verbis *l. 2. C. de pact. int. empt. & vendi.* Et hoc absque dubio verum est, quando in continenti † huiusmodi pactiones contractibus adijciun- 1
tur *dict. l. 2.* quod si ex interuallo, putarem magis ex stipulatione competere actionem, si solenniter huiusmodi pacta contracta inita sunt. Vtra harū competat, in præsenti parum refert. Cōstat ex instrumento transscriptionis seu redēptionis Henricum M. fratri suo Ludolpho ius transscribendi & redimēdi litigiosum locum iudicialiter dedisse an. 1481. Similiter constat ex alio documento hoc ius retrouendendi ab Wilhelm à M. filio Henrici postea cessum & venditum Bernhardo vom Ohr/ anno 1537. ex quibus apparet, actionem probatā. Si hoc pactum retrouenditionis ius tribueret in rem & rem ipsam afficeret, casus iste maiorem haberet dubitationem, cæterum quia contra Castr. opinionem *in l. si cum venderet. num. 5 ff. de pign. act.* quem sequitur *Schurff. consil. 40 cent. 2.* communiter ab alijs Dd. concluditur ex tali pacto oriri tantum personalem actionem † ex vendito vel præ- 2
scriptis verbis. *Alexan. consil. 13. vol. 1. Cur. Sen. consil. 12 Iaf. in l. ab emptore de pact. Zas. in consil. 12. volum. 1.* Consentaneum aduersus Reum nullam actori actionem competijsse, vel etiamnum competere. actio n. personalis † non datur contra singularem 3
successorem. *l. fin. §. fin. de contrah. empt. l. 1. §. si hæres.*

ad

*ad S.C. Trebel.* Et licet in præsenti competijsset actori aliqua actio, ea tantum vel vnica exceptione elisa esse videtur, quod Wilhelmus, vt patris
4 sui hæres, factum eius † impugnare non potuit, & sic in præiudicium primi emptoris quicquam cedere vel in alium transferre. *l. cum à matre. C. de rescind. vend. vbi gloss.* Præterea etsi realis actio hic locum haberet, non posset tamen actor quicquã ab ipso Reo eiusue successore vendicare. Nam auctor actoris scilicet Wilhelm à M. & ratam habuit eiusmodi venditionem, imo vnus ex venditoribus fuit, prout ex literis sigillatis actorum fol. 18. videre est. Cũ igitur actor in ius sui actoris succes
5 serit, & ipse auctor non possit vendicare, succedit regula: *quem de euictione † tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. vt in l. si vendicationem. de euict. l. 1. C. de reb. alien. non alien.* Concludo, actionẽ non competiisse, aut si competiisset, elisam esse. Pronunciandum itaq; bene iudicatum, male appellatum cum refusione expensarum.

Et quoniam duplex appellatio ex parte appellati quoad compensationem expensarum, putarem distinguendum esse, & duplicem sententiam ferendam. Nam in appellatione de compensatione expensarum datus est libellus, iis desuper contestata. Igitur desuper pronunciandum principaliter, non autem sententiam priorum Iudicum, quoad expensas reformandam.

6 Pronunciatum fuit † vna sententia: Jn Sachen Weyland Bernharden/jetzo Lamprechten von O. desselben Erben Appellanten an einen / wider Weyland Eberhard von O. jetzo desselben Erben in a actis benent Appellaten ander Theils/ist allem fürbringen nach zu Recht erkant / daß die Vrtheil vorigen Jnstantz zu reformiren sey/als wir dieselbe auch hiemit reformiren / der gestalt / daß in der Hauptsachen wol geurtheilt/vbel aber darüon appelliert/aber die Expenß belangent/vbel geurtheilt/wol darüon appellirt/vnd daß bemelter Appellant jnen den Appellaten dieselben/deßgleichen auch die Gerichtskosten/ an diesem Kay. Cammergericht auffgelauffen/nach Rechtlicher Ermessigung zu entrichten vnd zubezahlen schuldig sey/als wir jhnen auch darzu condemniren vnd verdammen.

## *VOTVM X.*

## Jn causa Arnoldt K.S. & consortem, Appellanten/

*Contra*

## Annen D. & Consorten Appellatin.

*Materia pacti de retrouendendo in genere actionis totius causæ consistit decisio.*

SVMMARIA.

1 *Ex pacto de retrouendendo datur actio ex empto, vendito, vel præscriptis verbis.*
2 *Actio personalis non datur contra singularem successorem, &* n. 9.
3 *Vtilis rei vindicatio ex pacto de retrouendendo competit contra tertium Possessorem.*
4 *Solutione & consignatione precij resoluitur ipso iure contractus.*
5 *Res adfecta non potest transferri, nisi cum suo onere. &* n. 11.
6 *Ex pacto de retrouendendo non competit actio realis, sed tantum personalis.*
7 *Contra,* n. 1 & 2.
8 *Nemo rem suam condicit, nisi à fure.*
10 *In pacto legis commissoriæ & addictionis in diem dominium transfertur retro in venditorem ipso iure absque noua traditione, si ad præstitutum diem precium non soluatur, vel melior conditio intra præfixum tempus offeratur.*
12 *Res restitutioni subiectæ ex vltima voluntate, non possunt interimi effectualiter, & irreuocabiliter alienari.*

AGITVR autem contra appellantes ex pacto de retrouendendo inito cum Nicolao B. qui contra pacti fidem appellantibus bona litigiosa vendidit. In eo nunc consistit dubitatio, an rite actum sit contra possidentes? Si dicamus ex d. pacto de retrouendendo actionem tantum personalem oriri, † ex empto 1
scilicet & præscriptis verbis, *iuxta l. 2. C. de pact. int. empt. & vend.* Consentaneum frustra cum appellantibus actum esse, qui cum actoribus non contraxerunt. Et noti iuris est actionem personalem † non dari contra singularem successorẽ, vel con- 2
tra eum, qui non contraxit. *l. fin. §. fin. de contrab. empt. l. 1. §. si hæres. ff. ad S.C. Trebell.*

Videndum igitur, an res vendita ratione dicti pacti adfecta sit, ita vt contra quemcunque possessorẽ competat aliqua realis actio, qua res transeat cum suo onere? Et in ea sententia est *Castr. in l. si cum venderet, ff. de pig. act.* Vbi concludit vtilem † 3
Rei vendicationẽ ex hoc pacto cõtra tertiũ competere possessorem, per illum text. ibi, *aut vendicare rem, per text. l. voluntate. §. credit. quib. mod. pig. sol.* Imo dominium virtute huius pacti ex sola oblatione precij absque noua traditione in primum venditorem transferri. Id quod in pacto legis commissoriæ & addictione in diem sine controuersia receptum est, vt infra dicetur. Quamuis igitur primus emptor alteri iterum vendat contra fidem pacti, hoc non nocebit, primo venditori, qui ius retrouendendi sibi reseruauit, quia solutione † & consignatione precij resoluitur ipso iu- 4
re contractus, & competit vtilis Rei vendicatio contra singularem successorem, qui solutionem recipere noluit, ex quo res non potuit transferri † nisi cum suo onere. Hanc Castr. sententiam se- 5
quitur Socin. *consil. 80. vol. 3. Schurff. consil. 40. centur. 2. consilio septuagesimo, centur. 1. Couarr. variar. resolut. libro tertio, capite octauo. Chassan. consilio trigesi-*

gesimo tertio, Tiraq. tract. de vtroq; retract. § 1. gloss. 7. num. 6.

6 Contrariam opinionem, quod ex pacto † de retrouendendo non actio realis, sed tantum personalis competat, tenent Alexand. *consil. 10. vol. 1.* Chass. sibi contrarius *tit. des entras vendrs. §. 1. n. 3.* *Curt. Sen. consi. 12. Zas. conf. 12. vol. 1* Cast. sibi contrarius *in l. si à te. C. de pact. int. empt. Ias. in l. ab empt. de pact. & alij.* vide Tiraq. vt supra. vbi distinguit, an pactum interponatur verbis disertis, an vero obliquis. Priori casu putat dominium ipso iure trãsferri retro, posteriori vero non. Hanc distinctionem tenet Couarr. vt supra. Prædicti autem Dd.

7 concludunt, ex pacto † de retrouendendo nullum ius reale, nullum ve ius in re, sed tantummodo obligationem personalem oriri ex empto vel præscriptis verbis. *d l. 2.* idque optimis rationibus ostendunt Curt. Sen. *d. consil. 12. Alexand. d. consil. 10. Zas. d. consil. 12.* Et hanc opinionem tanquam magis communem sequor. Si igitur actio personalis tantum ex hoc pacto oritur, necessario sequitur dominium in primum venditorẽ oblato precio non retro transire sine noua traditione, quia

8 nemo † rem suam condicit, nisi à fure. *§. sic itaque. instit. de act.* Et rem à tertio possessore vendicari

9 non potest, cum personalis actio † non detur contra singularem successorem *d. l. fin. § fin.* Secus tamen est in pacto legis commissoriæ, & addictionis in diem, in quibus sine controuersia dominium

10 † transfertur retro in venditorẽ ipso iure absque noua traditione, si ad præstitutum diem precium non soluatur, vt in pacto legis commissoriæ, vel melior conditio intra præfixum tempus offeratur, vt in pacto addictionis in diem *l. si quis hac. vbi gloss. ff. de rei vend. l. fin. §. legis commissoriæ. vbi gloss. Codic. de pact int. empt.* Dd. vt supra præsertim Curt. Zas. Tiraq. Vnde si intra præfixum tempus alienaretur, competeret primo venditori contra quemcunque possessorem rei vendicatio. Quia

11 illis casibus res affecta est, ideoque transit † cum suo onere. *d. l. si quis. d. l. fin.* Quoniam autem nos hic non versamur in illis terminis, sed in pacto de retrouendẽdo, ex quo non oritur actio realis, sed tantum personalis. Cõcludo actum sine actione, actorẽ non potuisse agere actione personali cõtra tertium possessorem, cũ quo non contraxit. Pronunciandũ itaq; in duabus primis instantijs male iudicatum, bene appellatum, expensis tamen propter opinionum varietatem compensatis.

Rectius autem fecissent actores, si primum emptorem, nempe Nicolaum B. eiusve hæredes actione personali propter violatam pactionem ad interesse conuenissent. Nam licet in contractib ob prohibitionem nõ impediatur alienatio, quoad translationem dominij, impeditur tamen quantũ adhoc, vt si contra fiat, cõmittatur obligatio ad interesse, vel ad pœnam, si qua adiecta fuit. *Guid. decis. 569.* Tametsi secus sit in rebus restitutioni subiectis ex vltima voluntate, quia non

12 † possunt interim effectualiter & irreuocabiliter alienari. *l. fin. §. sed quia. Cod. commun. de leg. cum auth. res quæ. Tiraq. d. §. 1. gloss. in d. l. ea lege. C. de condict. ob caus.*

## VOTVM XI.

## In causa Georgij Steudlin & consorten Appellanten/

*Contra*

## Matthiam Hoffmann & Consorten Appellaten:

*Materia retrouenditionis.*

SVMMARIA.

1 *Pacta in continenti apposita nouam producunt actionem, & nouam rem formant.*
2 *Rebus certa lege traditis, si ei non pareatur, præscriptis verbis agitur.*
3 *Pactum de transscribenda domo, si alteri rursus vẽdatur, valet.*
4 *Alienare prohibitus extra familiam, potest, non obstante prohibitione, alienare in aliquem, qui sit de familia.*
5 *Alienationis prohibitio in aliquam personam non comprehendit filios inter se.*
6 *Frater potest donare ius suum & spem fratri.*
7 *Alienatio, quæ fit per mortem, dicitur necessaria, nec venit in prohibitione alienationis.*
8 *Actus ex necessitate factus, non continetur sub lege prohibente actum fieri.*
9 *Conditio & dispositio, si sint in persona vnius & eiusdem, tunc implementum conditionis transit etiam ad hæredem.*
10 *Nemo inuitus in communione stare cogitur.*

CIRCA formalia appellationis nihil desidero, videndum igitur de actione. Tritum est in iure Axioma: *Pacta in continenti † contractui apposita, nouam producere actionem & antiquam reformare. l. 7. §. quinimo. de pact. l. postea. de act. empt.* Cum igitur in hoc nostro casu in contractu venditionis pactum de transscribenda domo, si alteri rursum vendatur, appositum sit, & ad eius obseruantiã actores modo appellativrgeant, recte dicere possumus actum præscriptis verbis. Reb. enim certa † lege traditis, si huic non pareatur, præscriptis verbis agitur *l. rebus. C. de rer. permut. l. si vni. de præscrip. verb.* Vbi de transscriptione. *l. legem. C. de don. Dd. in d. §. quinimo.* Restitui tamen etiam contrahendo actum ex contractu informato, & sic ex vendito actum puto, vt est tex. in terminis *in l. sterilis. §. si tibi fundum. de act. empt. & in l. qui fundum. de contrah. emp. l. fundi partem. l. Labeo. cod. l. 2. vbi Sal. C. de pact. inter empt. & vend. Schurff. consil. 5. cent. 2.*

3 Quod ad pacti validitatem † attinet, dubium non est eiusmodi pactionem valere *d.l.si sterilis.* §. *si vt tibi.de act.empt.Bar.in l.si eum* §. *qui iusiurandū.* Vbi hanc quæstionem tractat *ff.si quis caut.* Ideoque fidem pactis seruandam. *l.1.ff.de pact.l.1. C. de pact.inter empt.& vend.* Concludo igitur hanc actionem sufficienter esse probatam, idque non solum per instrumentum actis insertum, sed & reorum vbique confessionem. Excipiunt Rei litigiosæ domus venditionem non extraneo, sed filio, Jost Steutlen factam, & sic fidem pacti non esse violatam, & sic transcriptionem siue retroueditionem non habere locum. Hanc exceptionem releuantem esse puto, eamq; probari verbis dicti instrumenti, in quo continetur venditionem dictæ domus litigiosæ cum horreo & pertinentiis Iodoco & suis hæredibus facta cum pacto de retrouendendo, si ille, vel sui hæredes aliis eam vendant, vel in tertium quendam alienent. Quod de extraneo accipendum est, vt infra dicetur, non de personis familiæ. Cum igitur in præsenti alienatio non sit in extraneum facta, sed in filium Iodoci, & sic is domum acceperit emptionis titulo à cohæredibus suis, consentaneum erit transcriptionem necdum locum habere posse, ad instrumentum gezogen: Imo tametsi in venditionis lege hæredum mentio nulla, sed simpliciter Iodoco venditio domus facta fuisset, cum pacto ne alteri vendat, tamen putarem illam alienationis prohibitionem emptorem ad id ligare non posse, vt ad hæredem domum transferre non possit. Idque ex his rationibus. 1. Quia alienare
4 prohibitus extra familiam, † potest non obstante prohibitione alienare in aliquem, qui sit de familia. *l.pater filium.* § *15.de legat.3.l. voluntas. C. de fideicom.Dec.consil.422.vol.3.Bald. in term. consil.377.*
5 *vol.3.* Vbi ait, prohibitio alienationis † in aliquam personam, non comprehendit filios inter se. *d.l.*
6 *voluntas*, & ideo frater potest † donare ius suum & spem fratri. *l. pen. C. de donat. Bald. consil.498. vo-*
7 *lum.1. consil.141.vol.1.* 2. Quia alienatio quæ † fit per mortem dicitur necessaria, nec venit in prohibitionem alienationis, *l.ex hoc edicto.* §. *ait prætor. de alien.iudic. mut.l.fin. C.de litig.l.1.C.de fund.dotal. Alexand.consil.55.vol.3.* Ratio est, quia sic prohibitus non potest semper & omni tempore videre, igitur oportet, vt quandoque hæredem habeat. *in l.ita quis* § *7.ff.de verb.oblig.facit l.pater.* § *fundum. de leg.3.l filij familias.* §. *diui.de legat.2.* 3. Quia huc
8 pertinet Regula: *quod actus ex* † *necessitate factus, non continetur sub lege prohibente actum fieri. l. 1. de excusat.tut.Roman.consil.457.l.alienationem.ff.famil. erciscæ.*

9 4. Quando conditio & dispositio † sunt in persona vnius & eiusdem, tunc implementum conditionis transit etiam ad hæredem *l.idem.* §. *1.ff. de recept.arbit.l.quāuis.cod.tit.Salicin l.2.C.de pact. int. emp & vend.* Quibus accedat, quod defuncto iam parente tutores hæreditatem l diuidere volebant
10 ad instantiā appellati, eo quod nemo inuitus † in communione stare cogatur. *l.fin. Cod. comm.diuid.* Et vt summatim dicam, casus noster adeo est clarus, vt opus non habeat maiori deductione. Nam quod ad alias exceptiones attinet, nempe quod ius retrouendendi venditione horrei & hypothecatione domus ceciderit & expirauerit. Præterea, an denunciatio citationis facta, & an rite facta sit: An pro forma substantiali habenda nec ne: crediderim eam ad causam nihil facere. ea sola ratione, quod actio intentata nulla ratione competierit per prædicta: tum etiam, quod horreum cum area in iudicium deducta non sint per rationem. *l. de qua re. ff de iudic.* Puto ergo pronunciandum bene appellatum, male iudicatum, & quod Rei ab actione sint absoluendi.

Quoad expensas, quia in hac instantia nihil noui allegatum aut deductum, & manifesta appareat calumnia propter instrumentum venditionis ab ipsis actoribus productum: Concludo in expensas actores huius instantiæ condemnandos, per ea quæ late tradit Panor. *in c. finem lit. & tot. tit. de dol. & contum. Guid. decis. 137. Salicet. in l. naturaliter. C. de reb. credit.*

## VOTVM XII.

## Jn causa der Statt N.

*Contra*

## N.N.

*Citationis ad videndum se incidisse: Itinerum reficiendorum.*

SVMMARIA.

1 *Omnes conferre debent in aggeribus publicis reparandis, vallis faciendis, muris faciendis & exstruendis, & reparandis vijs, oneribus & pontibus, pro numero iugerum & capitum, & nolentes compellendi sunt.*
2 *Nec contra ea onera vlla priuilegia præstant vacationem.*
3 *Quin nec ab ijs Pontifex aut Imperator immunis est.*
4 *Præstationes operarum sunt personales seruitutes.*
5 *Opera & ministerium seruorum personis cohærent.*
6 *Fructus hominis in operis consistit.*
7 *Operæ non possunt iniungi personis non subditis.*
8 *Mandare & imponere operas est species iurisdictionis.*
9 *Legem non subditis imponere nemo potest.*
10 *Summus princeps potest alicui dominium rei suæ ex causa publicæ vtilitatis auferre.*
11 *Clausula*, de plenitudine potestatis ex certa scientia, motu proprio & propter benemerita, *coniunctæ excludunt omnem ignorantiam, errorem aut subreptionis vitium.*

12 De

12 *Depoteſtate Imperatoris vbi conſtat ſacrilegium eſt de ea amplius diſputare velle.*
13 *Res qualibet præſumitur libera, niſi contrarium probetur.*
14 *Sententia conformis debet eſſe libello. Limitatur* n. 18. 19. 20. & 22.
15 *Sententia ſine litis conteſtatione non valet.*
16 *Iudex condemnans in alio, quam petitum eſt, fatuus eſt.*
17 *Qualitas actionis colligitur & demonſtratur ex medio concludendi.*
19 *Iudicis officium eſt lites dirimere.*
20 *Princeps poteſt ferre ſententiam etiam ſuper non petitis.*
21 *Conſiſtorium principis de plano & ſimplici ſola veritate inſpecta procedit.*
23 *Sententia qua.*

DE Actione vt Refer. actum condictione & priuilegio Friderici & Maximiliani Imperatorum.

*An probata?*

QVOAD ius reficiendi viam publicam, ſcilicet, Grabengelt/actores non ſolum priuile-
1 gia, ſed etiam ius commune pro ſe habent. In † aggeribus enim publicis reparandis, in vallis ciuitatum faciendis, muris reficiendis, nouis extruendis, & ad reparationem viarum, itinerum & pontium omnes conferre debent pro numero iugerum, vel capitum, & nolentes compellendi ſunt. *l. per Bithyniam. C. immun. nem. conced. lib. 10. & ibi gloſſ. verb. huiuſmodi. text. eleg. l. obſit. C. de priuileg. dom. Auguſt. lib. 11. & l. ad portus. cum l. ſeq. & l. omnes. 2. C. de oper. public. Ancharan. conſil. 36. per tot.* & quia huiuſmodi onera patrimonijs indicuntur ſola
2 bonorum ratione, nulla † priuilegia præſtant va-
3 cationem. *l. his honoribus. C. de vacat. mun.* adeo † vt nec ipſe quidem Pontifex aut Imperator immunes ſint. *d. l. per Bithyniam. d. l. ad Por. d. l. abſit.* Quoad reficiendi repagula an Hag vnd Schlåg zu gehen/ cum actorum ſubditi non ſint, licet intra eorum fines vnd Landewehr domicilium habeant, tamen ad huiuſmodi operarum miniſterium & præſtationes ex iure communi ipſos non teneri crediderim.

4 Operarum † enim præſtationes ſunt perſonales ſeruitutes. *gloſſ. l. ſi vs qui binas. de vſufruct.* Et quemadmodum vſusfructus perſonæ cohæret, ita
5 quoq; opera & † miniſterium ſeruorum. *l. in vſufr.*
6 *de oper. ſeru.* Fructus enim hominis † in operis cõſiſtit. *l. fructus. de oper. libert.*

Cum igitur perſonæ, à quibus poſtulan-
7 tur huiuſmodi operæ actoribus ſubditæ † non ſint ſed Reo immediate, non poſſunt etiam ali-
8 quid operarum ipſis iniungere, quia † mãdare & imponere operàs, eſt ſpecies iuriſdictionis. Bald. *conſil. 468. in princip. vol. 1. Zaſ. l. 3. num. 29. de acquir. poſſ. Innoc. c. olim. 2. num. 2. de reſt. ſpol.* At in confeſſo eſt, quod actorum ſubditi non ſunt, quia ipſi actores hoc articulant. Legem † igitur non ſubdi- 9
tis imponere non poſſunt. *l. fin. & ibi communiter Dd. ff. de iuriſd.* Eadem ratio & multo fortior militat, quod ad prætenſam iuriſdictionem criminalem, nimirum Zentrecht. Nam huiuſmodi ſeruitutes non poſſunt imponi niſi ſubditis, per ea, quæ iam dicta ſunt de operis ſeruorum, Hic ergo conſideranda ſunt priuilegia, poſſeſſio & præſcriptio actorum & plane ex actis perſpicuum eſt, quod actores ex priuilegio Friderici III. & Maximiliani. Item confirmatione Caroli V. Impp. hæc tria ſcilicet Grabengelt/an Heg vnnd Schlåg zu gehen vnnd Zentrecht / coniunctim habeant. Videndum igitur, *an ſummus princeps ſcilicet Imperator potuerit in præiudicium tertij huiuſmodi priuilegia cõcedere, & ſi potuit, an expreſſe hoc voluerit.* Quod ad primum attinet, dubiũ in iure nullum eſt, quando † ſummus Princeps poſſit alicui dominium rei 10
ſuæ ex cauſa publicæ vtilitatis auferre, maxime quando agitur de modico præiudicio, vt per D. Ref. latius deductum eſt, quæ repetere nolo, & eſt ſedes ordinaria *in gl. in l. fin. C. ſi cent. ius vel vtil. publ. & ibi laſ. nu. 2. & communiter Dd.* Quoad alterum, *an expreſſe hoc voluerit Imperator*, voluntas euidenter ex toto priuilegio apparet & conſtat. Habet enim omnes clauſulas ſcilicet, *de plenitudine poteſtatis, † ex certa ſcientia & motu proprio.* Item clauſu- 11
lam, *propter benemerita*; quæ clauſulæ, maxime ſi coniunguntur, excludunt omnem ignorantiam, errorem aut vitium ſubreptionis, de quibus omnibus clauſulis tradit pulchre Pariſ. *conſil. 1. per tot. vol. 1. Zaſ. conſil. 3. n. 6. vol. 1. Curt. conſil. 46. nu. 26. cum ſeq. Franc. c. cum ſpectali de appell. in 6. Alex. l. qui iuriſdictionem. de iuriſdict. omni iud. Idem conſil. 33. nu. 13. vol. 5.* Cum igitur Imperator potuerit, atque etiam expreſſe voluerit actoribus huiuſmodi priuilegia concedere, ſacrilegij † inſtar eſſet amplius de 12
poteſtate ſummi Imperatoris diſputare velle *l. 2. C. de crim. ſacrilegij*, maxime cum huiuſmodi priuilegia publicam vtilitatem concernant, & reo nullum aut perexiguum præiudicium adferant. Non enim dominium rei ſuæ: (quod poteſt ex cauſa publicæ vtilitatis auferre) ei aufertur, non iuriſdictio in ſuos ſubditos, ſed quædam operæ tantum imponuntur non ſingulis annis, ſed exigente neceſſitate præſtandæ, quæ opera non tantum actorum commodũ & vtilitatem, ſed ipſius quoque rei, & ſuorum ſubditorum in conſequentiam concernunt, cum ad publicam communemque vtilitatem ſpectent, vt ſecuri ſint ab incurſionibus improborum & facinoroſorum hominum.

Quare concludo cum d. Ref. actorum intentionem in cauſa principali probatam.

*An eliſa?*

EX depoſitionibus teſtium ſatis euidenter conſtat, Reum iuſtam litigandi cauſam habuiſſe,

buisse, tum etiam de iure communi, quælibet res
13 † præsumitur libera, nisi contrarium probetur. *l. altius. & ibi DD. C. de seruit.* Vnde non solum à dolo excusatur Reus, sed etiam à pœna, priuilegio inserta, super qua agunt & concludunt actores. Videndum igitur quid pronunciandum, si à pœna priuilegij Reum absoluere velimus, & tamen nihilominus pro actoribus pronunciare.

*Quid pronunciandum?*

14 NOta in iure regula est quod † sententia conformis debeat esse libello, alias non valet. *c. licet Hel. vbi Felin. nu. 18. de Simon. clem. sæp. §. verum quia. de verb sign. l. de qua re. de iud. l. si vinum ff. si cert. pet.* Ratio illius regulæ est, quia si ego in libello petorem, & super eo lis contestata est, si postea iudex ferret sententiam in eo super quo lis nõ con-
15 testata est, & sic nulliter, quia † sententia sine litis contestatione non valet, *ita l. si. d. l. vinum. num. 23.*
16 Imo fatuus † est iudex, qui condemnat in alio quã petitum est. *l. fin. §. fin. C. de fideicom. libert. l. si. d. l. vinum. n. 23.* Actum vero in præsenti condictione ex priuilegio, vti cum D. Ref. omnes concluserunt, quia maior, minor & petitio fundantur in priuilegio actorum. Hoc enim syllogistino vtuntur:

*Nos habemus tale priuilegium ab Imperatore.*
*Tu contra nostrum priuilegium fecisti.*
Ergo *petimus te declarari in pœnam priuilegij.*

17 Nam ex medio † concludendi qualitas intentatę actionis colligitur & demonstratur *Bar. l. certi condictio. in pr. ff. cert. pet. Dec. consil. 136. nu. 1. volum. 1.* Vix ergo video, quo pacto velimus in principali causa, quæ in iudicium non est deducta, super qua iudex non cognouit, pronunciare contra *l. de qua re. de iud.* Cæterum quoniam ex actis probator js sufficienter nobis de iustitia causæ principalis cõstat, putarem nos etiam super principali pronunciare posse. Nam supra dicta regula quod *sententia debeat* † *esse conformis libello*, multis modis limitatur, & restringitur, *vt per Felin. d. c. licet Hel. vbi 30. fallent. ponit, & per Socin. in fall. verb. sententia ad hæc*, vbi totidem annotauit. Et quod ad casum præsentem attinet d. regula non obtinet, quando ex actis constat iudici plus quam est petitum in libello, tum enim ex officio pronunciare potest super omni eo quod probatum fuerit. *Felin. d. c. licet Hel. num. 28. Innoc. c. ex tenore. in fin. per illum tex. extra de rescript.* vbi dicit, quod iudex ex officio põt iudicare de his, de quib. cõstat ex actis: cũ maxime acta faciant notoriũ. Cũ igitur de principali causa satis nobis ex actis constet, cur non possimus etiam super ea pronunciare, cum maxime ad iudi-
19 cis officium pertineat † lites dirimere. *l. quidam ff. si cert. pet.* Præterea d. regula nõ procedit, quando iudex pronunciauit super tacite petitis, *Felin. d. c. licet Hel. num. 21. de Simon.* Atque hic, dum petunt, Reum condemnari in pœnas priuilegij tacite petere videntur, vt super causa principali quoque pronuncietur. Nam de priuilegio sine discussione causæ principalis cognosci non potest, & sic tacite causa principalis dicitur inesse petitioni. *Iaf. d. l. vinum. n. 30. Fel. d. c. licet Hel. n. 25.*

Tertio fallit prædicta regula in summo principe, qui potest † ferre sententiam etiam super nõ 20
petitis. *Iaf. d. l. vinum. num. 24. in princ. Felin. d. c. licet Hel. num. 30. Socin. dict. loco. fall. 9.* Cum ergo Camera sit summum consistorium principis, adeoque ipsius met Cæsaris, cum omnes processus sub sigillo ipsius executioni mandentur, consentaneum est, nos etiam super non petitis pronunciare posse. In principis † enim consistorio de plano & sim- 21
plici sola veritate inspecta proceditur *c. ad petitionem. de accusat. Bald. late c. 1. §. inuestitura. numer. 3. de nou. for fidel. in vsib. feud. Idem in l. rescripta. n. 6. C. de precib. imper. offer.* Hinc est, quod nullitates non attendamus in Camera, si de meritis causæ nobis constet, vti quotidie obseruatur, & optime, vt litium sit finis. Ad extremum notabiliter fallit d. regula, si † libellus habeat clausulam salutarem, 22
*per omnibi ius atq; iustitiam administrari* (de qua etiam habetur inc. cum dilectus. *in princip. de ord. cognit. Iaf. l. omnis. num. 147. de instit. action.* Nam intentans possessorium cum d. clausula, poterit etiam obtineri in petitorio. *DD. in d. cit. c. cum dilectus. Felin. d. c. licet Hel. num. 44. de Simon. Iaf. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 191. de acquir. possess.* Concludo igitur ex prædictis in causa principali pronunciandum esse. Ita ab omnibus conclusum fuit.

Sententia: † In Sachen der Statt N. Kläger 23
eins wider Weylandt N. N. jetzo desselben Tochter vnd Erben/ Beklagte anders Theils/ Citationis ad videndum, seyndt die Conclusiones am 20. Iunij anno 58. vorbracht nicht/ sondern die Sach für beschlossen angenommen/ darauff allem vorbringen nach zu Recht erkandt/ daß obgedachte Beklagte an die angeforderte Peen deß Keys. vnnd Königlichen Priuilegien nicht gefallen/ sondern dauon zu absoluiren erledigen/ vnd aber nicht desto weniger/ sie Beklagte jhre Zinßleut vnd zugehörige in der N. Landwehr seßhafft vnnd begutet/ nach gelegenheit vnnd Notturfft angeregter Landtwehr/ die in 9 10. positionaln Articuln specificirte Gerechtigkeiten/ dienst vnnd arbeit/ auff Gebott vnnd Beuelch der Kläger/ vermög angezogen Kays. vnnd Königlichen Priuilegien thun vnd leysten zulassen/ dieselben auch forthin dauon keines wegs abzuhalten/ schuldig seyn/ als wir sie hiemit dazu condemniren vnnd verdammen/ Compensatis vndique expensis.

VOTVM

## VOTVM XIII.

*In causa*

**N. von N.**

*Contra*

**N.N.**

*In materia vnionis prolium.*

SVMMARIA.

1 *Petitio hæreditatis instituí non potest contra titulo possidentem.*
2 *Vnio prolium ex instrumento publico desuper confecto plenissime probatur.*
3 *Pacta futuræ successionis, præsertim adquirendæ, adeo improbantur, vt ne iurata quidem valeant.*
4 *Hæreditas non datur pactis, sed testamento.*
5 *Pacta successionis adquirendæ in conuentionib. dotalibus disponi non possunt.*
6 *Pactum vbi non valet, ibi nec statutum, nec consuetudo valet.*
7 *Pactum vnionis prolium nullo iure subsistit, aut confirmari potest.*
8 *Vnionis prolium contractus cum exacta causæ cognitione, & quadam iuris solemnitate peragi debet.*
9 *Adoptio & arrogatio naturam imitantur, & cum contractu vnionis aliquid adfinitatis habere videntur.*
10 *Vnio prolium, quæ sit citra vllam publicæ solennitatis necessitatem, ipso iure nulla est.*
11 *Fraternitas iurata successionem non tribuit.*
12 *Vnionis prolium contractus vt fiat, quæ requirantur.*
13 *Adoptionis requisita.*
14 *Qualitas requisita non potest à facto principali separari.*
15 *Periculum vbi maius est, ibi cautius agendum.*
16 *Consuetudo per solam famam probata, sufficienter probata est.*
17 *Legem imponere nemo potest, nisi suo subdito.*
18 *Forum quis sortitur non solum ratione domicilij, sed etiam ratione contractus & delicti.*
19 *Solennitas loci, vbi contractus celebratur, obseruari debet.*
20 *Consuetudo loci, vbi contrahitur, non domicilium agentium inspicitur, etiamsi res, qua de agitur, alibi posita sit.*
21 *Limitatur in causis matrimonialibus.*
22 *Notarius non potest interponere auctoritatem in legitimis actibus.*
23 *Vnio prolium coram Notario fieri non potest.*
24 *Pactum de futura successione acquirenda ne inter fratres quidem admittitur.*
25 *Pactum de parte hæreditatis valet.*
26 *Testamenti factio debet esse libera, nedum super toto, sed etiam super parte.*
27 *Voluntas vltima nullis pactionibus adstringi neque impediri potest.*
28 *Donatio omnium bonorum, præsentium & futurorum valet, si facta sit aliqua reseruatio bonorum, de quibus testari possit.*
29 *Donatio facta propter bene merita pro victu & amictu, &c. etiamsi immensa sit, non opus habet insinuatione.*
30 *Clausulæ salutaris vis & potestas.*
31 *Sententia quæ.*

EXstipulatu, vel præscriptis verbis, ex contractu, & conuẽtione vnionis prolium actio instituta est ad semissem hæreditatis Augustini, auunculi adoptiui. Petitio enim hęreditatis hoc casu locum habere non potest, cum reus noster nõ possideat bona Augustini pro hærede, vel pro possessore, sed tantum donationis. At iuris contra titulo possidentem petitio † hæ- 1
reditatis, quod instituí non possit. *l. regulariter. de petit. hæredit. l. hæreditas. Cod. eod. tit.* Et vtrobiq; Dd. quamuis & rei vendicatio locum habere posset. Et cum actores solo vnionis contractu nituntur, qui ex † instrumento publico desuper confecto 2
plenissime probatur. *l. cum precib. C. de fide instrum. l. optimarum. C. de contrah. & committ. stipul.* Videndum in primis, an huiusmodi vniones prolium de iure subsistere possint nec ne.

Notum inprimis est, pacta † futuræ successio- 3
nis, præsertim acquirendæ, adeo improbata esse, vt ne iurata quidem valeant. *l licet. l. fin. C. de pact. vbi late Bar. & Dd. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. vbi late Alex. & Zas.* Hæreditas † enim non 4
datur pactis, sed testamento. *d. l. licet. & l. hæreditas. Codic. de pact. conuent.* idque adeo verum est, vt neque consuetudine vel statuto contrarium introduci vel recipi possit. Alexand. *dict. leg. stipulatio hoc modo. numer. 7. & Zas. ibid. numer. 49. cum seq.* vbi dicit, quod nec consuetudine vlla, nec statuto vllo prouideri possit, quod pacta successionis acquirendæ disponantur † in conuentionibus 5
dotalibus. Idem tenet Alex. *l. fin. C. de pact. & consil. 578. n. 5.* Ratio, quia vbi non valet pactum † tan- 6
quam contra bonos mores, ibi non valet quoque statutum vel consuetudo. *Alex. & Zas. d. l. stipulatio. Bar. l omnes populi. num. 22. ff. de iust. & iur. Dec. consil. 516. num. 6. vol. 4.* Sed huiusmodi vniones prolium nihil aliud sunt, quam † pacta futuræ successionis 7
acquirendæ, ideo nullo iure subsistere, aut consuetudine vel statuto cõfirmari possunt, cum sint contra bonos mores, & inducant votum captandæ mortis. *c. non est obligatorium. de reg. iur. in 6. d. l. fin. C. de pact. cum simil.*

Eo tamen non obstante, cum passim vbique locorum in Germana huiusmodi consuetudines de vnione prolium receptæ sint, putarem, omissis ambagibus eatenus eiusmodi consuetudines & statuta valere, si vnionis contractum † cum exacta 8
causæ cognitione, & quadam iuris solennitate perficiat, vt scilicet præsentibus tutoribus, cura-

toribus vel consanguinis inprimis excutiatur, quæ sint facultates eorum, quorum nomine parificatio prolium petitur, vt ex comparatione earum æstimetur, an ea vtrique salubris sit futura, idque apud magistratum loci & iudicem competentem confirmetur. Quemadmodum in simili
9 in adoptionibus † & arrogationibus, quæ naturam imitantur, & cum hoc contractu vnionis aliquid affinitatis habere videntur, receptum est. *l. 2. C. de adopt. l. nec ei. § primum. eod. tit. § autem. instit. ut. d. tit.* Hac ratione probata est in Camera Moguntinensis ordinatio de vnione prolium, & quod plenam, exactamq; causæ cognitionem requirat, an expediat, an salubris sit futura vtrilq; vt in causa Theobaldi Wagner contra Peter Most/item in causa Hans vnd Wendel die Müller contra Iacobum Koch jhren Stieffvatter / in der Marggrafschafft Baden.

Cæterum si hoc ex generali quadam consuetudine promiscue cuiuslibet voluntati & priuatæ affectioni citra vllam publicæ necessitatem solennitatis permitteretur, confidenter concluderem, tali statuto vel consuetudine non obstan-
10 te, huiusmodi vnionis contractum † ipso iure nullum esse, *per iura supra allegata. Et Alexand. pulchre d. consil. 28. volum. 3. & d. l. licet. C. de pact.* vbi concludit, huiusmodi conuentiones, etiamsi receptæ essent, non valere, videlicet si pactum sit inter fratres, quod alter alteri sine liberis intestato decedenti succedat, licet inter milites in vim vltimæ voluntatis tale pactum valeat. *per d. l. licet. Paris. consil. 26. num. 6 volum. 2. Dec. consil. 516. in princip. & consil. 655. numer. 9.* vbi dicit, quod illi, qui faciunt se fratres iuratos, vt altero præmoriente, alter sibi succedat, non habeant ius succedendi, quia ta-
11 lis fraternitas non tribuit † successionem. Defendit tamen *in d. consil. 655.* fraternitatem initam inter Ducem Saxoniæ & Brandeburgicum. *vt ibi per eundem.*

Superest igitur, an in nostra hypothesi parificatio prolium legitimo modo, & cum causæ cognitione facta sit. Diffitetur hoc reus in defensionalibus suis, obijciendo actori, quod contractus vnionis ex defectu solennitatis vitiosus sit. Nam secundum consuetudinem eius loci, vbi celebratus est, ad conficiendam legitimæ vnionem
12 plura requiruntur. Primo, † vt fiat coram quatuor viris pagi, præsentibus & consentientibus tutoribus. Deinde, vt authoritate præfecti confirmetur. Tertio, vt actibus publicis insinuetur. Quolibet horum deficiente vitiari contractum vnionis. *l. si heredi plures. C. de cond. instit. l. quoties. § cum ita. ff. de reb. dubijs. Paris. consil. 30. num. 129. vol. 1. Bart. & Dd. l. 1. de iust. & iur.* vbi plene de concursu copulatorum.

Sic & in adoptione, quæ species est vnionis, huiusmodi requisita concurrere debent: tutoris
13 vel † curatoris autoritas, amicorũ præsentia, magistratus confirmatio, & publica insinuati[illegible]. *l. quod ne curatores. de Adop. l. 2. & l. fin. C. eod. tit.* Si quid eorum factum non erit, non valet adoptio, *iur. alleg.* Nam † qualitas requisita non potest à facto prin- 14
cipali separari. *l. prætor ait. 2. §. decere. ff. vi bon. rap. l. Fulcinius. § Cum autem. ff. ex quib. causis in poss. eatur. Castr. l. 2. ad fin. C. ad leg. Iul de vi publ.*

Et hoc omnino maxime obtinere debet in hac nostra consuetudine vnionis, quæ facta futuræ successionis acquirendæ vtroq; iure improbata tuetur. Nam, vbi † maius est periculũ, ibi cautius 15
agendum. *l. 1. § sed si quis. ff. de Carb. Edict. c. vbi periculum. de Elect. in 6.*

De hac consuetudine attestantur quatuor viri d. pagi N. à Comite N. compulsi medio iuramento, vt patet ex instrumento litera B. signato. Idem attestantur tanquam publicæ personæ de hac nostra vnione nihil in actis publicis reperiri, vt in instrumento litera A.

Vnde, cum d. requisita huius consuetudinis in conficienda vnione prolium sint omissa, quod ne actor quidem diffitetur, consentaneum est, eã ex defectu solennitatis vitiosam, & nullam esse.

Non obstat, quod huiusmodi quatuor virorum ad instantiam solius Rei, actore non vocato nec citato, & absque competentis iudicis compulsu edita & producta sunt: quia non in vim depositionis, vt recte in replicis allegatum est, sed ad informandum iudicem de loci consuetudine exhibita sunt. Potest enim iudex ex officio, parte absente & non vocata potissimum, se de consuetudine informare. & si reperit etiam † per solam fa 16
mam ita esse, sufficit. Id optime docet *Cyn. l. 2. C. quæ sit long. cons. Bar. l. Iulian. n. 3. de test. per text. l. 3. §. diui ff. eod. Dec. consil. 655. n. 28.*

Accedat, quod horum documentorum sigilla ab actore recognita sint. Cum igitur illi deponant tanquam magistratus eius loci, nullumq; ipsorũ commodum vel incommodũ in eo versetur, sed magis publica vtilitas, non video, cur eorum documentis fidem adhibere non debeamus.

Non obstat, quod contrahentes in loco consuetudinis domicilium non habeant, vt sic consuetudine locali non obligentur, cum non sint subditi, & nemo † legem imponere possit, nisi suo 17
subdito. *l. 1. & ibi Dd. C. de sum. trin. & fide Cathol. l. fin. de iurisd. omn. iud.* quia non solum † ratione do- 18
micilij, sed etiam ratione cõtractus & delicti quis forum sortitur. *l. hæres absens. de iudic. & ibi Dd. Bal. & Sal. l. 2. C. de iurisd. omn. iud. Can. c. licet ratione. de foro comp.* Sufficit in loco consuetudinis contractum esse, quia † solennitas loci, vbi contractus 19
celebratur obseruari debet, *vt not. Bartol. in rep. l. de quib. n. 27. ff. de LL. per text. l. si fundus. ff. de euict. & ibi gl. verb. gestum est,* quod sc. in confectione alicuius actus † consuetudo loci, vbi contrahitur, non do- 20
micilium agẽtium inspiciatur, etiam si res, de qua agitur, alibi posita sit. *text. l. 1. §. fin. ff. de ventre inspic. l. semper in stipulationibus. de reg. iur.*

Limita † hoc in causis matrimonialibus, vbi 21
statuta domicilij seruanda sunt. *Ferrar. for. act. reali. super verb. cui coharet, vbi additio litera H.*

*super*

*super verb. mensuris loci.* Deinde, vt demus contrahentes neque ratione originis, vel domicilij, aut contractus consuetudini loci articulati subiectos, sed plane extraneos fuisse, eo sane casu ex supra allegatis concludo, priuatam illam pactionem vnionis prolium nullius momenti fuisse & esse, adeoque absque solenni consuetudine vel statuto contra tam expressa talia pacta nunquam sustineri posse.

Neque patrocinatur actoribus Notarij autoritas & publici instrumenti fides *l. cum precibus de fid. instrum. l. opinione. C. de com. & contrab. stip.* quia
22 non dubitatur, an † facta sit vnio, sed an ad eum modum fieri potuerit. Præterea publicum instrumentum in legitimis actibus non sufficit, nisi authoritas iudicis interceſſerit. Notarius non
23 habet iurisdictionem, neque authoritatem † interponere poresť in legitimis actibus. *text. sing. l. adoptio. C de adopt vbi Bal. & Salicet.*

Adhæc si accuratius verba instrumenti vel cõtractus perpendantur, non tam vnionis contractus, quam mutuæ successionis pactum inter ipsum N. & N. conficitur, ita vt in puris terminis
24 pacti de futura † successione acquirenda versemur, quod ne inter fratres quidem, licet reciprocum sit, admittitur, vt pulchre deducit Alex. *d. cons. 28. vol. 3. & d. l. licet. C. de pact.* Quãquam multi Dd. concludant, pactum † de parte hereditatis,
25 vt hoc nostro casu, valere, eo, quod non auferat liberam testandi voluntatem, cum de altera parte testari possit. *Dec. d. cons. 655. & cons. 578. num. 2. Cyn. Bal. d. l. fin. nu. 4. Anch. & Imol. ad rubr. de test. in fin. Dec. cons. 301. n. 3. vol. 2. per text. d. l. pactum quod dotali. C. de pact.* quia testamenti † factio debet esse libera, nedum super toto, sed etiam super parte *per alleg. Paris. cons. 26. num. 69. vol. 2. DD. vbi supra.*

Iam in præsenti casu, vt demus, hanc pactionem, cum de pacto hereditatis N. sit, valere, anne N. voluntatem mutare, & testamentum facere
27 potuit? Quod puto, quia vltima voluntas † nullis pactionibus adstringi, neque impediri poterit. *d. l. stipulatio hoc modo concepta. vbi Dd. ff. de Verb. Oblig. Bart. d. l. fin. n. 10. C. de pact. Alex. d. consil. 28. num. 10. vol. 1.* vbi dicit, quod pactum illud: *promitto tibi, quod sis hæres meus, vel quod faciam te heredem meum,* nõ valeat. Secus si dicat; *promitto tibi bona post mortem meam*, quia esset donatio causa mortis, vel inter viuos. At August. facit testamentum, & matrem heredem instituit Igitur destinata voluntate N. excludere voluit, & à contractu vel pactione recedere. Quibus omnibus simul consideratis concludo, vnionis contractum, cum ob solennitates de consuetudine loci requisitas non seruatas, tamen quia postmodum testamentum conditum, nullum esse, reumque ab instituta actione absoluendum, compensatis expensis.

Quod ad donationem Reo factam attinet, dubium non est, quin ea valeat. Nam ex communi
28 DD. opinione donatio † omnium bonorum præsentium & futurorum valet, si facta sit aliqua reseruatio bonorum, de quibus testari possit *Bar. Alex. Zas. d. l. stipulatio hoc modo concepta. Dec. cons. 516. nu. 7. Paris. cons. 36. n. 86. vol. 2.* maxime † cum fa- 29
cta sit propter bene merita, vt hoc nostro casu, pro victu & amictu, necessaria vitæ sustentatione. Nam tunc etiamsi immensa sit, non opus habet insinuatione, quia in speciem cõtractus trãsit, & vicem permutationis obtinet. *l. qui Aquilius Regulus. l. si pr. §. fin. ff. de don. Iaf. pulchre l. Iulianus. §. qui fundum. n. 13. ff. de verb. obligat.*

Quod ad condictionem causa data, &c. & cõdictionem indebiti, attinet, æquum est, vt hoc reddatur, quod N. prætextu vnionis prolium ex hereditate N. N. accepit: quanquam nulla in libello specialis petitio, sed tantum protestatio & actionis reseruatio, tamen cum in 6. art. actor ponat, quantum N. ex d. hereditate prætextu vnionis accepit, sc. 90. flor. & testes desuper producantur, & deponant, & alias † vigore clausulæ 30
salutaris omnis actio, & omne remedium competens, & resultans ex narratis, in iudicium deductum esse videatur, ita vt iudex possit supplere & impartiri officium, etiamsi ab altera parte non petatur, vt declarat Panorm. *c. cum dilectus. n. 52. & vbi communiter Canon. de ord. cognit. Idem c. 1. n. 2. de off. deleg. Iaf. §. omnium. nu. 147. Inst. de act. Fel. c. licet Heli. n. 44. de Simon.*

Præterea cum ex actis de nulla fide N. constet, putarem actori ex bonis A. matris & heredis A. liquidum adiudicari, in cæteris actionem reseruari posse, ita tamen, vt dimidium eius, quod liquidatum est, actori adiudicetur, quia trientis semissem A. vigore vnionis tantum accepit. Quod si domini in genere actori actionem vel condictionem indebiti reseruare velint, non refragabor. Saluo &c.

*Sententia:* † In Sachen N. von N & Consorten Klägern eins / wider Weyland N. N. jetzo desselben Erben in actis benannt / Beklagten anders Theils / ist allem fürbringen nach zu Recht erkant / daß gedachte Beklagten von angestelter Klage / so viel die ein Kindschafft belangen thut / zu absolviren sey / als wir sie davon absolviren. So viel aber die articulierte 90 flor. belangt / daß sie die Beklagte jm dem Kläger davon 30. flor. zuentrichten vnd zu bezahlen schuldig seyn / als wir sie auch hiemit darzu condemniren vnd verdammen. Der vbrigen 60. flor. halben / so er Kläger weiters / wie sich Vermög der Rechten gebürt / liquidirern wird / daß solches gehört / vnd darauff ergehen soll / was recht ist / compensatis expensis. 31

## *VOTVM XIV.*

## In causa N. N. Appellantis,

*Contra*

N. Reum Appellaten.

*De pacto retrouenditionis.*

SVMMARIA.

1 *Actoris nomen exprimi in probationibus tertiæ instantiæ non est necesse.*

2 *Pactum redimendi frustra in pignoratitia adijcitur.*
3 *Iuri offerendi nullo tempore præscribi potest.*
4 *Præscriptio cum mala fide hodie non procedit.*
5 *Non entis nullæ sunt qualitates.*
6 *Pignoratitia debitori non competit nec nascitur, nisi soluto debito.*
7 *Pacto de retrouendendo non præscribitur.*
8 *Facultatis quæ sunt, præscriptione non tolluntur.*
9 *Antithesis quomodo contrahatur.*
10 *Antithesis temporaria valet, perpetua non item.*
11 *Hypotheca & pignus quid differant.*
12 *Scriptura priuata quid probet.*
13 *Scriptura priuata antiqua, etiam sola, plenam fidem facit.*
14 *Antiquum in materia probationis id dicitur, quod excedit metam centum annorum, alias metam 40. annorum.* num. 15.
15 *Scriptura antiqua in suspecto loco interiecta, nullam fidem facit, etiamsi foret publica.*
16 *Iudex vltra, quam cognouit, pronuntiare non potest.*
17 *Depositio non requiritur in iudiciali oblatione, sicut in extra iudiciali.*
18 *Oblatio in iudicio tantum valet, quantum oblatio, depositio & consignatio extra iudicium.*
19 *Creditor debitori agenti pignoratitia, vel eius heredi, quæstionem dominij referre non potest.*
20 *Reus an teneatur ad coadiurandum intentionem actoris, instrumenta sua edere.*
21 *Actor frustra petit arma ab aduersario.*
22 *Titulus pro herede tantisper præsumitur, donec contrarium probetur.*
23 *In titulo pro herede ignorantia rei alienæ præsumitur, nisi scientia probetur.*
24 *Actore nihil probante, reus absoluitur.*
25 *Iudex omisso appellationis articulo in principali pronuntiare non potest, nisi de voluntate appellantium.*
26 *Iudex appellationis vbi pronuntiat, bene appellatum, male iudicatum, tota causa ad eum devoluitur, ita vt de principali causa cognoscere & pronunciare possit.*
27 *Causa ad eum, qui grauauit semel, non est remittenda.*
28 *Remissio causæ quando fiat.*
29 *Sententia qua.*

ACTOR in tertia instantia, scilicet in Camera in probationibus suis 1 *num. 24.* & Replicis *num. 27.* disertis † verbis exprimit nomen actionis, quod tamen non est necesse. *c. dilect. de iudic. Panorm. ibid. n. 12. Alex. ad l. 1. n. 3. de edendo.* Et pignoratitia actione se agere dicit pro restitutione fundi ei pignorati pro reditibus 7. flor. At ego dum libellum primæ instãtiæ consido, eiusque petitionem, actum puto præscriptis verbis, vel ex vendito, ex pacto, scilicet de retrouendendo, emptioni 7. flor. in continenti adiecto, & sic actione ex contractu informata. *l. 2. C. de pact. in tempt. & vendit. l. rebus. C. de rer. permut. l. si vir vxori. ff. de præscr. verb. l. si sterilis. §. si tibi fundum vendidero. de act. empt. Schurff. conf. 5. cent. 2.* Atque huic actioni actor in prima instantia vbique insistere videtur, dum pactum illud reluitionis vnice vrget, fundando suam intentionem potissimum super instrumento venditionis Agnatis & incolis in actis fol. 35. factæ. Venditi enim sunt reditus ex fundo litigioso, nullum pignus contractum est. In pignoratitia non est necesse adiicere † pactum redimendi, hoc ius debi- 2
tori soluto debito, ipso iure competit, *l. si rem alienam. §. omnis. de pign. act. l. si quis nec. §. 1. si cert. pet.*, 3
nulla tẽporis præscriptione obstante, cum † iuri offerendi secundum veriorem & in Camera approbatam opinionem nullo tempore præscribatur, tum propter malam fidem possidẽtis pignus: nam præscriptio † cum mala fide hodie non pro- 4
cedit. *c. fin. de præscript. vbi Dd.* quam ideo, quod 5
non † entis nullæ sint qualitates, sed pignoratitia 6
† debitori non competit, nec nascitur, nisi soluto debito. *d. l. si rem alienam. § omni ergo actioni nõdum nata præscribi non potest.* Et hæc est verior opinio, vt dixi, quam tenet Bar. *l. pignori. ff. de vsucap. contra gl. ibid. verb. alienam*, vbi ait, quod iuri offerendi non præscribatur 30. annis, *Bart. sequitur Zas. §. actionum. n. 63. & 66. Inst. de action. Henning. conf. 109. per tot. Mynsi. obs. 4. cent. 4. Couarr. lib. 1. var. resol. c. 9. per tot.* vbi *num. 6.* tenet, si adsit mala fides possidentis nullo tempore currere præscriptionem, quod etiam tenet Parisi. *conf. 92. n. 36. vol. 1.* Couar. vtriusque opinionis Dd. alleg. licet Angelus contrariam opinionem communem dicit. *d. §. actionum. num. 54. in fin.* Eadem ratione pacto de retro vendendo † non præscribitur. Nam & illud ius 7
offerendi vocatur. *vt not. Zas. d. §. actionum. num. 66. in fin.* quia ius illud conuentionalis retractus consistit in mera facultate redimentis, & ideo non præscribitur. Nam † quæ sunt facultatis, minime 8
tolluntur præscriptione. *l. via publica. Dd. vbi supra. Boer. decis. 351. nu. 6. p. 2. & decis. 182. p. 1. Zas vbi supra. Mynsi. obs. 26. in fin. cent. 1.*

Sed hoc obiter: Ad propositum, quando ipsemet actor pignoratitiam elegit, eamque nominatim expressit, videndum, quid in ea probatum sit.

Cõstat satis ex literis N. & N. aliisque registris venditionem 7. flor. annui reditus cum pacto de retrovendendo celebratam fuisse, sed de pignoris noua constitutione vel facta antichresi nusquam sufficienter ex actis constat. Venditionis tempore ipse venditor possidebat fundum petitum, quo iure autem emptor possidere cœpit, de eo probabiliter nusquam apparet. Nulla enim in dicto instrumento venditionis annui reditus de pacto antichreseos facta est mẽtio. Antichre- 9
sis † contrahitur, cum ita pignori fundus vel domus opponitur, vt in vsuras creditor pignus percipiat, aut locando aut ipse percipiendo, habitando-

tandoque. Ita inquit Ictus *in l. si is qui bona. §. 1. ff. de pig. & hypot.* & de antichresi meminit *Iurisc. l. si pecuniã de pign. act.* Quæ quidẽ antichretis, si † fit temporaria, & ad certum tempus limitata, valet, si vero perpetua, hoc est, donec redimatur, non valet in præiudicium debitoris, nec eum obligat, quin quandocunque libuerit, fundum repetere possit, & à creditore exigere ratione fructuum etiam percipiendorum, vt si quid vltra reditum percipit, vel percipere potuit, reddat, si enim hoc receptũ est in liberali creditore, vt partim computentur in sortem, *l. 2. de pign. act.* quanto magis in fœneratitio, *Molin. tract. cõmerc. & vsurar. q. 35. nn. 259. cum seq.* vbi prædictam distinctionem latius prosequitur & explicat. Hypotheca † sola conuentione pignus non aliter, quam traditione cõstituitur. § *fin. instit. quib. mod. re cont. oblig.* Hic de traditione fundi petiti nusquam constat. Vnica tantum missiua producitur in actis probatoriis. *fol. 65.* de dato Anno 97. quæ ad intentionem aliquid facere, & hoc pactum antichreseos probare videtur. Verba eius sunt, so muß ich euch / ꝛc. Ex quibus verbis quædam pignoris constitutio, & rei traditio argui posset: sed cum illa † missiua sit priuata scriptura, incertumque, an transmissa, quam fidem in iure faciat, notissimum est. *l. existimo. l. rationes. C. de prob. cum simil Can. c. 2. de fide inst. vbi late Fel. DD. communiter l. admonendi. de iureiur.* Vrget quidem actor antiquitatem scripturę, quo casu receptum est, vt priuata scriptura etiam † sola plenam fidem faciat. *c. ad audientiam. de præscri. c. cum causam, vbi Fel. n. 2 de prob. Bar. l. 1. si cer. pet. nu. 22. Spec. tit. de instrum. edit. §. nunc dicendum. Dec. cõs. 146 per tot.* Sed non est hic tanta antiquitas scripturæ, vt ea sola plenam fidem faciat, cum in † materia probationis secundum cõmunem opinionem id antiquum dicatur, quod excedit metã 100 annorum. *Innoc. c. veniens. de verb. sig. Crau. de antiq. temp. §. 1. n. 4. p. 1. Alex. consil. 6. n. 7. fol. 7. idem cons. 208. n. 11. vol.* vbi communem dicit. Datum vero missiuæ est Anno 97. & sic tempus 100. annorum nondum decursum, vt antiqua dici non possit. Demus autem antiquam esse, eo quod secundum multorum opinionem tempus 40. annorum antiquum † dici possit in materia probationis, vt refert Cranetta *d. loco, vbi multos allegat.* tamen quia in loco suspecto interiecta, & in margine notata est, nullam certe fidem facere potest, cum tali casu nec publica quidem scriptura plene probet. *c. inter dilectos. de fid. instrum. & ibi Innoc. n. 3. Pan. c. ex literis. n. 3. & seq. eod. tit.*

Præterea, si accuratius perpendantur verba dictæ missiuæ, apparebit, dominum de Anhaldt non voluisse possessionem litigiosi feudi in emptorem rediturum, loco pignoris transferre & illud in Antichresin dare, sed tantum permittere, vt alium Colonum, quam etiam nominat ipsi domino, non sibi quærere, ad vtilitatẽ tamen ipsius, vt reditus saluus esset, & fundus incultus nõ maneret. Registra, vel libri cẽsuales, & rationes exhibitæ, huc nõ pertinẽt, quia de nouo contractu & pignoris constitutione nullã mentionẽ faciunt.

Quare concludo primum & secundum requisitum huius actionis probatum non esse.

Quod ad tertium attinet, debiti scilicet solutione, puto illud sufficienter probatum ex depositione pecuniæ 120 aureorũ, quæ summa, quantum ad actionem intentatã attinet sufficiens est. Agitur enim pro redemptione 7 flor. ad restitutionem fundi cum suo onere, super qua summa lis tantum contestata & sic vltra † eam iudex non cognouit, quare nec pronũciare vltra potest. *l. de quare. de iud.* Itaque iudicialis oblatio, quæ hic facta est de residuo, nullius est momenti.

Præterea licet † in iudiciali oblatione non requiratur depositio, sicut in extraiudiciali *l. si rem alienam. §. fin. ff. de pig. act. gl. l. acceptam. verb. tolletur. C. de vsur.* Ang § *actionum nu. 54.* dicit, quod in iudicio tantum valet † oblatio sola, quantum in extraiudiciali oblatio, depositio & consignatio *d. §. fin.* Illud tamen accipiendum est de reali oblatione, non autem verbali. *Zas. d. §. actionum. n. 67. in fine.* Ex his itaque cõcludo actionem pignoratam non esse probatam.

Omitto ergo cõsulto disputationem actoris, quod ex communi Dd. sententia creditor † debitori agenti pignoratitia, vel eius heredi, vt in nostra casu quæstionem dominii referre non possit. *l. constare. commod. l. cum res. C. si res al. pign. vbi sedes ordinaria. l. si rem alienam de pignor. DD. §. item seruiana. Inst. de act. vbi Zas. num. 32. cum seq.* Quæ quidem conclusio procederet, si actor haberet suã intentionẽ probatã. Sed hic nõ habet, Ergo. &c. Eadem ratione & aliud fundamentum actoris subuertitur. Quod reus teneatur edere † sua instrumenta ad coadiuuandum intentionem actoris iam fundatam, prout communiter Dd. *in l. 1. §. editiones. de edendo. vbi gloss. magistr. verb. die & consule Bal. l. fin. n. 10. C. de edendo. Alex. l. qui accusare. & l. fin. eod. Innoc. c. 1. n. 3. de prob. & ibi Fel. n. 24. facit l. Titij heres. l. creditori. ff. de act. empt.* Quia actor ex literis N. non habet intentionem suam fundatam, non probauit, vt supra dixi, requisita actionis pignoratitiæ. Igitur non potest originis petitionem ex instrumentis rei fundare. *l. fin. C. de edendo.* Nã † actor instructus venire debet. *l. 1. l. qui accusare. C. d. tit.* Ergo frustra petit arma ab aduersario suo, vt ipse doceat titulũ suæ possessionis, qui habet etiam præscriptionem longissimi temporis titulum pro † herede, & bonam fidem, qui tantisper præsumitur, donec contrarium probetur. *l. pen. C. de euict. & ibi gl. verb. debes. l. empt. C. de præscript. longi temp. gl. c. si diligenti. de præscrip. eleg. gl. verb. bona fides*, quod præd. reg. declar. Et maxime illa regula procedit, si possidens habeat titulũ verũ vel putatiuum, etiam errore iniusto. *Bar. l. Celsus. de vsuc. Alciat. reg. 3. præs. per tot. alleg. l. igitur. §. potest liber cũ causa simil.* Hic Reus noster verũ titulũ habet, nẽpe p herede, & in eo præsumitur ignorãtia † rei alienæ, nisi scientia p̃betur. *l.*

qui

*qui in alterius ff. de reg. iur. c. præsumitur. eod. tit. in 6. gl. d. c. ſt diligenti, verb. bona fides.* Cum igitur iuris præsumptione titulum, bonam fidem & præscriptionem pro se habeat, non tenetur quicquam actori edere, sed habet locum regula *d. l. qui accuſare. C. de edendo,* quod actore † nil probante, Reus absoluendus sit. 24

Atque ita pronunciandum ex prædictis concludo.

Sed de forma pronunciandi hic dubitari posſet: cum appellatum sit ab interlocutoria? Communis Dd. conclusio est, quod amisso appellatio- 25
nis articulo iudex † in principali pronunciare nõ possit, nisi de voluntate partium. *per text. c. cordi. de appel. in 6. & ibi Anch. nu. 6. in fi. & communiter Dd.* Ratio, quia in eo quod primo cognoscitur super articulo appellationis, versatur fauor solius appellati, cui si renunciet, non potest appellans cõqueri, quod appellationem suam adserit legitimam, aut allegare litis pendentiam coram iudice à quo, eo quod ipse appellando eius iurisdictionem declinet. Ita tradit Anch. *d. c. cordi. nu. 6. Ioan. And. ibi nu. 6. Franc. c. vt debitus. nu. 49. & 51. & ibid. Pan. num. 35. de appel. Bar. l. eius qui. num. 10. de appel. recip.* In præsenti casu partes expresse non petunt, omisso appellationis articulo pronunciari, licet causam principalem plene hinc inde in iudicium deducant, ita quod de meritis causæ sufficienter nobis constet.

Quapropter in primis super appellationis articulo pronunciandum in secunda instantia male appellatum, bene iudicatum. In prima vero instãtia bene appellatũ, male iudicatũ. Postea pronũciandũ in causa principali, quod Reus ab actione instituta absolui debeat. Et ista forma pro- 26
nunciandi fundata est in iure. Nam quando iudex appellationis † pronunciat bene appellatum, male iudicatum (vt hic in secunda instantia, quæ fundat nostram iurisdictionem) tali casu tota causa ad eum deuoluitur, ita vt de principali causa cognoscere & pronunciare possit. *per tex. d. c. vt debitus. de appel. vbi gloss. & Franc. num. 46. & 49.* nec 27
tenetur remittere causam ad iudicem à quo, quia †ad eum, qui grauauit semel, non est causa remittenda. *tex. l. eos C. de appel. & ibi Bal. Franc. d. c. vt debitus. num. 6.* Secus, si pronunciaret bene iudicatum, male appellatum, quo casu locus † foret remissioni, cum deberet remitti ad iudicem à quo cum refusione expẽsarũ. *d. c. vt debitus.* nisi iudex à quo detulisset appellationi. Nã deferẽdo abdicauit à se omnem iurisdictionem, & tota causa ad iudicem appellationis deuoluitur, *text. c. cum appellationibus. de appel. in 6. Franc. c. vt debitus. num. 47* Si tamen remittere tali casu velit, potest, sed non tenetur. Deberet autem expresse remittere propter defectum iurisdictionis. *d. c. cum appellationibus. Felin. vbi supra.* At hic delatum non est appellationi. Sumus igitur in primo casu, vt decisio appellationis articulo in causa principali pronuntiare possimus. Atque ita concludo. Saluo &c.

*Sententia † definitiua:* In Sachen N. Appellanten eins / wider N. Appellaten anders Theils / ist allem vorbringen nach zu Recht erkant / daß durch Richter voriger Instantz wol geurtheilt / vbel darvon appelliert / aber durch Richter erster Instantz vbel geurtheilt / wol dauon appelliert / vnd den ferner in der Haupt Sachen der gedachte Appellat von angestelter Klag zu absolvieren vnd entledigen sey / als wir jhnen hiemit absoluiren vnd entledigen / Compensatis vndique expensis. 29

## VOTVM XV.

## In causa N. N. & N, N. interueniente.

*Contra*

N. von N.

*Materia reemptionis &c.*

SVMMARIA.

1 *Mors vnius commissariorum, alterius iurisdictionem finit.*
2 *Commissarius vnus iurisdictionem suam solus exercere non potest.*
3 *Differentia inter ordinarium & delegatum.*
4 *Falsa causa in sententia expressa per iudicem vitiat eam.*
5 *Actiones ex empto vel præscriptis verbis, quando locum habeant.*
6 *Tertius quarto agentem ante & post litis contestationem impedire vel defendere possit.*
7 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
8 *Ad factum qui se obligauit, aut illud, aut interesse præstare cogitur.*
9 *Successor singularis colono stare non tenetur, potestque resistentem colonum propria auctoritate repellere. &* num 26. *Limitatur,* num. 10.
11 *Tertius à definitiua sententia appellans debet causam sui grauaminis exprimere.*
12 *Exceptio pretij non soluti impedit litis ingressum.*
13 *Eaque omissa in processu causæ, potest adhuc in executione opponi.*
14 *Excommunicatus agere non potest.*
15 *Exceptio excommunicationis repellit agentem, non tantum repellit defendentem.*
16 *Interueniens, actoris partibus fungitur.*
17 *Reus necessarius & voluntarius quis sit.*
18 *Actor regulariter quis dicitur.*
19 *Reus excipiendo fit actor.*
20 *Illud, in quo quis succumbit per modum exceptionis, potest iterum in iudicium deduci per modum actionis, non obstante exceptione rei iudicatæ.*
21 *Iudex vbicunque aliquod ius ex deductis in iudicium parti competit, & pars id ignorat, debet id ex officio suo supplere.*

22 Ex-

22 *Exceptio, quæ vna cum actione nascitur, etiamsi non opponatur, potest per iudicem suppleri.*

23 *Iudex ex officio potest mandare agenti, vt soluat pretium, licet ad hoc actum non sit.*

24 *Possessio redempti prædij statim in redemptorem transfertur, adeo vt alia apprehensione opus non fuerit.*

25 *Dominium ipso iure oblato pretio in venditorem an transeat.*

27 *Sententia quæ.*

DVas potissimum in actis nullitates reperio.

Prima, D. Doct N. altero cõmissario mortuo nulliter in puncto attentatorum solum pronũciasse, cum per mortem vnius iurisdictio alterius
1 †finiatur. *c. delegationem. c. causam matrimonij. de re iud.* Licet enim quilibet eorum iurisdictionem in
2 solidum habeat, eam tamen solus † exercere non potest. *d. c. causam, vbi gl. verb. teneatur.* eleganter distinguit inter ordinarium & delegatum. Hic
3 solus pronunciare non potest, † ille potest.

Secunda est, falsam causam in sententia expressam † per iudicem vitiare eam. *c. sicut. vbi Pan.*
4 *n. 14. cum apostil. de re iud. Fel. c. inter cæteros. end. tit.* At hic falso in sententia expressum, & post decẽdium demum in puncto attentatorum ad Reuerendiss. appellatum esse, ideo etiam nullam esse.

Quibus tamen nullitatibus vigore Ordinationis non attentis, eo quod nobis de meritis causæ sufficienter constet, in principali negotio pronunciandum esse concludo. Quoad formalia nil quoque desidero.

*Videndum igitur de actione.* Notũ est ex pacto de retrouendendo, contractibus in continenti adiecto actionem ex empto vel præscriptis verbis dari *l. 2. & ibi gl. C. de pact. int. empt. & vend. l. reb. C. de rer. permut. cum simil.* Quare si non in cõtinenti, sed ex interuallo, huiusmodi pactiones contra-
5 ctibus adiiciantur, prædictæ actiones † locum non habent. *l. in bonæ fidei cõtractibus. de pact.* Nunc constat ex literis reemptionis multo tempore post celebratam venditionem N. N. N. N. coniugibus redimendi gratiam fecisse. Quare cum ex interuallo hoc redimendi ius concessum sit, idque in iudicio ꝛu N coram Sculteto, & testibus solenniter, putarem actum condictione ex stipulatione. Certa enim res est, quæ condicitur. *l. certi condictio. vbi gl. & Bar. ff. si cert. pet.* Posset etiam dici actum præscriptis verbis.

*An probata?*

Probatum vero sufficienter existimo. 1. Per allegatas literas reemptionis, quibus ius retroemendi dictis coniugibus, eorumque heredibus concessum fuit. 11. Ex propria appellantis confessione, scilicet N. N. cui facta est redemptio, & qui integrum pretium accepisse, & Hauptuerschreibung reddidisse, vbiq; in actis fatetur. Concludo itaque probatum esse.

*An elisa?*

Videndum 1. De exceptionibus N. postea de grauamine & interesse interuenientis N, N.

Quoad N. ex actis primæ instantiæ patet, ipsum cœpto iam cum Colono suo iudicio interuenisse, & causæ defensionem remoto Colono in se recepisse. Quod de iure facere potuit. Quoties enim illum, qui causam inchoauit, non concernit negotium principale, sed tamen in consequentiam, tertium vero principaliter concernit, vt hoc nostro casu, sc. ratione ædificiorum, tunc tertius potest † ante & post litis contestationem 6
impedire illum agere vel defendere. Exempla sunt. *l. sæpe ff. de re iud. l. Titia. ff. sol. matr. c. fi. de empt. & vend. Pan. c. cum super. num. 28. cum seq. de re iud. Bar. l. si pro lusorio. §. 1. nu. 1. de appel.* Excipit autem dupliciter. 1. Quoad suam personam, se ratione ædificiorum cum actrice in tractatu concordiæ stetisse, & iam paratũ ꝛu raumen so bald als mũglich. 11. Excipit nomine Coloni, iniquum esse denselbigen so stümpfflich ꝛu verwerffen / vnnd daß Actrix schuldig sey den Haußleuten darauff wonhafftig ꝛc. referendo se desuper ad consuetudinem illius loci.

1. Exceptio, cum sit manifeste calumniosa, cõfutatione non habet opus. Fatetur enim ipsemet ad tollendam superficiem teneri eo casu, quo negaret. Hoc ipsum manifeste literæ reemptionis testantur. Vnde nec debuit in tollendo moram committere, cum fidem contractus ex pacto ad-
implere debuit *l. 1 ff. de pact.* Et contractus ex †cõ- 7
uentione legem accipiant. *l. 1. §. si conuenerit. ff. Depos. c. contractus. de reg. iur. in 6. l. vt certo. §. nunc videndum. ff. commod.*

Præterea, qui † ad factum se obligauit, aut illud, aut interesse præstare cogitur. *l. stipulationes* 8
*non diuiduntur. vbi late Zas. n. 15. & 32. cum seq ff. de verb. obl. gl. l. 2 §. fin. verb. item in facto. d. tit.*

Altera exceptio non est omnino impertinens. Quamuis enim per redemptionem prædij ius locationis colore (quod à N. habuit) exspiraverit, eo quod singularis † successor Colono sta- 9
re non teneatur, *l. emptorem. C. locat. l. qui fundum eod.* Quemadmodum econtra nec Colonus singulari successori *d. l. qui fundum. in fin.* possit que resistentem Colonum propria autoritate expellere. *gl. d. l. emptorem.*

Hoc tamen † non procedit, quando Colo- 10
nus iuris sui conseruandi causa restitit, veluti si expensas fecit in re conducta. Eo enim prætextu potest retinere rem, & emptori siue redemptori resistere. *l. Colonus. in fin. vbi gl. ff. de vi arm. Bar. d. l. emptorem. num. 7. & ibi Sal. n. 3.* Sic in præsenti Colonus ratione meliorationum & messis, qui arua seminauit, resistere potuit, vt impensæ restituantur. *Bal. loco & num. citatis.*

Cæterum, quia iudices primæ instantiæ iudicarunt, vt expensarum & sumptuum nomine

actrix

actrix cum Colono transigere, aut conuenire deberet, eaque sententia quoad actricem in rem iudicatam transierit, concludo hanc secundam exceptionem esse irreleuantem, ex qua actrix acquieuit sententiæ prædictæ, & per consequens videatur cum Colono transigere velle. Porro, quod ad interuenientem attinet; serius excipitur, interuenientem eatenus locum habere, si ius tertiæ personæ idem sit cum iure, quod deductum est per principalem: si vero separatum sit, tertium audiendum non esse, sed nouam instantiam ad persecutionem iuris sui inchoandam.

Sed in præsenti causa adsertum ius hereditarium ipsius interuenientis nihil commune habet cum prætenso iure N. ideo appellationem interuenientis fuisse friuolam. *per l. sæpe. § sed scientibus ff. de re iud. l. pen. ff. de pet. her. l. us à quo ff. de rei vend.* Serius, inquam, excipitur, quia articuli positionales ipsius interuenientis iamdiu per interlocutoriam 12. Iunij Anno 46. in secunda instantia admissi fuerunt, quæ sententia cũ transierit in rẽ iudicatam, & sic ius parti quæsitum sit, *c. inter circa fin. de re iud. Panorm. c. dilectus. num. 17. de arb.* Puto nos de iure interuenientis etiam cognoscere & determinare debere, iuxta *l. de qua re ff. de iudic.*

Cæterum, cum iure singulari receptum sit,
11 tertium, qui † pro suo interesse à definitiua sententia appellat, debere causam sui grauaminis exprimere, neque sufficiat dicere, appello, *d. l. a sententia. ibi, iustam causam de appellat. vbi Bar. in fin. Panormit. d. c. cum super. n. 5. de re iud.* Videndum, quas expresserit interueniens causas interesse sui in instrumento appellationis & demum prosecuta sit. Præcipua autem ea est, quod sibi iure hereditario competat ius pro dimidia parte ad prædium redemptum. Vnde appellatam non debuisse, nec potuisse insolidum redimere.

Altera, quod in possessione litigiosi prædij fuerit, & sic propter possessionis commodum rite pro suo interesse interuenerit. Et quantum ad ius successionis attinet, illud satis probatum existimo. I. Quia filia reæ N. Ergo heres. II. Quia de legitima renunciatione interposito iuramento non constat, iuxta *c. quamuis. text. de pact. ibi communiter notant Canonistæ. Alex. Zas. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. Dd. l. fin. C. de pact.* III. Propter autoritatem trium sententiarum conformium, quibus declarata fuit heres in omnibus bonis vbicunque sitis. Quare sequitur appellatam non habuisse ius in solidum redimendi prædium N. tametsi enim solutione integri prædij potuit N. sola totum fundum condicere. *Ias. d. l. stipulationes non diuiduntur. num. 21. de verb. oblig. Paris. cõs. 33. n. 47. & seq. vol. 1.* Partẽ familiæ erciscũdæ iudicio seruare debet. *ita text. l. si fistulas. §. qui fundum. de contrah. empt.*

Sed dubitationis est, vtrum interuenienti aliqua actio ratione redemptionis competat? Quãdoquidem in toto processu nusquam apparet partem precij esse oblatam. Et traditur *l. Iulianus. §. offerri. de act. empt.* quod actio cum effectu non competat, nisi precio soluto. Licet enim ex communi Dd. sententia actio quidem nata sit, tamen nullus est actionis illius effectus. Cum obstet † ex- 12
ceptio precij non soluti, aut realiter oblati. *Bal. in l. si tradiderit. n. 3. C. de act. emp.* quæ impedit de iure litis ingressum seu litis contestationem *d. l. Iulianus. § offerri. Ias. §. actionum. n. 123. cum seq. institut. de act. Bal. d. l. si traditio. n. 3. Ang. §. æquo. n. 12. inst. de excep.* Et omissa † in processu causæ, potest adhuc 13
in executione opponi, vt est communis Dd. opinio. *ita tenet Sal. l. duo. § si quis. n. 10. de iureiur. Alex. ibid. n. 3. & 4.* vbi dicit communem esse. Idem dicit Ias. *ibid. n. 5. & 6.* omnes contra Bar. *d. l. si quis.* qui tenet, quod post sententiam in executione prædicta exceptio non soluti pretij opponi non possit per rationem, quia cum sit peremptoria exceptio, non potest post sententiam oppon. *per l. peremptorias. C. sent. rescind. non posse.*

Sed ad propositum reuertendo, in præsenti casu interueniens, quamuis sufficienter deduxerit & probauerit, ius se habere ad rem redemptã, tamen cum effectu non potuit impedire factam totius prædij redemptionem, ex quo partem pretij non numerauerit, ad quod nunquam etiam se obtulit. Vnde concludo appellatæ intentionem elisam non esse, imo quod petit intus habet: pretium enim quod loco rei succedit, habet. *l. qui in pretio. ff. de vsufr.*

Alteram exceptionem sc. de possessione, vt manifeste fallam silentio prætermitto, referendo me ad copiam originalis obligationis per interuenientem pro rescissione conclusionis 27. Februarij Anno 59. productam. Ex quo constat, pendente lite in prima instantia huiusmodi prætensam venditionem celebratam inter ipsum & N. *l. lite C. de litigios.* vbi etiam dicitur, quod per cessionem lite pendente factam, cedens non videtur liti motæ renunciare.

Videtur, quod in principali casu pronunciare non possumus per prælegatam interuenientem excommunicationis exceptionem, quæ in quacunque parte opponi potest. *c. exceptionem. de except. c. pia. de leg. in 6.* Excommunicatus † enim agere non potest. *c. intelleximus de except.* Puto tamen prædictam exceptionem in nostro casu non 15
obstare: nam licet illa † exceptio repellat agentem, non tamen repellit defendentem. *d. c. intelleximus. & d. c. significauerunt. eod. tit.*

Nunc in † proposito, quod interueniens, qui 16
venit ad impediendam executionem sententiæ priorum iudicum, actoris partibus fungatur, probetur sequentibus rationibus. I. Quia non inuitus trahitur ad iudicium, sed vltro offert, vt impediat *text. l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verb. oblig.*

II. Quia interueniens pro suo interesse non potest declinare forum & petere se remitti ad iudicem suum, sed sub eo debet litem prosequi, coram quo se opposuit. *l. venditor. ff. de iud.* III. Quia

repelli

repelli potest exceptione excommunicationis, vt quilibet alius actor. *Bar. in d.l. de pupillo. §. fin. nu. 2. de nou oper. nunc. Pan. in c. cum inter. num. 12. de excep.* vbi docet † quis sit Reus necessarius quis voluntarius. Voluntario, inquit obstat exceptio excommunicationis, necessario non obstat. *Roman. consil. 27. per tot.* IV. Regulariter is † actor dicitur, qui de iure suo docere debet. *Bar. l. si prius. in pr. ff. de nov. oper. nunc.* Neq, obstat ꝙ † Reus excipiēdo actor fieri dicatur. *l in exceptionibus. de probat.* quia hoc verum est, quoad onus probandi, sed non est actor proprie, quia non petit sibi aliquid adiudicari, aut dari, aut fieri, sed intendit actorem repellere in totum, vel in partem petitione sua. *l. exceptio de excep. ita Panor. d. c. cum inter n. 11.* At hic interueniens aliquid sibi dari contendit. Ergo concludo cum actoris partes sustinere debere referendo me ad prædictas rationes & *Anch. cons. 233. in pr. Tholoss. q. 205*

Pronunciandum itaque in prioribus instantiis bene iudicatū male appellatum, cum illa tamen appendice: Doch soll hiedurch ermelter Appellatin an gebürlichen Orten/jhre angemaste Gerechtigkeit/ꝛc fürbehalten sein. Iuris enim est, quod illud, in quo quis † succumbit per modum exceptionis, possit iterum in iudicium ordinarium deduci per modum actionis, non obstante exceptione rei iudicatæ, nisi iudex exceptionem oppositā examinauerit & expresse reprobarit. *l. quod in diem. §. si rationem. commod. l. si autē. §. si quocunque de neg. gest.* Vbi Bar. *d. §. si quocunque. n. 2.* dicit, iudicem cautius facere, si dicat reseruato ei iure agendi contra talem in tali iudicio. allegat ad hoc text. opt. *in l. Zas. in fi. de pact. dot. c. examinata. de iud* Pan. *c. sicut n. 12 de sent. & re iud.* dicit quod quando iudex propter ineptam petitionem absoluit, debet exprimere causam, non sententiæ validitatem, sed vt appareat, an Reus sit absolutus, an obseruantia istius instantiæ, an vero simpliciter & in perpetuum.

Præterea, vbicunque aliquid iuris † ex deductis in iudicium competit parti, licet pars ignoret, potest & debet iudex ex officio suo supplere, quia illud sibi est notum & notorium, vt iudici. *Pan. c. Raynutius. n. 11. de test. alleg. l. 1. C. vt quæ desunt aduoc.* Quare cum hic nobis constat, interuenientem non rite pro suo interesse appellasse, eo quod ex alio iure venerit, qua fuit per actionem in prima instantia deductum, habere tamen ius ex æquo & bono ad prędium controuersum, si legitime agat & iure ordinario experiatur, concludo sub prædicta forma pronunciandum esse condemnando appellantes hinc & inde in expensas omnium instantiarum. Quamuis enim N. propter manifestam calumniam possit grauiori pœna puniri, *iuxta l. eos. §. temere. C. de appel. l ab executore. in fin. C. quor. appel. non recipi. & per test. ord. 14. 28. §* da zu dieweil. *lib. 2.* Possit etiam quoad interuenientem sententia reformari, sc. so fern interueniens partem pretij, wie sich gebürt/erlegen wirt/ daß sie als dann zu den streittigen Güttern/ꝛc iuxta Bar. *d. l. Iulianus. § offerri. in apost. de act. emp.* vbi dicitur, quod † exceptio, quæ vna cum actione nascitur, etiamsi nō opponatur, potest per iudicem suppleri, *Bar. l. si vnus. §. pactus. de pact. Bal. l. si potest in fin. C. de act. empti.* vbi dicit, quod iudex ex officio posset mandare agenti, vt soluat pretium, licet ad hoc non sit actum, cum sit quodammodo connexum actioni. *Ias. § actionum. n. 127. cum seq.* vbi dicit valere talem sententiam: *condemno venditorem ad tradendam rem emptori, pretium emptore soluente.* Vide omnino Ias. Ego tamen priorem formam hic sequendo concludo.

*De attentatis*: Nihil attentatum est. Facta enim redemptione, & traditis literis, possessio † redempti prædii statim in redemptorem translata fuit. *l. 1. C. de donat. Bar. d l. Labeo. in fin. ff. de pact.* adeo vt alia apprehensione opus non fuerit, & quod instrumentum in præsentia fundi traderetur. *Zas. eleg. l. possideri. num. 12. de acquir. poss.* maxime si possessio sit vacua (scilicet si nō possideatur à tertio) quo casu facta traditio locum non haberet. *Zas. d. l. possideri. num. 13. & l. 1. §. si iusserim. numer. 11. in fin. eod. tit.* Quoniam igitur ex actis plane perspicuum est N. pretium redemptionis accepisse, & vltro instrumentum reemptionis reddidisse, sequitur, quod eo ipso possessionē amiserit, quemadmodum etiam † dominium ipso iure oblato pretio in venditorem transit, secundum quosdam. *Castr. l. si cum venderet. per illum text. verb. vendicare. ff. de pignor. act. Schurff. cons. 10 per tot. num. 16. cent. 1. cum alleg. ibi.* Moderni tamen tenent contrarium, nimirum oblato pretio dominium non ipso iure retro transferri in venditorem sine noua traditione, vt videre est *per Alex. consil. 10. vol. 1. per tot.* vbi dicit eam opinionem communem. *Curt. sen. consil. 12. per tot. Zas. consil. 12. num. 34. cum seq. vol. 1.* De colona nullum est dubium cum illa habitare, non possidere debeat. *l. si duo. §. cum inquilinus. ff. vti possid. l. si quis domum. l. habitatores. ff. locati. l. si quis ante. ff. de acquir. poss. Alex. consil. 51. num. 5. in fin. volum. 1.* Præterea quia ficta redemptione ius eius expirauit, cum singularis † successor non teneatur stare Colono. *d. l. emptorem. C. locati.* Concludo non attentatum, referendo me etiam ad exceptiones appellatæ ob articulatum libellum attentatorum, & vt dominus referens de iis nullam mentionem esse faciendam.

*Sententia* † In Sachen N. N. vnd N. N. Wittib Appellanten eins/gegen vnnd wider N. von N. Weiland N. N. N. Wittib Appellaten anders Theils/iure Appellationis, ist N. sein Begeren in der Supplication pro rescissione Conclusionis den 27. Februarij jüngst einkommen/als vnerheblich abgeschlagen/sondern läst man es bey vorigem Beschluß bleiben/drauff vnnd allem vorbringen nach zu recht erkant/daß durch Richter voriger Instantz wol geurtheilt/vbel dauon appelliert/vnd die Appellanten jhr der Appellatin die Gerichtskosten an diesem Keyserlichen Cammergericht auffgelauf-

fen / nach Rechtlicher Ermessigung zu entrichten vnnd zubezahlen. Ferners auch den Keyserlichen Fiscal jhres freuentlichen mutwilligen Appellirens halben in Peen vier Marck lötiges Silbers zu condemniren seyn / als wir sie auch hiermit von Ampts wegen darzu condemniren vnnd verdammen.

## VOTVM XVI.

## In causa N.N.

*Contra*

## N. von dem N.

*In puncto appellationis in materia transactionis.*

SVMMARIA.

1 *Appellationis beneficium*, vt non deducta deducantur, non probata probentur, *magnum & fauorabile est.*
2 *Actio non datur ex nuda transactione, sed tantum exceptio & ratio*, ibid.
3 *Verbis generalibus omnia comprehenduntur, si absit dolus aduersarij, si bona fide super generali transactione actum sit.*
4 *Læsus in diuisione hereditatis experitur iudicio familiæ erciscundæ.*
5 *Dolus dans causam transactioni, vitiat eam ipso iure.*
6 *Vsuræ in bonæ fidei iudicijs veniunt à tempore moræ.*
7 *Transactio est terminus & finis litium.*
8 *Exceptio nõ numeratæ pecuniæ in transactione locum non habet.*
9 *Mater est legitima filiorum tutrix, habet liberam à lege administrationem, potestque vtiliter in vtilitatem transigere pupillorum.*
10 *Pœnitentia non habet locum, etiam re integra, in transactione.*
11 *Dolus dans transactioni causam, annullat eam ipso iure.*
12 *Præsentia amicorum omnem metus præsumptionẽ tollit.*
13 *Volenti non infertur dolus, aut metus.*
14 *Metus non præsumitur.*
15 *Metus ex solis minis non probatur.*
16 *Petitioni hereditatis non præscribitur, nisi 30. annorum spacio.*
17 *Dolus non probatur ex diuturnitate & lapsu temporis, sed liquidissime.*
18 *Qualitas causæ principalis ad dolum arguendum non sufficit.*
19 *Dolus preteritus censetur per subsequentem transactionem remissus.*
20 *Læsio enormissima dolum in se continet.*
21 *Deceptus vltra dimidiũ iusti pretij in transactione, an possit beneficio* l. 2. C. de resc. vendit. *petere restitutionem.*
22 *Sententia & transactio à pari procedunt.*
23 *Sententia prætextu cuiuscunque læsionis nullo modo retractari potest.*
24 *Transactio quasi transitus est actionis.*
25 *Transigere idem est, quod ab actione discedere.*
26 *Iuramentum & transactio æquiparantur.*
27 *Iuramentum non retractatur, etiamsi quis in totũ læsus sit.*
28 *Transigentes & remittentes dubium litis euentũ non possunt dicere, se deceptos propter incertitudinem eius, quod tempore transactionis remissum.*
29 *Aduocati quando adserunt aliquem esse læsum vltra dimidium iusti pretij in transactione, referunt se semper ad valorem & æstimationem dubij euentus litis. Quod ventilatur in vtramque partem.* ibid.
30 *Remedium* l. 2. de rescind. vend. *locum non habet in transactione, nisi dolus ex proposito vel calumnia euidens interuenerit.*
31 *Transactio non valet, si adsit consilium fraudis vel euidens calumnia.*
32 *Volenti non infertur dolus.*
33 *Restitutio non datur ob modicam læsionem.*
34 *Modicum dominium Emphyteutæ, vel Colono, canonis vel pensionis remissionem non præstat.*

SVbmissum super admissione grauaminum. Excipitur, quod acta primæ instantiæ sint articulata, rursum in secunda contra ius & ordinationem imperij id eo grauamina non esse admittenda. Hanc exceptionem non solum releuantem, sed etiam veram esse puto, vti ex relatione constat.

Quicquid de dolo, fraude, minis, metu, verecundia muliebri, & euidenti calumnia aduersarij hic in grauaminibus articulatur, illud itidem in primis actis, & quasi ad nauseam ab aduocato deductum, repetitum & recoctum fuit. Et licet magnum & fauorabile sit † beneficium appellationis, vt non deducta deducantur, non probata probentur. *vulg. l. per hanc. C. de tempor. appell.* tamen in præsenti casu nihil noui deduci aut probari poterit, eo quod appellatrix alios testes, quã eos, quos in prima instantia produxit, producere nequeat.

Concludo cum Dn. Referente grauamina non admittenda, causam pro concluſa acceptandam, & pronunciandam definitiue secundum allegata & probata. Procedendum igitur ordine consueto: 1. Videdum de actione. 2. An probata? 3. An elisa? 4. quid pronunciandum.

*De actione*: Actor solum innititur transactioni. Constat autem ex † nuda transactione non dari

dari regulariter transactionem, sed tantum exceptionem *l. siue ad acta. & ibi gl verb. pacto. C. de trās-act. Dd. l. cum mota. C. eod. tit. Azo in summa eo. tit nu. 12.* Ratio, quia actori supersest vetus actio, ad quā redire potest, quia primæua actio per transactionem non est sublata, neque extincta. Illud tamen non obtinet, si stipulatio conuentioni siue transactioni adiecta sit, vel alias pactum nudum vestitum sit cohærentia contractus. Primo namque casu ex stipulatione actio competit *d. l. cum mota l. si profundo. C. de transact. Azo vbi supra. num. 2.* altero datur præscriptis verbis *allegatis iuribus.* In nostro casu quidem nulla interuenit stipulatio, sed cum actor ex sua parte adimpleuit transactionem tradendo domum. Imo sola liberatio vim traditionis in transactione obtinet. *Bar l. sub prætextu. C. de transact. n. 5. cum seq.* puto actum præscriptis verbis ad obseruandam transactionem *d. l. cum mota. d. l. si pro fundo.*

*An probata?*

CIrca probationem laborare non oportet, cū propter instrumentum transactionis actis insertum, tum propter propriam Reæ confessionem, quæ initam transactionem & vigore eius totam se domum accepisse fatetur. Igitur de exceptionibus videndum.

*An elisa?*

VArias exceptiones accumulauit Rea ad subuertendam & rescindēdam transactionem. I. Quod generalis transactio omnium bonorum paternorum præcesserit, ideo secunda specialis non valet. II. Quod res, super qua, nunquā fuerit in rerum natura. III. Quod absentibus & eorum tutoribus transactum sit, & super eorum bonis, sicque super re aliena. IV. Quod dolus & metus superuenerit. V. Quod enormissima læsa fuit.

Quod ad I. de generali transactione attinet, dubium nullum est, generalem transactionem in omnibus transigentibus etiam ignotis, quando est generalis petitio & generalis transactio desuper facta, tunc omnia veniunt, de quibus etiam tempore transactionis non fuit cogitatum Sub
3 † verbis enim generalibus omnia comprehenduntur, si absit dolus aduersarii, si bona fide super generali petitione generaliter transactum sit. *text. l. sub prætextu. vbi Sal. numer. 2. & communiter Dd. C. de transact. l. tres fratres. de pœn. gloss. l. si de causa. vers. quæstionibus de transact.* vt in generali transactione super administratione tutelæ, prout declarat Ias. *d. l. sub prætextu. in pr.* Sed in casu nostro falso allegatur, generalem transactionē præcessisse, quia non transactio, sed communis hæreditatis diuisio facta fuit. Aliud enim est diuide-
4 re hæreditatē, aliud desuper transigere. Læsus † in diuisione experiri poterit iudicio familiæ erciscundæ aut communi diuidundo. *l. 1. C. famil. erciscund. l. si maior. C. com. diuid. in transactione.* læsus etiam enormiter acquiescere debet, vt sit finis litium. *l. 1. & 2. C. de transact.*

Quare illa exceptio falsa est & impertinens, Secunda exceptio plus momenti habere videtur, eo quod in totis actis de petita summa nusquam appareat; Imo ex Chirographo, & editis rationibus N. de contrario liquido apparet, solutionem sc. eius pecuniæ, quod d. N. à patre suo acceperat, factam esse. Sed nec illa obstat. I. Qui iustitia & iniustitia causæ principalis in transactione non attenditur, si non adsit dolus ex proposito, dans causam contractui, quo casu non valeret transactio ipso iure, seruata tamen distinctione. Dd. *d. l. sub prætextu. C. de transact.* Nam cum transactio sit contractus similis iuri. Bar. *d. l. sub prætextu. num. 6.* distinguit, vt si interposita sit super contractu bonæ fidei, sortiatur naturam eius cōtractus, vt scilicet dolus † dans causam huiusmo- 5
di transactioni, vitiet eā ipso iure. *l. & eleganter. ff. de dolo.* Secus si interposita sit super cōtractu stricti iuris, quia tunc dolus non vitiat ipso iure ita Bar. *d. l. sub prætextu. num. 5. cum seq.* Et ibi Ias. *num. 1.* dicit eam opinionem communiter approbari, & habet magnū effectum quoad vsuras & interesse, quæ in bonæ fidei † iudiciis veniunt à tem- 6
pore moræ. In stricti vero iuris contractibus demum à tempore litis contestatæ vt not. Ias. *l. si maior. num. 2. C. de transact. l. cum fundus. ff. si cert. pet.* sed quia molestationibus facti potest transigi, valet transactio non solum super lite pendente, verum etiam futura, quæ de facto & extra iudicium oriri poterat, & non de iure. *l. 2. C. de transact. Dd. ibi l. in summa. ff. de cond. indeb.* Non est necesse, vt pendeat lis in iudicio. sufficit suspicio futuræ litis extra iudicium de facto, prout consuluerūt Alex. *cons. 41. num. 69. & cons. 217. num. 5. vol. 6. & cons. 47. num. 17. vol. 1.* Paris. *cons. 3. num. 24. volum. 4.* Satis igitur fuit, quod actor putauit sibi aliquod iuris competere ratione diuisionis, quemadmodum adseuerat, & sic suspicio litis futuræ validat transactionem, alias transactio non esset † terminus, 7
neque finis litium *l. fratris. C. de transact.* Exceptio transactionis est litis finitæ, impediens litis ingressum. *l. nam & postea. vbi Bar. de iureiur. d. l. fratris. Schurff. cons. 32. num. 5. cent. 1.* Si enim prætextu instrumentorum de nouo repertorum, non rescinditur transactio, nisi quatenus dolo aduersarii celata fuerint. *d. l. sub prætextu. d. l. in summa.* Ergo multo minus rescindi debet, si nullum in cōtrarium producat instrumentum.

Nam rationes editæ & chirographum exhibitum nihil ad confutandam & elidendam intentionem actoris principaliter faciunt. Contēdit enim ille 400. thal. non 100. mutuo datos, & in societatem à patre collatos esse. Tertio, aut sciuit Rea tempore transactionis de rationibus, id quod verisimile est, cum iam per annos 20. & eo amplius mortuus fuerit, & sibi imputauerit, cur transegerit: aut non sciuit, & facultas probationis emergens non vitiat factam transactio-

nem *d. l. sub prætextu. l. sub prætextu specierum C. de*
8 *transact.* Quarta, quia exceptio non † numeratæ pecuniæ in transactione locum non habet, *tex. l. si transactioni. C. de non numer. pecun. Ias. l. quamuis. numero tertio C. de transact. Innocent. c. grauis. de posit.*

Tertia exceptio similiter non obstat, tum
9 quia mater filiorum legitima tutrix fuit, & sic † liberam à lege administrationem habuit, potuitque vtiliter in rem pupillorum transigere. *l. præses. C. de transact. & ibi Bald. num. 5. cum seq. Dd l. pactum curatoris. C. de pact.* tum quia non tam tutorio, quam curatorio nomine transigit, vt pacem filiis suis redimeret, & se à molestatione & iactatione actoris liberaret. De suo enim peculio, non ex patrimonio filiorum, pactã pecuniam exsoluere promisit; si huius promissi eam nunc pœniteat, nihil hoc actori obesse, neque transactionẽ initam rescindere poterit, cum in transactione licet contractus sit innominatus. *Bar. l. siue apud acta. num. 21. C. de transact. Ias. ibid. nu. 8. per text.*
10 *l. 1. § 1. verb. transigendi. de pact.* non habet etiam † re integra, locum pœnitentia, *l. quamuis. & ibi Sal. & Ias. in pr. & communiter Dd. C. de transact. Ias. d. l. fratris. num. 5. eod. tit.* Idque iure singulari fauore litium minuendarum receptum est. *l. si profundo. C. de transact. d. l. fratris.*

Quarta exceptio in thesi releuantissima
11 est. Nam in iure expeditum est, dolum dantem † transactionem in causam, annullare eam ipso iure, seruata tamen Bartoli distinctione *d. l. sub prætextu. vbi Dd. & Sal. numero tertio* Idem est, si metus intercesserit. *l. interpositas. Codice de transact.* sed in hypothesi nil horum probatum est, aut etiam probari potest, tum propter præsentiam amico-
12 rum, quæ omnem † metus præsumptionem tollit. *l. transactio. vbi Bal. in pr. C. de transact.* tum quia ex dictis testium de contrario constat, qui vno veluti ore deponunt de spontanea & libera transactione Reæ daß die darumb gebetten. Quomodo igitur de dolo, metu & minis excipere poterit?
13 Volenti enim non fertur † dolus aut metus. *l. cum donationis. C. de transact. gl. d. l. in summa, verb. non*
14 *posse.* Metus † non præsumitur. *l. non est videndum. ff. Quod met. causa. Ruin. cons. 132. n. 2. vol. 1.* vbi docet, quomodo metus probetur.

Non obstat, quod actor importune summam
15 petitam exegerit, quia ex solis † minis non probatur metus. *l. metum. C. quæ met. causa fiunt. Bald. & Dd. ibid. in pr.* Et metum præsentem accipere debemus, non suspicionem inferendi eius, vt ait Ictus *l. metum. ff. quod metus causa.*

Non obstat quoq; taciturnitas actoris, quod per 17. annos, & eo amplius tacuerit, tum quod
16 petitioni hæreditatis non præscribatur, nisi † 30. annorum spacio. *d. l. 1. verb. hæreditas. vbi Castr. in pr. de petit. hæred. Bal. l. licet. num. 5. C. de iure delib.* sicut nec actori familiæ erciscundæ communi diuidũdo. *l. 1. § nemo itaq; C. de annal. præscript.* Tum quod
17 ex diuturnitate † & lapsu temporis dolus non præ-

betur, sed liquidissimæ probationes requirantur *l. dolum. C. de dolo. l. & eleganter. § fin. ff. eod.* nec suf- 18
ficit † ad vim vel dolum arguendi qualitas causæ principalis. *d. l. interpositas. § fin. C. de transact.* Imo etiamsi dolus ante transactionem interuenisset, si tamen causam dedit dictæ transactioni, si non in ipsa transactione adhibitus fuit, valebit nihilominus transactio, quia † dolus præteritus cen- 19
setur per subsequentem transactionem remissus. Idque maxime obtinet in generali remissione, vt nostro casu quæ non solum excedit dolũ præteritum, sed trahitur ad omnia, tollitque omnes obligationes, per quas posset veniri cõtra transactionem factam. *gl. singularis l. actione verb. transactum. C. de transact. Ias. ibi num. 11. Alex. cons. 42. n. 13. vol. 1. Paris. cons. 96. num. 72. vol. 1. per text. l. 1. C. de plus pet.* Concludo itaq; neque dolum, neq; metum, neque minas ex parte agentis probatas esse.

Quinta exceptio de enormissima læsione ad 20
conuincendum dolum pertinet. Nam † talis læsio in se dolum continere videtur, *iuxta not. d. l. si verba cum l. seq. pro socio, Canon. c. quinta Vallu. de iureiurand.* sed nec illa in præsenti casu obstat.

1. Quia de tali læsione hic non constat, quod requiritur. *c. 1. c. cum ex literis, vtrobique Pan. de in integr. restit. Paris. d. cons. 96. num. 67. cum seqq.* vbi multa ad hoc allegat. Oportet igitur enormissimam læsionem probare, vt dixi, hic tantum abest, vt sit probata, vt etiam de contrario constet. Deinde etsi constaret de enormissima læsione, tamen rescissioni non foret locus, cum ex communiore & veriore Dd. opinione. *l. 2. C. de rescind. vendit.* in transactionibus locum non habeat. Deceptus vltra dimidium † iusti pretii in transactio 21
ne non potest beneficio *d. l. 2.* petere restitutionem contractus. Et quãquam in vtramque partem mirifice conflictentur Dd. negatiua tamen verior magisque communis est. Hanc tenet gl. *cum causa de empt. & vend. verb. dimidiam. Alciat. l. quamuis. C. de transact. Paris. cons. 96. num. 60. volum. 1. Ruin. cons. 32. num. 3. vol. 1.* Et pro hac opinione est tex. *l. Lucius. § fin. ad Trebel.* vbi læsus in quadruplo non restituitur in integrum aduersus transactiones. Ad idem facit *d. l. 1. C. de plus petit.* vbi etiamsi dolose plus petitum, & super eo transactum sit, seruanda est transactio. Huius opinionis rationes quamplures sunt. *vt in rep. d. l. 2. C. de rescind. vendit. n. 74.* potissimum autem *n. 5.* I. Quod singulare hoc in transactione receptum sit, vt semel litiũ finis sit. *d. l. fratris. C. de transact.* II. Quod à pari procedant † sententia & transactio. *l. post* 22
*rem de re iudic.* Atqui † sententia nullo modo re- 23
tractatur prætextu cuiuscunque læsionis. *l. peremptorias. C. sent. rescin. non posse. l. sub specie. C. de re iud.* Ergo nec transactio. III. Quia transactio est actus liberatorius. Dicitur enim transactio quasi tranitus † ab actione. *Bar. l. siue apud acta. num. 22. C. de* 24
*transact. Ias. in rubr. eod. tit. n. 2.* Nam proprie actor transigere † dicitur, hoc est, ab actione discede- 25
re, *vt not. gloss. l. 2. Cod. de transact. verb. transegisse.*

*Ias.*

*Iaſ. ibi n. 7. & cõmuniter Dd. Bart. d. l. ſiue apud acta. n. 22.* Sed in actu liberatorio non habet locum remedium *l. 2.* vt notant Dd. locis allegatis per *l. ſub prætextu ſpecierum C. de tranſact.* IV. Quia iuramẽ-
26 tum & tranſactio æquiparantur † *l. 2. C. de iureiur.*
27 ſed iuramentum non † retractatur, etiamſi quis in totum læſus ſit. *l. non erit. §. dato. de iureiur.*
28 Ergo nec tranſactio. V. Quia tranſigentes † & remittentes dubium litis euentum *l. quod debitor. de pec.* non poſſunt dicere, ſe deceptos propter incertitudinem eius, quod tempore tranſactionis remiſſum eſt *per l. 1. C. de pact. l. ſi ea lege. C. de vſufr. Alex. d. conſ. 42. nu. 11. vol. 1. Pariſ. d. conſ. 96. nu. 58. vol. 1.* Nam id, quod incertum eſt, in dubio litis euentu poſitum, non recipit certam æſtimationem ad reſcindendum ex beneficio *d. l. 2.* conſiderari debet æſtimatio rei, quę fuit tempore ipſius contractus, vt notant communiter Dd. *l. 2. §. 1. de teſt. l. ſi voluntate. eod. tit.* Cum igitur quis tranſigit ſuper re dubia & incerta, quando poſtea deceptionem vltra dimidium iuſti pretij allegare poterit, Bart. tamẽ affirmatiuam tenet *d. l. 2. n. 7.* quod ſc. tranſactio reſcindi poſſit beneficio *d. l. 2.* Si probatur læſio vltra dimidium iuſti pretij partim inſpecto, quantum valeret vel potuiſſet vendi ius tranſigentis, in dubio illo litis euentu, hoc eſt, non inſpecto vero valore rei, ſed dubio litis euẽtu, quãtum in illo dubio litis euentu valeret, Bar. ſequũtur Ang. *d. l. Lucius. n. 2. Caſtr. ibid. n. 3. Rom. d. l. ſi quis cum aliter. nu. 4. Soc. ſen. conſ. 85. nu. 3. vol. 1.* vbi dicit, hanc opinionem videri communem, & in iudicando ab ea non recedẽdum: quia fraudibus obuiat, & admonet aduocatos, vt ſint cauti in arti-
29 culando, quando † adſerunt aliquem eſſe læſum vltra dimidium iuſti pretij in tranſactione, vt referant ſe ſemper ad valorem & æſtimationem dubij euentus litis. Hanc cautelã etiam ponit Ang. *d. l. Lucius. §. fin.* Innoc. *ibid. circa fin.* ſibi contrarius *in d. c. cum cauſa.* Calderinus *conſ. 3. tit. de tranſact. per tot.* Dec. *conſ. 203. num. 4.* vbi fatetur, hunc articulum eſſe dubium, & fœdere diſtinctionis opiniones concordari poſſe. Secundum Corn. *conſ. 27. vol. 4. & conſ. 166. num. 11. vol. 1.* vt ſi magnus ſit exceſſus vltra dimidium iuſti pretij, procedat opinio Bar. & aliorum affirmatiua: ſi modicus, vera ſit opinio negatiua. Facit pro opinione Bar. text. *l. ſi ſuperſtiti. C. de dolo.* ſed certe prima opinio negatiua verior eſt, & cõmunior per expreſſum text. *d. l. Lucius. §. fin.* Vnde Bal. *d. l. 2. num. 3.* dicit Bartoli opinionem eſſe erroneam. Alciat. *d. l. quamuis. num. 7. C. de tranſact.* Commentitiam vocat *d. l. ſi quis cum aliter. num. 20.* ait, Bartolum ſine lege loqui. Et reuera ita ſe res habet. Quomodo enim dubius euentus litis æſtimari poterit, cum ea, quæ dubia ſunt, incerta æſtimari nequeant. Imo dubius euentus quo pacto probari poſſit per teſtes, ita Ial. *d. l. ſi quis cum aliter. num. 15.* per plures rationes Zaſ. *ibi.* quod & Innocent. *d. c. cum cauſa. num. 13. de act. empt.* fatetur. Et quis adeo fatuus eſſet, vt rem litigioſam, non multo minoris propter dubium euentum emat, vt inquit *Alciat. d. l. quamuis.*

Certe vere commentitia mihi videtur Bartoli opinio & ſequacium. ſequitur igitur gl. Bal. & a- 30
liorum opin. in locis ſupracitatis. Remedium † ergo *d. l. 2.* locum nõ habere in tranſactione, præſertim ſi requiſita in tranſactione interuenerint, ſcilicet quod tranſactio inita ſit ſuper dubia lite præſente, & quæ timetur futura *l. 2. C. de tranſact.* Item dato hinc inde, vel retento aliquo inter partes. *l. 1. C. de tranſact.* Item quod nec vere, nec præſumptiue dolus ex propoſito, vel calumnia euidens interuenerit. Nam ſi adſit conſilium fraudis, vel euidens calumnia, tranſactio † abſque du- 31
bio non valet, etiamſi ſine beneficio *d. l. 2. text. d. l. in ſumma. de cond. indeb. d. l. ſub prætextu. C. de tranſact.* vt ſupra in 2. & 4. excep. dictum eſt. Secus ſi dolus tantum reipſa, id eſt, enormis læſio inciderit. *Dd. d. l. ſi quis cum aliter. per illum text. in fin.* Iſtis tribus requiſitis cõcurrentibus litium minuendarum fauore, aliiſque de cauſis ſupra enumeratis, puto Bal. aliorum que opinionem in iure veriſſimam.

Quod ſi aliquid horum vtrum deſit, putarem non quidem beneficio *l. 2. de tranſact.* reſcindi poſſe, ſed ob defectum requiſitorum per iura allegata. Et hanc diſtinctionem quoque Zaſ. *d. conſ. 18. num. 16.* tradit. In noſtro caſu ex prædictis patet, hæc requiſita omnia interueniſſe. Tranſactum enim ſupra extraiudiciali moleſtatione actoris, & timore futuræ litis, ſiue illa moleſtatio iuſta ſiue iniuſta fuerit, dummodo abſit dolus ex propoſito, nil curatur. *d. l. 2. vbi. Dd. C. de tranſact. d. l. in ſumma. d. l. ſub prætextu.*

Qui quidem dolus, neque vere, neque præſumptiue ex enormiſſima læſione probatus eſt. Imo de voluntate Reæ tranſigere volentis ex dictis teſtium clariſſime conſtat. Volenti † autem 32
non infertur dolus *d. l. cum donationis. C. de tranſact.* Atqui dolus, qui reipſa incidit, hoc eſt, enormis læſio, de qua *d. l. ſi quis cum aliter.* non attenditur, neque de eo quoque conſtat, quod requiritur, vt dixi. Ob modicam vero † læſionem non 33
detur reſtitutio, quia de modico non curat prætor. *l. ſcio illud. vbi gl. verb. ſummam imiunct. de reſtit. cum concord.* quemadmodum modicum † domi- 34
nium Emphyteutæ, vel Colono Canonis vel pẽſionis remiſſionem non præſtat. *l. 1. C. de iur. Emphyt. Iaſ. ibi. latiſſime. l. ſi merces. §. vii maior locat.* Item tota domus ex tranſactione ad ream peruenit. Itaque ex his omnibus concludo, initam tranſactionem valere, & ſententiam à qua exceptionibus non obſtantibus confirmandam eſſe. Et quamuis tranſactio partim confirmari, partim reſcindi, pro ea ſcilicet parte, quæ vitioſa eſt, poſſit. *text. l. pen. & ibi gl. verb. firmus. Sal. ibid. num. 11. C. de tranſact.* tamen id in præſenti non obtinet, cum de nullo dolo, metu vel calumnia euidenter appareat.

Concludo ergo pronunciandum bene iudi-

catum, male appellatum cum refusione expensarum, ex illa clausula generali, *victus victori, &c.* Saluo &c. Pronunciatum, grauamina non admittenda, bene iudicatum male appellatum cum expensis. Publicata 3. Aprilis Anno 65.

## *VOTVM XVII.*

## In causa N. von N.

*Contra*

N. de N. & Consortes.

*Transactionis super repudiata hæreditate: item contumacia.*

SVMMARIA.

1 *Maritus etiam sine mandato speciali vxoris ad litem venit.*
2 *Filij hæreditatem paternam repudiare possunt.*
3 *Hæreditas quælibet repudiatione tollitur.*
4 *Sui & necessarij, licet iure ciuili hæredes efficiantur, tamen iure prætorio abstinendi beneficium habent.*
5 *Beneficium abstinendi se hæreditate, introductum est in fauorem filiorum, non in eorum odium.*
6 *Repudiatio duobus modis fit, tacite & expresse.*
7 *Repudiatio an per hæc verba inducatur,* non sum hæres, *vel,* nolo adire.
8 *Deliberare medium est inter adire & repudiare.*
9 *Dicens,* non sum hæres, *vel* non adeo, *non repudiat hæreditatem, quia deliberare adhuc potest, & habetur potius pro deliberante, quam pro repudiante.*
10 *Verba,* nolo accipere, *an inducant repudiationẽ.*
11 *Repudiatio hæreditatis expressa fit in iudicio coram testibus, vel in scriptis, & etiam extra iudicium coram testibus in scripturam publicam redacta.*
12 *Præsentia iudicis omnem defectum supplet.*
13 *Pupillus sine tutoris auctoritate paternam hæreditatem repudiare non potest.*
*Hæredes tenentur ad solutionem æris alieni.* ibid.
14 *Filij iuris præsumptione hæredes sunt.*
15 *Contrectans res hæreditarias, pro hærede se gerit, & hæreditatem adit.*
16 *Hæres proprie dicitur, qui re & nomine hæres est.*
17 *Hæres quis non præsumitur, nisi declarauerit voluntatem suam.*
18 *Contra filium vt patris hæredem si agitur, & ipse neget, agenti incumbit onus probandi.*
19 *Creditores indistincte additionem probare tenẽtur.*
20 *Ius adeundi hæreditatem est ius quærendi non quæsitum.*
21 *Ius adeundi hæreditatem non est in bonis nostris.*
22 *Ius adeundi hæreditatem qui habet, locupletior non dicitur.*
23 *Claues non ponens ad monumentum defuncti, an censeatur hæreditatem animo adisse.*
24 *Consuetudo probanda est,*
25 *Creditores indistincte additionem probare debent.*
26 *Filius potest hæreditatem paternam repudiare, & maternam adire.*
27 *Bonorum separatio in repudianda & adeunda hæreditate fieri potest.*
28 *Probatio adita hæreditatis difficilis est, quia non tam facti, quam animi est.*
29 *Aduersus contumacem, qui nunquam comparuit, vel in iudicium venit, quomodo procedatur.*
30 *Filius hæres patris præsumitur in dubio, iuris præsumptione.*
31 *Contumacia est delictum, quod puniri debet.*
32 *Delinquentium quam obedientium melior conditio esse non debet.*
33 *Contumacia manifesta maiori pœna plectenda, quam tacita.*
34 *Iudex non potest aliquem mulctare propter contumaciam amissione totius causæ.*
35 *Processus in Camera contra contumaces.*
36 *Contumax regulariter pro præsente habetur, item pro negante vel confitente, secundum quod est ei maius præiudicium.*
37 *Possidens arcem defuncti, præsumitur hæreditatem eius adisse.*
38 *Possessio domus non constituit hæredem, sed animus.*
39 *Non comparens vigore mandati pœnalis, in pœnam mandati condemnandus est.*
40 *Iudex Cameralis auctoritatem suam pœnalibus mandatis tuetur.*
41 *Citatus ex quacunque causa, comparere cogitur.*
42 *Sententia quæ.*
43 *Ius hæreditatis est successio in omne ius, quod defunctus habuit.*
44 *Pars ab vno hærede repudiata, alteri etiam inuito adcrescit.*

QVoad iurisdictionem & nullitates nihil desidero. Disputationem illam de ineptitudine libelli, tanquam ineptam silentio prætermitto. Maritus enim tanquam Curator suæ vxoris ad litem venit, eamque † hoc 1
pacto prosequitur, vt ex mandato constitutionis videre est, idque de iure, etiam sine mandato speciali vxoris facere potest *l. maritus. 2. & ibi communiter Dd. de procurat.* atque ita quotidie in Camera obseruatur. Notat quoque Mynsing. *obs. 53. cent. 3.* Videndum ergo de actione. Actum autem puto certi condictione iuxta *l. si quis certum. si cert. pet.*

*An probata?* Breuiter concludo. probatam esse per instantiam transactionis sigillatam & tacitam reorum confessionem. Igitur de elisione dicendum.

In

*An elisa?*

REI, vt dixi, debitum non diffitentur, sed se hæredes N. de N. debitores esse negant. Id que per instrumentum repudiationis, quod in o-
2 riginali producũt. Notissimi a iuris est, quod †filij possint repudiare hæreditatem paternam.

De emancipatis dubium non est, quia quæli-
3 bet hæreditas repudiatione † tollitur. *l. is qui ff.*
4 *de acquir. hær. tot. t. C. de repud. hared.* sui & †necessarij licet iure ciuili hæredes efficiantur, tamen abstinendi beneficium à prætore habent *l. necessarys. de acquir. vel repud. hæreditat. §. sua autem. in fin. instit. de hared. qual. & differ. l. 1. C. si minor ab hæred. se abstin. l. qui se patru. & ibi Bartol num. 2. C. vnde liberi. l. si filius qui patri. & ibi communiter Dd. ff. de vulg. & pupill.* vbi etiam incola *nu. 2.* quod quidem abs-
5 tinendi † beneficium in fauorem filiorum, non eorũ odiũ introductũ est, *d. l. si filius qui patri. & ibi*
6 *Bart. numer 1. Imo. num. 5. Iaf. numer. 8.* Fit autem † potissimum duobus modis repudiatio: Tacite & expresse. Tacite, per lapsum temporis statuti ad acquirendam hæreditatem. Expresse, si quis deliberate vtatur verbis denotantibus repudiationem, de quibus plenissime Angel & Alex. *l. qui se patru. C. vnde liberi.* vbi Dd. communiter
7 materiam repudiationis tractant An autem † per hæc verba inducatur repudiatio, *non sum hæres.* vel, *nolo adire*, dubitari solet gloss singul. *d. l. qui se patru, verb.* negat, concludit, quod non, quam communiter Dd. sequuntur. Ratio, quia inter
8 † adire & repudiare est medium, scilicet deliberare, *l. fin. § sin autem dubius. C. de iure. deliber. Angel. in*
9 *repet. d. l. qui se patru. num. 2.* Vnde † qui dicit, *non sum hæres*, vel, *non adeo*, eo ipso non dicitur repudiare hæreditatem. quia deliberare adhuc potest, & habetur potius pro deliberante, quam repudiante *Alex. d. l. qui se patru. num. 5. facit tex. l. Celsus.*
10 *§ fin. cum l. seq. C. de arbit.* vbi illa verba, † *nolo accipere*, non inducunt repudiationem. Ad idem est text. *l. quia poterat. l. ita tamen. § si patronus. ad Trebel.* ibi patet quod post illa verba, *nolo adire*, potest hæres mutata voluntate sponte adire, & quartam detrahere. quod facere non posset, si intelligeretur repudiasse. Ita declarat Alexand. *d. l. qui se patru. num. 5. & seqq.* Prædicta limitat Ang. *d. l. qui se patru.* & quod dicta verba, *non sum hæres.* vel, *nolo adire.* non inducant repudiationem, nisi in dato termino ad deliberate respondendum quis proferat d. verba, quia tunc intelligitur repudiare, ne dicatur obscure respondere, & aduersariũ reliquisse in incerto allegat ad hoc *l. de ætate. §. nihil iuris. de interr. actio.* Et ita limitat *l. filij §. 1. ad Trebell.* vbi filius, qui dixit, se nolle adire hæreditatem, potest intra annum pœnitere, re integra, hæreditate ab alio non-
11 dum adita. Porrò † expressa repudiatio non solum fieri potest in iudicio oretenus vel in scriptis, verum etiam extra iudicium coram testibus.

Vtilius tamen est, si in scripturam redigatur, & per notarium coram testibus publicetur adhoc, vt facilius probari possit. Ita tradit *Marc. l. 1 potest, numer. 95. de acquir. hæredit.* Ego putarem tutissimam esse repudiationem, quæ fit in iudicio Nam præsentia iudicis omnem defectum supplet, adeo quidem, vt † pupillus sine tutoris autoritate hæ- 12
reditatem patris repudiare possit. *l. pupillorum. & ibi pulchre Bald. n. 1. C. de repud. hæred.* Cum igitur in hoc nostro casu præsentibus scabinis & testibus coram Notario in optima forma hæreditati paternæ & soceri renunciatũ sit, tantisper pro instrumento repudiationis præsumendum, donec aditio in contrarium probetur. Videndum igitur, an ea probata sit. Et actor contra instrumentum repudiationis replicat, illud scilicet esse inualidum & in fraudem creditorum confectum: Reos vero hæredes esse, hæreditatem adijsse, bona omnia mobilia & immobilia ex æquo diuisisse atque distraxisse.

Si hæredes, dubium non esse, quin † ad solu- 13
tionem debiti paterni teneantur. Nam quod hæreditas eos obliget æri alieno, plus quam manifestum est. Ita inquit text. *l. more. de acquir. hæredit. l. 1. ff. si certum petat. facit l. cum à matre. C. de rei vend.* nisi inuentarium confectum sit. *l. fin. §. sin autem. C. de iure delib.* Ad probandum vero Reos hæredes esse actor duobus potissimum nititur fundamentis. 1. Quia † filij: ergo iuris præsumptione hæredes. 14
*l. cum ratio, de bon. damnat. l. ex facto §. fin. ad Trebell. gloss l. 1. verb ob eam rem. C. si minor ab hæred. se abstin.*
2. Quia † contrectando res hæreditarias pro hæ- 15
reditibus se gesserunt, & hereditatem adierunt, *l. pro hærede. l. gerit. de acquir hæredit.*

Quoad primum, illud necessario non concludit, quia ex eo, quod filio delata sit hæreditas patris, non est probata intentio hæreditariorum creditorum, nisi probetur, filium se immiscuisse quoque hæreditati, maxime quando filius neget, se hæredem patris, vt hoc casu Alexan *l. si cum dotem. §. transgrediamur. num. 10 ff. solut. mat. & ibi communiter Dd.* Et quod dicitur, *si filius*, ergo *hæres*; verum est, quantum ad nominationem, non quantum ad commodum vel incommodum, nisi se immiscat. *ita gloss. l. necessarijs. verb. teneantur. de acquir. vel amit. hæredit. & gloss. l. 1. vers. ob eam rem. C. si min. se hæred. abstin.* Et ita filius nomine quidem hæres est, sed non re, nisi se immiscat, & sic improprie est hæres.

Proprie † enim hæres dicitur, qui re & no- 16
mine hæres est, prout dicit Bald. *l. si non speciali numer. 7. C. de testam. facit l. pro hærede. §. Papinianus. de acquir. hæred.*

Itaque licet hæres sit, tamen non præsumitur h res, nisi declarauit † voluntatem suam Bald. 17
*l. si cum dotem. §. transgrediamur ff. solut. matrimon.* Quoties igitur agitur contra filium, vt patris hæredem, & ipse neget, agenti † incumbit onus pro- 18
bandi ipsum hæredem, & hoc propter beneficium abstinendi. de quo *in d. l. necessarys. Ita Angel. d. l. si cum dote. & ibi Imol. in pr.* vbi dicit, si agens hoc

non probet, succumbere debet, tanquam non probans causam defensionis suæ. Indistincte enim creditores † additionem probare tenentur. *gloss. singul. dict. leg. si cum dote. verb. extitit. & ibi Alexand. numer. 10. in fin. & Imol. qui communem dicit. Bartol. d. l. necessarius. num. 1.* vbi quærit, an intentio creditorum sit probata contra filium, nisi filius probet se abstinuisse, & concludit, quod non. Non ergo filius abstentionem, quia sola contradictio sufficit, sed creditores additionem probare debent dictis iuribus. 19

Concludo igitur primum actoris fundamentum nil releuare, neque concludere, quia non sequitur; *Est filius*; Ergo *hæres cum effectu*, vt dictum est. Præterea ius † adeundi hæreditatem est ius quærendi non quæsitum, *vt notat Bartol. in l. is potest, de acquir. hæred. & ibi Mar. num. 271. Alexand. l. precia rerum. num. 3. ad leg. Falcid.* quia nil acquisiuit, nisi effectualiter adeat. Hinc dicimus † ius adeundi hæreditatem non esse in bonis nostris. *Mar. d. l. is potest. num. 271. vbi allegat Bald. c. 1. §. iniuria. colum. 2. versic. & nota. part. de iuram. firm.* Vnde & illa conclusio infertur, quod is, qui habet † ius adeundi hæreditatem, non dicatur locupletior *per dict. leg. precia rerum. & ibi Bartol. in princip.* Quo ad secundum actorum fundamentum illud validissimum est, si probatum esset Quemadmodum enim repudiatio, vt dictum est; ita & aditio quoque duobus potissimum modis fieri dicitur, tacite & expresse. 20 21 22

Tacite fit, quando quis animo agnoscit hæreditatem, licet nihil hæreditarium attingat. *l. gerit. de acquir. hæred.* Expresse, quando quis declarat animum suum, verbis aut factis, quod velit esse hæres. *l. pro hærede. §. Papinianus. in fin. d. tit.* alterum horum probatum esse oportet. Sed breuiter concludo, horum nihil probatum esse. Contractio enim rerum hæreditariarum: Item diuisio & venditio allegata quidem sunt, sed non probata. Prout enim multi circa ius hæreditatis fieri, vt si quis pietatis gratia quid faciat, *prout not. dict. leg. pro hærede.*

Non obstat consuetudo eius loci, quod repudiare nolens hæreditatem defuncti, claues in die 30. ad monumentum † ponere debeat, idque quia à reis factum non est, censetur hæreditatem animo adijsse. *d. l. gerit*, quia talis cõsuetudo † probata non est, quod requiritur, cum sit facti. *c. 1. de consuet. in 6.* quæ non præsumuntur, nisi probentur. *l. in libello. §. facta. ff. de capt. & postlim. reuers.* Non obstat etiam, quod de fraudis suspicione & instrumenti illegalitate obijciunt, quia dolus & fraus probari debent, id quod factum non est. Præterea posito, instrumentum repudiationis inualidum & defectuosum esse, tamen in præsenti nil obstaret, quia sufficit sola contradictio. 23 24

Satis est quo filius neget, se hæredem esse. Nam indistincte creditores additionem † probare debent. *Angel. Imol. Alexand. dict. leg. si cum dotem. §. transgrediamur. solut. matrim. Bartol. d. l. necessarius. gloss. d. l. 1. C. si minor se hæredit. abstin.* 25

Non obstat postremo, quod bona materna in d. instrumento reseruata sint, quia † illa nil commune habent cum bonis paternis. Potest enim filius repudiare hæreditatem paternam, & maternam retinere. Casus est *l. cum bonis. de acquir. vel omit. hæredit.* sic fratri permittitur † separare bona fratris impuberis à paternis. *l. si filius qui patrũ, & ibi Imol. numer. 2. de vulg. & pupill. & communiter Dd.* 26 27

Quare concludo actori, rescissa constitutione, probationem additionis iniungendam, & articulos conclusionibus 13. Ianuarij anno 61. exhibitis insertos ad probandum admittendos, quos facile meo iudicio probare poterit, si illos in testes producit, in quorum præsentia additionem, diuisionem que bonorum factam in duplicis *numer. 29.* adseuerauerit. Regulariter autem aditæ hæreditatis † probatio difficilis dicitur. *l. 2. & 3. de inter. act.* quia non tam facti, quam animi est, vt inquit Ictus *d. l pro hærede.* eum in nuda voluntate consistat *§ fin. Institut. de hæred. qual. & differen.* ideo prætor edictum de interrog. proposuit, quia sciebat difficile ei esse, qui hæredem bonorumq; possessorem conuenit probare, eum esse hæredem, bonorumque possessorem, quia plerunque difficilis aditæ hæreditatis probatio est, *d. l. 2. de interr. act.* 28

Et hactenus ad N. eiusque vxorem comparentes.

Nunc de N. de N. contumace dicendum. Quo pacto procedendum sit contra contumacem, qui nunquam comparuit vel in iudicium † venit, traditur *in ordin. part 3. tit. 43. §. 4.* Nam primo decernendum proclama. 2. Lis pro contestata accipienda. 3. Articuli ad probandum admittendi. 4. In causa pronunciandum. Aliter procedituur contra eum, qui citatus comparuit, & post litis contestationem contumax efficitur, vt traditur in ord. *p. 3. t. 15. §. 7. per tex. c. 2. de confess. lib. 6. c. nullus, de præsumpt. l. si filius. l. 2. & ibi Bartol. de interrog. act.* 29

Videndum igitur, an hic legitimo modo contra N. contumacem ante litis contestationem processum sit, ita vt definitiue pronunciare possimus. In protocollo iudiciali inuenio 17 Aprilis anno 59. proclama decretum, litem pro contestata 8. Maij anno eodem acceptatam, sigilla pro recognitis 7. Iunij anno eodem habita, & tandem 17. Martij in contumaciam conclusum esse. Hic nihil in processu desidero, nisi quod articuli actoris in contumaciam ad probandum non sint admissi. Putarem tamen eo non obstante, contra eum definitiue pronunciari posse.

I. Quia nulli articuli exhibiti, sed loco probationis instrumentum transactionis in originali exhi-

exhibitum, cuius sigilla in contumaciam pro recognitis accepta sunt.

II. Quia per d. instrumentum transactionis allegatum debitum liquidissime probatum est.

III. Quia iuris præsumptione † in dubio filius hæres patris præsumitur. glos. *d. §. vt autem. verb. parentes. auth. vt hi qui oblig. Bald. c. 1. nu. 1. an fil. aut agn.*

IV. Quia † contumacia est delictum, quod
31 puniri debet *l. contumacia. & ibi Zas. num. 5. de re iudic. glos. l. 1 §. fin. verb. meram pœnam. ff. si quis ius dic. non obtemp. & ibi. Alex. n. 17. & communiter Dd. facit l. si plures tutelam, in fin. & ibi glos. de administr. tutor.*

V. Ne melioris conditionis sit contumax, quã obediens contra *l. properandum. §. sin autem ex gestis. C. de iudicijs. & contra text. express. in c. contingit. de*
32 *dolo & contum.* non † enim melior debet esse conditio eorum, qui delinquunt, quam eorum, qui obediunt. *gl. d. c. contingit. verb. melioris. facit text. l. 3. §. 1. de donat. int. vir & vxor.*

VI. Quia non est ficte, sed manifeste contu-
33 max. † Nam citatus ad reassumendam causam respondit citanti, se nolle comparere. *Alexand. d. l. properandum. §. sin autem reus. Bartol. l. fin. ff. de in integr. restitut.* Non obstat doctrina Bald. *d. l. si cum dote. §. transgrediamur. in princip.* Quod filius contumax non possit condemnari, quantumuis creditorum intentio sit probata, quia etiam eo casu creditores aditionem probare debent secundum magis communem opinionem, quam doctrinam expresse sequitur Imol. *d. §. transgrediamur. in princip.* vbi dicit communem. Et pro ea opinione facit, quod iudex † non possit aliquem propter con-
34 tumaciam mulctare amissione totius causæ. glos. *sing. d. l. 1. §. fin. vers. hoc iudicium, si quis ius dicent. non obtemp. & ibi Alexand. num. 8.* vbi dicit, glos. illam perpetuo notandam. Idem tenet Bald. *l. & in mulris. num. 3. C. de appell.* vbi dicit, illud procedere etiam accedente periurio. Ad vtrunque argumentum breuiter respondeo, quod seruatis solennitatibus in ordinatione requisitis, contra contu-
35 macem † definitiue procedi possit, idque quotidie in Camera fieri certum est. Et alias de iure communi post litis contestationem contra contumacem definitiue procedi potest. *d. l properandum. §. sin autem reus, & ibi glos. verb. ventilatur.* At quoniã hic lis pro contestata acceptatur, cur permittente ordinatione definitiue pronunciare nõ possemus? Maxime contra euidentẽ & manifestã
36 voluntatem. Cum regulariter contumax † pro præsente habeatur in sui præiudicium. *tex. in auth. qua in prouincia. in fin. & ibi Bal. C. vbi de crim. agi oportet. gl. l. de vnoquoq; de re iud. Mar. p. 6. tit. de contumacia. n. 28.* Item pro negante vel confitente, secundum quod est ei maius præiudicium. *tex. & Dd. d. l. de ætate. §. qui tacuit. de inter. action. Mar. vbi supra n. 30. facit c. 2. de confessis in 6.*

37 Accedat, quod arcem † defuncti possidere dicatur. Nam ex eo præsumitur hereditatem adiisse.
38 *Bald. c. 1. num. 14. an fil. vel agn.* Et licet possessio † domus hæreditariæ non constituat ipsum hæredem, sed animus, *l. pro hærede. l. gerit. de acquir. hær. l. 1. C. de repud. hæred.* tñ hoc non procedit, si inueniatur meliorem partem hæreditatis possidere. *Bald. d. c. 1. num. 14. an filius vel agnat.* Cum igitur omnes præsumptiones iuris contra se habeat, & legitimus procedendi ordo contra contumacem vigore ordinationis obseruatus sit, putarem mea opinione, saluo dominorum iudicio, nos ex supra dictis definitiue pronunciare posse. Quod si dominis aliter visum fuerit, velintq; actori probationem aditionis etiam quoad N. contumacem, iniungere, vel rescisa ex officio constitutione pronunciare, so fern D. M. formaliter bitten wirdt/ daß gehört werde/ vnd ferner darauff ergehen was recht ist/ non refragabor Et cum non comparuit vigore mandati pœnalis, sed prætoris † auto- 39
ritatem contempsit, necessario in pœnam mandati condemnandus est. Potest enim iudex † au- 40
toritatem suam pœnalibus mandatis tueri. *l. 1. in princip. ff. si quis ius dicent. non obtemp. & ibi Alexand. num. 17.* vbi remissiue docet, an valeat præceptum iudicis, quo mandat, vt quis compareat sub tali pœna & defectu eius præcepti. Et regulariter ex quacunque caula citatus † comparere cogitur. 41
*l. ex quacunq; ff. si quis in ius voc. non ierit.* Ad interesse quoque condemnandus venit à tempore inchoatæ litis, & in expensas. Porro quoad N. compensarem expensas propter iustam litigandi causam, nimirum exhibitum instrumentum repudiationis, Saluo, &c.

Sententia: † Jn Sachen N. von N. Klägern/ eins wider N. von N. vnnd N. Beklagten anders Theils/ ist der Beschluß den 17. Martij verschienen 61. Jahrs beschehen/ So viel N. betrifft von Ampts wegen rescindirt/ vnd die den Conclusionibus einverleibte artickel zu beweisen hiermit zugelassen/ aber obgemelten N. von N. Beklagten/ ist zu Recht erkand/ daß er jn die Peen deß Kayserlichen Mandats zu condemniren/ darzu jhm den Klägern die angeforderte Schuld laut vnd Jnnhalt deß versiegelten Vertrags fürsein Theyl sampt den gebürlichen Interesse, nemblich 5 von 100. von Zeit angefangener Rechtfertigung/ auch die Gerichtskosten an diesem Kayserl. Cammergericht auffgelauffen zu entrichten vnd zu bezahlen schuldig sey/ als wir jhnen hiemit condemniren vnd verdammen/ vnd solches alles in contumaciam, 42

*Motiua sententiæ:* Ratio, cur pro sua quota N. tantum condemnatus sit, fuit, quod de repudiatione N. cohæredis adhuc dubitaretur. Casu, quo probetur dubium non est, quin dictus N. in solidum condemnandus sit. Nemo enim pro parte hæres esse potest. Nam hæreditatis ius scilicet succedendi, est indiuiduum.

Est enim successio † in vniuersum ius, quod 43
defunctus habuit. *l. nil aliud. ff. de verb. sign.* Vnde † 44
pars repudiata alteri cohæredi etiam inuito accrescit. *tot. tit. C. quando non petent. part. text. l. vnic. §. in hu itaq; C. de cad. toll.*

Poterit

Poterit itaque actor casu, quo non probat aditionem ab N. etiã residuum petere. Atq; ita concluserunt mecum domini in euentum.

## VOTVM XVIII.

### In causa

## N. Kinder Vormundtschafft/ confirmationem beschehener Theylung belangend.

*De confirmanda transactione inter matrem & tutores inita. Item de confirmanda rerum immobilium alienatione.*

SVMMARIA.

1 *Iudex non solum ad petitionem partium contractum informare potest, sed ad hoc etiam tenetur.*
2 *Auth.* præterea C. vnde vir & vxor, *vt habeat locum, quæ concurrere debeant.*
3 *Maior 25. annis si nubat, exhæredari non potest.*
4 *Nubens viro clarissimo & in dignitate constituto, adeoq; locupleti, inuito patre, exhæredari nõ põt, quin pater ad dotandam filiam officio iudicis cõpelli possit.*
5 *Et in casu intestati fratres eam ad successionem paternorum bonorum admittere tenentur.*
6 *Inopiam allegare non potest, qui diuitem habet parentem.*
7 *Filius viuente patre quodammodo dominus rerum paternarum est.*
8 *Vidua an vigore transactionis, vel absq; ea vestes pretiosas, annulos & aureas catenas, defuncto marito, contraria voluntate eius non apparente, retinere possit.*
9 *Maritus vxori vestes quotidianas & vsu necessarias donasse videtur.*
10 *Secus est in vestibus pretiosis & ornamentis vxoris, siue iocalibus.*
11 *Iocalium & pretiosarum vestium traditio non sapit donationem, nisi de contrario constet.*
12 *Vestes pretiosæ & ornamenta vxoris, soluto morte viri matrimonio, hæredibus restituendæ sunt, nisi de donatione appareat.*
13 *Tutores res pupillorum administrare debent vtiliter, & licet liberam rerum pupillarium administrationem habeant, donare tamen non possunt.*
14 *Alienatio rerum pupillarium fieri non potest, nisi post interpositionem decreti, & facta ipso iure nulla est.*
15 *Alienatio rerum pupillarium atque causa necessaria præcedente fieri non potest, & facta nulla est.*
16 *Alienatio rerum pupillarium, dotis & æris alieni nomine permissa est.*

DVo tutores petunt I. Confirmationem transactionis initæ cum vidua D.N. 11. Interpositionem decreti super alienatis rebus immobilibus liberorum & pupillorum præfati D. N. Quod ad 1. attinet, dubium non est, quin iudex non solum ad petitionem † partium contractum informare possit, sed quod ad hoc etiam teneatur. *l. si quis spontaneos. C. de decurion. lib. 10. & ibi Bart. num. 2. & Plat. eod. tit.* vbi de effectu eius confirmationis. Quod accipiendum puto, si talis contractus non tendat in præiudicium tertij. 1

Vnde enim causæ cognitione confirmatio fieri debet.

Videndum ergo in præsenti, *an tutores cum vidua transigere potuerint, & eo modo, quo inita est trãsactio, & à nobis plene confirmanda sit?* Quantum ex narratis supplicationis colligere possum, videntur tutores se super *auth. præterea. C. vnde vir & vxor.* fundasse: eo quod matrimonium contractum sit sine dote, & relicta vidua propter nuptias patre inuito contractas ab eodem exhæredato, & sic inops sit: quo casu superstiti vxori inopi ex dispositione *d. auth. præterea.* quarta pars hereditatis defuncti mariti, vel virilis pro numero liberorum debetur.

Animaduertendum † ergo an simus in termi- 2
nis *d. auth. præterea. Castr. in princip.* ponit tria requisita. 1. Quod matrimonium contractum sit sine dote. 2. Quod defunctus erat diues. 3. Quod superstes inopia laboret, ita vt non habeat, vnde viuat. Quæ omnia obtinent etiam in marito, qui sine donatione propter nuptias contraxit matrimonium, si vxor prædefuncta erat diues, & iste pauper. *text. §. cum vero, in fin. Auth. de requir. rev.* vnde desumpta est *d. auth. præterea.* Idem tenet gl. *d. auth. præterea, verb. dote. & ibi Alexand. numer. 6. in fin. & communiter Dd.* Quod ad 1. requisitum attinet, etsi nulla dos à patre data sit, de quo tamen nobis tanquam iudicibus nondum constat, attamen nunc defuncto parente à fratribus non solum dotem, sed etiam integram legitimam exigere & petere potest, vel per querelam inofficiosi, si testatus decesserit parens, & exhæredata sit, vel ab intestato petitione hæreditatis. Vtroque casu vel à fratribus excludi non potest. Cum quod maior † 25. annis nupserit, & sic exhæredari non potuerit. *§. si vero vsque. auth. vt cum de appell. Auth. et si post. C. de inoffic. testam.* tum quod non indigno viro, sed † clarissimo & in dignitate con- 3 4
stituto, adeoque locupleti nupserit. *Alexand. consil. 209. num. 3. cum seq. vol. 6. decis. Tolos. 129. cum pulchra apost. ibid.* Nam tali casu pater viuens compelli officio iudicis potuisset ad dotandam filiam, quanto magis † præsertim in casu intestati fratres 5
tenebuntur eam ad successionem bonorum paternorum admittere. *d. decis. 229. Dd. l. 1. ff. solut. matrim. in §. fuerat. Institut. de action. Curt. Sen. consil. 27. per tot.* Deest ergo primum requisitum, & per

consequens tertium. Nam si actionem habet ad consequendam integram legitimam, pro nomine regionis inops dici non potest.

Et posito primum & secundum requisitum adesse (de secundo non est dubium) tamen vltimum deficeret, scilicet prętensa & allegata inopia, eo quod patrem habuit, & prædiuitem. Nam ex doctrina Alex. & aliorum *in d. auth. præterea.* inopiam allegare non potest, qui † diuitem habet parentem, licet *Dec. ibid.* contrarium sentiat. *Alex. ad stipulatur* Raph. Cumanus *l. in suis. n. 8 ff. de liber. & posthum.* per rationem illius Legis quo filius viuēte patre quodammodo dominus † rerum paternarum sit, & alias rationes, vbi supra. 6 7

Quare concludo, deficientibus requisitis nos in terminis *d. auth. præterea*, non esse, & sic ex hoc capite confirmationi locum dare non posse.

An ergo ex dispositione *L. hac edictali. de secund. nupt.* confirmatio peti possit: Breuiter concludo, quod non. Nullum enim vel post matrimonium pactum de lucranda donatione propter nuptias factum est, imo ne donatio quidem ante nuptias, vel propter nuptias constituta. Igitur ex hoc fundamento nihil iuris in bonis defuncti mariti habere potest, nec existat in contrarium aliquod statutum, vel consuetudo loci. Incidens quæstio est, an vigore † allegatæ transactionis vel absq; ea vestes pretiosas, annulos, & aureas catenas, quarum fit mentio in dicta transactione, retinere possit, cum contraria voluntas defuncti mariti non appareat? Quod ad vestes quotidianas & vsu necessarias attinet, res caret scrupulo, quod in dubio † maritus vxori tales vestes donasse videatur *l. in rebus. §. post commod.* Secus tamen † est in vestibus pretiosis, & ornamentis vxoris, siue iocalibus, vt Dd loquuntur. *l. si vir ex lana. de don. int. vir. & vx. d. l. vtrum. & l. id vestimentum de pact. Bart. l. si & seruus vxoris, num. 2. sol. matr.* vbi dicit, se ita pluries consuluisse, & ibidem pulchra apostilla Rom. *consil. 148. per tot. Anchar. consil. 181.* vtrobiq; communem dicunt *Bar. d. §. seruus.* quod scilicet traditio talium † iocalium & preciosarum vestium non sapiat in dubio donationem: Secus, si de contrario constet, quo casu talis donatio morte mariti confirmatur, *vt per Bart. & Rom. loco alleg.* In prælenti ergo, si non appareat de donatione huiusmodi ornamenta † & vestes preciosæ non cedent lucro vxoris, sed soluto matrimonio morte viri hæredibus restituenda sunt, vt concludit Bart. vbi supra & Anchar. *d. consil. 181. in fin.* Ergo neq; ex hoc capite confirmari poterit transactio, & perspicuum eā magis in fauorem viduæ, quam pupillorū initam. Tutores † res pupillorum administrare debent vtiliter. Nam licet liberam administrationem rerum pupillarium habeant, & vicem dominorum gerant, attamen donare non possunt, quia donatio est extra administrationem. *l. 1. ff. de Tut. & rat. distrab. Dd. l. pactum curator. C. de pact. l. filius fam. de donat. & ibi Rom. in pr.* 8 9 10 11 12 13

Quod ad secundam petitionem tutorum attinet, interpositionem decreti super alienatione domus & horti post factum, quæritur consilium. Ante enim alienationem & traditionem earum rerum ista petitio † fieri debuisset. Quod quia factum non est, sequitur huiusmodi alienationem ipso iure nullam esse. *tot. tit. de reb. eorum qui sub tut.* Accedit, quod nulla hic adsit alienandi causa. Hæreditas nullo ære † alieno grauata est, ob quam potissimum causam alienatio permitti solet, *l. ob æs alienum. C. de præd. & al. reb. minor.* Licet etiam dotis † nomine alienatio permissa sit, & ob similem necessitatem, *vt not. gl. d. l. ob æs alienum, verb. alienum. gl. l. lex quæ. verb. in dotem C. de admin. tut.* Cum ergo in præsenti rerum immobiliū alienatio sine causa alienationis, nullaq; subsistente legitima causa facta sit, concludo petitionem tutorum simpliciter reijciendam. Saluo, &c. 14 15 16

## VOTVM XIX.

*In causa*

## Fürderer /

*Contra*

## Christoff Steffen.

*De transactionis confirmatione.*

### SVMMARIA.

1 *Contrahentes de iure petere possunt contractus suū confirmationem à iudice.*
2 *Idq; obtinet tam in contractibus iuris ciuilis, quam gentium. &* n. 4.
3 *Super iniurijs transigere licet.*
4 *Transactio nil aliud, quam remissio.*
5 *Iudex tenetur confirmare contractum validum.*
6 *Super adulterio non admittitur transactio.*
7 *Effectus confirmationis iudicialis.*
8 *Præsentia iudicis excludit dolum.*
9 *Emptio & venditio à Magistratu confirmata non admittit remedium* l. 2. Cod. de rescind. vendit.
10 *Impetrans confirmationem iudicialem sententiæ nō potest exceptionem nullitatis opponere.*
11 *Confirmatio ad vtriusque partis instantiam facienda.*

DE iure dubium nullum est, quin partes siue contrahentes † petere possint à iudice contractum ipsorum confirmari, iudicemque ad hoc teneri *per l. si quos sponte neos. C. de decur. lib. 10. & ibi Plat. num. 2. & Bart. ibid. numer. 2.* vbi tenet illum non solum obtinere † in contractibus iuris, *vt Innoc. c. de confirmatione. num. 2. de confirm. vtili vel inutili.* sentire videtur, verum 1 2

etiam

etiam in alijs contractibus ciuilibus. Nam inquit Bartolus: potest pars petere confirmari contractū in omnibus casibus, in quibus dubitatur, an quis
3 possit impugnare † contractum, allegat casum *d.l. si quos spontaneos. & l. Iulianus. §. si quis colludente. de act. empt. text. c. fin. de transact. Bart. d.l. si quos spontaneos.* Non obstat, quod adulterij † crimen obiectum sit & ideo transigi non potuisse, cum super adulterio non admittatur transactio. *l. transigere, vbi late Dd. de transact.* Quia adulterium non est probatum, & quia forte probari non possit, inter-
5 posita est transactio; imo iniurians † diffitetur se obiecisse crimen illud adulterij animo iniuriandi seu calore iracundiæ. Quoniam igitur per transf-
6 actionem ab actione destiterunt, non † super adulterio, sed iniurijs transactum est. Concludo dictam transactionem confirmari posse.

7 Magnus autem huius confirmationis † effectus est: operatur enim hęc cōfirmatio seu decreti impositio, vt neuter contra tertium possit dicere, se dolo aut metu aduersarij ad transigendum in-
8 ductum. Nam interuentu iudicis † dolus excluditur *l. fin. quod met. causa Bart. l. fin. §. à fratre. num. 57. de condict. indeb. Abbas c. bona, & i. num. 6. de elect.* Sic in contractu emptionis, si iudicis decreto contra-
9 ctus confirmatur, non potest emptor † vel venditor obiicere exceptionem *l. 2. C. de rescind. vend.* & qui sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, confirmari petit, hoc consequitur, vt post confir-
10 mationem exceptio † nullitatis opponi nequeat. *Mar. d.l. si quos spontaneos. num. 2. lib 10. Innoc. d.c. confirmationibus. de confirmat. vtili vel inutili.* Et extant multa in Camera præiudicia, in quibus huiusmodi confirmationes † ad vtriusque partis instantiam, vt hic, factæ sunt; secus esset, si altera pars tantum peteret confirmationem, quo casu nemini decretam citationem contra partem aduersam ad videndum fieri confirmationem contractus.

## VOTVM. XX.

*In causa*

## Etlicher Klöster vnd Stiffter zu N.

*Contra*

## N.N. & Consortes.

*Materia depositionis & denunciationis.*

SVMMARIA.

1 *Vnius rei nomine à pluribus & diuersis sæpe exigi & interpellari contra bonam fidem est.*
2 *Dispositio legitimo tempore & loco facta, ab omni vexatione ipso iure liberat.*
3 *Amissio instrumenti, probato per creditorem debito, non potest impedire solutionem, sed debitor per iudicem ad soluendum compelli potest, & sufficit eo casu, iuramento interposito instrumentum quietationis conscribere, &* nu. 4.
5 *Nomen inuito debitore vendi & cedi potest.*
6 *Syngraphum suum debitor de iure condicere, vel etiam vindicare potest.*
7 *Paria sunt*, nihil allegare, vel, allegatum non probare.
8 *Alienatio sine iuris solemnitate facta ipso iure non valet.*
9 *Sententia quæ.*

QVIA instrumentum venditi redit⁹ alienatum est, & à tertio quodam, nempe Iudæo possidetur, qui sibi redditum eo nomine persolui vult, hæredibus primis contradicentibus, emptorem & alienatorem impugnantibus, & instrumentum venditionis vindicantibus, ideo collegia iudicialiter deponunt sortem cum annua pensione, & vtrique parti denunciant depositionem, vt quisque ius suum iudicialiter deducat: & demum sors ipsa cum vsuris alterutri parti per sententiam adiudicatur, restituta actoribus obligatione & instrumento. Quod ad hanc depositionem & denunciationem attinet, dubium non est, quin in cautelam, prudenterque facta sit.

I. Ne † vnius rei nomine à pluribus & diuersis 1
sæpe exigantur & interpellentur contra bonam fidem *l. bona fides, de reg. iur.*

II. Quia per † depositionem legitimo tem 2
pore & loco factam, ab omni vexatione ipso iure liberati sunt. *l. obsignatione. vbi gloss. C. de solut. l. acceptum. Cod. de vsuris.* Cum † autem amissio instru- 3
menti, probato per creditorem debito, non debet impedire solutionem, sed debitor per iudicem ad soluendum compelli potest. *l. 1. vbi Bart. l. sicut statim. C. de fide instrum.* Cum sufficiat † eo 4
casu iuramento interposito iustrumentum quietationis cōscribere. *l. huiusmodi. § si ita, de leg. 1. Bald. in l. dissoluta. C. de condict. ex lege.* In præsenti tamen casu longe aliud est, vbi non amisso instrumento obligationis, sed alienato & penes alium existente debitor eiusdem rei nomine sæpius contra bonam fidem molestari possit. *d.l. bona fides.* Potest enim nomen † inuito debitore vendi & cedi. *l. 1. vbi* 5
*gloss. C. de nouat. l. nominis. C. de hæred. vel action. vendit. l. nomine eodem*, vt & donari & obligari. *l. 2. C. de donat. l. nondum, ff. quæ res pignor. dar. poss.* At ipsi scire non possunt, an licite alienationis instrumentum factum, an vero à domino Iudæis venditum. Securiorem igitur viam ingressi depositione & denunciatione, omni molestia & vexatione se liberarunt, & in aduersarios onus probationis super alienatione facta reiecerūt. Quod autem ante numerationem pecuniæ velint Haupt Verschreibung restitui, illud quoq; considerate factum est.

Nam

Nam eo nomine depositio facta est. Et alias de
6 iure debitor Syngraphum † suum condicere potest. *l. 1. Cod. de solut. l. dissoluta. C. de condit. ex leg. l. fin. C. ad exhib.* & alterius liberationis instrumentum petere, vt eo facilior sit liberationis probatio, *argum. l. si pupillo, vbi Bart. de nouat. l. plures apochis. C. de fide instrum.*

Quoniam vero collegia permittunt, vt alterutri parti pecunia annumeretur: Videndum quoque de iure citatorum, & potioribus probationibus eorundem. Et primo quoad N. N. & consortes, puto ipsos habere actionem & ius probatum. Nam extra controuersiam est, N. N. primum huius reditus emptorem fuisse; N. vero cum duabus sororibus filias & hæredes reliquisse, quibus etiam & eorum maritis post obitum parentis semper à collegijs vsque ad annum 57. solutio facta, vt ipsemet fatentur. Quia igitur parens emptor, & hoc probatum sit, merito filiæ Iudæis præferendæ sunt. Quod ad Iudæos attinet, nihil video allegatum, quod possit intentionem N. elidere. Nihil enim releuat, quod vnus Iudæorum dicit, Es habe Weyland M. M. nachgelassen Erben / &c. Hoc enim comprobauit, quod hæres N. literas obligationis vendiderit. Neque se probaturum obtulit, sed simpliciter id allegando sine oblatione, si quid facti, concludit. Et proinde in effectu nihil pro sua intentione fundanda deduxit. Nam
7 paria † sunt, *nihil allegare, vel allegatum non probare. c. dudum. §. 1. extra de decim. Spec. tit. de interrog. act. §. 1. num. 3.*

Dato etiam, quod eius probationem obtulisset, nihil releuaret, cum præsumptionem iuris contra se habeant, eo quod ex Vrkundt constet contrarium, nempe literas obligationis non ab ipsis hæredibus N. N. alienatas, quæ quidem alie-
8 natio, cum † sine iuris solemnitate facta sit, ipso iure non valet, *titul. de rebus eorum, qui sub cur. sunt.* Præterea cum dicitur se ab hærede N. habere obligationem, cur eam non nominat? Certum est enim dictum N. tres tantum filias hæredes reliquisse, & N. N. eorum fuisse tutorem, non autem hæredem.

Accedit, quod contra vsurarium per coniecturas etiam sufficienter probetur. *Ang. an l. sed etsi quis § fin. si quis caut.*

Quia igitur per Iudæum nihil probatum est ad elidendum ius filiorum, concludo pecuniam depositam hæredibus N. N. sub sufficienti cautione indemnitatis, & relicta quittatione adnumerandum esse. *l. is à quo de rei vindicat.* saluo tamen ipsi Iudæo iure suo contra hæredes, si quod habere prætendit.

9 Sententia: † In der Denunciation Sachen / &c ist allem Fürbringen nach zu Recht erkandt / daß gedachter M. M. vnd Consorten in actis benandt / die 500. Gülten von den Stifften vnd Klöstern zu M. Gerichtlich hinderlegt / fürgewendter Eynrede vnverhindert / auff gebührliche Caution vnd Quittung gefolgt sollen werden / doch gedachtem Juden sonst in andere gebührliche Wege sein Anforderung / so er eyniges Wegs zu haben vermeint / hiemit vnbenommen / sondern vorbehalten / Expensis compensatis.

## VOTVM XXI.

*In causa*

## N. N.

*Contra*

## N. N. & Consortes.

*Materia de prohibitione alienationis, eiusq; effectu.*

SVMMARIA.

1 *Ad alienationem contra testatoris prohibitionem à matre factam reuocandam, quæ actio competat.*
2 *Res restitutioni subiecta, si alienatur, per legatarium vel fideicommissarium vindicari potest.*
3 *Prohibitio expressa si fiat cum causa, veluti contemplatione familiæ vel certæ personæ, inducit fideicommissum contra* n. 6.
4 *Hærede grauato, domum alienari à testatore prohibitam alienante, proximior de familia censetur ad fideicommissum vocatus.*
5 *Verba enunciatiua important fideicommissum.*
6 *Prohibitio testatoris expressa, ne alienetur res legata, reddit alienationem ipso iure nullam.* n. 7. *etiamsi prætextu ignorãtiæ alienatio facta dicatur,* n. 12. *& dominij impedit translationem.*
8 *Dominium in vltimis voluntatibus sine traditione recta via transfertur à tempore aditæ hæreditatis.*
9 *Prohibitio alienationis in vltima voluntate facta, impedit dominij translationem.*
10 *Prohibitione testatoris, ne alienetur, facta, is, in cuius fauorem facta est, potest propria auctoritate rem apprehendere.*
11 *Alienatio facta purificato fideicommisso, resoluitur & fingitur retro nulla esse: Secus conditione fideicommissi pendente.*
13 *Refutatio domino facta sine consensu agnatorum valet, quamdiu viuit ipse, qui refutauit.*
14 *Refutatoris iure soluto, resoluitur quoque ius acceptatoris.*
15 *Alienatio pendente conditione contra prohibitionem expressam testatoris facta non valet.*
16 *Res restitutioni subiecta habet naturam vsufructus & vsufructuarius vsusfructus dominus est.*
17 *Prohibitus alienare, sicut non potest immediate alienare, ita neq; actum aliquem facere, per quem valeret alienatio.*
18 *Alienatio contra prohibitionem testatoris facta est ipso iure nulla,* n. 13.
19 *Sententia qua.*

NVLLITATES, de quibus in grauaminibus fit mentio, tum propter ordinem, quia merita cauſæ non concernunt, tum loci conſuetudinem nō attendo. Vi-
1 dendum igitur de iniquitate. Actum † puto rei vindicatione ex cauſa teſtamenti ad reuocandam alienationem à matre actricis factam. Res enim
2 † reſtitutioni ſubiecta, ſi alienatur per legatarium vel fideicommiſſarium, vindicari poteſt. *l. fin. § ſin autem auaritiæ. C. commun. de leg. vbi gloſſ. Bart. in l. peto. § fratre. in princ. de legat. 2. Dec. conſil. 357. vol. 3.* Et hanc actionem ipſamet actrix exprimit, nempe in exceptionibus contra perſonas & dicta teſtium. Fuiſſe autem matrem fideicommiſſo grauatam dubium non eſt, idque potiſſimum propter expreſſam teſtantis prohibitionem de non
3 alienando. Quæ quidem expreſſa † prohibitio, ſi fiat cum cauſa, (veluti contemplatione familiæ, vel certæ perſonæ, vt hoc caſu) proculdubio inducit fideicommiſſum. *l. pater filium §. filiam. de leg. 3. vbi Bar. d. l. peto. § fratre de leg.* Secundo, ſi hæ-
4 res † grauatus domum alienat, proximior de familia cenſetur ad fideicommiſſum vocatus. *l. cum ita. § in fideicommiſſo. d. tit. Dec. conſil. 357. volum. 3. &*
5 *conſil. 25.* vbi dicit, quod etiã † verba enunciatiua important fideicommiſſum. *per l. fideicommiſſa*
6 *§. hæc verba rogo te. de leg. 3.* Secus † eſſet, ſi prohibitio teſtatoris ſine certa cauſa, nec reſpectu certæ perſonæ fieret, quo caſu non inducit fideicommiſſum, & conſequenter alienationem & dominij tranſlationem non impedit. *l. filiæfam. § Diui. vbi laſ. 2. lect. de leg. 1. Dec. conſil 218. vol. 2.* Concludo ergo, actum rei vendicatione, non autem actione ex teſtamento, quæ eſt perſonalis. Fideicommiſſum probatum puto ex ſolo teſtamento ſolemniter confecto (tametſi inter liberos) & in vtroque foro cuilibet Eccleſiaſtico confirmato, vt ex actis primæ inſtantiæ, & depoſitionibus 9. 10. & 12. Item recognitione ſigillorum abundanter videre eſt. Nam in ea de manifeſta teſtatoris voluntate alienationem legati reditus in fauorem actricis prohibentis, conſtat. Quæ quidem ex-
7 preſſa teſtatoris † prohibitio adeo eſt efficax, vt reddat alienationem ipſo iure nullam, & dominij impediat tranſlationem. *gloſſ. in l. cum pater. §. tibertus. de leg. 2. d. l. fin. §. ſin autem auaritiæ. Schurff. conſil. 49. cent. 2. Dec. conſil. 236. vol. 2.* Quemadmo-
8 dum enim in vltimis † voluntatibus dominium ſine traditione recta via transfertur à tempore aditæ hæreditatis. *l. à Titio. in fin. de furt. l. cum hæres,*
9 *de acquir. poſſ.* Simili modo † per prohibitionem alienationis in vltima voluntate factam impedi-
10 tur dominij tranſlatio. *laſ. in d. §. diui* In † contractibus ſecus eſt. Nam prohibitio alienationis nō impedit dominij tranſlationem, ſed conueniens incidit in pœnam conuentam, vel tenetur ad intereſſe. Ratio, quia promittendo non alienare, factum promittit: modo ſi contra faciat, ſuccedit obligatio ad intereſſe, *per l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. vbi Zaſ. ita laſ. in d. l. filius ſæmil. §. diui. n. 104. 115. in 2. lect.* quem vide. Quinimo in prohibitione teſtatoris is, in cuius fauorem huiuſmodi prohibitio † facta eſt, poteſt propria 11
auctoritate rem apprehendere. *gloſſ. in §. de cætero. Auth. vt cum Elect. reorum. laſ. in d. §. diui.* Et † tantæ 12
eſt efficaciæ expreſſa teſtatoris prohibitio, vt etiam non valeat alienatio prætextu ignorantiæ facta. *laſ. in d. § diui.* tametſi gloſ. *in d. Auth.* dicat contrarium, quam ego tamen in tacita prohibitione intelligo.

Quanto magis non valebit alienatio, ſi ſciuit emptor teſtatoris prohibitionem, etiam hoc caſu, vbi emptor fuit admonitus, & copiam teſtamenti habuit.

Concludo ergo ius actricis probatum, & alienationem ipſo iure eſſe nullam. Adde Guid. *deciſ. 611.* Rei fatentur alienationem, ſed allegant N. vom N. eorum patrem, & ſocerum litigioſum reditum emiſſe à matre actricis, quæ ius vendendi habuit ex conſuetudine eius loci. Sed non obſtat hæc exceptio, etſi probata eſſet ſolutio, vt non eſt. Et dato ſolutionem probatam eſſe, tamen alienatio ipſo iure non valeret, per ſupra adducta. Similiter non obſtat, quod de poſſeſſione diutina, & perceptione fructuum, item iudiciali taxatione excipitur. Nam quod ad poſſeſſionem attinet, iuris eſt, quod † pendente conditione fi- 13
deicommiſſi bona quidem alienare poſſint. Cæterum purificato fideicommiſſo alienatio facta reſoluitur, & fingitur retro nullam eſſe factam. *d. l. fin. §. ſin autem auaritiæ. Dec. conſil. 386. 316. impr. vol. 3. conſil. 236. vol. 2.* Quia nemo plus iuris, &c, Quemadmodum † in ſimili refutatio feudi do- 14
mino facta, ſine conſenſu agnatorum valet, quãdiu viuit ipſe, qui refutauit ſed ſoluto iure refutatoris, reſoluitur † quoque ius acceptatoris Bal. 15
*in c. 1. de alienat. feud. pat. affl. ct. in c. 1. § hoc quoque. Iſern. de ſucceſſ. feud.* Dixi in voto Haller contra B. Ex quorundam etiam ſententia alienatio pendente † conditione contra prohibitionem ex- 16
preſſam teſtatoris facta non valet, *Guid. deciſ. 611.* Sed communis opinio eſt in contrarium. Quia res reſtitutioni ſubiecta habet naturam † vſu- 17
fructus, & fructuarius vſusfructus dominus eſt, vnde etiam competit rei vindicatio. *Bald. ad tit. C. de vſufruct. Soc. conſil. 1. vol. 4.* Nihil quoque præiudicat actrici iudicialis traditio. Quia prohibitus † alienare, ſicut non poteſt immediate aliena 18
re, ita neque actum aliquem facere, per quem valeret alienatio. *gloſſ. in l. item quia. de pact. & in l. codicillis. §. matre. vbi Bart. de leg. 2.* Concludo, actionem eliſam non eſſe. Pronunciandum itaque bene iudicatum, male appellatum cum refuſione expenſarum. Et quia fructuum in toto proceſſu vel mentio, vel petitio facta eſt, ideo eos quoque ſilentio prętereo, præſertim nobis cum non conſtet, vtrum fructus & litigioſi reditus ſint quoque ſequeſtrati.

Sententia: † In Sachen / ꝛc iſt allem Fürbrin- 19
gen

gen nach zu Recht erkandt / daß durch Richter voriger Instantz wol geurtheilt/ vbel aber darvon appellirt/ vnd daß gedachter Appellant jhr der Appellatin die Gerichtskoſtē allenthalben auffgelauffen ſampt Schaden vnd Intereſſe/von Zeit erſter angefangener Rechtfertigung / auß rechtlicher Ermäſſigung zu entrichten vnd zu bezahlen ſchuldig ſey.

## VOTVM XXII.

*In cauſa*

## Supplicationis pro citatione per edictum ad videndum fieri ceſſionem bonorum,

## Marquardts vnd Johan Roſenbergs.

*Contra*

*Omnes & ſingulos eorum Creditores.*

SVMMARIA.

1 *Continentia cauſæ ne diuidatur, iudex omnium ſuperior adeundus eſt.*
2 *Debitori cuilibet permiſſum eſt cedere bonis, maxime in contractibus ciuilibus & obligationibus dandi.*
3 *Ceſſionis bonorum beneficio nemo renunciare poteſt.*
4 *Ceſſionis bonorum renunciationem à debitore vt exigat creditor, eſt contra bonos mores & contra hominis libertatem.*
5 *Ceſſionis bonorum renunciatio non valet, etiamſi cum iuramento fiat.*
6 *Ceſſio bonorum duos habet effectus, primus, ne incarceretur: ſecundus, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, ne teneatur vltra, quam facere poſſit.*
7 *Ceſſio bonorum legitime fieri dicitur, quando debitor agnoſcit & fatetur debitum ſuum, omniaq; bona ſua indicat.*
8 *Ceſſionis beneficio eſt indignus is, qui occultaſſe aliquid conuinci poteſt.*
9 *Ceſſio inuitis creditoribus fieri poteſt, ſi debitores narrent & fateantur debitum ſuum.*
10 *Iuriſdictio Cameralium fundatur ex narratis, non ex probatis.*
11 *Ceſſio locum non habet, ſi fiat in fraudem creditorum.*
12 *Profeſſio voluntatis ſola ſufficit in omni confeſſione. & n.18.*
13 *Condemnatus etiam poſt ſententiam ad beneficium ceſſionis admittitur.*
14 *Ceſſio locum non habet, ſi debitor ante ceſſionem inducias quinquennales habuit.*
15 *Citatio non poteſt peruenire ad eos, qui viuunt extra Imperium, nec ſi perueniat, eoſdem arctare.*
16 *Diſtributio bonorum inter creditores fieri debet officio iudicis, ſaluo iure prælationis.*
17 *Citatio, quoties ſit ad notificandum tantum aliquid, poteſt fieri extra territorium.*
*Idem ſi citatio fiat per edictum.*
*Citatio in quibus caſibus fieri poſſit extra territorium, ibidem remiſſiue.*
19 *Ceſſio bonorum coram ordinario iudice fieri debet.*

HANC ſupplicationem in pleno ſenatu retuli. Quod ad iuriſdictionem attinet, eam fundat ſupplicans propter continentiam cauſæ, ne ſcilicet cauſæ continentia † 1
diuidatur, quo caſu omnium ſuperior adeundus eſt. *l. nulli. & ibi Bart. Bald. Iaſ. C. de iud. & tot. tit. ff. quib. ex cauſis ad eund. iud. eatur.* Dicitur autem continentia ex tribus modis, *vt not. Bald. & Iaſ. d. l. nulli.* In præſenti vero cauſæ continentia conſideratur ratione pluralitatis perſonarum, quo caſu obtinet *d. tit. quib. reb. ad eund. iud. &c.* Conſiderata illa continentia putarem nos in iuriſdictione fundatos eſſe. Fundata à iuriſdictione non video, quo pacto de iure communi proceſſus denegare ſupplicantibus poſſimus. Certum enim eſt cuilibet debitori † permiſſum eſſe cedere bo- 2
nis. *tot. tit. ff. & C. qui bon. ced. poſſ §. fin. inſtit. de act.* maxime in contractibus ciuilibus & obligationibus dandi. *Alber. ad rub. d. tit. num. 1. Anchar. c. peccatum. de reg. iur. in 6.* Secus in delictis, quo caſu ſi non poteſt ſoluere, in ære, luat in corpore. *Anchar. vbi ſupra Zaſ. d. §. fin. vbi communiter Dd.* Aliud quoq; eſt in obligationibus faciendi ſecundum diſtinctionem Alber. vbi ſupra. Et adeo permiſſum eſt cuilibet cedere bonis, vt huic † beneficio 3
ceſſionis nemo renunciare poſſit, eo quod talis renunciatio ſit contra hominis libertatem & ſic contra bonos mores, quia deducitur homo ad ſpeciem ſeruitutis, ſcilicet ad carcerem. Eſt igitur contra bonos mores † ex parte creditoris eam 4
exigentis. *Ang. d. §. fin. num. 11. Alber. vbi ſupra num. 11.* vbi dicit eã communiter approbatam ſententiã, & ſe obtinuiſſe pluries de facto. *Rota deciſ. 272. tit. de Arb. in antiquis. Guid. deciſ. 21. per tot.* Et hoc communiter tenetur, quoad primum effectum citationis, ſcilicet liberationem carceris. Nam non valet † renunciatio cum iuramento quidem. *Rota* 5
*d. deciſ. 272. Angel. vbi ſupra.* Habet † enim ceſſio 6
duos potiſſimum effectus. 1 Ne poſſit debitor incarcerari. *d. l. 1. C. qui bon. ced poſſ. 2.* Si ad pinguiorem fortunam peruenerit, quod non teneatur vltra, quam facere poteſt. *tex. l. is qui bonis. C. de ceſſ. bono.* Huic effectui poteſt renunciari *Ang. d. l. 1. §. fin. Guid. d. deciſ. 211.* Sed priori non poterit. *Anchar. vbi ſupra.* Cum igitur ceſſio ſit beneficium, licet flebile, vt inquit tex. *l. pen. l. miſerabilis. l. fin. C. d. tit.* Certe nemini deneganda eſt, ſi modo legitime, a
& non in fraudem creditorum fiat. Legitime † 7
autem fieri dicitur, quando debitor agnoſcit & fatetur debitum ſuum. *l. pen. C. qui bon. poſſ.* omniaque bona ſua indicat. *gl. d. l. 1. verb. libert. C. eod. Ang.*

8 *d.§.fin.nu.8.* Nam si aliquid † occultasse conuinci potest, fecit se indignum hoc beneficio. *gloss Ang vbi supra,*

Sed hæc nondum ad nostram cognitionem, sed merita causæ pertinent. Petitur tamen citatio ad videndum legitimo modo fieri cessionem, narrant & fatentur debitum, quo casu inuitis creditoribus † cessio fieri potest. *Bald.d.l.1. Codic. qui bon.ced.poss. Afflict.decis.329.num.2.* Narrant, se nihil occultasse aut occultare velle, allegant infidelitatem seruorum & rusticorum, quo dolum excludunt. Videndum igitur, an narrata talia sint, quod ex iure communi processus decernere possim°, quia † iurisdictio nostra fundatur ex narratis, non ex probatis. *l. cum quædam puella. ff. de iurisd.omn.iud. Bald.consil 167.num.4.volum.3.* An iuste vel iniuste narratum sit, hoc decretis & reproductis processibus in causæ cognitionem veniet. Ipsimet creditores, quibus exceptiones saluæ sunt, hoc disputabunt & allegabunt. Quapropter non est necesse hic recensere casus, in quib. cessio non habet locum, illud tamen ex constitutione Caroli V. anno 46. publicata sub titulo von verdorbenen Kauffleuthen/notum est, cessionem locum † non habere, quando in fraudem creditorum fiat. Quoniam igitur supplicantes narrant, daß sie durch Nambhaffte/ꝛc in Schulden gerathen/ fatentur debitum, offerunt cessionem secundum dispositionem iuris communis, sane ipsis beneficium hoc, cui etiam renunciare cum iuramento non potuissent, denegare non possumus, (standum narratis, donec contrarium probetur) nec præiudicare creditoribus cessionem impedire volentibus, quia, vt paulo ante dixi, habent suas exceptiones semper saluas. Nos narrata supplicationis nunc tantum considerare & attendere debemus, quæ meo iudicio optime cum omnibus necessarijs requisitis conceptæ sunt.

Et licet in omni confessione sola † voluntatis professio sufficiat. *text.l.in omni. C. qui bon. ced. poss.* possitque fieri extra iudicium per nuncium vel epistolam. *l.fin.§.1.eod.* tamen etiam in iudicio fieri potest.

Recte igitur implorant officium iudicis pro citatione ad videndum legitimo modo fieri cessionem. Admittitur † post sententiam condemnatus ad beneficium cessionis. *Dd communiter. d.l.1. Afflict.d decis.392. numer.4.* vbi dicit, sacrum consilium illam opinionem recepisse, cur non esset admittendus ante sententiam, iudicio nondum inchoato in præparatorijs, si debitum fateatur, & sic sit liquidum per agnitionē & confessionem propriam. Scio cessionem † locum nō habere, si debitor ante inducias quinquennales habuit, *gloss sing. communiter approbata l fin C. qui bon. ced poss. Afflict.decis.378.num.2* Sed de eo mihi nunc non constat, vt iudici, hæc ad merita pertinent, & à creditoribus intentata non relinquentur. Illud tamen ad extremum me nonnihil mouet, quod iurisdictio nostra non extendat se extra fines Imperij, atque supplicantes etiam proculdubio extra Imperium viuant, vt Antuerpiæ, in Italia & alijs locis, ad quos † citatio nostra non potest peruenire, aut si perueniat eosdem arctare. *l.fin.C.de iurisd.omn.iud.*

Cessio autē est beneficium quoddam indiuiduum, non potest quis partim cedere, partim non. Non omnia bona indicare, *gloss.d.l.1.C.eod.* Et inter omnes creditores eorum distributio † saluo iure prælationis officio iudicis fieri debet. *d.l.fin.C.eod. & ibi gloss.* Puto tamen prædictam rationem dubitandi non obstare, quia nudum ministerium executionis potest etiam extra territorium fieri non à iurisdictione. *Bald.l. omnes. §. verum.l.si apparitor.num.2.C.de Episcop. & Cleric. Socin.c.delicti filij.num.24.de foro compet.* Præterea † quoties fit Citatio tantum ad notificandum aliquid, tunc potest ea fieri extra territorium. Idem iuris est, quando quis citatur per edictum, *vt not. sing. Apost. Bart.l.1.§.2.de requir.reis.* ibi quinque casus notantur, in quibus possit citatio fieri extra territorium.

Sedes ordinaria. *d. l. omnes.§ verum si apparitor. vbi Bartol. & communiter Dd.* Iam in præsenti petitur citatio per edictum, & ad eum tantum effectum, vt creditores scientiam habeant cessionis, siue postea compareant, siue nō, nihil refert, sufficit eos scire, quod supplicantes cedere velint, cum alias etiam extra iudicium † sola voluntatis professio sufficiat. *d. l.in omni. Cod. qui bon.ced. &c.* Accedit, quod maior pars creditorum in Imperio habitet.

Quapropter vt initio dixi, puto nostram iurisdictionem fundatam, narrata supplicationis in iure releuantissima, & per consequens processus decernendos esse. Contrarium maioribus votis fuit conclusum propter defectum iutisdictionis. Nam cessio coram † ordinario iudice fieri debet. Item quælibet regio habet singularia statuta in cessione bonorum, in quibusdam locis est criminalis, vnde huc non potest deuolui. Iē esset res pessimi exempli. Et si vni decernerentur processus, mox omnes essent subsecuturi, & creditores longis processibus hic in Camera vexarentur. Narrata notorie esse falsa, haben einen grossen Pracht getrieben / seynt ein solche Sach herkommen/cessionem fieri in fraudem creditorum. Vnus dominorum voluit decernere citationem von der Herberg biß an den Galgen. Sed meo iudicio ista omnia causæ cognitionem requirunt. Decretum in pleno 4. Decembris abgeschlagen.

VOTVM

# VOTVM XXIII.

*In causa*

## Reuisionis Illustrissimi cuiusdam M. B.

*Contra*

## N.

## Frayschliche Obrigkeit belangendt.

SVMMARIA.

1 *Proprietatis causa à causa possessionis in litigiosa iurisdictionis negotio non potest separari.*
2 *Dominij siue tituli antiquioris probatio facit præsumi antiquiorem possessionem.*
3 *Possidere quilibet præsumitur ex titulo præambulo.*
4 *Possessionis causam sibi mutare vel variare non potest, qui semel possidet aliquo titulo.*
5 *Possessionis initium siue eius origo ac prima causa semper inspici debet.*
6 *Effectus rerum regulantur ex causis originalibus.*
7 *Titulum cum antiquiore possessione qui habet, obtinere debet & præferri habenti iuniorem possessionem etiam titulatam.*
8 *Possessionem antiquiorem sine titulo si quis probet, & alter iuniorẽ cum titulo adepto post possessionem adhuc obtinere debet, qui antiquiorem possessionem probat.*
9 *Possessionem alterius prodest iustificari per titulum, si æqualis sit temporis probatio.*
10 *Possessio prior ad illum, qui habet titulum, peruenisse præsumitur.*
11 *Possessionem probans cum titulo, data paritate probationum, præfertur non habenti titulum.*
12 *Possessio titulata fortior non titulata.*
13 *Titulum qui habet, potiora iura dicitur habere.*
14 *Ad possessorium coadiuuandum admittuntur articuli super titulo seu proprietate, cum ei hoc iudicio non sint impertinentes.*
15 *Titulum & possessionem antiquiorem qui probat, obtinere debet.*
16 *Domin' terræ qui habet iurisdictionalia, ex eo, quod dominus est, fundat intentionem suam de iure communi.*
17 *Iurisdictionis possessorium quodammodo mixtum dicitur.*
18 *Titulus necessarius est in præscriptione iurium incorporalium, quæ concernunt personas.*
19 *Super iurisdictione titulum vel concessionem habens à principe vel alio, qui concedendi ius habet, exercendo illam in vno actu, vel contra vnum siue duos, retinet iurisdictionem in omnibus, vel quod omnes alios in eadem specie iurisdictionis. Secus vbi eiusmodi titulus desideratur.* num. 21.
20 *Causa magis consideranda quam exercitium ipsius actus.*
22 *Iurisdictio quando ab alio possidetur vniuersaliter, tunc exercitium in vno articulo vel loco non extenditur ad totam iurisdictionem.*
23 *Tituli instrumento non probatur possessio. Fallit in antiquis, & quando constat probantem semel possedisse.* n. 24.
25 *Indulgentiæ & concessiones, quæ in præiudicium alterius possunt tendere, intelligi debent saluo iure partis aduersæ, etiamsi fierẽt per principem motu proprio.*
26 *Originis vitiũ ea quoq; inficit, quæ inde sequuntur.*
27 *Radix vitiosa, iniqua & morbida nullo vnquam tempore sanari potest, mala nimirum fide reclamante.*
28 *Causa limitata limitatum parit effectum.*
29 *Status qui fuit ab initio, semper præsumitur adesse, nisi contrarium probetur.*
30 *Actus secretus præsumitur secundum causam suam præcedentem factus, sicut & actus sequentes cum eorum qualitatibus ad proximos, ex quibus fluunt.*
31 *Causa prima intuenda.*
32 *à Titulo primordio posterior formatur euentus.*
33 *In actibus indifferentibus, qui iure singulari & priuilegiato, vel iure ordinario & proprio fieri possunt, potius actus priuilegiatus & singularis, quã iuris proprij præsumitur.*
34 *Deceptis, non decipientibus iura opitulantur.*
35 *Interpretatio, per quam altera pars remaneret decepta & in damno, admitti non debet.*
36 *Possessionis causam non aliter quis sibi mutare potest, nisi animo constituerit, se velle ex noua causa possidere, & de illo animo & intentione constet.*
37 *Possessorij actus considerãdi & æstimandi sunt iuxta animum & intentionem possidentis.*
38 *Possessio non acquiritur sine animo.*
39 *In præscribente seruitutem semper præsumitur mala fides, quia habet contra se præsumptionem iuris communis.*
40 *Mala fides vnde probetur.*
41 *Mala fides semper videtur continuari in eo, qui idẽ est numero.*
42 *Burggrauiatus quid, & quid ab antiquo fuerint Burggrauij.*
43 *Burggrauiatus an sit principatus.*
44 *Germaniæ consuetudine notoria nullus reperitur princeps seu dominus, qui à loco aliquo denominationem recipiat, quem non possideat, vel olim possederit.*
45 *Denominatio semper fieri debet à potiori seu digniori.*
46 *Burggrauius S. eandem omnino iurisdictionem exercet, quam ipse imperator, estq; vnum vtriusque tribunal.*
47 *Iurisdictio Imperialis nullis territorij limitibus*

*astricta est, sed vniuersaliter se habet.*

48 *Iurisdictionis vniuersalis possessio extenditur de vno actu ad alios, quatenus non docetur de contraria quasi possessione.*

49 *Præsumitur generaliter, quod olim fuit, idem & hodie esse.*

50 *Dominus semel qui fuit, etiam de præsenti est dominus.*

51 *Dominium nostrum sine facto nostro non amittitur.*

52 *Determinatio plura determinans, plura determinat.*

53 *Verbum,* Gericht/*etiam in dubio accipitur in potẽtiori significatu, & omnimodam iurisdictionem & Imperium quoq; complectitur.*

54 *Gabellas sine auctoritate summi principis vel præscriptione temporis immemorialis ne in proprio quidem territorio instituere licet.*

55 *Imperator alieni territorij dominis sine iusta causa præiudicare velle non censetur.*

56 *Territorium an ex gabella probetur, remissiue.*

57 *Protectio singularis & priuilegiata ex causa accidentaria peculiariter acquisitorum colonorum censualium non præiudicat ordinario territorij domino.*

58 *Venationem Domini terrarum in suis territorijs prohibere solent, non in alienis.*

59 *Venationis prohibitioni subditi difficulter acquiescere præsumuntur.*

60 *Verbum,* Herrligkeit/*synonymũ cum verbo,* Halßgericht.

61 *Qualitas rei dignoscitur ex nomine.*

62 *Qui nihil excipit, nihil reseruat.*

63 *Exceptio vnius vel plurium est inclusio aliorum nõ exceptorum.*

64 *Titulus verus non nisi vnicus esse potest.*

65 *Actus prohibitorius in parte cõseruat ius integrale in vniuerso districtu.*

66 *Territoriũ respectu iurisdictionis præsumitur esse vnius nominis.*

67 *Iurisdictio, vt seruitutes aliaq; iura incorporalia, indiuidua est.*

68 *Castrũ concessum per principem, videtur concessum cum omnibus iuribus & iurisdictione.*

69 *Territorium an cum castro veniat remissiue.*

70 Rotenburg *olim Burggrauiatus fuit, & tandem etiam Ducatus celebris.*

71 Landvogtey *non certum territorium, sed extraordinariam aliquã specialiter à Cæsare concessam potestatem ordinariam statuum iurisdictionem nullo modo infringentem designat.*

72 *Reipublicæ interest, ne quis re sua male vtatur.*

73 *Per iurisdictionem concessam iudici speciali non intelligitur sublata in illo casu iurisdictio iudici generali.*

74 *Iurisdictio iudicis ordinarij in causis priuilegiatis nunquam videtur sublata per dationem particularis iudicis in certo genere causarum & personarum.*

75 *Iurisdictio specialis alicui concessa in dubio censetur attribui cumulatiue, non priuatiue.*

76 Landtgericht/Geleid/Wiltpan/vnnd andere Burggrafflthumbs Herrligkeit *indiuidua iura territorij sunt.*

77 *Iuri deß* Geleitens *inest non tantum securitas & defensio stratarum publica, verum etiam punitio facinorosorum, sine qua illa consistere non potest.*

78 *Idem ius est meri Imperij, quo malis hominib. purgare prouinciam præses iubetur.*

79 *Possidere duobus titulis iustis diuerso tempore concurrentibus possibile non est.*

80 *Præscriptio ex possessione dicitur causari, & quidem quieta & pacifica, nec interrupta.*

81 *Præscriptio etiam tanti temporis, cuius initij memoria in contrariũ non exstat, non iuuat, quando producitur titulus vitiosus & inualidus.*

82 *Tituli defectus non modo præscriptioni officit, sed etiam malam inducit fidem, vbi dominus territorij est in vniuersali iure, & possessione notoria meri Imperij.*

83 *Possidendi initium tunc demum nasci videtur, cum superior scire & pati cœpit, vel cum aduersarius titulum nactus fuerit.*

84 *In quasi possessorio siue titulo, vt quis constituatur, nõ sufficeret vnius actus etiam sciente superiore, sed consensus & patientia eiusdem per plures actus siue vices requiritur.*

85 *De iurisdictione retinenda & excludenda præscriptione vbi agitur, sufficit constare, quod aliquid pertinens ad iurisdictionem exercuit, dummodo sciuerit iurisdictionem in totum sibi competere.*

86 *Iurisdictionem si quis habet in certo territorio, vbi sunt plura castra, & in vno solo vsus fuerit iurisdictione, retinebitur possessio in omnibus castris eiusdem territorij.*

87 *Documenta publica in alieno territorio non probant.*

88 *Iurisdictionis quasi possessio non probatur per actus aquiuocos.*

89 *Sententia reuisoria.*

PRÆSENS causa inter Marchionem actorem & Noricos Reos 18. Septembris Anno 83. per sententiam definitiuam in Camera decisa, & reuisioni iam subiecta Anno 26. die 23. Nouembris introducta fuit, iurisdictio fundata ex partium prorogatione per litis contestationẽ, & sæpissime iteratas Cameræ interlocutiones, quibus ad finem vsq; Cameralis instantiæ partes agendo vtrinq;, quod decebat, acquieuerunt. Vltimæ conclusiones Marchiæ *nu. 147* in decisione causæ plane non fuerunt attentæ, tanquam nil noui in facto deducentes, sed ijs tacite reiectis & denegatis postremis D. C. petitionibus, causa pro concluſa acceptata fuit. Quod ipsum cũ petitionib. quoq; Noricorum 10. Decemb. An. 79 & 12. de prem-

Septembris Anno 83. factis in effectus conuenit. Casus vel causæ status in controuersia hac ante litem in Camera cœptam multis retro annis tam iudicialiter, quam extraiudicialiter varie inter partes agitata, & diuersissimarum rerum ac iurium implicatione magis, quam in propriis suis terminis dubia & difficilis præuiæ inspectionis loco sic formari potest

Vtraque pars conqueritur se ab altera turbari in antiquiori sua possessione, der Freißlichen Obrigkeit in pagis & locis controuersis.

Et marchio quidem ad colorandos & iustificandos actus suos possessorios titulum allegat Burggrauiatum Noricum cum suis iuribus, honoribus & pertinentiis ab Impp. in feudum sibi & maioribus concessum & confirmatum iam inde ab anno 1273. non ius Reorum sub finem positionalium ex transactione Ludovvici palatini de anno 1453. & decretum fœderis Sueuici de anno 1507. demonstrare intendit, quod nimirum per transactionem illam & Decretum Norici, quantum ad hohe Freißliche Obrigkeit attinet, intra muros & pomœria vrbis suæ concluſi & redacti sint.

Norici contra ad colorandos & iustificandos suos quoque actus possessorios allegant iura Imperij in controuerso districtu per incorporationem Arcis Imperialis & inde dependentis præsidatus siue der Keyſ. Landtuogthey ad se translata.

Secundo, priuilegium Caroli IV. Imperatoris de tuēdis vtis regiis siue stratis publicis der Reichs Straſſen / & persequendis vbique facinorosis ipsis concessum Anno 1347.

Tertio venditionem Anno 1427. inter Burggrauios & ipsos initam. Ad ostendendum vero non ius Marchionis, ducunt Burggrauiatum in suo primordio sine origine nil aliud fuisse, dann ein Herren Hauß gegen der Keyſerlichen Burg vber ohne einige Obrigkeit / Gräntzen / Stöck oder Galgen / Et quo prætensæ præfecturæ, ad quas trahit Marchio pagos illos controuersos nullo modo pertineant ad Burggrauiatum, sed ex particularibus causis longo post tempore fuerint acquisitæ.

Transactionem Palatini & decretum fœderis ita interpretantur, vt nil inde Marchioni accessisse nec sibi quicquam decessisse asseuerent. Prætendunt insuper immemorialem quasi possessionem in articulo generali singulis pagis præmisso. Postea in additionalibus suis Anno 35. exhibitis, Norici alios pagos plures adducunt in eodem controuerso districtu sitos, in quibus non minus, quam in pagis à Marchione articulatis meri Imperij ius ab immemoriali tempore exercuerunt. Mox eodem anno Marchio in præiudicialibus & peremptorialibus suis variis Reorum titulis contrarietatem, siue incompatibilitatem obiicit tria potissimum vrgens. Primo, quod antehac nullum alium titulum der Freißlichen Obrigkeit / coram diuersis conuentibus Statuum fœderis Sueuici allegarint Rei, quam dictam venditionē de An 1427. Secundo, quod antehac Marchionibus de turbatione subinde conquerentibus, soliti sint opponere singulare suum priuilegium de persequendis facinorosis in aliorum dominorum territoriis. Tertio decretum fœderis, cui paruerunt Norici appellatione ab Imp. Maximiliano, tollentes eiusdem Imp. iussu die auffgerichten Stöck / Blockheußlein / Rührlein / vnnd die auffgeworffene Graben / Ex quo pro confessis & iudicatis eos vult haberi Marchio. Quæ præterea aliis pluribus additis articulis vtrinque deduxerunt partes in hoc cardine versantur, quod Marchio perpetuo & vniformiter in veteri principatu Burggrauiatus Anno 1363. à Carolo IV. consensu Electorum denuo solenniter constituto atque firmato eiusque iuribus, Lehen / Landgericht / Gleyd außwendig der Statt / Wildpan / vnd andere Burggrafftthumbs Herrligkeiten / in venditione castri & syluarum expresse reseruatis, & transactione Palatinorum Frederici Lodouici nec non Harensii, eandemq; decreto fœderis subinde confirmatis & defensis se fundat Norici vero Burggrauiatum illum extenuantes iuribus Impp. plene & omnimodo ad se translatis, & si quid istorum Burggrauij forte habuissent per venditionem acquisitis, immemorialique tempore possessionis nituntur. qualia autem hæc fundamenta vtrinque allegata infra suo loco explicandum erit. Nunc de actione videndum.

Ex actis patet plurima tam in petitorio, quam in possessorio ventilata. Imo omne ius ex parte Actoris, præsertim in ius deductum, ad possessorium tamen præcipue se astrinxerunt partes, multis hinc inde factis declarationibus, tam ante, quā post probatoria, Actori quidem in conclusione *n. 31.* In der Probation Schrifft *n. 117.* In replicis *nu. 119.* In exceptionibus *n. 144.* Rei in exceptionibus *num. 108.* & in conclusionibus *nu. 144.* Verum post multos demum annos causæ ad finem fere productæ. Actor in triplicis *n. 136.* & in conclusionibus *n. 147.* vehementissime vrget, non solum possessorio, sed etiam petitorio simul actum, & desuper etiam pronunciandum esse, quod Rei arbitrio iudicis ita permittunt, vt interim tamen plura se probare potuisse asserant, si petitorium se intendere ab initio actor protestatus fuisset.

Quamuis igitur negatoria tam ex verbis libelli summarij in jhrer Freißlicher Obrigkeit / quam ex clausula salutari dari posse videatur: conclusiue tamen tutius existimatum est, vtili interdicto vti possidetis insistere, ita tamen vt in hoc litigio- I
sa † iurisdictionis negotio causa proprietatis cum suis titulis & origine non possit separari ob seqq. maxime rationes.

Primum quia probatio dominij † siue tituli an 2
tiquioris facit præsumi antiquiorem possessionem, vt in apostil ad Bart. *in l. si. duo. in pr. num. 4. super verb sunt æquales. ff. vti possidet. Cum aliis alleg. per Tiraq. in tract. le mort. sayſit. de vif. in 5. declar. 6.*

3 *part. num. 12.* Cum quilibet præsumatur† possidere ex titulo præambulo *l. 2. vbi Bar. C. de acquir. poss. Menoch. in 3. remed. retin. poss. n. 736.* Etiam in iuribus Alc. *præsumpt. 23. reg. n. 1.*

4 Nec vbi quis † semel possidet aliquo titulo potest sibi causam possessionis mutare vel variare, *Alciat. d. loc. num. 4.* etiam noua superueniente causa, nisi primam possessionem possessor à se penitus abdicauerit. *l. cui bona. §. fin. & ibid. Raph. Cuman. de acquir. possess. Angel. Aret. in §. nouissime. num. 4. Instit. de vsucap. Crotus consilio septuagesimo quinto numero vigesimo primo & vigesimo secundo. Bertrand. consilio quinquagesimo tertio numer. 11. volum. 3.*

5 Quia initium possessionis † siue eius origo ac prima causa semper inspici debet. *l. clam possidere. in pr. de acquir possess. l. nam origo. D. Quod vi aut clam. l. cum hæres in pr. de diuers. & temp. præscript. Zas. consil. 19. numer. 6. lib. 1. cons. 1. numero centesimo septimo lib. 2.*

6 Si quidem ex causis † originalibus regulantur effectus rerum. *Zas. cons. 14. numero decimo quinto lib. 1.* Et effectus ex causa limitatur. *d. cōs. 14. num. 52.*

7 Secundo, quod hic ab vtraque parte antiquior allegatur possessio † sed is qui habet, cum antiquiore possessione titulum obtinere debet & præferri habenti iuniorem possessionem etiam titulatam Quia prima præsumitur iustior, Secunda vero siue nona censetur clandestina, & ipse possessor inuasor, *Boer. decis. numero decimo quarto.*

8 Item si quis probet antiquiorem † possessionem sine titulo, & alter iuniorem cum titulo scil. adepto post possessionem. Quo casu adhuc obtinere debet, qui antiquiorem possessionem probat. *Menoch. d. loc. n. 77. & seq.*

Secus, si titulus acceptus esset ante possessionem. Quia tunc ille præferendus, qui probat possessionem cum titulo, quia magis iustificata est possessio virtute tituli, vt tunc noua possessio non præsumatur clandestina, vtcunque recentior sit. *Francis. Curt. Iun. cons. 108. n. 25. vol. 2. Grauett. cons. 258. n. 21.*

9 Tertio si æqualis sit † temporis probatio, prodest alterius possessionem iustificari per titulum *Bart. in d. l. si duo. Alex. cons. 81. num. 12. lib. 3. & consil. 99. numer. 14. lib. 5.* Qui addit rationem, quia
10 præsumitur, quod possessio † prior ad illum, qui habet titulum antiquiorem peruenerit. *Boer, d. loco.*

11 Vbi tradit, quod data paritate † probationum, probans possessionem cum titulo præfer-
12 tur non habenti titulum. Cum possessio † titulata fortior sit non titulata. Et Menoch. *d. loco n. 733. cum seq.* per multa probat, quod iustum ti-
13 tulum ostendēs obtineat, Cum potiora † iura habere dicatur ille, qui titulum habet.

14 Hinc etiam articuli † super titulo seu proprietate ad coadiuuandum possessorium admittantur. Cum in hoc iudicio non sint impertinentes. *Cæsar Contard. in l. vnic. in 2. limit. ver. 9 n. 28. C. si de mom. poss. Menoch. d. loc. nu. 735. Tiraq. vbi sup. num. 13.*

Quarto, cum ambo † titulum, & possessionem 15
probant, sed vnus probat titulum antiquiorem, tunc pro illo pronunciandum est. *Menoch. ibid. n. 736.* Sicut & pro illo, qui melius probat titulum, ibi. *n. 738.*

Quinto, quia tam Marchio, quam Norici se 16
dominos allegant. Dominus autem terræ, † qui habet iurisdictionalia, quatenus hoc probatum fuerit, ex eo quod dominus est, fundat intentionem suam de iure communi, vt per Boer. *in consuet. Bitur. tit. de Costumes. § 24. in verb. est. fund. d' droict. commun.* Et ita aduersus eum titulus probari debet. *Fab. in §. retinendæ. num. 4. vers. Item nota. Inst. de interdict. Capicius decis. 209. numero quarto & quinto. Contard. d. limitat. 2. §. 8. numero vigesimo quinto.*

Vnde possessorium iurisdictionis † quo- 17
dammodo mixtum dicitur, eo nimirum respectu, quod necesse sit colorari possessorium, & quia iuris adminicula desiderat. *Contard. ibi nu. 22. cum seq.*

Sexto quia titulus est † necessarius in præscri- 18
ptione, qualis & hic ex parte Reorum prætenditur iurium incorporalium, quæ concernunt personas, vt est iurisdictio, licet secus sit in præscriptione longissimi temporis, *Castr. in l. seruitutes. in fin. de seruitut. Iacob. Mand. de Alba. cons. 64. n 42. p. 1.* Et quando ius commune est contra præscribentem, etiamsi non fundat intentionem agentis, vt per Phil. Franc. *in c. 1. nu. 7. post gl. mag. de præscript. num. 6.*

Septimo, quando quis † habet titulum, vel 19
concessionem super iurisdictione à principe vel alio, qui concedendo ius habet, tunc exercendo illum etiam in vno actu, vel contra vnum, siue duos retinet iurisdictionem in omnibus, vel quo ad omnes alios in eadem specie iurisdictionis. *Bart. l. 1. §. si quis hoc interdicto. num. 1. de Itin. actuque priuat. Castrens. Consil. 20. num. 2. pagi. Boer. decis. 227. num. 4. Montan. de fin. regund. cap 78. num. 10. 11. & 14.*

Imo nullo alio existente in quasi possessio- 20
ne contraria, tunc possessio vnius actus requirit ius vniuersale *Felin. in c. auditis. numer. 19. de præscript.* Vbi etiam post Baldum dicit, † quod magis sit consideranda causa, quam exercitium ipsius actus, vt si illa sit vniuersalis vtentis acquiratur vtilis possessio ex vna persona ad alias.

Item, si intentio & animus facientis sit talis, quod vniuersaliter velit possidere in loco, quia tunc videtur iurisdictionem in totum acquirere. *Innoc. in c. dilectus. num. 283. de Capell Monach. Abbas cons. 71. num. 3. p. 2. Alba d. cons. 64. nu 19. & latissime Marian. Socin. in c. cum contingat. de for. compet.*

Vbi

21 Vbi autem eiusmodi titulus desideratur, † tunc etiam ex frequentia & consuetudine, vel exercitio aliquorum actuum non acquiritur vel probatur ius, nisi super illis actibus, quos quis exercere consueuit *d. §. si quis hoc interdicto. vers. Iulianus. vbi Bart. & alij.*

22 Sicut etiam quando alius vniuersaliter † possidet iurisdictionem, tunc exercitium in vno articulo, capitulo vel loco non extenditur ad iurisdictionem, sed tantum præscribitur, quantum possidetur. *Mont. supra d. loco numero decimo quinto cum seq.*

23 Octauo, licet † tituli instrumento non probetur possessio, sunt tamen multi modi, quibus per instrumentum tam possessio, quam dominium

24 potest probari, præsertim † in antiquis, & quando constat probantem semel possedisse. *Abbas in cap. cum nobis de præscript. Socin. consilio centesimo octuagesimo septimo numer. 12. volum. 2. Grauetta consil. 54. num. 11. Wesenbec. consil. 21. num. 56. cum seq.*

Deniq; per maximam hinc inde adductorum titulorum differentiam & varietatem, nec non allegatorum incõstantiam, disceptationem multiplicem, quorum etiam alij ordinarium publicum & vniuersale, alij vero extraordinarium, speciale & priuilegiatum, imo priuatorum nonnullorum ius concernunt.

Sicque ad diuersos quoque fines tendunt, alios atque alios respectus & effectus habent, quidam denique cumulatiuum vel potius subordinatum, & subsidiarium, nullo autem modo priuatiuum exercitium concedunt, inferuntque. Imo compatibiles quoque concursus nonnunquam pariunt, vbi præterea & causæ siue motiuæ pro tempore priuilegiorum, seu commissariorum, vel delegatorum, vel in perpetuum etiam concessorum.

Itemque & verba, & mens tam contrahentium partium, quam Impp. Principum confœderatorum aliorumque similium attente obseruanda, sicut & pro euitandis contrariis & absurdis intellectibus diligentissime vtrinque obseruata fuerunt.

25 Cum etiam omnes † indulgentiæ & concessiones, quæ in præiudicium alterius tendere possunt, intelligi debeant saluo iure partis aduersæ, etiamsi fierent per principem motu proprio. *Iohann. Andr. in cap. si motu proprio. de præbend. in 6.*

Nec immerito quoque dubitatur an & hodie rebus vt nunc stantibus, vere adhuc omnia vel quatenus & in quantum illa dici possint, subsistere ac procedere. Vnde actus etiam exercitos & allegatos, vt qui virtute prædictorum non vno eodemque modo, nomine & iure, sed pro personarum, rerum, temporum, locorum, aliarumque circumstantiarum varietate, ac separatis maxime atque distinctis diuersorum dominorum iurisdictionibus hic inde semper gesti sunt, ex principali eorum intentione, causa & origine, Imo voluntatis & concessionis etiam mutatione clandestina, incerta & ambigua sequenti, non vniformi ratione & qualitate, sed respectiue aliter atque aliter, vel æquiuoce saltem intelligendos diiudicandos esse, neminem latere debet.

An igitur, & quatenus illi ad rem faciant, probent & præiudicent, nec ne circa singulos pagos, vbi de possessione tractabitur, inquirendum ac demonstrandum erit. Originis enim vitium

26 ea † quoque inficit, quæ inde sequuntur. *Zas. consilio decimo quinto numero quadragesimo quinto lib. 1.*

27 Cum vitiola, iniqua, † morbida radix nullo vnquam tempore sanari possit, mala nimirum fide reclamante. Idem Zas. *consilio decimo sexto numero quinquagesimo secundo lib. 2.* Et limitata

28 causa † limitatum producit effectum, *l. in agris, de acquir. rer. domin.* prout semper inspiciendum, qua contemplatione aliquid dicatur vel fiat. *l. 4. §. ego. de pact. dotal.*

29 Item, quando aliquid † in sui origine habet certum statum, præsumitur ille semper adesse, nisi probetur contrarium. *Alciat. præsumpt. 1. reg.*

30 *2.* Et actus secutus † præsumitur secundum causam suam præcedentem factus *l. quædam mulier. de rei vind. l. 2. Codice de acquir. poss. Grauetta consilio nonagesimo primo numero nono Iohan. Caphal. consilio ducentesimo septuagesimo secundo num. 114. lib. 2.*

Sicut & sequentes actus cum eorum qualitatibus ad proximos, ex quibus fluunt, quia causa

31 † prima intuenda *Zas. consilio primo numero centesimo septimo & centesimo octauo lib. 2. Signorolus consil. 96. numer. 15.* Et à primordio † tituli posteri-

32 or formatur euentus *l. 1. in fin. C. de impo. lucrat. descript.*

Quibus accedit, quod in actibus istis † in-

33 differentibus, qui iure singulari & priuilegiato, vel iure ordinario & proprio fieri possunt, potius (respectu domini territorij) actus priuilegiatus & singularis, quam actus iuris proprij præsumitur, argumento eorum, quæ iure familiaritatis, vel iure proprio fieri possunt, siquidem in iuribus istis incorporalibus non sufficit iure aliquo vti cepisse, nisi probet, se iure seruitutis vsum. *Zas. consil. 6. n 8. lib. 2.*

Maxime, vbi dominus territorij propter priuilegium hoc permisisset, & non pro iure proprio, ita quod potius contrarium inde eliciatur, vel saltem non probet concludenter vel vniuoce talis actus, sed æquiuoce. *Socin. d. consilio centesimo octuagesimo septimo numero decimo & vigesimo tertio volum. 2.* Alias quam facile deciperetur, possessionemque quam olim habuit, postea indebite sine suo facto amitteret. Deceptis autem, non decipientibus † iura opitulantur. 34

Nec

35 Nec interpretatio admitti debet, † per quam altera pars remaneret decepta, & in damno. *Grauet.d.conſ 91.n.11.*

Idque maxime in præſenti variorum & promiſcuorum iurium, qualitatum & circumſtantiarum concurſu locorum ſibi vindicat, vbi propter primæuam poſſidendi cauſam & intentionem contra Imperialia reſcripta, priuilegia & conceſſiones ſpeciales altero domino inſcio mutatam, nulla prorſus ceſſatio, vel negligentia imputari, aut obliuio defenſionis & contradictionis obiici poteſt, ſi quidem etiam cauſa extrinſecus accedente iuſta, non aliter quis poteſt ſibi
36 mutare † cauſam poſſeſſionis, niſi animo conſtituerit, ſe velle ex noua cauſa poſſidere, & de illo
37 animo & intentione (iuxta quam omnes iſti † actus poſſeſſorij conſiderandi & æſtimandi ſunt *l.fin. Quemad.ſeruit.amit.*) expreſſe quoque conſtat Socin. *conſilio centeſimo trigeſimo primo.num.7.*
38 *volum.1.* Sine animo enim non † acquiritur poſſeſſio. *l.1.§.adipiſcimur, ibi Dd.de acquir.poſſ. Tiraquel. in tract. conſt. poſſ.p.3.lim. 30. numero quinquageſimo ſeptimo & ſeq.*

Hinc ne bona quidem fide talis poſſidere dicitur in caſu tam claro, ne dum proſcribere accumulatiuam, multo minus priuatiuam, & excluſiuam iuriſdictionem contra alios ignorantes, & qui nullo modo videntur habere animum amittendi poſſeſſionem vel iuris ſui obliti eſſe, quorum etiam exercitium nunqnam eſt prohibitum, neque de iure vel facto impeditum. *Abbas d.c.auditis. n.7. & 14.de præſcript.* etiam quouis longiſſimo tempore.

Cum ſemper obſtat mala fides, *c.vigilanti. & d.c.*
39 *fin.eod.* vt quæ ſemper præſumitur † in præſcribente ſeruitutem. Quia habet contra ſe præſumptionem iuris communis *c.1.de præſcript.in 6. Alciat.reg.3.præſumpt.5.in fi.* Et eo ipſo quoque proba-
40 tur, quod † quis habet ſcietiam rei alienæ, aut ſcit ſe vti iure alteri debito. *Abbas d.c. vigilanti. num.1. & d.c fin.num 3. Specul.in tit.de fruct. & intereſſe.§. 1.verſ.ſi vero ſit malæ fidei.* niſi in contrarium probetur de ſcientia & patientia, ſicque conſenſu veri & ordinarii domini, tanquam prioris & antiquioris poſſeſſoris, *l.ſi l.cui in aliena. numer. 49 de acquir.hered. Zaſ.conſil. 2.num. 69. lib.2. Alex. conſil. 113.num.9. cum ſeqq.libr.4. Decius conſil.185.num.14. & conſ.409. Socin.d. conſil 187. numer. 21. & 22.volum.2.*

Alias enim, quis vere diceretur clam poſſidere reſpectu poſſeſſionis aduerſarii ſiue ordinarii, idque contra interdictum prætoris. *l.1. vti poſſ. Grau. conſ.258.n.22.*

Nec in æternum præſcriberet populus iuriſdictionem in aliquo caſtro, qui fuiſſet à principio malæ fidei.

41 Licet hodie ſint † bonæ fidei, cum ſemper mala fides videatur cõtinuari in eo, qui idem eſt numero. *Soc d.conſ.187.n.26.*

In quæſtione igitur: *An probata Actio?* Ante omnia tituli, quos vtrinque tituli vrgent partes, diſcutiendi, poſtea de poſſeſſione, tam in genere, quam in ſpecie, quoad ſingulos pagos inquirendum, Marchio, vt ſupra dictum, perpetuo & vniformiter in Burggrauiatu ſe fundat.

Vnde non immerito quæritur, quid ſit † Burg- 42
grauiatus, & quid ab antiquo fuerint Burggrauii. Vtrum officij tantum nomen, vt Norici volunt, an vero territorium importet & quidem criminalium cognitionem & punitionem, vt Marchio aſſerit.

Notum autem eſt in Germania varios Burggrauios fuiſſe, præ cæteris vero Noribergenſes & Magdeburgenſes excelluiſſe Burggrauios. Burggrauius N. præponitur in ordine M. in literis LL. L. in exception. *numero centeſimo vigeſimo ſecundo.*

Et ibidem in medio loco vterque ponitur inter principes & comites Imperij. De iuriſdictione Burggrauij M. varia ſunt loca in iure Saxonico, vt Daß der Burggraff zu M. ſey der höchſte Richter in der Statt. Weichbild/*art.44.* Itẽ, quod d. Burggraff præcipue iudicat peinlich klagen. Item, vmb Erb/vnd vmb eigen/ auch vmb Räm vnd Gräntzen. *art.47.in gloſſ.coll.2.*

Et quod Schultheiſſen Ampt/ ſit ſubordinatum Burggrauiatui *art.16.44 45.* Et quidam ex hiſtoricis Burggrauios ita deſcribunt, quod ſint cuſtodes pacis publicæ, qui gubernant iudicia publica & omnem vniuerſam exercent poteſtatem publicam loco Imperatorum. Quæ deſcriptio conuenit cum prima inueſtitura Burggrauiorum noſtrorum de Anno 1273. & ſeqq. vt autem intra ſepta & terminos præſentis cauſę nos contineamus, diſpiciendum, quomodo Actor definit Burggrauiatum ſuum.

Ponit igitur in 2. poſitionali ſuo eſſe feudum imperii, cum titulo & nomine principatus habens, ſeine Ehren vnd Würden/ Landt vnnd hohe Gericht/ Geleyd/ Zoll/ vnd Wildpan. Quod feudum imperij ſit, inueſtituræ docent litera A. B. C. Cum ſeqq. in tomo 4. probat. Marchio. Duc.

An vero Fürſtenthumb/ † ſciendum quod in 43
primis inueſtituris appellatur tantum Comitia, ſed aurea Bulla Caroli IV. de Anno 1363. litera D. expreſſe teſtatur, ab antiquo Burggrauius N. fuiſſe principibus parificatus, ſed libertates & honores ſuos neglexiſſe.

Vnde ipſe Imp. Carolus accedente conſilio ſtatuum Imperii, diſponit, vt in perpetuum illuſtrium principum iuribus, dignitatibus, libertatibus, & honoribus gaudere & potiri debeant cum clauſula caſſatoria, & hoc quidem non tantum ratione perſonalis dignitatis, ſed etiam ratione ipſius Burggrauiatus, qui nobile membrum Imperii exiſtere ibidem dicitur, vel vt doctores loquuntur in jhren Conſens Brieffen literis E. F. G. H. & I. von wegen

wegen der Burggrafftthumbs vnnd der Herrschafft zu N. sic Burggrauiatus illo tempore consideratus ad minimum fuit comitatus, Baronia vel Dominium cum principali potestate, vel vt Germanice dicimus, ein gefürste Graff oder Herrschafft/ Hinc in eadem Bulla & dd. literis consensus quamuis adæquentur principibus & electoribus ipso rei effectu, quantum ad territorium siue Landt vnd Leut/ super quo ponderari possunt verba expressa & prægnantes clausulæ d aureæ Bullæ, tamen & Cæsar & Electores eos appellant tantum spectabiles, vnd Edel/ non Illustres seu Hochgeboren. Verum paucis post annis per connubia cum Imp. & summis principibus, vere & ordinarie principum titulo potiti sunt.

Nam & inuestitura Rudolphi Cæsaris de Anno 1401. litera K. Burggrauiis Iohanni & Friderico, qui ibidem Hochgeboren appellantur, & quidem 16. annis antequam Marchion. B consequuti sunt, conceduntur alle vnnd jegliche jhre Fürstenthumb/ Herrschafft/ Land vnnd Leuthe/ Landt-Gericht/ Clöster/ Teutsch-Häuser/ Wildpan vnnd Zoll/ subiecta clausula cassatoria tam concessorum, quam concedendorum. Quamuis autem Norici in literis DDD. in excep. *n. 108.* producta conentur demonstrare particulariter, non iure Burggrauiatus, pleraque acquisita, tamen Imp. Carolus IV. in d. aurea Bulla & seq Imp. in inuestituris & confirmationibus suis vno complexu omnem ditionem Burggrauiorum, quam ante Marchionatum B. tenebant, sub titulo Burggrauiatus comprehendunt.

Et pleraque illa quæ in d. litt. DDD. notantur, Burggrauij iam tum temporis possidebant. Et quod amplius est, idem Carolus IV. in seinem Spruch vnnd Leuterung de eodem Anno 1363. *tom 3.* probat March. *num. 69* declarat feuda, quæ Burggrauij in Ducatu Austriæ concedere aliis solebant, à solo Burggrauiatu dependere, his verbis: Solche Lehen/ als sie von wegen deß Burggraffen Ampts zu N. zu Lehen/ vnd von alters gelihen haben/ & quæ sequuntur.

Multo ergo magis ea quæ circa N. vbi radicatur Burggrauiatus, & inde nomen accepit, tanquam à digniori sua parte acquisiuere, pertinentiæ eiusdem sunt, Ita vt hoc ipsum documentum DDD. in Noricis, quos excludit, retorqueri possit.

Sequitur in descriptione, quam actor ponit in d. 2. positionali Ehren vnd Würden/ Quibus verbis intelligimus dignitates & honorantias, habẽtes aliquam vtilitatem vel exhibitionem operarũ vel signum obedientiæ. *Felin. in c. licet causam. n. 5. & ibi Canon. de probat.*

Hanc qualitatem Burggrauiatus probat Actor ex primæua inuestitura, quod nimirum in ipsa vrbe habuerit Castrum, officialem, iudicio simul cum Schulteto præsidentem, & duas partes omnium emolumentorum, ex causis ciuilibus & criminalibus percipientem censum in 3. parte officij Schulteti, censum in telonio, censum omnibus areis ab altera parte pontis, censum ex qualibet fabrica ferri solidum annuum, item operas messorum.

Hæc etsi postea vendita Noricis, tamen quid fuerit Burggrauiatus ab origine, & cur ab Imp & Electoribus appellatur die Herrschafft zu N satis ostendunt. Quod etiam fecit transactio inter Burggrauium & Noricos de Anno 1391 *tom. 3.* Prob. March. *numer. 76.* deß hohen neuwen Thurns wegen/ so die von N. auff das alte Thurnstück beyder Burggraffen Vesten zu N. gebawt.

Deinde feuda tam ciuium, quam nobilium in & extra vrbem à Burggrauiatu dependentia indicant vetus dominium siue Herrschafft Burggrauiorum. Videantur desuper Inuestituræ, quæ habentur *d. tom. 3. num. 66. & 67.* addendo eas, quas N. ipsi perduxerunt in fasciculo quodam 26. Octobris Anno 40. coram commissario D. H. & apparebit in variis partibus districtus controuersi Burggrauiatus fundatus, etiam quoad directum dominium plurimorum locorum in vrbe ipsa & extra vrbem, als zu W. M. D. L. L. zum H. R. E. quibus in locis varia bona & iura, vt Acker/ Garten/ Wiesen/ Felder/ Mühlen/ Zehenden/ Holtzgerechtigkeiten/ Schenckstatt/ vnnd Weyher in Wälden/ Item, Gerichtbarkeit vnnd Kirchweisschutz/ variis vasallis à Burggrauiis concessa sunt, inter quæ non prætereunda feuda officialia, deß Burggrafftthumbs Erbkammerampt/ Erbschenckenampt addatur die Lehenschafft zum G. H. quam Anno 1342. Burggrauij in venditione facta W. reseruarunt, vt in additionali Noricorum 94. in causa Lazarethi inter easdem partes, & in transactione Palatini de Anno 1453. demum cesserunt Noricis. Et quod à Burggrauiatu dependeant prædicta feuda, probant inuestituræ von der Herrschafft deß Burggrafftthumbs. Et facit argumentum ex supra allegata declaratione Caroli IV. de feudis Burggrauiorum in Austria, quæ simul iunctа indicio sunt, Marchiones semper animo retinuisse Burggrafftthumbs Herligkeit/ & iura in venditione Anno 1427. reseruata. Quod autem tam imper. quam alij status quædam etiam feuda in vrbe & controuerso districtu vasallis quibusdam concedunt, particularem rationem habet.

Nam supradicta feuda ab vniuersitate Burggrauiatus dependent, quæ facit, vt si quis vel Imper. certa quædam in hoc districtu reseruasse sibi, vel alios quoscunque quædam in eodem districtu acquisiuisse asserat, probare hoc necesse habeat.

Cum iam magis patent hęc verba: Burggrafftthum̃/ Herrschafft zu N. item Fürstenthumb/ Landt/ vñ Leuth/ cum effectu accipienda esse, & ita territoriũ circa N. denotare, non autẽ Principes, Comites, Barones, siue Dominos sine territorio

per

per Iacob. *de feudis, verb. Comes. num. 1. Menoch. de arbitr. Iud quæst. casu 68. cum seq.* Quod & totius
44 Germaniæ notoria † consuetudine probatur, vbi nullus reperitur talis Princeps seu Dominus, qui à loco aliquo denominationem accipiat, quẽ non possideat, vel olim possederit, siquidem de-
45 nominatio † semper fieri debet à potentiori seu digniori. *Tiraq. de retract. lig. §. 30. gl. 1. num. 4. vsque ad 10. iuncto num. 15.* Sequitur in secundo positionali Landt vnnd Hohegericht / probatur ex omnibus inuestituris & confirmationibus, ac renouationibus Imper. In primis inuestituris nominatur iudicium prouinciale omne iudicium iudicans, quod argumento est à primordio omnem Iurisdictionem, tam ciuilem quam criminalem huic iudicio inesse, idque transactione Sarrensi confirmatur. Pertinentia Burggrauiatus esse, eædem inuestituræ, & quam plurima in hac & in aliis inter easdem pendentibus causis edita documenta clarissime ostendunt. Primaria quæstio est, Quomodo & quatenus Iudicio prouinciali inhæreat die Fraischliche Obrigkeit? Et sane respondetur, omnia criminalia pertinere ad cognitionẽ deß Landtgerichts per modũ purgationis, siue illa fiat per duellũ, de quo videtur Kampfgerichts Ordnung / *num. 81. tom. 3.* probat March. siue per testes & Iuramentum, vt docent die Inzicht Sachen in causa Teutschmeister contra B. vbi patet ipsos ciues Noricos ab hoc genere iudiciariæ purgationis non fuisse exemptos, & ne hodie quidem se & suos Hindersassen in eo exemptos esse, ipsimet innuunt in conclusionibus, *nu 140.* Sed restringunt dictam cognitionem ad voluntariam tantum. Item ad sententiam absolutoriam, non etiam condemnatoriam. Verum quidem est, non procedere iudicium hoc per capturas personarum: attamen per impetratas Citationes tam contra Reos accusatos, prout pluribus declaratur in der Kampfgerichtsordnung / quam contra diffamantes, futuros necessarios oppositores seu contradictores, quatenus accusationem criminalem perimi nolint per institutam purgationem, vti in dictis Inzicht Sachen. Et quamuis nusquam doceatur de certa formula aliqua condemnationis facinorosorum am Landgericht / excepta declaratione Banni contra contumaces, sed simpliciter in purgãtibus extra duellum talis formula recepta sit, Litera enim habet, Ita vt non purgantes se propriæ infamiæ relictis, vel ordinariorũ suorũ Magistratuũ animaduersioni cõmissi videantur, eo ipso nimirum quod non sint absoluti. Hoc tamen interest, quod in nostro controuerso districtu Marchio cõcurrente Burggrauiatus territorio nocentes persequitur vsque ad portas vrbis; Innocentes vero tuetur aduersus Noricorum & quorumuis aliorum persecutionem, data etiam actione iniuriarum pœnali contra deficientes oppositores. Quæ res planissime declaratur in artic. March. probatoriis iunctis, præsertim extractu ordinationis de anno 98. in dicta causa Teutschmeisters Cõcordat præter alios testis March. tertius im Ampt S.B. ad 4. Interrogatorium 10. sui positionalis in facto priuigni sui, cuius occisorem esse accusauit ipse am Landtgericht / & contra eundem obtinuit. Verum vt ista se nunc habeant dupliciter inesse iudicio prouinciali, die Fraischliche Obrigkeit inferri potest. Primo per se virtute vniuersalis iurisdictionis Burggrauio ita concessæ, vt vice Imp. in dicto iudicio præsideat omne iudicium iudicans. Et sic eandem omnino Iurisdictionem † exerceat quam 46
ipse Imper. sitque vnum vtriusque tribunal. *Couar. pract. quæstion. cap. 4. num. 4.* Cui iurisdictioni
† imperiali nullis territorij limitibus astrictæ. 47
*Grauet. consil. 128. num. 2.* Sed vniuersaliter se habẽti saltem quoad diuersas prouincias Imperio subiectas. *Philip. Franc. in c. Romana. §. contrahentes. nu. 13. de for. compet. nu. 6.* patrocinatur iuris communis præsumptio omnibus aliis quacunque dignitate præditis resistens. *Couar. in relect. capit. possessore. p. 2. §. 2. num. 3. per text. in capit. 1. de præscription. in 6.* Quæ etiam præscriptio facit, † vt hæc possessio iurisdictionis vniuersalis extendatur de vno 48
actu vel articulo ad alios, quatenus non docetur de contraria quasi possessione. *Tiraquel. de retract. lig. §. 36. nu. 12.* Et fit extensio eiusdem iurisdictionis vniuersalis ratione eorum, quæ ad illam expediendam necessaria sunt. Cum enim ad constituendum & exercendum dictum iudicium prouinciale multa requirantur, quæ sine imperio explicari non possunt, vt Commissio, Citationis proclamata, Bannimenta, saluus conductus, qui reis non tantum verbaliter per citationes alibi executas, sed etiam realiter in variis locis prouinciæ Noricæ, siue N. Kreyß / vbi antiquitus celebrari consueuit, præstari solet præparatio, & loci mutatio ad peragendum duellum, Conuocatio armatorũ ad tuitionem dicti iudicii, Imperatio silentii & pacis sub pœna mutilationis membri, manifestum est ex irrefragabili Iuris ratione, in locis vbi talia sunt, Marchioni virtute eiusdem concessionis vniuersalis Iurisdictionis etiam imperium ad consequenda illa concessum videri. *l. 2. de iurisdict.* Sicque longe aliam rationem esse locorum, in quibus ipsum Iudicium prouinciale constituitur, & eorum vnde forenses & extranei passim huc confluunt. Vnde secundo consequẽter inducitur huic iudicio prouinciali, quantum quidem ad controuersum districtum attinet, inesse die Fraischliche Obrigkeit / ratione adiuncti territorij Burggrauiatus, cui illud iunctum & incorporatum est, prædicta necessitate exercitii illius Iudicialis ita exigente. Quamuis igitur ex singulari causa denegatæ alibi iustitiæ vel difficultatis conueniendi ex variis imperii prouinciis olim causæ eo deuoluerentur, sicut videre est in der Kampfgerichtsordnung / tamen vti dictũ, ipsum iudicium prouinciale non in alieno, sed Burggrauiatus territorio fiebat, vt in castro zu N. vel ad S. Egidium post alienationem eiusdem, Item

zu W.

zu W vnd G. H. similiter post alienationem inferioris iurisdictionis & dominii dictorum locorum virtute reseruationis, Item zu B. F. L. S. D. E. vnd zum S. de quibus omnibus & singulis locis constat, quod & olim fuerint de Burggrauiatus territorio (vt ipsamet vrbs N. pro parte ex primæuis inuestituris postea exempta reseruata facultate exercendi ibidem iudicij prouincialis & immunitate domiciliorum pro scriba & nunciis dicti iudicij) & nec dum exempti sunt, sicut de G. H. & W. expresse disponit transactio Harrensis. Die Furth probatur *num. 28. tom. 3. probat. Marchion.* De reliquis notorium, quo facit litera E. sub *num. 68.* in causa noui operis nunciationis, den newen Baw zu L. belangend/ inter easdem producta, vbi Imper Fridericus Anno 1456. permittit M. daß sie jhr Landgericht deß Burggrafthumbs zu N. ausserhalb der Statt N. in dem benandten Burggrafthumb/ oder andern seiner Land vnd Gebiet halten mögen/ Jn massen sie das in der Statt N. haltē. Ex quibus liquet iudicii prouincialis locum solemnem esse ipsam vrbem, facultatem vero transferendi dari ex priuilegio, non quocunque, sed in alio loco eiusdē ditionis Burggrauiorum. Idem probatur ex Kampfgerichts Ordnūg circa finem, ibiq; patet, quod Burggrauii in qualitate non simplicis iudicis, cui vniuersitas causarum sine territorio delegata esset, sed in nomine & qualitate der Herrschafft deß Burggrafthumbs soliti sint exercere jhre Land vnd Kampfgericht/ & intra districtum vnius miliaris gerings vmb F. conuocare subditos ad arma von Hauß zu Hauß/ daß sie der Herrschafft den Schutz helffen halten zum Kampfgericht/ & quæ sequuntur. Quare sufficit ad fundandam intentionem Marchionis actoris probasse, Burggrauios iam inde à prima inuestitura in hac prouincia Norica siue controuerso districtu, & quidem in specie in locis supra expressis, nomine ac vice Imperatorum resedisse & exercuisse iudicium prouinciale cum qualitate der Herrschafft vnnd Herrligkeit/ vt loquuntur inuestituræ & confirmationes, & Kampfgerichts Ordnung in dicto loco. Is vero, qui præter hoc iudicium prouinciale & adiunctum eidem Burggrauiatus territorium alia quoq; ordinaria oppidana, vel vicaria iudicia in hoc ipso districtu extitisse asserit, quæ propriam siue concurrentē cum eodem, siue ab eodem exemptam iurisdictionem habuerint, difficillimas partes in probando sustinet propter vehementem præsumptionem Iuris, quæ adsistit intentioni Actoris fundatæ de iure communi dupliciter, tum ratione vniuersalis iurisdictionis prouincialis, quam vice Imper. exercet tum territorij Burggrauiatus, per ea quæ notantur *in c. 1. & ibi Fr. & alij de præscript. in 6.* Illud constat in criminalibus per modum purgationis, vti ſsupradictum in causis item hæreditatum in omnibus realibus, in causis finium publicorum, & priuatorū fluminum, in omnibus causis posset ſoriis adhuc hodie locum esse iudicio prouinciali etiam aduersus Noricos, idque iure territorii, vt discrete explicat Harrensis transactio de Anno 1469. Dicit enim, das die Güter ausser halb der Statmauren im Landgericht deß Burggrafthumbs gelegen/ vnd die Leut ausserhalb der Statt in demselben seßhafft sein. Vnde etsi cæteri status fere omnes successu temporis sese constitutis, & autoritate Cæsarea confirmatis propriis iudiciis exemerint ab hoc Landgericht/ tamen N. remanserunt, non vt prætendunt, vicinitatis causa, siue freundlicher Nachbarschafft halben/ sed quia Landgericht in hoc districtu ius territorii habet vnitum, quod etiam clausulis reseruatoriis vtriusque venditionis per transactionem palatinam & Harrensem confirmatis in hunc vsq; diem retinuit. Quod autem Iudicia quædam prouincialia siue Kay. Landgericht in Imperio ordinariis locorum non derogant, sed concurrunt in cōtrouerso districtu, nil facit. Quia propter Landgericht ipse Marchio est ordinarius concurrens: Iura enim Principatus, Comitatus, Baroniæ, circūquaque in hac prouincia siue N. Kreyß in primis, mediis & vltimis temporibus Actor & maiores eius quæsita habuere, vel Burggrauiatus sui titulo, vel aliorum principum, Comitum, Baronum, & nobilium, terris quoquomodo in se translatis, vt patet ex dict. lit. D D D. à N. producta, & simul vniformi Burggrauiatus iure iam inde à tēpore Bullæ Carolinæ possessis vel factis alienationib. fundorum præcipuis & eximiis territorij Iuribus solemniter reseruatis, vt constat ex antiquissima vēditione G. H. & venditione Castri ac Syluarum. Adde, quod ipsi Norici in *conclus. n. 44. fol. 20.* Iudicio prouinciali non opponunt aliud quoddam ordinarium extra vrbem auff dem Land/ sed simpliciter jr Statt vñ Baurngericht zu N. quæ ipsorum iurisdictio vrbana partim à Burrggauiis causam habet, vt constat ex dicta venditione Castri, partim ex simplicissima Colonaria Iurisdictione diuersis tēporibus singulariter acquisita, de quo infra. Sequitur in descriptione dict. 2. positionalis Hohegericht/ quod præter Landgericht/ Burggrauiis alia quoque particularia, & quædā etiam criminalia iudicia concessa fuerint, probatur ex clausula ista Bullæ Carolinæ, qua cauetur, ne milites, clientes, Ciues, Rustici & omnes Seruitores & subditi eorū etiam omnia bona, & homines ipsorum coram vllo alio Iudicio, quam coram Burggrauio & eorum iudiciis citari possint. Et quod talia Iudicia pertinentiæ Burggrauiatus fuerint, cum ex illa ipsa clausula colligitur, tum etiam ex eo quod quicquid in dicta Bulla disponit Carolus, intuitu Burggrauiatus N. facit, vt patet in illis verbis: *Attendentes, quod Burggrauiatus N. Sacri imperij nobile membrum existit.* Quæ declarant principalem intentionem disponentis, secundum quam omnis actus diiudicandus, præsertim quia hic nuncupatim & nominatim tam in dicta Bulla, quam electorum Consensbrieff expressa fuit. *Tiraquel. supra dict. §. 30 gloss. 1. numer. 4. cum seq.* In

eadem Bulla etiam hoc habetur, quod Burggrauii super omnibus causis Iuris sententias ferre possunt, siue corpus, siue res concernant, siue honores, & hoc in imperiali Curia vel alibi, vbicunque contingat principes præsidere iudiciis vel loco Scabinorum. Ergo vt alij principes ita & Burggrauii in terris suis circa N. inde enim radicatur tam iudicium prouinciale, quam Burggrauiatus Scabinos suos habuerunt, de Ciuilibus & criminalibus cognoscentes. Vt autem ad clariora & magis specialia perueniamus, notandum primo, quod Rei ad primam Actoris positionalem respondent, se illum verum credere, sed propterea non eludi titulum der Keyserlichen Landvogthey / qui titulus quomodo subsistat, postea suo loco in puncto elisionis ex parte Reorum videbitur. Nec sufficit, quod contenta dicti articuli credentes Rei aperte fateantur, das sie die Fraisch: vnnd Hohegericht in den Wälden / vnnd zu G. von der M. G. Voreltern erkaufft. Quod ergo olim M. merum Imperium habuerint in Syluis, Itemque zu G. constat ex confessione Reorum, vnde adhuc hodie de eodem Iure der Fraisch Obrigkeit præsumendum pro Actore, nisi specialiter doceatur, quomodo & quatenus alienatio siue trãs-
49 actio facta fuerit in Reos, cum generale † præsu-
50 matur, quod olim fuit: idem & hodie esse. *Alciat. præsumpt. 25. num. 1. reg. 2.* Et qui semel fuit † dominus, etiam de præsenti est dominus, prout idem *præsumption. 20. num. 1.* Vbi rationem addit,
51 quia dominium nostrum † sine nostro facto non amittitur. *l. id quod, de reg. iur.* Imo in hac ipsa nostra iudiciali Instantia, in exceptionibus suis ita se fundant in tit. der Keys. Landvogthey / vt simul etiam venditionem Burggrauiorum vrgeant de Anno 1427. quod si quid reliquum fuerit, Burggrauiis sibi concessum sit. Secundo loco dicunt N. in exception. *num. 108. folio 73.* daß das hohe Gericht bey F olim verisimiliter fuerit dominorum von A. B. à quibus emerint Burggrauij circa Annum 1306. de quo in dicta litera DDD. & bene notandum, quod in dictis exceptionibus ponunt, dasselbig hohe Gericht sey herwerts gegen F. gestanden / referẽtes se ad dicta 52. testis March. im Ampt T. B. Hoc autem iudicium ad pagum L. per Burggrauios translatum esse probatur ex testibus ad 84. addit. de An. 35. & per extractum deß Landbuchs *tom. 3. probat. March. n. 79. fol. 207.*

Tertio loco constat etiam die hohe siue Halßgericht zu F. ex Landbuch. Illud autem in quæstione hic relinquitur: An loca cis aquas versus N. pertinuerint ad dicta hohe siue Halßgericht zu F. (nunc L.) vnnd F. N. perpetuo separant districtum cis aquas, ab altero trans aquas situm. Verum supra allegatus locus circa finẽ der Kampfgerichts Ordnung probat vniformiter dominium siue Herrschafft competiisse Burggrauiis vtrobique von Hauß zu Hauß intra milliare rings vmb F Facit huc vetusta donatio Conradi Burggrauii de Anno 1314. *tom. 3. probat. March. num. 83. fol. 15.* In qua etsi colonaria & censualia tantum iura Ecclesiæ Bambergensi donantur, in variis pagis ibidem nominatis, tam cis quam trans aquas sitis: causa tamen donationis, quam ponit, amplius aliquid innuit, nimirum pro anima, si forte ipse aut maiores sui subditos illorum pagorum male tractassent. Probatur idem ex confessione N. de Anno 1491. quæ habetur *d. tom. 3. probat. March. numer. 78. fol. 205.* vbi pariformiter fatentur, das Gebiet zu L. vnnd F. esse M. Denique eadem vniformitas districtus vtriusque cis & trans aquas ex ipsa venditione Anno 1427. probatur, dum 6. pagi ex hoc ipso districtu inter aquas venduntur cum reseruatione der Lehen / Landgericht / Glaid / Wildban / vnnd Burggrafftthumbs Herrligkeit. Quarto fatentur N. in ingressu 217. Exceptionalis, quod Comes Nassouiensis Anno 1364. cum oppidio Schwabach vendiderit etiam Burggrauiis das hohe Gericht: Negat tamen Cronburg (quod cis aquas situm sit) venditum fuisse cum Hohen gericht. Verum si bene ponderentur verba dictæ venditionis, patet, quod vniformiter vendita fuerint S C vnd K mit Dörffern / Landt vnnd Leuten / allen Gerichten / Wildban / zu ehegenanden Vesten vnd Märcken gehörig. Pariter ergo determinat dicta venditio, vtraq; loca, tam cis, quam trans aquas, siue materiam subiectam inspicias, siue generaliter, quod dicitur † determinationem 52
plura determinantem plura determinare. *VVesenbec. cons. 4. n. 77. cons. 9. num. 18. cons. 41. num. 146. Molin. in consil. Parisiens. tit. 1. §. 2. gloss. 4. in verb. seruent. de facultate, num. 36.* Et notandum, quod verbum Gericht † etiam in dubio accipitur in potentiori 53
significatu, & omnimodam iurisdictionẽ & Imperium quoque complectitur, hoc est, Obergericht. *VVesenbec. cons. 95. num. 18. 19. 20.* multo magis hic propter prægnantissima verba, mit Dörffern / Land vnd Leuten / allen Gerichten. Eadem vniformitas districtus præfecturæ S. ad vtramque ripam probatur ex transactione de Anno 1535. in qua simpliciter N. fatẽtur M. Fraisch zu K. Quinto loco, etsi N. hoc vnice in omnibus actibus perpetuo vrgeant vniuersum districtum intra aquas siue N. Kraiß Iuris imperialis fuisse: tamen M. maiores olim iam in dict. N. Krays habuisse Fürstliche Recht vnnd Halßgericht zu B. vnnd H. B. probatur ex Replicis N. *n. 123.* in documento *n. 21.* vbi narratur, quod Dux Statmensis dicta loca cum dictis iuribus fratribus Geuderis vendiderit, An. 1391. prout ipse iam ante emerat à Burggrauio Alberto. Quidquid autem sit de illa intermedia venditione M adhuc hodie in Camera cõtendunt cum Geuderis, quod illis in locis ipsis nõ cõpetat Halßgericht, forte ex eo, quod in primæua illa venditione Burggrauiorum negent, summũ illud ius simul venisse & consequenter nec intermedium venditorẽ venire potuisse, quod is non habuerit.

Illud constat B adhuc hodie ad M. pertinere, quo ad exercitium der Fraisch / vti patet ex dicta

transf-

transactione de Anno 1535. iuncta confessione N. *tom. 3. probat. March. nu. 61.* Adde quod in toto superiori districtu circa E. H. nec olim, nec hodie rei sibi vendicarint die Fraisch / vti colligere licet ex actibus relatis *in 4. tomo probat. March.*

Sexto, quoad loca vicina vrbi, præsertim vbi palos exercent N. Item Gräben / Blockheuser / Thürlein / ibidem quoque Hohegericht ad Burggrauios pertinuisse patet ex sæpe repetitis confessionibus coram Bundstend / de quibus dicetur infra in transactione deß Bundsdecrets.

Septimo, signa meri Imperij Burggrauios olim habuisse zu W. vnnd G. H. probatur quoad W. ex casu relato in Replicis *numero centesimo vigesimo tertio* sub dict. pagin. de Anno 142. & sic quadriennium antequam dict. W. Burggrauij vendiderunt N. vbi colligitur, non Iure propriæ potestatis, sed alio quodam prætextu, als ob das Halßgericht daselbst von Alters inn das Reichsgericht zu N. gehöre / quendam à Wertensibus captũ fuisse traditum rogantibus N. Eo autem facilius permittere potuerunt W. ipsis N. quod petebant, quia tum temporis criminalia in vrbe pro duabus partibus ad officialem Burggrauij pertinebant. Quo faciunt articuli superadditionales 334. in causa Lazarethi. Vendito vero W. omnis superioritas siue Burggrafftthumbs Herrligkeit reseruata. Quantum ad G. H. fatentur N. in concluſ. *num. 144. folio 39.* quod Burggrauij ante annum 1453. Stock vnnd Eysen habuerint. Manifestum ergo est, quod olim Burggrauij præter duas partes das Hohegericht in vrbe extra vrbem circumquaque eadem habuerint zu W. G. D. F. F. B. H. B. G. vnd in den Wälden / & similiter in præfectura S. intra & extra aquas. Quibus addatur pro supra abundanti, quod Duces Ottones pater & filius, Itemque Iohannes Palatini habitantes inn Newenmarck / in inferioribus partibus controuersi districtus nullum alium vicinum agnouerint, quoad Halßgericht vnnd Herrligkeit / quam M. vti videre est ex veteribus attestationibus de Anno 1468. productis per N. im Altorfischen Saalbuch ab initio, vbi & illud obseruandum, quod ipsimet N. in dictis inferioribus partibus non in Iure illo suo der Landvogtey / sed Bauarico per bellum acquisito se fundant. Sequuntur nunc Zoll vnd Glaid in dict. 2. posit. quæ iura multis modis probauit M. Hoc tantum cõtenditur, An sint pertinentia Burggrauiatus. Illud autem probatur ex inuestituris, & quidem in inuestitura Ruperti Cæsaris de Anno 1401. exprimitur Zoll / quod cum aliis iuribus ibi nominatis ita conceditur, vt Burggrauiorum maiores possederunt. Sed planissimum hoc fit ex reuocatoria Caroli IV. de An. 1366. lit. E. inter documenta Norica producta. Dicit enim ibi Imper. quod non antea concesserit Burggrauio Friderico Zoll vnnd Glaid / eodem modo in Comitibus zu Wertheim / Hohenloe / vnnd Bruninck aliisque principibus Imperij in jhren Herrschafften vnnd Gebieten: Quorum omnium Zoll vnd Glaid non tam reuocat, quam verius suspendit ex speciali causa der Keyserlichen Hoffhaltung / commissa dictis dominis executione ibi: Vnnd wöllen auch das sie also bestellen / daß in Herrschafften vnnd Gebieten kein Zoll vnnd Glaid fürbaß / quam ipsam suspensionem, cessante illa speciali causa, desiisse postea colligitur ex transactione Palatini Friderici de Anno 1386. Vbi exprimuntur der Burggraffen Zollstatt versus Bauariam, & Franconiam, vt in exceptionibus *n. 3. fol. 25.*

Et inde clarissime patet, quod non aliunde ex causa singulari, sed cum reliquis territorij Iuribus ab imper. ista acceperint, id iuris etiam communis præsumptio dictat, cum ne in proprio quidem † Territorio liceat gabellas instituere sine autoritate summi principis, vel præscriptione temporis immemorialis. Iacob. *in ver. cum mero & mixto Imperio, num. 18. & seq.* Difficilius enim præsumitur in alieno. Neque etiam præiudicari alieni † territorij dominis, sine iusta causa velle censetur Imp. Neque in suo quis alteri cõcedere aliquid præsumitur, nisi probetur, præsertim etiã cũ facultate destituatur *l. 1. & 2. C. noua vect. inst. non poss.* 54 55

Et quod ex Gabella † territorium probetur, tradit Menoch. *num. 3. Remed. retin. num. 582. VVesenbec. cons. 12. num. 37.* Illud tantum in supradicta transactione accedit speciale, quod taxatur quantitas vectigalis, quoad Ciues & Mercatores N. Eandem transactionem postea in specie confirmat transactio Ludovvici Palatini de Anno 1427. vniformiter hæc reseruantur, wie andere deß Burggrafftthumbs Herrligkeit. Addendi quoque testes March. in 4. dilatione die Zöll Glaidhauß vnnd Glaidmans zu F. Item von Glaiden von der Brücken zu N. tam versus Franconiam, quam versus Bauariam. 56

Denique quæ passim in Actis habentur de M. Glaid vnnd Landtshuldung / quoad facinorosos de quibus infra. Ad hunc quoque punctum deß Glaids referri debet M. Schutz vnnd Schirm zu S. vt testes passim zu F. test. 4. in 4. dilatione, P. test. 12. im Ampt L. S. L. test. 44. im Ampt S. & in pagis Abbatis Eberracensis, tam intra aquas, quam extra aquas. test. 39. 40. & 41. im Ampt S. Quæ protectio dependet ex iure Burggrauiatus, formaliter cohærens cum sua ordinaria causa competentis vniuersalis iurisdictionis circa N. Protegit enim ipse iure ordinario tanquam princeps subditos territorij sui, probatur ex dicta donatione Conradi, vbi per omnia disponit quatenus huic protectioni subditis debitæ non satisfactum. Deinde probatur ex aurea Bulla Caroli IV. iunctis electorũ Consensbrieffen / quod Burggrauii in ditione sua siue Herrschafft zu N. habeant milites, ciues, clientes, rusticos, subditos, sicut alii principes quos ordinarii is iudiciis ita tueantur, vt non necesse sit ad alia prouocare. Rursus probatur ex loco illo circa finem der Kampfgerichtsord-

nung / quod dicti Burggrauii in qualitate der Herrschafft deß Burggrafftthũbs per subditos suos armatos tueantur iudicia sua. Item antiquitus asylis certis tam intra, quam extra vrbem constitutis defendebant delinquentes. Inest igitur protectio dẽ Landgericht/ Glaid vñ Burggrafftthumbs
57 Herrligkeit Protectio vero N. † Hindersassen singularis & priuilegiata ex causa accidentaria, particulariter acquisitorum colonorum cẽsualium, & sic non præiudicat ordinario territorii Domino. *Socin. in c. recepimus. num. 8. & 10 ext. de priuileg.*

Vltimo in secunda positionali habetur, Wildban ex primæua inuestitura cõpetit Burggrauiis, tertia arbor & tertia fera in venditione Nassouiensi & eiusdẽ cõfirmatione exprimitur Wildban. Deniq; in inuestitura Imp. Ruperti de An. 1041. & seq. Imp. Burggrauiis plene conceditur die Wildbañ. Et in venditione de An. 1427. idem reseruatur. wie andere deß Burggrafftthumbs Herrligkeit. Neq; à N. controuertitur deferentibus etiã pœnam der Wildprätschützen/ *n. 19. tom. 3. probat. March.* Excepto quod etiã hoc singulari Iure Marchionibus competere asserunt. Sed & hic iuris communis præsumptio ipsis resistit: prohibere enim
58 venationem † Domini terrarum solent in suis territoriis, non in alienis, cum ad eam rem edictis pœnalibus opus sit, quibus acquiescant & pare-
59 ant priuati. Quæ acquiescentia † tanquam naturali æquitati repugnans, in subditis difficulter ne dum in N. vel aliis non subditis præsupponitur, *Iacob. de feud. verb. & cum venat.* Concludendo igitur hunc punctum apparet ex supra deductis, Burggrauiatum cum suis qualitatibus in secunda positionali expressis sufficienter probatum esse. Et quantum ad limites attinet, quod is ab vrbe N. incipiat: Inde versus Franconiam in Bauariam in summis, mediis, & infimis locis se extendat, nec vllus omnino pagus est in Libello expressus, vel à N per eorundem additionales in controuersiam vocatus, qui non contineatur, tum in districtu deß Landgerichts deß Burggrafftthumbs iuxta dispositionem translactionis Harrensis, tum in districtu deß Burggräfflschen Glaids / secundum ea, quæ supra in puncto deß Glaids dicta sunt: tum etiam in districtu deß Wildban / similiter per ibi dicta, vel deniq; in districtu der Burggrafftthũbs Herrligkeit. Quæ vna cum modo dictis Iuribus extra vrbem reseruatur in venditione castri de Anno 1427. Imo vt apertius dicatur, nullus pagus controuersus est, qui nõ sit in districtu der Burggräfflichen Hohengericht / saltem prout illa ante venditionem sæpe allegatam Burggrauios possedisse expressissime antehac diuersis temporibus fassi sunt N. & per notata in puncto der Hohengericht. Expedito Burggrauiatus titulo, videndum de transactione Ludovvici Palatini de An. 1453. Rei in responsionibus ad 116. positionalem fatẽtur, dictam transactionem & articulum inde extractum, quoad G. sed negant sibi aliquid per illam denegatũ, quoad Fraisch Obrigkeit, addentes, das sie auch derhalben fürnemblich mit einander nit zusammen kommen / postea tamen in conclus. *nu. 144. fol. 39.* fatẽtur, quod Burggrauij Stock/ Bandt/ vnd Eysen zum Grossenhoff ante dictã transactionem habuerint, & quod inde lis orta fuerit, quia N. extraxerint captiuos auß der Burggraffen Eysen. Vt igitur hæc transactio recte intelligatur, excutiendum est, quis tum fuerit status inter partes nostras in controuerso districtu. Castrum & sex pagi, item Sylua & Schultheissenambt iam vẽdita erant cum clausulis reseruatoriis, prout in sæpe allegata venditione zum G. habeant Burggrauii Stock/ Bandt/ Eysen/ & maleficos ibi vinctos, quæ vera causa litis, vt sibi ipsis contrarii fatentur N. Quod ex nouiter in hac Reuisionis causa ab ipsis productis magis clarescit, nimirum ex attentatis & innouationibus ipsorũ circa Fraisch/ quibus se acerrime opposuit tum Marchio Albertus (vt & postea semper quam diu vixit.) ibidem habebant adhuc Burggrauij die Lehenschafft/ quam sibi reseruarunt olim in antiquissima venditione W. S. facta: Extra vrbem exercebant Landtgericht zu G. W. F. & aliis vicinis locis, als in Burggrafftthumb vnnd jhren Gebieten / vti loquitur Imperator Fredericus III. in priuilegio suo de Anno 1456. litera E. *n. 68.* in causa noui operis nunciat. den newen Baw zu L. betreffendt. Sic etiam quæ pertinebant ad præparandum locum duelli subditi ministrare cogebantur per Edictũ pœnale conuocati ad arma von Hauß zu Hauß intra milliare rings vmb F. silentium & obedientiam præstantes Burggrauiis bey Hand abhawen/ idque nõ tantũ respectu singularis Iuris deß Kampfgerichts / sed quia alioqui & ordinarie subditi erãt Burggrauiis, quod ostendit verbum, Herrschafft deß Burggrafftthumbs/ sæpe dicto loco deß Käpfgerichts Ordnung. Quodque illa ministeria subditorum vere & cum effectu præstita fuerint, colligitur ex casu relato in Landsgerichts Buch/ lit. L. *tom. 3. probat. March fol. 256.* Vbi quidam in duello occisus ante Palmarum Anno 1422. In partibus inferioribus Burggrauii tum habebant præfecturam Schuuobacensem extendentem se vniformiter etiam cis aquas vsque ad Kornberg cum circumiacentibus Dörffern/ Landt / Leuten / allen Gerichten/ vnd Wildban. Quo facit Schadloßbrieff de Anno 1443. quorundam Rusticorum zu W. K. vnnd H. *3. tom. probat. March. fol. 124. numer. 78. ordin. 8.*

Præterea vbi constat ex supra dictis attestationibus de Anno 1468. Duces Otto pater, & Otto filius, & ante eos Dux Iohannes Palatini zu N. suis temporibus nullum alium vicinum agnoscebant in partibus illis, quoad Herrligkeit vnnd Halßgericht/ quam Burggrauios. De superiori tractu circa B. ne hodie quidem controuersia est inter partes, & confirmatur antiquum Mius ex allegatis venditionibus Burggrauiorũ, quoad G. B. vnnd H. Interea vero ex altera parte Norici iam tum quoque persequebantur faci-

noro-

norosos non solum intra aquas, sed etiam longe vlterius in quorumcunque dominorum aliorum territoriis, vt præsupponit priuilegium Caroli IV. de Anno 1347. litera N. inter Documenta N. His ita diligenter collatis, facile est de hac transactione palatini iudicare.

Primo, quoad G. das N. bey der Gerechtigkeit/ so sie von der Statt Haßgericht wegen darüber haben bleiben/auch weder Stock/ Band/ Eysen oder andere Gerichtszwanck daselbst haben sollen. N. in concluſ. *num. 144.* hunc esse simplicissimum intellectum volunt, das G zu der Statt Halßgericht gehört/ vnnd das die von N. bey derselben Gerechtigkeit bleiben sollen Deinde, das vber solche vorige/ deren von N zustehende Statthalßgerichtliche Gerechtigkeit weder Stock/ Band/ Eysen oder andere Gerichtszwanck sollen auffgericht werden. Verum illa limitatio, quæ prohibet signa meri Imperij, vel vllum alium Gerichtszwanck/ satis declarat, non absolute sed limitato modo vrbanam iurisdictionem criminalem extendi ad G. situm in alio Territorio, scilicet deß Burggrafftthumbs/ vt expresse disponit transactio Harrensis. Malefici ergo zu G. prehendi & capi possunt, & ad supplicium vrbis rapi: nullus autem alius actus cognitionis criminalis quæstionis habendæ vinculorum, vel quocunque tandem nomine appellari possit, à N. potest in G. exerceri. Qua ratione apparet non plus ibi iuris ex hac transactione acquisiuisse N. quam quod alioqui habebant ex priuilegio Caroli IV. de facinorosis persequendis & ducendis in vrbem ex quorumcunque dominorum territoriis per verba dicti priuilegij, damit dem Beſchädigten Recht widerfahre nach der Statt Recht. Et licet amplius concessum quid videatur ex confessione M. in 24. Addit. de Anno trigesimo octauo, vbi excipit à reliquis locis controuersi districtus, W. G. & G. das es Vertragsweiß zugelassen/ sicut verba illa dictæ transactionis, Auch sollen zu G. nicht auffgericht werden/ etiam suo modo ad Marchionem referri possunt. quo N. liberior & laxior potestas sit prehendendi ibi facinorosos sine obstaculo M Quo etiam pertinet priuilegium de Anno 1378 à Carolo IIII. ipsis concessum das ein Herr innerhalb einer Meylwegs vmb N. kein Stattrecht/ Halßgericht auffrichten möge/ quod habetur in documentis N litera X. Interim tamen Ius vniuersalis territorij M non ademptum esse, (quamuis effectus eius, quoad quid restricti & limitati fuerint,) declaratur ex subsecuta obseruantia, quod quotiescunque N. aliquid extra ambitum vrbis suæ moliti fuerunt, ædificando aggeres, fossas fodiendo, patibula erigendo, siue palos M. id demoliti sunt, vel ipsimet N. tollere sunt coacti, vt latius dicetur infra in decreto fœderis. Et sic M. iam inde ab hac transactione vsque ad decretum fœderis, & inde vsque ad præsens tempus manserunt in perpetua quasi possessione prohibendi signa meri Imperij vnd andere Gerichtszwanck/ so N. ausserhalb der Statt Halßgericht vlterius in M. territorio anzurichten vnderstanden/ prout etiam exercitio ipsorum in criminalibus extra vrbem præter priuilegij & transactionis huius causam postea attentato perpetuo contradixerunt, de quo in suis locis. Deinde declaratur ex transactione Harrensi, quæ expresse dicit, omnia intra muros vrbis sita, siue res, siue personas, sein im Landgericht deß Burggrafftthumbs gesessen vnnd gelegen/ nominando in specie W vnnd G Planissimus ergo sensus est, ius illud der Statt Halßgericht extra vrbicum districtum seruitutis iure extendi in vicinum Burggrauiatus Territorium certo & limitato modo, ita vt N. in hoc pago G. eodem modo. sicut in pago W. antiquitus etiam venditionem de Anno 1427. facinorosos persequantur, adducendo eos in vrbem, qua de re supra allegatus est casus in puncto deß Hohengerichts/ & latius dicetur infra sub pagis W. & G. Cessio igitur, quoad G. per hanc transactionem ita facta est, vt propterea fines Territorij Burggrauiatus non mutarentur, ed vnitas eiusdem conseruaretur, prout expresse definit sæpe dicta transactio Harrensis, ita quidem, vt retinuerit M. Ius submouendi ea omnia, quæ vltra permissum & concessum modum attentarentur. Sic non defiit M. facinorosos persequi vsque in G vnd biß an die Schrancken/ de quo in possessorio.

Diligenter itaque distinguendum ius vrbicum à iure territorij Burggrauiatus Ius vrbicum reseruatur in hac transactione: quale autem sit, non exprimitur. Speciale, singulare, extraordinariumque esse, adiuncta verba ostendunt: Auch weder Stock/ Bandt/ Eysen/ vnnd andere Gerichtszwanck/ quæ tam signa, quam rem ipsam, hoc est iurisdictionem ordinariam Reis adimunt: M. quoad totum, nihil derrahunt. Retinet enim ille Gerichtszwanck immediate extra muros, & specialiter limitata firmat Ius territorij Burggrauiatus in non exceptis, reducenda omnia ad terminos priuilegij Carolini, vel ad cumulatiuum, non priuatiuum exercitium zum G aliter non ferentibus verbis modificationis huius transactionis, iunctis clausulis reseruatoriis vtriusque venditionis transactione Harrensi & decreto fœderis. Iam de aliis capitibus dictæ transactionis videndum: Quod proxime sequitur de renunciata Lehenschafft zum G. ad causam particularis dominii, non ordinariæ iurisdictionis pertinet.

Alterum caput est, quod N. defensionem habeant, siue patrocinium, vel, vt verba sonant, verspruch der Clösterzu S Æ C. Clare/ vnd jrer Leuth/ quod similiter ponderandum: Dubium scil. fuisse Ius defensionis dictorum Monasteriorum etiam post venditionem de Anno 1427 nec id sine causa. Quia venditio certis iuribus in vrbe, nimirum castro, duabus partibus deß Schultheissen

Ambts/censum in controuersia dict. Schultheissen Ampts/ vnd auff den Zoll extra vrbem, Syluis mit jhrem Forst/ vnd Zettelgerichten. Item sex pagis reseruatur Lehen/Geistlich vnd Weltlich/ Landgericht/Glaidt / Wildtban / vnd andere deß Burggrafftumbs Gerechtigkeit vnd Herrligkeit / Recht vñ Gütter. Et in inuestituris passim imperialibus conceduntur Burggrauiis Clöster/ Teutschheuser. Vnde iura patronatus & aduocatiæ in dictis Monasteriis non immerito prætendere potuerunt Burggrauij. Illud etiam constat ex Kampfgerichts ordnung vnd Jnzicht Sachen / quod vendito iam castro soliti sint das Landgericht zu S Æ zu halten tanquam in loco, in quo plus iuris habuerunt, quam in cæteris vrbis partibus. Tertio in dicta transactione palatini quoad Forstgericht/auch andere Ordnung vnnd Satzung der Wäldt confirmantur priuilegio Ludovvici & Caroli, atque dicta priuilegia separant Halßgericht ab ordinationibus Syluarum. Nec N. tribuunt vllum ius Territorii, sed persecutionem tantum facinorosorum in alienis. Confirmatur quoque in hoc puncto venditio Syluarum de Anno 1427. Sic saluum remanet Duci M. ius territorii ibidē reseruatum. Quarto quoad Zoll vnd Glaid / expresse confirmatur transactio Friderici Palatini de An. 1386. vt nimirum seruetur taxa ibidem præscripta, quoad Ciues N. ita tamen vt non pertineat ad noua vectigalia, si quæ in posterum acquirant D.M. Vltimo loco quoad Landgericht deß Burggrafftumbs / transactio disponit omnes lites desuper ortas, vsq, in eum diem sublatas esse debere. Ergo mansit in statu, in quo erat, prę sertim addendo transactionē Harrensem, quæ definit territorium deß Landgerichts vnd Burggrafftumbs à muris vrbis incipere, & effectus d Landshuldtgūg deß Landgerichts/quoad facinorosos notorius est. Quare apparet N. in effectu per hāc trālactionē confirmari ius vrbicum extra vrbē eos restringendo ad iura sua singularia, priuilegiata ex imperialibus concessionibus, & particularibus contractibus, in Burggrauiatu acquisita: Saluis semper eiusdem Burggrauiatus Zoll/Glaid/ Landtgericht/Wildban/vñ andere Herrlichkeiten/ post trāsactionem Palatini M. ad ostēdendū non Ius Reorum vrget decretum fœderis, quod per illud Rei pro confessis & conuictis habiti sint. Ad decretum igitur hoc intelligendum similiter considerandus est status illorum temporum. De iuribus Burggrauiatus zu vnd vmb N. multa iam constant ex primæuis inuestituris, ex Bulla Carolina consensu Electorum firmata, vbi Terræ, quas iam tum amplissimas possidebant Burggrauii circumcirca N. versus Franconiam & Bauariam vno complexu & titulo Burggrauiatus parificantur aliorum Principum territoriis, etiam Electorum, quoad omnis generis metalla & monetas. Item ex subsequutis aliorum Imperatorum confirmationibus. Postea vero, castro vendito, & pagis quibusdam venditis. Item officio Schulteri & Syluis, prima & præcipua occasio extitisse videtur conuellendi, siue in dubium vocandi iura Burggrauiatus. Etenim N. in conclusionibus suis 140. *par. 15.* asserunt, daß An. 1432. der Kauff vnd Lehenkauff halber ein disputation eingefallen vnnd vertragen. Quidquid vero sublecutis temporibus de magna illa & celebri Burggrauiorum venditione eiusque intellectu disputatum inter partes fuerit, illud semper tenēdum est ex transactione Ludovvici Palatini de Anno 1453. iura Burggrauiatus salua illibataque constitisse, nec otiosam clausulam reseruatoriam in venditione der Burck habitam. Quod & missiuæ ipsorum Noricorum de Anno 1492. & 1494. *tom. 3. prob. March. num. 62. & 64.* aperte ostendunt, dum in illis se restringunt ad singulare & priuilegiatum exercitium in alieno territorio, per quod Burggrauiis præiudicare non intendant, idque recte tum & conuenienter iuxta verum intellectum dictæ transactionis & clausulæ reseruatoriæ. Idem confirmat transactio Harrensis de Anno 1496 quæ vt sæpe iam dictum, Burggrauiatus Landtgerichts zwanck à muris vrbis incipere declarat. Hoc ipso Anno haben N. der Fraisch halber ein Erkündigung eingenommen / quam informationem sub tali signo ⸸ cum cæteris suis probationibus produxerunt in hac causa, & vnicum tantum casum ibi inuenerunt, qui habetur sub pago S. L. Anno 1498. extra vrbem erexerunt Blockheüslein / Thürlein/ Schrancken/ vnnd Gräben / quæ tamen demoliri fecit authoritate regia Maximilianus Cæsar, vt fatentur N. in exceptionali suo 181. Sequenti Anno 1499. librum ceperunt conficere, quem appellarunt Fraischbuch nouo nomine & intentione contra priores quasdam declarationes (quamuis quidam & alio nomine Kriegsbuch appellēt:) productum cum aliis probatoriis. Anno 1500. omnes status fœderis Sueuici duobus in Conuēntibus Eslingæ & Vberlingæ auxilia promiserunt M. contra N. der gebawter Thürlein halber / vt fatentur N. in exceptionali 198. Licet nullitatem prætendant, quia tum temporis nondum fuerint im Bundt. Verum nō leuiter prætereundum est, quod hęc molitio N. palā omnibus tum temporis noua & odiosa visa, causa vero M. fauorabilis & æqua Anno eodem N. aliam informationem instituerunt, scilicet zu Wendelstein der Fraisch halber/quæ continet Actus tres Anno 1502. Norici ipsimet adierunt den Schwäbischen Bundt / articulum exhibentes der gekaufften Fraischhalber in den Wälden/ vnd zu G. prout in primo præiudiciali M. quem fatentur N. in bello Bauarico An. 1504. præter illa, de quibus supra facta mētio Blockhäußlein / Thürlein / Schrancken vnd Gräben authoritate Cæsaris iam sublata, alia de nouo erexerunt. quæ postea iussit tollere decretum fœderis, prout in dicto decreto. Demum An. 1505. cum in quatuor partes dissecaretur Herman N. & illæ nouis palis extra vrbem erectis affigerentur, ad apertam litem res erumpit, & proxime

sequen-

sequente Anno coram Bundtständen cœptum agi, simulque etiam eo ipso Anno N. per duos Notarios examen 69. testium instituerunt, ex quorum omnium dictis, non nisi casus 12. pro se extrahere potuerunt.

Quod examen vocant Zeughafft ad perpetuam memoriam sub signo* productum. Informationem quoque im Ampt F. habuerunt, quæ continet actum vnum, nominant illum alte Außträg belangendt die Frayſch vñ Halßgericht im Ampt F. sub signo ♏ Circa idem tempus, cum iam armis occupassent proximo Bauarico bello prefecturas L.A. & H. cœperunt attentare zu gelaiten vor dem L. Thor vnd für dem F. Thor. Triplex igitur M. causa extitit agendi coram Bundt. nimirum propter Blockhäußlein/Thürlein/vnd Gräben. Deinde propter palos illos, quibus affixæ partes dicti Hermans R. Deniq; propter attentatum Glaid. Quod tertium tamen, vti obiter tractatum, ita etiam incerta decisione definitum, & adhuc hic pendet. Reliqua vero duo puncta in decreto fœderis Anno 1507. ita definita: quod N. tollere debeant intra tres menses erectos palos, in posterum vero similibus accidentibus casibus intra ambitum patibuli sui vrbici similia signa ipsos erigere posse.

Denique tollere quoque intra dictos menses 3. Die Blockhäußlein vnd Gräben/prout N. all jhr Recht vnnd Gerechtigkeit / also das sie deßhalben solche suchen vnd fürnehmen mögen/wie jhnen das gebürt/ addita commination der Bundshülff in casu non paritionis. Ad hoc decretum & contenta eius Rei in responsione ad 118. posit. excipiunt primo, daß sie dasselbige nicht angenommen / noch bewilligt. Secundo. Klag vnd Streit sey nicht fürnemblich vmb die Frayſch gewesen / wie auch der Endtschaidte (quod per 3. except. notari potest) Reis kein Frayschliche Obrigkeit benommen. Quarto, es sey gütlich vnnd nicht Rechtlich gehandelt. Quinto, Maximilianum dicti tum temporis ita se declarasse, ne noceret N. in possessione. Quæ exceptiones partim ad competentiam siue iurisdictionem Statuum fœderis eludendam, partim ad ipsa merita pertinent. De iurisdictione autem ligæ, & validitate processus frustra disputatur, cũ tunc nihil reperiatur exceptum: Et antea ijdem à N. in similibus controuersijs electi fuerunt iudices Anno 1502. iuxta confessatum primum præiudicialem, reiecta etiam appellatione per Maximilianum Cæsarem iniuncta paritio, eaque à N. obedienter facta.

Deinde quicquid disputent N. de competentia, non negant tamen id genus cognitionis siue prouisionis habuisse status fœderis, quo cauetur, ne partes ad arma veniãt, quod summarijssimum possessorium dicitur fundatum *in l. aquissimum. de vsufruct.* videatur exceptionalis Reorum 206. vsque ad 216. Quis autem fuerit principalis status litis coram liga, tum ex supradictis, tum maxime ex actis & actitatis ibidem liquidissime constare, nec aliunde melius interpretatio, vis & effectus sententiæ seu decreti illius, de quo quæritur, peti poterit. Quæ à M. ex actitatis coram Bundt extracta sunt, non negant N. sed de intellectu disputant. In altero litis puncto coram dicta Liga, qui respicit die Blockhäußlein vnd Thürlein/nihil editum est, cum tamen ex ijsdem fundamentis pendeat, & eadem quoque merita procul dubio ventilata sint.

Facit, quod primus præiudicialis Actoris confessatus est, ex quo apparet perpetuam N. tum temporis defensionem hanc fuisse, quod à Burggrauijs emerint die Hohegericht vmb N. Acta igitur illa coram Bundsländt eo modo, quo in nostra causa producta sunt, ita recognoscit Aduocatus N. laß den Abtruck vnd was darauß producirt in seinem werth bleiben.

Verba autem illa ex actis extracta hæc sunt: Vnnd es erstlich dargebracht/ also solte N. im Fürstenthumb deß Burggrafftthumbs liegen/ so es nun darinn lege/ vnnd mein Gnädigen Herrn Burggraff were/ so hette es S. G. alle Fürstliche Obrigkeit / hohe vnnd Niedergericht/ & merum Imperium. Ex quibus verbis continentibus assumptionem fundamenti, & in territorijs M. apparet, ipsum perpetuo argumentatum ab vniuersalitate territorij & districtus, hoc modo: Burggrauius N. habet omnimodam iurisdictionem & superioritatem in vniuerso territorio N. N. autem cum locis illis controuersis est intra fines dicti territorij: Ergo non licuit N. ibidem signa meri Imperij, propugnacula, aggeres, fossasque inuito M. siue Burggrauio erigere, & sic in alieno moliri.

Audita intentione & propositione Burggrauij, considerandæ depulsio & exceptio N. his verbis: Darzu sagten sie/ das S. Gn. ein Fürst deß Reichs sey/ gestünden sie/ ob aber das Burggrafftthumb zu N. ein Fürstenthumb were oder nicht/ darumb weren sie hieer nit bedacht/ daſselbig außzutragen oder zu disputiren.

Ex quibus verbis notandum obiter ad effectum competentiæ, quod citati comparuerunt, aliter in hoc puncto non excipientes contra iudices. Sequitur, daß sagten sie aber/ N. were ein Statt deß Reichs je vnd allweg gewest/ vnnd noch möchte sein/ G. Voreltern hetten an denen örtern/ da die Stöck stünden die Gericht gehabt/ hohe vnnd Niedere & imperium merum & mixtum. Notandum non vere conditionalem, sed magis puram esse hanc confessionem: Idq; etiam apertius probatur ex inuestitura Rudolphi & confirmat seq. Imp. ipsisque instrumentis vtriusq; venditionis de Anno 1427 quæ clare cantant N. ipsam Burggrauijs tributariam fuisse, Zinßbar/dienstbar/vnd gerichtbar. Item Burggrauios ibidem habuisse Zoll & sedem iudiciorum suorum. Itemq; aulam ordinariã, prout & aurea & argentea moneta ibid. N. vendita ex litera W. inter documenta N. constat. Sequitur; ob aber schon S. G. Voreltern die

da gehabt / folgt darumb nicht / das S. G. diß auch hette / denn es were darnon kommen. Obseruanda hic causa expressa pro declaratione superioris cõfessionis, factæ per modum quasi concessionis. Sequitur; vnd damit man dessen gründlichen Bericht empfangen möge: Quæ verba bene notanda pro confirmatione & probatione superioris confessatæ causæ. Sequitur; So wolten sie das scheinlich machen / vnd hette die Gestalt / meines G. Herren Voreltern hetten verkaufft die Burck zu N. die Dörffer W. B. S. S. vnd H. iuxta instrumenta prælecta. Ecce allegant Emptionem ex fundamentali & vera probatione eius causæ, quam supra attulerant in verbis: Es were darnon kommen. Sequitur; vnnd sagten fürter / man höret in dieser Verschreibung / das M. Voreltern alle jhre Gerechtigkeit / die sie da gehabt / besucht vnnd vnbesucht / jhnen verkaufft / vnnd anders nichts außgenommen dann allein die Lehen / Landgericht / Glaid / Wildban. Quando hæc concurrunt cum ordinario iure territorij, vti hic, nullatenus separanda sunt ab Imperio mero. Nec tantum hæc specificata, sed etiam andere Burggrafftumbs Herrligkeiten reseruata in venditione Castri Burggra-
60 uialis. Verbum † autem, Herrligkeit / tum temporis synonymum erat cum Halßgericht / vt ex attestationibus de Anno 1468. im Altorffischen Saalbuch apparet. Reseruatis igitur expresse Landgericht / Glaid / Wildbahn / Lehen / vnnd Burggrafftumbs Herrligkeit / quis dubitat amplius Halßgericht / de quo quærim° expressissime reser-
61 uatum, cũ ex nomine qualitas † rei dignoscatur. *Zas. consil. 6 num. 3. & consil. 16. num. 24. lib. 2.* & non ferendos Noricos in hoc tergiuersantes. Sequitur: Nu were offenbar das ein außnemmung eins / mehr / oder etlicher Ding ein bestättigung oder einschlissung were / der andern Ding / die nicht außgenommen. Du schliessen M. in diese Kauff nichts auß / dann die Stück / wie gemeldt / so sie nun nichts außgenommen / theten sie nichts vorbehalten. Nam qui
62 nihil excipit, † nihil reseruat. Cũ nihil ergo excipiatur, so dürfft es keins Zweiffels M. hetten jhnen auch verkaufft die hohe Gericht / dann hier inn dieser außnehmung der benandten Stück stundten etliche Stück die minder wehren / darnon die hohen Gericht / als das mehrer nicht außgeschlossen / wer wolt anders verstehen dann das dieselben in Kauff kommen weren vnd das man aber gründlich vernemmen möchte / daß die hohen Gericht in diesen Kauff kommen / so were nachmals ein Bestättigung vom Kayser Sigißmund auff bitt M. drüber außgangen / darinnen jhnen die Obrigkeit deß gemeldten Endt confirmirt vnd gegeben were / in allermassen wie sie die inn der Stadt gehabt vnnd noch hetten. Quæ confirmatio lecta. Notandum hic pro vnico defensionis argumento productum non tantum emptionis instrumentum, sed & confirmationem eiusdem.

Et vtriusque clausulas disputatas, nulla hactenus facta possessorij mentione, probatione etiam eiusdem nulla alia præstita vel oblata. Vnde, quid magis principaliter ibi in quæstionem venerit, quis denique fuerit eius litis status, non difficile est æstimare.

Occasione enim illorum attentatorum ventilatum & disputatum fuit, licet summarie ius omne & integrale totius districtus, mens & sententia totius contractus emptionis & venditionis inter partes olim initi, & ab antiquo controuersi, an scilicet merum Imperium extra vrbem simul venerit, nec ne? Burggrauius in veteri lure retento: Norici in eodem illo per emptionem acquisito tantum se fundarunt: Vtrum autem antea Burggrauiorum fuerit, neutiquam tum dubitatum, imo confessatum, & quidem vndecies ex parte N. merum Imperium siue Halßgericht vna cum Castro Burggrauiali venditum, inque N. translatum fuisse. Clausula vero illa, quod exceptio vnius † vel plurium sit inclusio aliorum 63
non exceptorum, pro firmamẽto solido ad eundem effectum octies repetita & inculcata fuit. Atque ita in vniuersum, vnde vigesies confessatum & reconfessatum ius gladij ante venditionem castri Burggrauialis fuisse. Quod tamen in hac nostra causa, tam in articulis, quam productis vbique pertinaciter ab ijsdem negatur.

Sequitur in dictis Actis: Sagten fürter / es were gar kein zweiffel / sie hetten in der Stadt merum Imperium: so wehren jhnen die Dörffer verkaufft zu Regieren / wie in der Stadt. Hæc clausula confirmationis ius gladij absolute non tribuit, sed quatenus ipse & contractus permisit, quia non auget venditionem extensiue, sed tantum intensiue, vt de pacto & renunciatione iurata dicitur, *Oldrad. in cons. 244. num. 3. Zas. consil. 20. num. 32. & 33. lib. 2. arg. l. Titius. in fin. ad S. C. Trebell.* Sequitur: So wehre auch gehört / das M. Voreltern / vmb diese Bestättigung gebetten hetten. Confirmatio fuit, non noui iuris datio præter & extra contractum petita & obtenta: Ergo secundum eundem intelligenda. Sequitur: Damit wolten sie den rechten Tittel anzeigen. Notandum bene, verum titulum editum, qui non nisi 64
† vnicus esset, nec alius imaginari poterit, præter expressum, *gloss. singul. in l. quædam, in fin. de rei vind. Rebuff. in præfat. de mat. poss. numer. 123. Ias. in l. certi condictio. §. fin. colum. 2. si cert. pet.* vnde consequens fit, non verum, sed fictitium esse & falsum titulum der Kayss. Landtvogtey, qui in his nostris Actis, reiecto & pernegato, hoc olim allegato vero vnico præcipuo titulo, in eius locum nunc obtruditur, nec immerito contrarietatem & repugnantiam N. obiectam.

Contradictoria enim & pugnantia sunt, toties tam enixe in vno contradictorio iudicio asserere & fateri merum Imperium à Burggrauiis emptum, & non mox quasi reuocato & correcto errore, sed post longum tempus in alio iudicio ex dia-

diametro contrarium priori propriæ confessioni, toties reiteratæ & acceptatæ, nunc allegare non emptum, imo pernegare vllo vnquam tempore M. fuisse.

Certe quo viciniores tum temporis erant origine, eo melius certiusq; de veritate & validitate tituli ipsis constitisse præsumitur. Subnectitur, das sie auch dern scilicet pagorum emptorum & Iuris, dieselbe zu regieren/ wie in der Statt/ in possessione vel quasi gewesen/ vnd bißhero also eingehabt/ dann was je zu Zeiten durch M. Amptleut eingriff beschehen weren in newligkeit/ das sie doch allweg Kläger gewesen. Notandum allegatam possessionem non quietam, sed sæpius interruptam fuisse etiam ante litem illam coram Bundt/ sæpiusque eo nomine querelatos N. vt patet ex supra deductis, de translactione Palatini, & quæ intermedio tempore gesta sunt vsque ad tempus decreti.

Et ex turbationis modo hic expresso de statu controuersię apud Ligam non difficile Iudicium facere, rem sc. ipsam & Iurisdictionem criminalem non locum & signa tantũ principaliter, quod tamen magno conatu contra facti notorietatem confessatam persuadere conatur Aduocatus N. disputata fuisse, verba in newligkeit ad restrictionem apposita refelluntur ex actibus articulatis ratione possessorij & statu illorum temporum superius explicato ab Anno nimirum 1449. quo partes propter hoc ipsum ad arma venerunt, tandemque Anno 1453. transegerunt, ita tamen vt nouæ semper lites inter easdem partes exortæ sint super intellectu contractuũ vtriusq; vẽditionis & translactionis, tam Palatini, quam Harrensis. Sequitur: So stünden diese Stöck nicht für die Weiler od Dörffer/ darinn sie diese Obrigkeit kaufft/ vnnd in posseß hetten/ auch daselbst hin vnnd wider wol Macht gehabt/ nach laut jhres Kauffs/ vnd das jhnen die Hohengericht/ & merum Imperium zustünde die Stöck zusetzen/ damit wolten sie diese stück verantwort haben. In paucis hisce verbis, ter iterũ repetitur Confessio meri Imperij empti à Burggrauijs, & ex generalitate empti Iuris defenditur factum vel attentatum, quod liti immediate causam dederat, sic inferendo: Liceret nobis ob titulum emptionis erigere signa meri Imperij in singulis pagis emptis, longiusque ea proferre. Ergo. Quod argumentum inuerti & retorqueri potest principaliter: Non licet hoc vobis in litigioso loco propter retentum, exceptum & reseruatum vniuersale ius Burggrauiatus super territorio & diuerso districtu eiusdem integro: Ergo nec alibi, latiusve. Valet enim consequentia à toto ad partem, & actus prohibitorius †in parte cõseruat ius integrale in vniuerso districtu, & præsumitur † territorium respectu iurisdictionis esse vni° nominis. Est enim iurisdictio, † vt seruitutes aliaq; iura incorporalia, indiuidua, *Afflict. decis. 27. & idem in c. vnic. §. 5. nu. 22. de controuers. int. mascul. & fœm. Roland. à Valle consil. 46. num. 56. vol. 3.*

Deinde hic rursum argumentantur N. à reipsa, hoc est, Iurisdictione sibi acquisita per emptionem ad signa. Quod argumentum præsuppositi tali emptione validissimum est. Si merum Imperium & criminalia iudicia absolute vendidissent Burggrauij, de signis litem frustra mouerent, nisi reperirentur specialissime excepta. Et hinc patet tantum abesse, quod status causæ ibi constiterit principaliter super loco ipso & signis, non autem super petitorio vel possessorio Iurisdictionis, vt sibi imaginatur Aduocatus N. in conclusion. *num. 144. fol. 51.* vt status causæ nullæ Sophistica contra mentem & intentionem vtriusque tunc partis magis inuerti & peruerti possit. Medium enim concludendi vtriusque desumptum fuit à Iurisdictione totali asserta & defensa actiue per D. M. & retento & conseruato veteri vniuersali suo Iure in toto Burggrauiatu. Et per consequens in locis litigiosis exceptiue per Noricos de eodem empto & acquisito in omnibus pagis, eorumque pertinentijs in contractu expressis, & per consequens in litigiosis, tam quoad rem ipsam quam quoad signa, vti prædicta verba satis formaliter exprimunt N. sententiam. Vt autem omnis de statu causæ coram liga præcidatur dubitandi occasio, audiantur partes ipsæ plenius mentem suam alibi explicantes, nimirum in causa Lazarethi, vbi M addit. suo 7. ita ponit: Item wahr/ das Marggraff Friederich Anno 1506 vmb solche erkändtnus vmb abschaffung der Blockhäuser vnd Stöck/ darumb fürnemblich klagt vnd angehalten habe/ das DD. Thorn/ Blockhäuser/ Graben vnd Stöck in jhrer F. G. Fürstenthumb/ Land vnd territorio gebauwet/ vnnd auffgericht worden sein.

Respondent N. & credunt, vt in actis, quæ nobis hoc notorium faciunt. Deinde hoc additionali 8. Item wahr/ das N. hiergegen vnder andern haben fürwenden lassen/ das sie die Obrigkeit/ auch die Gerechtigkeit solchs Bauwes à M. erkaufft hetten. Respondent, credunt, doch haben sie andere Gründ vnd Titul auch angezeigt. Atqui de alijs titulis nihil constat. Edant igitur integra Acta, vt doceant. Item in Reuisione ad 11. addit. Vbi his omnibus non obstantibus demolitionem N. iniunctã dixit D. M aiunt. se credere vt in Abscheid/ vnnd das jhr Fürgeben sey nicht scheinlich/ sondern gegründet vnd rechtmässig gewesen. Status igitur litis, seu controuersiæ punctus fuit, vtrum signa & loca litigiosa (non quidem principaliter, & per se, sed propter occasionem occurrentis facti, & incidenter tanquam particulæ & dependentiæ totius iuris criminalis, nõ heri aut nudius tertius, sed olim & semper inter partes controuersi) per allegationem iuris vniuersalis, siue retenti, siue abalienati, idonee asserta vel defensa fuerint: & per vtrum litigantium melius: Neque enim sequitur: Signa hæc immediate liti causam debere. Ergo principalis materia litis sunt, statumque eius constituunt. Et quam hæc consecutio falsa

sit,

sit, maxime in materia Iurisdictionali innumeræ pignorationum caussæ euincunt, in quibus videmus res minimas, vilissimas & nihili. Ein Löffel/ ein Spann/ein Hembd/ein Hut/ein Bettlersmantel/ein Vogelskorb zum Frayschpfand genommen/ grauissimis caulis & litibus super iurisdictione ipsa anlam dare.

Vbi nemo sanus dixerit, quisquilias illas statum causæ facere cum vice versa, discusso iure ipso principaliter controuerso & litigioso in consequentiam retrieantur, vel recuperentur illæ res tanquam fructus, in quib. & circa quas, neutiquam autem sine quibus non subsistere Iurisdictio, vel exerceri aut competere possit. Et notum iudicia illa summariissima etiam olim in Camera fuisse, sed propter grauitatem eorundem, & quod sine æquali deductione tituli vel non possent: vel saltem non solerent, multumque temporis absumerent, statutum vt ordinaria redderentur, in quibus de pleno possessorio tractaretur, quod etiam hodie fit. Sequitur in Actis coram liga Replica Ducis M. Auff der gesandten von N. ander Verantwortung/ hat H. M. F. ferrner vorbringen lassen/ das heut von den von N. ein lange Rede gethan/ die der Meynung geschehen were/ dardurch jhr vnbillich Fürnemmen zu beschönen. Nach dem aber viel darinn vermeldt worden/ das diesem Handel nichts gebe oder nehme/ vnnd M. Meinung nicht währe/ sie die Versamblung auffzuhalten/ so wolte S. G. dern viel vmbgehen/ vnnd was mit außgedruckten Worten nicht noth were zuuerantworten/ auff jhm selbst beruhen lassen/ Aber doch was wider M. were/ wolt er stilschweigend verneint haben/ vnd nach dem etwan viel Stück M. gantz dienstlich von N. bekandt worden/ dieselben angenommen haben/ vnnd sonderlich zwey Stück darauff der Grundt ruhet.

Das erst/ daß N. mit außgedruckten Worten bekennet/ das etwan merum Imperium der hohe Gewalt vnd Obrigkeit Ducis M. Voreltern zugehört hetten/ vnnd wiewol geredt/ das solches durch einen Kauff auff sie gewendt/ hette auff jhme so viel es möchte/ were nit widersprochen/ so viel pro M. thete vnnd weiter nicht. Plus actum dictumque fuisse quam hic scriptum, apparet ex verbis: Ander Vnuerantwortung. Item quod in acceptatione confessionis omissum sit alterum membrum. Aduocatus N. in concl. suis *nu.144.* ex protocollo (vt ait) coram liga refert, ita argumentatũ contra Ducem M. so den von N. vermög deß Pfaltzgrauischen Vertrags nicht erlaubt were/ daselbst zum G. zu nechst an der Statt newe Stöck/ Bandt/ Eysen vnd Gerichtszwang von der Statt Halßgericht wegen auffzurichten/ so were jnen auch viel minder/ dergleichen an weitern Oertern von der Stadt zuthun erlaubt. Quę verba nude considerata videntur habere tacitam confessionem M. deß Halßgerichts zu N. ad singulos litigiosos extendendam. Quasi sic inferant N. Quod ipsis quoq; negetur potestas Stöcke auffzurichten/ vti zum G. ita etiam in remotioribus locis. Interim tamen Statthalßgericht peræque extendi ad G. & reliquos pagos cõtrouersos. Verum minime hoc voluisse M. declaratur ex eo, quod ipse vbiq; in dictis Actis coram liga pro primo & præcipuo fundamento ponit, das N. im Burggrafthumb liege. Ergo hoc ipsum Statthalßgericht/ quod suo modo extenditur ad G. liegt im Burggrafthumb. Huic primo argumento subnectit M. in dictis Actis, daß das Fürstlich Glaidt/ Wildban/ vnd Landgericht biß an die Statt N. gehe/ ad quam rem explicatius adhuc intelligendam conferẽda est clausula translationis Palatini de G. Etenim in vẽditione immediate extra vrbem & pariformiter reseruantur, Lehen/ Geistlich vnd Weltlich Wildtban/ Glaidt/ Landtgericht/ vñ andere deß Burggrafthumbs Herrligkeit. Quæ verba reseruatoria sunt cuiuscunq; dispositionis. *Rol. à Vall. consil. 1. nu. 143. vol. 2.* vnde in dubium vocari poterit der Statt Halßgerechtigkeit/ nedum zum G. verum etiam proxime ante muros vrbis propter æqualem dominationem reseruatoriã. Quare per tansactionẽ illa ipsa clausula reseruatoria taxata aliquo modo fuit, quoad G. tam circa criminalia, quam circa Lehenschafft/ sicut etiam quoad protectionem der Klöster/ quam verisimile est ducem M. vti vniuersali territorij Iure, ita specialiter ratione der Geistlichen Lehenschafft/ sibi vendicasse. In cæteris mansit clausula reseruatoria, imo de nouo confirmata per hanc transactionem, vt supra est dictum. Deniq; obseruantia, quoad saluum conductũ, qui facinorosis adhuc hodie à M. dari solet cum effectu securitatis vsq; ad vrbem, ostendit cumulatiue nõ priuatiue, Statthalßgericht extensum fuisse vsque ad G. Et hactenus de primo capite litis & processus coram liga, cuius voces singulæ, clausulæ omnes, tota connexio, partiumq;, maxime vero N. primaria intentio, contentio, studium & scopus in rem ipsam statumq; litis conceptæ directæq; cernuntur. Hinc toties ex parte N. pro firmo solidoque fundamento causę repetitus, & ingeminatus emptionis titulus, quo solo eam stare vel cadere voluerunt. Alterum istius litis caput fuit de operib. publicis, Blockhäußlein/ Thürlein vnnd Gräben/ cuius processum, prout coram Liga An. 1506. habitus fuit, plane non elidit M. sed tantũ fragmentum quoddã, ex quo patet, quod similiter in hoc capite vnicum fundamentũ defensionis N. fuerit contrectatus ille emptionis & intellectus eiusdẽ: Vnde media defendendi petita & materia litis: An sc. inter cætera merum Imperium venditum, vel reseruatum fuerit. In causa vero Lazarethi N. articularunt in defensionalibus suis ar. 11. quod Fridericus Marchio sich Lazareths als einer Befestigung coram Liga beklagt/ vnd dasselbe nider zulegen gebetten/ artic. 12. das auff vngestümb anhalten D. M. etliche Commissarij N. N. 10. Septembris Anno 1507. auff die Wahlstadt kommen/ vnnd die Gebäw zu besichtigen verordnet worden/ 13. art. das auff dero Relation die Bundständ Anno 1508 das

begeh-

begeren für vnbillich angesehen / vnd verabscheidet / dieweil das Gebäw zu keiner Befestigung / sondern als eine Capellen vnnd Spietal befunden / das sie Duci M. solcher Sachen halber huldt zu thun nicht schuldig weren. Vnde notanda expressio causæ formalis, ex qua petitio M. tunc temporis iniusta reputata: Econtrario ergo, si allegata causa vera per Commissarios fuisset comperta, fortalitium scilicet per Noricos extructum, demolitio etiam iniuncta fuisset.

Argumentum enim à causa, ad effectum, dum dicunt, restitutionem operis se denegare, quia cesset causa. Data igitur causa è diuerso tolleretur effectus. Tertium caput litis coram liga respicit das Glaid / vbi obseruandum, quod N. coram Liga (quantum ex ipso decreto apparet, nullum aliud ius deß Glaidens prætenderint, quam illud solum, quod ex occupatione oppidorum L. vnnd A. in bello Bauarico consecuti sint, fundantes se in iure autorum suorum. In nostra vero causa allegant iura Imperij siue Landvogtey daß nemblich die Kayser durch jhre Landvögt das Glaid auff allen Strassen vmb N. sonderlich auff den Wälden gebraucht. In hoc autem tertio capite status ligæ magis reseruant vtrique parti ius suum, quam definiunt, Duci M. quidem maiorum suorum, N. vero non antiquum aliquod, sed Bauarorũ, quod, quale sit, pendet ex decisione der Glaidssachen inter easdem hic. Cum hisce deductis rationibus deß Bunds Decrets conferantur verba & textus ipsius decreti, ex quibus de Iudicibus, de iurisdictione eorundẽ, de partib. de causis & materialib. de processu non ita summario, vt N. prætendunt. Denique de Iudicis in cognoscendo & decidendo adhibita diligentia, tentata etiam prius amicabili compositione æstimare promptum est. De iurisdictione igitur Ligæ frustra disputat ex parte N. Et quod passim dicunt, daß sie sich mit im eintge rechtliche Handlung eingelassen: Item illud das sie der Frayschlichen Obrigkeit halben fürnemblich nicht zu verhör oder Handlung kommen. Ex superioribus enim constat, si non principaliter, incidenter tamen de mero Imperio ibi actum & per modum causę deductũ, ita quod negari nequeat: Etiam dato interdictum prohibitorium, simplex vel noui operis nunciationis remedium aliquod ibi propositum fuisse, sui natura mere possessorium, tamen propter deductionem causę proprietatis, iudicium ex accidenti mixtum euasisse: Capell. Tholos. *decis. 500. Paris. consil. 1. num. 121. lib. 1. Cæsar. Contard. in l. vnic. lim. 2. circa princ. num. 11. & 14. C. si de mom. possess.* Ideoque iam vice versa dicendum causam possessionis non principaliter, sed accessorie ibi venisse ad causam proprietatis semel deductam. *c. cum dilectus. de causs. poss. & prop.* Si excipiatur super solo possessorio, eoque momentaneo lata sententia reseruata omni iure, concedi potest ius per hanc sententiam quæsitũ, tractabile & auocabile per appendicem illam decreti, idq; nouo rarissimoque exemplo factum ex superabundanti ad tollendam omnem N. præcipitati Iudicij querelam. Ideoque ipsorum officij fuisset, ad obtinendum singulare & exorbitans istud beneficium in forma specifica reseruationi adiectã conditionẽ implere, ita vt intra legitima saltem tempora de iuribus suis docerent, quod cum facere neglexerint, sibi imputent. Data igitur competentia in momentaneo quid obstat, siue expresso, siue tacito consensu alterare meri possessorij naturam permiscendo causam proprietatis per allegationẽ dominij, per productionem instrumentorum, per disputationem clausularum sine vlla protestatione, exceptione & replicatione. Vnde Liga omissa appendice plenissime N. propter prorogationem solam & electam procedendi viam præiudicare potuisset in tota causa, & forte debuisset cõsiderato agẽdi & defendendi modo, vsurpato modo ex iudicio reali negatoriæ & confessoriæ. pari studio vtrinque petito & desumpto. text. in terminis *l. ædificium. ff. de damno infect.* Ædificatum enim habuerunt N. Quasi igitur possidere de facto saltem tum temporis videbantur, & sic iniquum fuisset destructo protinus opere illius quasi possessionis commodum eis adimere, nulla præcedente vel contumacia, vel alia causæ cognitione. Egit D. M ius non esse N. ita ædificatum habere. Instituitur vtrinq; causa, cognoscitur & pronunciatur pro M. cõtra N Victi appellant ad Cæsarem, non recipitur appellatio. Iudicatum faciunt. Seruato beneficio nõ vtuntur, sed tacent vsque ad hanc litem. Quare non ambigi poterit eos omni iure, quodcunque forte competijt, penitus excidisse, & sententiam (quæ sui natura statim iuris rigore effectum firmũ durabilem, & commutabilem, & perpetuum, idq; per causam petendi, & iudicij mixturam. *l. 1. §. fin. de aqua quotid.* sortiri & præiudicari debuerat, quoad omnia, nisi nouo exemplo in gratiam conuictorum N. per reseruatoriam appendicem, ex officio nobili commutabilis, temporaria, auocabilis & rescissibilis facta fuisset) lapsis tot annorum curriculis, & defecta conditione plenissimũ in petitorio etiam sortiri effectum, Noricisque imputandum, quod in possessorio olim victi neglexerint agere petitorio *l exitus. de a. q. poss. Grau. consil. 21. n. 10. Cæsar. Contard. d. l. vnic. in vltim. ratione decidendi. nu. 16.* Concluso apparet Marchionẽ intentionem suam, quantum ad titulum in controuersa iurisdictione, siue concurrentẽ proprietatis causam attinet, sufficienter probasse. Et eo quidem ante venditionem An. 1427. celebratam, nullum relinquitur dubium, adeo vt postea N. ex prætenso emptionis titulo extra vrbem suam in Burggrauiatu molientes per transactionem palatini repressi, & ad specialia extraordinaria, atq; priuilegiata iura sua trãsactione Harrensi adiuncta remissi, tandemq; decreto fœderis in possessorio, siue plenario, siue summario ita confessi & conuicti sint, vt agendi partes in ipsos translatas esse non ambigatur.

Nunc

Nunc videndum de N. fundamentis, quibus possessionem suam colorare & iustificare intendunt. Ex defensionalibus, vt ab initio dictum, colliguntur quatuor tituli. Primo iura Imperij in genere tam in vniuersum, quam ratione Castri Imperialis. Secundo specialiter in priuilegio Caroli IV. Tertio in titulo emptionis. *defens. 28. n. 4.* Quarto in præscriptione immemoriali, in defensionali, generali singulis pagis præmisso. Addatur art. 45 confuratorius, vbi se declarant N. vnd bestehet/also daß Senatus viererley guter/gegründter/rechtmässiger/beständiger/kräfftiger Titul/vnd ankunfft der Malefitz Obrigkeit habe/nemblich ex confessionibus Imper. ratione Imperialis Castri, & sanctionibus Sculteto Imperiali N factis: Titulum Centenariæ. & vltra hominum memoriam præscriptionis. Præterea emptionis titulum, etiamsi merum Imperium fuisset Burggrauiorum, quod tamen nunquam fuit, non est nec erit verum. Quoad primum iura Imperij varia fuerunt in arce Imperiali, in vrbe, in Syluis, in toto districtu controuerso varijs dominis, varijs modis & titulis, siue commissa siue concessa iam olim Burggrauijs, Comitibus de Nassavv, dominis de Bruneck, Landgrauijs de Lichtenberg, Dominis de Aldenberg, N. quoque ipsis & ciuibus eorum. Quædam etiam in hodiernum vsque diem ab Imper. retentam, siue maioritatem illam & supremam Imperij superioritatem consideret quis, cuius inferior ab Imper. non sit capax, & quæ ab Imperio auelli non potest, siue directum dominium feudorum Imperialium (Norici potissimum vrgent, quod Arx Imperialis ipsis incorporata & concessa fuerit) als das recht Haupt zu dem die Burggräffisch Burck/vt famula pro custodia der Kayss. Schloßpforten gehörig gewesen (Sic enim loquuntur in except. *n. 122. fol. 55. & seq.*) & simul cum dicta arce Iurisdictio illa & Imperium, quod præsides Imperiales siue Landvogt/olim ibidem residentes nomine Imper. in subiectum Territorium, (hoc est vtranque Syluam & circumiacentes pagos vsque ad aquas,) inde appellatum Reichsbodem exercebant. Ad hoc probandum adducunt ante omnia instrumenta Literis A. B. C. D. quæ disponunt de castro Imperiali eo modo, quo mox dicetur. Et allegant pro
68 se illam decisionem, quod concesso † Castro per principem videatur concessum esse cum omnib. iuris & iurisdictione. Quæ doctrina late, varie, & controuertentibus sententijs à DD. tractata, vt recte ad nostros terminos accommodetur, discutienda sunt singula illa documenta. In litera A. de Anno 1313. nihil videmus Noricis vel donari vel concedi, imo ne committi quidem, nec sermonem ad ipsos dirigi: sed Imp. Henricus extra Germaniam in Italia existens Burggrauio suo cum castellanis in arce Imperiali N pro pace Imperij commorantibus committit aliquid, siue mandat generaliter, quod pertinere videbatur ad publicam vtilitatem & securitatem Ciuium N. vt nimirum pareant & intendant, si requisiti sint: vt fuerit oportunum, & de ea re caueat N. Vnde in effectu nihil aliud, quam defensio & tuitio vrbis Burggrauio committitur ab Imperatore. Clausula vero illa de non separando castro ab vrbe ad eundem effectum spectat. Et quidem iam separata arx Burggrauij. Item Brunecktische Behausung & N. intererat, ne illa quoque arx Imperialis ad alios dominos translata, libertati & securitati eorum præiudicaret. Nec desijt per hoc arx Imperatoris esse, vt etiam non desijt eam appellare suam, tum in hoc, tum in alijs documentis longe recentioribus alienationis, & translationis siue cessionis nulla facta mentione. Quod autem cauere iubentur Burggrauij & Castellani N. non plus tribuit illis, quam quod etiam alias passim omnes principes & terrarum domini subditis suis iurare & cauere solent de securitate & defensione ipsorum, multo magis officiales principum. Alterum quoq; illud de non separando castro ab vrbe, simile est consueto illi generi promissionis principum, & dominorum de non alendis vrbibus & subditis suis, siue vasallis, eademque ratio castrorum Vrbibus impositorum. Promissio enim hæc: Me non velle alienare, nullo modo habilis est ad inferendum: Ergo in te transferam. Similis est illa iuris promissio, qua prohibetur quis, ne rem in potentiorem transferat. Ex ea enim non colligitur translatio dominij in alterutram partium, sed hoc agitur, ne fiat durior conditio alterius.

Territorij vero alicuius translatio ex hoc documento inferri nullo modo potest. Etenim in lata illa disputatione, an territorium aliquod cum castro † veniat inter plures cautiones, quas 69
DD. adhibent præcipuæ fere sunt: An territorii aliquod Castro annexũ sit, vel non? *Couarr. pract. q. c. 1 n. 10.* Item, an aliquid expressum sit, per quod videatur territorium venisse? Item an castrum veniat & territorium per se? An eodem titulo castrum & territorium simul possederit concedens? Denique ex persona & causa hoc æstimandum esse. *Matth. de Afflict. in tit. de Capitan. qui cur. vend. nu. 9. & 10.* quorum nihil videmus posse huc accommodari.

Examinando enim circumstantias Burggrauius tum erat Conradus, qui extra vrbem satis latum Territorium possidebat, vt colligere licet ex donatione eiusdem de Anno 1314. facta Ecclesiæ Bamburgensi, in qua mentio fit variorum pagorum eiusdem vltra & intra aquas, & ex ipsa lit. DDD. à N. producta, constat pleraque loca extra vrbem in Burggrauiorum iam tum fuisse ditione & potestate. Vnde siue de summa Imperatoris superioritate loquamur, siue de territorio, dominio vel iurisdictione, quam Imperator inferioribus concedere solet, vtrumque penes Burggrauium erat. Nullus enim tum præses siue Landvogt alius fuit, quam ipse Burggrauius, & territorium extra vrbem non castro Imperiali

con-

cõnexum, sed Burggrauijs & alijs dominis ab Imper. in feudũ concessum, cum etiam N. d. pagum G. nondum acquisiuerunt: tacendo iam de iurisdictione vrbana, Ciuili & criminali, cui pro duabus partibus officialis Burggrauij præsidebat. Itemque de iudicio prouinciali clarius hęc intelliguntur ex subsequenti Documento lit. B. de An. 1347. quod duo continet: primo remissionem operarum seruilium siue parangariarũ, ne ciues N. seruitia corporalia præstare cogantur Cæsari vlterius, quam vnius diei iter. Hic si ex persona & causa estimandum, an aliquod sit concessum territorium, nõ facile quis dixerit ex remissione seruilium operarum territorij trãslationem inferri. Alterum caput est, das die Burck mit den mitteln Thorn nicht gesondert werden solle von der Statt/ nullis alijs iuribus sine pertinentijs expressis, sed ex eo nulla concessio territorij, imo ne quidem Castri inferri potest. Sic etiam Imperator retinuit ibi officialem suum, seinen Amptmann vnd Pfleger/ quo si nũc alius successu temporis ad tuenda Imperialia iura Burggrauiatus sit suffectus, nihil id tribuit N. aliud, quã quod tempore interregni idem ille Pfleger N. ita inspicere teneatur, vt tam Castrum, quã vrbs Imperio salua sit, quod notant illa verba: Dem Recht der Statt N. damit zu warten/ also das die Bürger einen künfftigen Kayser oder König damit warten sollen. Ergo pro bono Imperij & ipsorum Ciuium securitate Castrum illud tempore interregni custodiæ deß Amptmans siue Pflegers ea ratione committitur, vt ab autoritate & consilio Senatus in tuenda hac Imperij arce non seiungat: alias licet ipsis expugnare arcem, quacunq; ratione poterunt Expugnamus a. quæ sunt in aliorum potestate, non quæ ipsi tenemus. Hinc igitur nullum verbum inferri potest N. traditam tum temporis arcẽ fuisse; Imo ex alijs quoque Documentis colligitur, non in N. manu & potestate, sed officialis Imperialis eam fuisse. Eodem enim Ann. 1347. quo datum est priuilegium hoc, extat ciusdem Caroli Imp. sub litera N. documentum, quo conceditur Schultero & ciuibus ius extrahendi latrones, si qui in Castrum tanquã Asylum confugerint. In documento lit. C de An. 1400 nihil aliud Imperator dicit, quam hoc: Wo wir selbst oder vnsere Nachkommen nicht leiblich zu N. sein/ oder wohnen/ so wöllen wir dieselbe Veste niemands eingeben noch empfehlen dañ dem Rath der Statt zu N. die vnser/ vnd vnserer Nachkommen getrewlich damit sollen warten. Et in eo differt hoc documentum à prioribus, quod antea officiales suos siue Reichspfleger in castro suo commorantes habeat Imperator, in posterum autẽ nulli alij præterquam Senatui se illud commissurum esse promittit.

Ex quo hoc quoq; elicitur v[illegible]e illius clausulæ: Das vnsere vnnd deß Reichs Veste von der Statt in keinem Weg nicht gesondert noch entfrembtet soll werden, ne nudam quidem detentionem Castri in N. translatam fuisse, sed hoc demũ tempore absentibus Imp. illud custodire cœpisse. Territorij vero extra vrbem diuersissima erat ratio, vt quod feudi iure Burggrauij tenebant, mit Landtgericht/ Glaidt/ Zoll/ Wildban/ & formaliter quidem, quod extra vrbem im N. Krayß/ (quem immediate iuris Imperatorij fuisse contendunt N.) nullum meri Imperij ius saltem tum habuerint, quam quod ex territorio Burggrauiatus particulariter acquirebant, patet ex venditione deß Hertzberg/ decennium ante hoc facta Geuderis: itemq; ex controuersa superioritate in G. post 50. demum annos tandem vtrumque transacta, Arbitratore Ludouico Palatino, jũctis semper clausulis reseruatorijs vtriusque venditionis. In litera D. quæ data est Anno 1422. Imper. Sigismundus N. potestatem tribuit reparandi arcem, prout ipsis necessarium & commodum visum fuerit, ita vt Imperator in eo melius & commodius habitare possit.

Præcedens documentum custodiam solam, hoc est, ædificationem permittit. Inprimis hic notandum, quod hic veræ pertinentiæ arcis exprimantur, in illis verbis: Vnser vnnd deß Reichs Vesten mit jhrer Zugehörung inn vnd außwendig der Statt/ mit Thoren/ Thürnen/ Mauren/ Gräben/ vnd andern Befestigungen. Arcis igitur pertinentiæ N. commissæ pro restauratione, sunt portæ, turres, muri & fossæ, quæ reparatione opus habent, & præterea nihil. Porro ad docenda iura Imperij vrgent rei, das die Kayser jhre Residentz zu N. gehabt.

Ad quod probandum producunt documentum litera E. de Anno 1366. Sed nihil magis euertit intentionem eorum. Ex illo enim apertissime constat, vtcunque Imper. residerent N. Territorium tamen extra vrbem non immediate Cæsaris, sed Burggrauiorum fuisse, eo plane modo & iure, vt remotiora loca aliorum principum & dominorum tum erant. Ostendunt enim id illa verba, Zoll vnd Glaid/ die wir hierumb in diesem Landt jemandt gegeben/ & mox specificatur Zoll vnd Glaidt/ quæ idem Imperator concessit Burggrauio Friderico & alijs, in jren Herrschafften vnd Gebieten zu bestellen/ non iure singulari, sed vt omnibus alijs principibus Geistlich vnnd Weltlich/ Graffen vnd Freyherrn/ hoc est, iure ordinario in proprio territorio.

Adhuc etiam amplius ad 4. defensionalem probandum, repetunt quoque priora documenta, in quibus tamen nihil reperitur præter custodiam & reparationem arcis N. commendatam & imperatam, nullum verbum de Landvogtey/ multo minus de territorio aliquo ipsis vna cum arce concesso, quod subsequens etiam obseruantia arguit: Arcis enim custodem non Land/ sed Burckvogt vocat, nec vllam imperij seu iurisdictionis prouincialis administrationem eidem competere, videre est in fine attestationum N. sicut post erectum Burggrauiatum alioqui etiam nullũ ordinarium Imperium habuerunt Castellani. Et

dato, aliquid iurisdictionis ordinariæ Castellano fuisse reliquum tempore Commissionum Imperialium, nondum tamen docuisset illud in senatum translatum cum libera potestate de eo disponendi. Sed quid multis opus, cum de non iure ex eo constet, quod de arce Imperiali & Landvogtey nunquam inuestiti fuerunt, quemadmodum tamen ad veram incorporationem & perpetuationem iuris requireretur, prout de castro Burggrauiorum & pagis, item Syluis, & officio Sculteti, quatenus hæc à Burggrauijs vendita possident, inuestiuntur. Hærent igitur in limine probationum suarum, arci scilicet iurisdictionem tanquã pertinens vel aliud quidpiam annexum fuisse Et quatenus fuerit illud omne ciuitati vnitum & incorporatum. Pertinentiarum enim huiusmodi iurisdictionis pagorũ, Syluarum, Zoll vnd Glaids nulla vsquam mentio. Sic etiam 5 defens. expeditus est, cum nulla alia probatoria ad docendum exhibuerint, quam illa ipsa documenta, excepto vno adhuc speciali priuilegio lit. F. quo in primis nituntur ad docendum transactionem der Landvogtey Est autem Caroli IV. Befelch/de An. 1360. an Schultheiß/Burgermeister/ vnd Rath de conseruando priuilegio dato ciuitatib. Weissenburg vñ Winßheim/dz sie hinfüro ewiglich mit allen jren zugehörungen/ vnnd Weichbilden bey dem Reich bleiben/vnd bey der Pfleg vñ Landvogtey der Statt N vnd Rotenburg/vnd dafür nimmermehr versetzt werden/per documentum illud & acta alia confirmatoria eiusdẽ producta zu Winßheim 31. Octobris vnd zu Weissenburg/3. Nouembris anno 40. Prætendunt Rei dictas ciuitates sibi vñ jrer Landvogtey esse incorporatas: Cum ex literis constet nudos conseruatores alieni priuilegij ipsos constitutos, prout ẽt in hodiernũ vsq; diem liberis ciuitatib. Imperialibus accensentur. Ambiguitas a. est in verbis Pfleg vñ Landvogtey/maxime propter adiectum possessiuum, Ewer. Quare respondendum ex dato huius documenti ante Bullam Carolinam tempore negligentiæ Burggrauiorũ per modũ prouisionis N. hoc, vt etiã alia multa, commissum: Burggrauijs vero vel ea de causa cõmitti non potuit hæc protectio dictarum ciuitatum, quia ab eorundem subiectione paulo ante erãt redemptæ. Deinde ponderandum, quod nõ ipsorum tantum, sed etiam der Pfleg vnnd Landtvogtey Rotenburg fit mentio. Videndum igitur, an eadem fuerit ratio vtriusq; ciuitatis Pfleg vnd Landvogtey/hoc est, An sicut N. ita etiam Rotenbergenses prætenderint Burggrauiorum suorum iura in se translata fuisse. Ex historijs enim cõstat
70 Rotenburg olim Burggrauiarum, †& tandem etiam ducatum celebrem fuisse iuxta Irenic. *lib. 3. c. 99. & 112.* Iudiciumque prouinciale habuisse, de quo in actis nostris allegatur quædam transactio Friderici Palatini. Videtur eadem fuisse vtriusque ratio, & sicut N. tunc temporis fuerunt sub suo Præsule siue Landtvogtey: Ita etiam Rotenburgenses sub suo, hoc est, Imperio eiusdem vicarijs siue perpetuis, siue momentaneis, quoad Regalia & Iurisdictionalia maiora, non autẽ, quoad priuatum, omnimodum & absolutum dominium, prout antea fuerant Burggrauij N. subiecti Weissenburg vnd Winßheim Nam si incorporati fuissent N. mutassent dominium, non melioraſſent conditionem suam seu statum. Possessiuum porro illud, Ewer/interpretandum est secundum antecedẽtia verba: das sie fürbaß ewiglich bey dem Reich bleiben sollen/vnd bey der Pfleg zu N. vnd zu Rotenburg Et in effectu nihil aliud disponitur, quam si dixisset Imperator bey vnsern / vnnd deß Reichs Pflegen vñ Landvogtey/quæ & promiscue tanquam synonyma cumulãtur, ita vt actiue quidem possessiuum verbum intelligatur, quoad Imperium: passiue vero, quoad N. qui & ipsi subsunt eidem præsulatui, etsi vicinarum harum vrbium Imperialium simplex protectio sine vlla iurisdictione ijsdem commissa sit hoc ipso documento.

Deinde ex Augenschein & confessionibus partium notorium est, duas hasce ciuitates extra districtum litigiosi Burggrauiatus siue Landvogtey esse. Vnde argumenti huius inductio magis contra N. quam pro eis facit. Præsuppositio enim vel dato esse vel fuisse aliquam N Landvogtey/eiq; incorporatas dictas ciuitates: non tamen sequeretur, vel probatum esset per hoc Burggrauiatũ, eiusq; terminos nunc litigiosos eodem pertinere. Sed magis patet Landvogtey † hic non territo- 71
rium certum, prout alias in principibus & proceribus Imperij consideramus, sed extraordinariam aliquam specialiter à Cæsare pro tempore cõcessam potestatem ordinariam Statuum iurisdictionem nullo modo infringentem designare, saluis nimirum atq; integris territorijs & iuribus principũ aliorũq; statuum, vt in his terris sunt Burggrauiatus, & vicini tum temporis Comitatus absiue Weichbild/Ciuitatum Imperialium N. Rotenburg/Winßheim/Weissenburg. Illud certum est, non obstante vlla consideratione der Kayserl. Landvogtey/ante litem nostram illibatos semper mansisse limites Burggrauiatus vsque ad muros vrbis, vel ex ipsa reuocatoria Caroli IV supra lit. E. inducta, iuncta illa antiqua transactione Friderici Palatini, de qua supra in puncto deß Zoll vñ Glaids. Annectunt etiam N ad probationem d. 5. defens. lit. G H. Neutrum tamen verum originale, sed in re antiqua accedente dignitate fidem aliquam meretur, præsertim quatenus liber ille N. quẽ coram commissario appellant Brieffbuch/ ex quo nuda desumpta est lit. H. pro authentico habetur. Eius documenti datum est de An. 1373. mentio fit duorum præsidum siue Landvogt/ qui præteritis temporibus fuerint Herr Ludwig von Hohenloe/vnd Heinrich von Dürwang/ quorum posteriorem circa Annum 1339 præsedisse colligitur ex lit. I. Et sic vterque ante Carolinam Bullam fuit, per quam cassantur omnia in præiudicium Burggrauiorum concessa. Explicantur autem

tem in hoc documento iura der Förster vnd oberster Forstmeister. Criminalia ibi seperantur & remittuntur ad loca competentia. Alia quoq; maioris momenti ad Syluas pertinentia reseruantur ibidem dem Landvogt. Sed notandum est illud ipsum, quod in hoc documento coram veteribus illis præsidibus Hohenloe / vnd Durwang factum esse dicitur, ipsos etiam Burggrauios exercuisse, vt constat ex recognitione huius documenti coram Commissario facta, vbi habetur, daß das producierte Brieffbuch also anfahe / Item etlich Sach vnd Articul von deß Waldtrechts wegen / nemblich als Burggraff Friderich für etwan viel Jaren deß Rahts vnd die Scheffen zu N. auch die Stromen / vnnd der Forstmeister / vnd die Förster zwischen N. vnd Altorff gesessen / für sich gen N. gesandt / vnd die gefragt / was Gerechtigkeit die Statt N. vmb die Gegent daselbsten im Waldt haben: Si quæratur, quo iure Burggrauius citarit & examinarit N. Stromeieros den Forstmeister vnd Förster in Sylua Laurentina, in qua minus iuris habuisse videtur, quam in Sebaldina. Respondetur ordinario superioritatis iure in hoc omnes non attentis specialibus singulorum inuestituris, siue Imperialibus, siue Burggrauialib. alijsq; titulis vndecunq; competentibus, idque ratione iuris syluatici in suo territorio controuersi secundum iura communia, *ti. C. vbi in rem actio.* Informatio autē præsidum illorum Hohenloe vnd Dürwang / de iuribus Forestariorum non videtur proprio & ordinario iure facta: Agebatur enim de feudis Imperialibus. Deinde verba illa dicti documenti liter. H. scilicet als das jhme von deß Reichs wegen empfohlen was worden / specialem commissionem sapiunt ad probationem 9. & 11. defens. Quod scilicet sylua cum omnibus intra sitis & circumiacentibus pagis pertinentiæ arcis & Imp. Eygenthumb fuerint, & quod in ijsdem habuerint alle hohe Obrigkeit / producuntur documenta lit. I. K. L. & M. in prioribus tribus, quæ vnum continent, exprimuntur iura der Zeidler / iam inde ab Anno 1350. quo datum est Caroli priuilegium lit I. cuius reliqua duo confirmatoria sunt: Sed constantiam ex superioribus arcem solam & separatim diuersis temporibus N. siue commissam siue concessam nullis alijs expressis pertinentijs, quam portarum & murorum. Et quantum quidem ad iura syluatica, hoc est, Forst vnd Zeidelgericht attinet, ea seperatim contractibus inter N. & Walstromeros, item dominos de Hasenburg / denique Burggrauios ipsos diuersis temporibus celebratis vendita & alienata esse. Quantū vero ad Todschlag in den Gerichten geschehen / vt illa in lit. G. & H. separantur à iure der Forster vnnd Forstgericht: Ita etiam hic discernuntur à Zeidelgericht. Et ibi quidem sine certa definitione remittuntur an die stät da es hingehört: hic autem alternatiue ad Landtrecht / oder der es von deß Reichs wegen innen hat / vnde manifeste apparet non probari, quod criminalia omnimodo & simpliciter pertineant ad Landtvogt / sed differentiam dari inter Landvogt / qui ratione officij non ordinarij neque hereditarij siue perpetui (tatentur enim N. das in hundert jahren biß in 200. Jahrn / kein Landpfleger oder Vogt auff das Kayserliche Schloß weder in die Statt sey verordnet worden in exception. *num. 122. pag. 56.* talia exercuit per delegationem siue commissionem, & eū qui tenet ab Imperio iure territorij in feudū concessi sicut cōstat de Burggrauio ex inuestituris Imperialibus, præsertim post Carolinā Bullam, quę incidit in illa tempora, circa quæ desijsse præsidum officium ex N. confessione modo diximus.

In documento litera M. Sculteto & Senatui N. id committitur ab Imperatore Carolo Anno 1358. quod antea dicebantur ex singulari commissione fecisse præsides illi Hohenloe vnd Dürwang in litera G. & sine commissione Burggraff Friderichs iure suo.

Nec potuit commissio Sculteto & Senatui facta præiudicare Burggrauio, qui in ipsos illam eandem potestatem habebat conuocandi & citandi. De Sculteto certe N. est, quod Schultheissen Ampt vnd das Gericht zu N. pro duabus partibus Burggrauiorum fuerit, Anno 1273. hoc est, à prima inuestitura vſ que ad venditionem ipsam.

Multo minus probatur 10. defensionalis, quod propter dominium Imp. & omnimodam iurisdictionem districtus intra aquas appellatus fuerit Reichsboden / qui postea factus sit der Statt grundt vnd Boden. Ad illud probandum allegat lit L M. quæ est in inuestitura Imp. Wenceslai facta Walstromeris, quoad Forstmeister-Ampt vnd Fuhrreid de Ann. 1396. quo ipso Anno ciuitati ius illud suum vendiderunt. Et eodem pertinent documenta lit. EE FF. GG. NN. OO. PP. QQ RR. SS. TT. Quę documenta rei contrario modo ad probandos defensionales 19. & 36. produxerunt, quorum alter ponit omnimodam Herrligkeit ad Imp. eiusque præsides pertinuisse: alter vero loquitur von etlicher Empter / Zinsen / vñ Gülten / & sic de iuribus particularibus ohne einige Obrigkeit / vt dicit sequens defensionalis 37. Vtcunq; igitur districtus ille nominetur Reichsbodem.

Et quæcunque etiam iura alij in eo habuerint, Burggrauij tamen ibi habuerunt iure Imperialis feudi Landgericht / Geistlich vnnd Weltlich / Lehen / Zoll / Glaid Wildban / vnd andere deß Burggraffthumbs Herrligkeiten / vt constat ex inuestituris Imperialibus, & clausulis reseruatorijs vtriusque venditionis de Anno 1467. & à Bauaria in inferiore parte districtus dicti provicinis habiti sunt, quoad Herrligkeit vnd Halßgericht / vt docent attestationes de Anno 1468. Im Altorffischen Saalbuch.

Adhibitis vero Bambergensibus & Erbacensibus intra hunc ipsum districtum pro superioribus Schutz vñ Schirmherrn habiti sunt zu F. S. K.

Waldstromeri quoque zu Reichsdorff agnoscunt Grund vnd Boden M. esse: & alij alibi in hoc ipso districtu, vt supra circa verbum, Lehen/ & verbum, Hohegericht dictum. Liter. N. prętereo, quia de eo infra circa 2. Reorum titulū aliquid dicetur. Lit. O. data de Anno 1335. sequitur, in hoc præsupponit Imp. Carolus Burggrauiorum dominium in syluis, negligentiamq; eorundem in tuendis ijsdem. Deniq; abusum rei propriæ in detrimentū ciuitatis Imperij N. & priuatorum, qui frui debeant syluis dictis, in verbis: Wañ die Edle Burg-
7 graffen. Vnde Imp. cum Reip. interfit, † ne quis re sua male vtatur, prętertim vero iure directi dominij necesse habuit de ea re prouidere. Sic prohibet omnia illa innouata & attentata ad destructionem & deuastationem syluarum, & executionem mandat Sculteto N. & ciuib. Scultetus subordinatus est Burggrauio, exemplum dedimus supra ab initio in descriptione Burggrauiatus de Sculteto Magdeburgensi. In nostro vero casu nō subordinatus tantum, sed pro duabus partib. iure feudalis dominij subiectus Burggrauio. Hæc igitur prouisio ipso Burggrauio non præiudicat, vt qui per proprium Scultetum ius suum conseruauit, & per Carolinam Bullam postea contradictā negligentiam restitutus est. Reliquæ quoq; clausulę huius documenti meram commissionem sapiunt. Committitur n. ciuibus, ne faciant mandatum, auxilium promittit in casu necessitatis & difficultatis, als fern sie darzu recht haben. Ciuium vero ideo specialis videtur facta mentio, cū quod eorum priuatim interesset, quantum ad iura in syluis ciuitati competentia, tum etiam quod propter vicinitatem & potentiam idonei reputarentur executores, quorum opera Scultetus in exequendo vteretur in causa communi & publica. Lit. P. de Ann. 1371. Senatus iubetur begleiden eos, qui extra ordinem ab ipso petunt, extra ordinem puta, quia sine termino & indefinite loquitur de omnibus, quicunq; petant. Nec Burggrauio prę-iudicat, quia iam ante de eo inuestitus erat, vt supra liter. E. N. certe nullum ordinarium ius vllius Glaids extra vrbem habuisse ex Bunds decret & actis ibidem constat, tacendo de clausulis reseruatorijs venditionis de Anno 1429. Litera Q. de anno 1378. similiter alios dominos præsupponit intra milliare ab vrbe, quibus alioqui iure proprij territorij suis casibus & cæteris paribus extra causam hanc priuilegij comperere possit, Statt-recht/ Marckrecht/ vnnd Halßgericht auffzurichten. Eadem ratione lit. R. quæ cum data sit An. 1464. & sic 32. annos post venditionē bene ponderanda est, nimirum, netum quidem ius proprij territorij N. habuisse intra milliare ab vrbe sua. Quod plurimum facit ad elidendos eius temporis actus Reorum, tanquam priuilegiato & non ordinato iure exercitos in alieno Territorio. Quæ sequuntur documenta ad plene probādum iura imperij in N. translata ad 19. defenſ. referuntur. Lit. S. de anno 1350. non continet incorporationem syluarum, vt N. intelligunt per hæc verba: dz die Wäld vnd Forst beyderseits deß Wassers cū pertinentijs bey der Statt N. ewiglich bleiben sollen mit allen Rechten/ Freyheiten/ guten Gewonheitē als sie von alters her o von Röm. Kay. vnd Königen/ auch von vns hergebracht vnnd kommen sein. Primum enim iam intelligitur, quid sit bey der Statt bleiben/ siue daruon nit abgesondert werden/ ex ijs quæ circa arcem Imperialem diximus. Cautum siquidem habebant N. iam inde ab Heinrico Imp. II L. & successoribus ne arx alienaretur vel separaretur ab vrbe. Interim tñ ipsi eam non tenebant, & Imp. pro tempore Amptmänner / siue Reichspfleger. Primus fuit Rupertus Cæsar, qui 90. Anno post Henricum vlterius N. cauit, se & successuros in posterum nullis alijs commissuros dictamarcem in casu absentiæ Imperatoris.

Deinde, conferenda est superius allegata litera O. tribus annis hac posterior, in qua (vt ibidem dictum) præsuppositio Burggrauiorum dominio, nec non negligentiæ & abusu rei suæ cum detrimento publico, extra ordinem N. demandatur tuitio dictarum syluarum, quo non fuisset opus, si ex vnitione & incorporatione generali iam allegata, antea pleno & ordinario iure id facere potuissent ac debuissent. Tertio verba illa, bey der Statt bleiben / interpretationem sumunt ex adiunctis illis, als sie von alter von den Kay. hergebracht / videlicet hoc modo Imperator siue imperiū habebat directum dominiū: Burggrauij in feudum tenebant ab eodem Imperio varia iura in syluis, quæ vendiderunt, post 20. annos N. reseruatis Wildbahn/ Lehen/ Glaid/ & subditorū suorum iuribus in vtraq; sylua. Habebant præterea Waldstromerey / Feuhrreuten / quam longe post datum huius literæ S. vendiderunt N. Ann 1396. prout in supra alleg. lit. EE. Jtē das Oberst Forstmeisterampt in sylua Laurentij, quod eodem anno vendiderunt N. vt in lit. T T. Alij quoque ciues dicti die Forstmeister in eadem Sylua Laurentina habebant ein Forstampt / quod similiter eodem fere tempore, quo Walstromeri vendiderunt N. vt Imp. Rupertus & Sigismundus testantur, lit. RR. SS. Forestariorum & Zeidlanorum iura in genere quæ fuerint, exponitur supra in allegatis liter. G. H. I. K L. nempe inter cætera, quod Forestarij subsunt Waltstromeris habentibus ab Imperio das Obrist Forstmeisterampt & Zaidelarij deß Reichs Zeidelmeister zu Furth / coram quibus respectiue bis in anno deferuntur, die Waldtrugen.

Ita tamen vt excipiatur, was Halßgericht/ vnnd Todschlag in deren Gerichten geschehen. Cæterum omnes tam Forstmeister vnd andere Amptleuth in superius allegata lit. M. iubentur coram Sculteto & Senatu mediante iureiurādo exponere omnia, quæ syluis commoda & incommoda esse possunt sub pœna priuationis officiorum suorum ac iurium in syluis.

Ipsi vero Senatui præerat Burggrauius, vt dictū in re-

in recognitione lit. G. & in lit. O. Burggrauijs negligentibus officium suum subordinatur Scultetus & Senatus. Hoc igitur statu Imp. Carol. in hac lit. S. syluas vult manere apud ciuitatē sartis tectis iurib. ciuium: Burggrauio vero non excluso; Imo plenissime eius iuribus confirmatis postea per auream Bullam, & cassatis contrarijs. Quib. accedit, quod de iure vnio Syluarum cum ciuitate non præiudicat Territorio Burggrauiatus, *arg. c. 2. extra de relig. domib. Socin. in c. sicut venire. n. 118. extra de excess. prælat.* Litera T. de Anno 1363 concernit Verpfändung deß Schultheissen Ampts / vnd deß Zolls zu N. in manu Friderici Burggrauij. Quod intelligendum nō de duabus partibus d. Schuldtheissenampts vel consensu auff den Zoll / quæ iam ante feudi iure tenebat ab Imperio, sed de tertia parte & iure Imperiali. Lit. V. Commissio Henrici Imp. de Anno 1309. ad Scultetum consules ac ciues N. de destructa & vastata Sylua redigenda in pristinum statum, de quo supra in liter. G. O. & S. Lit. X. de Anno 1331. Imp. Ludouicus transgressores ordinationum Syluaticarum iubet in articulis ibi expressis à Iudice & ciuibus N. an Leib vnnd an Gut / nach dem sie düncket / daß sie verwürckt haben. Restringuntur hęc ad articulos ibi expressos. Item ad personas certas, Amptleut / Förster / Zeidler / vnnd wer zum Waldt gehöret / iuratas Senatui ante venditionem Castri, pagorum, Syluarum. vnd deß Schultheissen Ampts. Hæc cōmissio Burggrauio, (cui subordinatus erat, & respectiue subiectus tam Scultetus, quam Senatus) nihil prę-iudicabat, post venditionem non prę-iudicat propter reseruatam Burggraffthumbs Herrligkeit außwendig der Statt. Et quia hæc punitio siue Waldtruge discernitur ab ordinaria causa capitali siue Halßgericht / à iuribus Syluaticis manifeste separatur. Litera Y. concernit verwechßlung der Fuhrrenth / anno 1339. Litera Z. Anno 1340. Imperator prohibet Scharren / Pathen / Glaßöfen machen / Transgressores iubet puniri à Sculteto & ciuibus an Leib vnd Gut. Non maiori vtique Burggrauiorum præiudicio, quam in supra d. lit. X. Lit. AA. Wenceslaus Bohemiæ Rex Ann. 1366. ætatis suę quinto, confirmat duo priuilegia patris sui Imperatoris Caroli de Anno 1355. & 1358. continentia iura Forestariorum & Zeidaliorum, vbi Sculteto & Ciuibus N. datur potestas puniendi in rebus & personis transgressores ordinationū Syluaticarum, quod tum fiebat sub autoritate Burggrauij quoque, ad quem iudicium in N. pro duabus partibus pertinebat ex feudo, & qui præsidebat Senatui in cognitione iurium Syluaticorum. Exprimitur quoq; subinde alia pœna nimirum priuationis officij & vtilitatum in Syluis ex eadem causa, quæ pœna alternatiue sese habens cum illa altera puniendi in reb. & personis, ostendit non ordinariam maiorem criminum punitionem huc pertinere. Lit. B. B. de Anno 1310. Est Imp. Henrici mandatū de sylua in pristinum statum redigenda Sculteto & consulibus factū, quibus etiam super hac re vult iurari à Forestarijs & Zeidelarijs, sed adhibenda semper lit. O. & recognitio lit. G. quæ præsupponunt primariū caput ipsum Burggrauium, ad quem Scultetus quoque pertinet, & qui Senatui in simili causa præsidet. Ex hoc apparet, ea quæ sita sunt extra vrbem vna cum arce Imperiali non translata esse; Imo ne cū syluis quidem omnia in ijsdem sita eodem modo venire. Lit. CC. DD. EE. FF. GG. loquuntur de iuribus singularibus ohne einige Obrigkeit. Lit. H. H. est imprimis notanda. Sæpe iam dictum Forestariorum & Zeidelariorum iura sub potestate & autoritate quidem Sculteti & Senatus N. contineri: ita tamen, vt non excludatur caput eorum Burggrauius: id vero maxime fundatur hac liter. quæ data est Anno 1334. Nam argumentum eius hoc est, quod quilibet Forestarius habebat priuilegium fori an keiner stat Recht zustehen / dann für deß Reichshoff / oder für dem Landvogt / od für dem Waldstromer. Vnde cum duo Forestarij zu Kornberg (qui locus tum Comitum Nassauiorum erat sub præfectura Altorfensi ad eos spectans) traherentur in ius coram Scabinis zu Kornberg / priuilegij autem sui vindicem appellarent, dem Landtrichter zu N. annullabantur ab eodem & cassabantur actitata zu K. Manifestum inde patet iterum exemplum, quod Burggrauius vicem Imperatoris supplebat, & ordinario suo iure ea exercebat, quæ quandoq; specialiter dicuntur ad Landvogt & alios supra nominatos pertinere. Neq; enim aliud fuit vniuersale iudicium, in quo præses prouinciæ iudicialiter aditus, vice Cæsaris partes suas interponere potuit, quā iudicium illud principale, siue das Kayß Landtgericht, Burggrauiatui iam incorporatum. Vnde patet iurisdictionem in Forestarios & Zeidlarios tanquā Vasallos Cæsaris singularem fuisse ab ordinaria causa exemptam, & in causis quidem ordinationum syluaticarum N. ita commissam, vt tamen ipsi Senatui præsederit Burggrauius, conuocando eundem & omnes Forestarios, interq; ipsos de singulis iuribus in syluis cognoscendo. In alijs autem causis in Forestarijs emergentibus Iudicem competentem fuisse deß Reichs Hoffrichter. Item den Landvogt / & post hos die Waldstromer tanquā Oberste Forstmeister. Loco autem des Landvogts adiri potuisse deß Burggraffen Landtgericht à Forestarijs: ordinariam vero locorum iurisdictionem ciuilē & criminalē vniuersaliter quidē Burggrauiū exercuisse per Landtgericht: particulariter vero quoad singula loca extra vrbem iure territorij saltem tū temporis vti constat, die W. B. G. K. Ac vbi domicilium fouerunt Forestarij illi, de quibus in hoc documento agitur, tum erat comitum Nassouiorum, postea vnitum Burggrauiatui, vti probatur ex venditione Nassouiana & in inuestitura Caroli IV. de Anno 1364. Pagum item F. vbi ab antiquo resedit deß Reichs Zeidelmeister ad Burggrauios pertinuisse, quantum ad criminalia attinet, constat ex Vrpheda de Anno 1412. Ibidem in

superiori quoq; tractu circa B. Sic etiam quoad Eybach vnd Reichsstrassen bey S. criminalem tum iurisdictionem ad Burggrauios pertinuisse mandatum, ostendit duplex Vrpheda de Anno 1415. Ibidem in superiori quoque tractu circa B. & G. Burggrauios iam olim habuisse Fürstliche Recht vnnd Halßgericht/docetur ex inuestitura nu. 31 in Replicis 123. ex quibus confirmatur confessio N. toties repetita corã Bundsständ/& in causa nostra in responsione ad primum præiudicialem. Litera II. de Anno 1339. Imperator Ludouicus à protectione præsidis & officialium Imperialium eximit Abbatem zum Schotten dicens, daß er jhnen in sein besondern Schirm vnd Fried genommen/ vñ das empfohlen Sculteto N. Multa de Landvogtey in se translata gloriantur N. quæ tamen hoc anno adhuc penes Henricũ von Dürwang fuit. & quaten' cessio aliqua facta fuisset, tñ non ipsis, sed Sculteto Imperiali pro duabus partib. iure feudi ad Burggrauium pertinenti facta esset, non plena cessionis, sed cõmissionis modo ac iussionis. Deinde, non quoad totam & omnimodam functionem, sed tãtum quoad certam & singularem eius functionis particulam, vt est protectio deß Abts zum S. vbi etiam alia quædam Cæsaris iura per partes distinctis temporibus N. subinde cõmissa. Quod autem tota illa functio der Landvogtey N. siue cessa, siue commissa fuerit, nullum verbum vspiam in documentis ipsorũ, nec vllo modo sibi in ea re constant, nũc ad incorporationẽ arcis Imperialis, nunc ad tempora abolitorum præsidum administrationis illius translationem referentes. Vtcunque autem sit, ad ordinariam iurisdictionem territorio inhærentem nihil pertinet. Eam enim Burggrauius nomine Cæsaris vniuersaliter exercebat per Landgericht & iure proprio feudali passim in cõtrouerso districtu. At criminalis quidem iurisdictio etiam tribui videtur dem Landgericht supra in lit. I sed non absolute, nec quoad rẽ, nec quoad personã, vti ostenditur ex verbis: Vnd was auch Todschlag in dem Gericht geschehen/das gehört einem Landvogt/ob dem der es vons Reichs wegen innen hatt. Et sic præsidi quidem prouinciæ tanquam officiali Cæsareo ex suprema potestate principis reseruata idq; extra ordinem puta ad effectum prouidendi atq; supplendi defectus ordinarij, qui ab Imperio tenet in feudũ, in causa negligentiæ, denegatæ iustitiæ, aliorumque abusuum. Similes etiam alibi ab Imperio præsidiatus siue Landvogtey iam olim fuerunt extraordinarie pro tempore prouisiue constituti, & adhuc quibusdam in locis supersunt, non abolitis interim ordinariorum iuribus. Concludo, titulum hunc vniuersalium iurium Imperij in hoc districtu in Noricos cum arce Imperialium trãslatorum, vt prętendunt, probatum non esse, cui etiam hoc addo ex Vrphedis de Anno 1412 & 1415. constare, Daß die Burggraffen innerhalb der Wasser einen Landfriedens Hauptmann gehabt. Herrn Ehrenfrieden von Seckendorff/Rittern/Item einen Hoffmeister Herrn Wirrich von Treitlingen/quorum arbitrio facinorosi relegati & restituti sunt. Secundum principale fundamẽtum reorum est priuilegium Caroli IV. de Anno 1347. sed nullam id iurisdictionem tribuit Noricis, sed ius Asyli adimit Latronibus, permittitque Sculteto & ciuibus extrahendi eos ex Cœnobio S. Ægidij, domo Teutonica & Castro.

Deinde tribuit eidem Sculteto ius salui conductus, Daß er auff deß Reichsstrassen beleiden vñ beschirmen solle/alle die darauff reiten/wandlen oder gehen/ohne aller Herrn widerredt. Sed iam antedictum, quod N. ante bellum Bauaricum nullum prorsus ius competierit ordinarij salui cõductus siue Glaidens extra vrbem prout in decreto fœderis diserte exprimitur. Præterea additur in hoc priuilegio: Wo vnser Schultheiß schädliche Leuth/ Räuber/vnnd Brenner gewar würd/Dann soll er vñ mag jnen nachfolgen von vnser vnd deß Reichs wegen. Vbi similiter præsupponitur, quod in aliorum dominorum territorijs persecutio hæc hat, ibi: Es sey Fürst/Herr/Ritter oder Knecht in dero Land oder Vhesten sie die greiffen. Et hic quidem vnicus & verus titulus est N. persecutionis facinorosorũ extra vrbem, excepto q̃ de W. & G. Itemq; G. ex singularibus transactionib. fatetur Dux M. Idem titulus & causa exprimitur in libris ipsorum, vnde actus suos extraxerũt. Causa huius priuilegij ab initio huius documenti his verbis notatur: mancherley Missethat/die bey vnd vmb sie (puta N.) geschehen/quę verba ad hoc ponderanda, quod proxime circa ipsam vrbem præsupponitur ordinario iure N. delicta punire nõ potuisse, nisi extraordinario modo & speciali iure subuenisset Imp. verba illa schädliche Leut exemplificantur in latronibus, prædonibus, incendiarijs, diffidatorib. receptatoribus, hospitibus non restituẽtibus deposita. Ex quo facile colligere licet: quod lata potestas N. data sit extra vrbẽ in alienis dominijs siue districtibus persequẽdi facinorosos & quoscunq; suspectos. Vnde omnes ipsorũ actus ambigui, æquiuoci, & non concludentes reddũtur. Cumulatiuum igitur, vel potius subordinatũ & subsidiarium, non ordinarium remedium, vagum, incertum, nullis limitibus terminisque circumscriptũ, ne scilicet delicta enormissima propter Iurisdictionum diuersitatem maneant impunita. Quo faciunt etiam illa verba: das denen/ die sie beschädigt haben an Leib vnnd an Gut/vnnd sonder dem Landrecht von jhnen geschehe/nach der Statt Recht. In quibus verbis vrbicã Iurisdictionem pro magis celeri, expedita & facili habere videtur, quam ordinariorum iudicia, quæ sæpe pro diuersitate districtus impedire & quasi interpellare solent persecutionem maleficorum. Vnde etiam articulus ille tanquam generalis postmodum in pacem publicam est translatus cum adiectione formæ & modi. Sicut autem remotioribus ordinarijs non præiudicauit Noricorum nachfolg siue nachtheil: Ita nec Burggrauio

grauio magis vicino: Muros enim vrbis egressi (qui inter vtrosque distinguunt, & discriminant, vt sæpe iam dictum) eodem speciali iure concurrendo vtuntur. Quemadmodum & alias clari iuris est, per Iurisdictionem † concessam iudici speciali non intelligo sublatam in illo casu Iurisdictionem iudici generali. *Nellus in Tract. Bannit. in 2. part. primi temporis, quæst. 11. num. 52. Paris. de puteo in Tract. de Syndicatu, in verb. arbitrium. num. 10. per l. 1. C. de offic. præf. vrb.* Item Iurisdictionem Iudicis † ordinarij in causis priuilegiatis nunquam videri sublatam per dationem particularis Iudicis in certo genere causarum vel personarum. *Ioan. And. quem sequitur ibi Dom. de S. Gemin. in c. per hoc. in vlt. col. de haret. lib. 6. Francis. Aret. cons. 107. num. 7.* Facit distinctio Angeli *in l. testamenta ad fin. C. de* † *testam.* Quia in dubio specialis iurisdictio † alicui concessa censetur attribui cumulatiue, non priuatiue. *Hypolit. Riminald. § 1. num. 129. Inst. de donat. Boer. cons. 156. num. 7. vol. 3.* Et posito quod sic in aliquo Carolus Imp. læsisset Burggrauium, id omne tamen in aurea Bulla restituisset & reparasset. Transactiones quoque Ludouici Palatini & Harrensis, Item Bundsdecret iura Burggrauiorum ordinaria per omnia illibata conseruarunt, vnde concludendum priuilegium hoc non modo nō tribuere, sed etiam penitus auertere omne prætensum ius N. quoad ordinariam puniendi potestatem extra vrbem. Tertius principalis N. titulus est emptio de Anno 1427. in defensionali 28 allegant tantum emptionē syluarū. nulla facta mentione venditionis Castri & sex pagorum: corā Bundsständt vero emptionē Castri & 6. pagorum potissimum vrserunt. Verum alibi in hac ipsa causa dictam emptionē Castri vna cum aliis fundamentis contra M. stringere cœperunt, non tamen in originali edito documento illo, sed tātum copia producta tam venditionis Castri, quā confirmationis illius plenioris Sigismundi. Dicēdum primo de venditione Syluarum, in qua inter alia habentur hæc verba: Verkauffen alle vnser Recht an vnd auff der seiten St. Sebaldes Pfarr mit sampt dem Schafhoff Katzenbach/Item Forstgericht cum suis iuribus & pertinentiis, Die zum selbigen Waldt vnnd dd. Gütern gehören/es sey an Wassern/gesucht vnd vngesucht. Postea ad alteram syluam habentur hæc verba: Alle vnsere Recht vff dem N Waldt/auff der seyten S. Laurentij/wie daß alles genannt ist/vnd zu demselbigen Waldt vnnd Gütern gehört nullo excepto in beyden Wäldten vnd in allen vorbeschriebenen dingen/dann allein Wildbahn/Lehen/vnd Glaid/vnd vnderscheidlich der Rechten vnserer Leuth vnd Güter vmb vnd an beyden vorgeschriebenē Wäldten. Hic quæritur, an venditum sit merum Imperiū cum syluis? Antea dictum est, considerandū esse ex traditis DD. an Iurisdictio aliqua annexa sit castro, an vero illud per se subsistat, & Iurisdictio per se? Item an aliquid expressum sit, per quod videatur simul venisse Iurisdictionem? Denique ex persona & causa æstimandū esse: id nūc etiā circa syluas considereretur. Et quidē inter pertinētias hic expressas nihil reperitur, quod Iurisdictionem aliquam sapiat, præter Forstgericht/Forstrecht/à quibus separari expresse das Halsgericht/Item Todtschlag/ constat ex supra deductis literis G. H. I. K L. Forestarios nihil cōmune habuisse cum ordinariis iudicijs, sed vt Cæsaris vasallos coram Reichshoff vel Landuogt/vel Forstmeister conueniri potuisse, similiter ostensum. Confirmatio Sigismundi Lit. LL. & MM subinde dicit nachgeschriebene. Item die benante Lehengericht vnd Güter. At nullum aliud iudicium nominatur dañ Forstgericht/& ibidem quoq; dicitur, quod M. petierit N confirmare ab Imp. die vorgemelte Güter/Recht/vnd Zinß/ als die vor eigentlich benannt seindt. Ex quo apparet quid iudicādū sit de altera illa pleniore cōfirmatione Sigismundi, quæ producitur in replicis 127. n. 59. Clausula autem reseruatoria venditionis syluarum, quamuis angustior sit altera reseruatoria venditionis Castri: In effectu tamē idem importat. Quia hæc tria iura, Lehen/Glaid/Wildbahn zu G. reseruata in primæua venditione eiusdem, & renūciata demū in translatione Ludouici Palatini iuncta Harrensi & decreto fœderis, euincitur. Glaidt vero & Wildtbahn adhuc hodie ab ipsa vrbe incipere notorium est. Vnde & testes quidem propter hæc iura Duci M. criminalem tribuant Iurisdictionem ex Iurisdictione maiorum. Deinde hæc reseruatio declaratur ex altera illa ampliori in venditione Castri addita. Nec verisimile vllo modo est, eadem die in altera quidem venditione reseruatum esse Burggrafft hūbs Herrligkeit außwendig der Statt/in altero vero eandem venditam in syluis, quarum tractu N. omne circa vrbem suam territorium cōtineri volunt, præsertim cum † Landgericht/Glaid/Wildt- 76
bahn/andere Burggrafftthumbs Herrligkeit indiuidua iura territorii sint (vt de tuitione territorii Herrigman, in appendice consiliorum *consil. 3. num. 9. Zas. cons. 14. num. 14. & cons. 15. num. 3. lib. 1. Iacob. de feud. verb. March. vers. dubitatur. & vers. quæritur etiam. n. 4. de fruct.*) nihil cōmune habentia mit den eigentlichen benannten Rechten Gütern vnnd Zinsen/quæ solis N. confirmari petit M. vt supra dictum. Vnde nec illud obstat, quod reseruatis certis iuribus omnia alia iura, siue iurisdictionalia, siue Regalia inclusa videantur. Respondetur enim hoc ita demum procedere, quatenus non aliunde in contrariū constet de mente cōtrahentiū, vt hic ex altera reseruatione eadem die facta. Deinde examinandum est, vtrum ex nostro casu merum imperium siue Halßgericht veniat de natura venditorum, an vero reseruatorū. De natura venditorum non venit, quia Forstgericht separatur à causa capitali, vt supra annotatū. Et vendita in vtraque venditione subinde specifice distinguantur à non venditis. Reseruata vero continēt ius vniuersale indiuiduum, quod & ante, & post dictam venditionem eodem modo semper se habuit,

buit, vt euidentissime constat de Glaid/Wildban/ de Landtgericht/similiter ex transactione Harrensi, quæ definit Territorium Burggrauiatus à muris vrbis incipere, & sic conuenit cum illis verbis reseruationis nostrę, Glaidt außwendig der Statt/ vñ andere Burggrafftthumbs Herrligkeit. Item iu-
77 ri † deß Glaidts inest non tantum securitas & de-
fensio stratarum publicarum, verum etiam puni-
78 tio facinorosorum, sine qua illa consistere non potest, iureq; concessa est, eum talis defensio † seu tuitio & securitas sit meri imperij. quo malis hominibus prouinciam præses purgare iubetur. *vt in l. 3. l. congruit. de offic. præs. l. 1. §. Quies. de offic. præfect. vrb. l. 2. C. de offic. præfect. præt. Afric.* Burggrauius autem hodie præses est sui territorii, vt de Episcopo eleganter dicit Bald. *in l. siue pars. in fin C. de dilat. per l. illicitas. §. qui vniuersas. c. de offic. præs.* Quod probatur etiam manifeste ex testibus, qui deponunt, daß wer das Marggräffische Glaidt gehabt / habe sicher allenthalben inner dem Wasser wandlen mögē/ biß gen N an die Schrancken/allein nicht vnder ein N. Obtach. Contra vero, Wer von M. kein Glaid gehabt / sey allenthalben vnsicher gewesen / biß an die Schrancken / dicunt se id sæpius audiuisse ab ipsis facinorosis. Quod vero sub hac reseruatione, siue altera, siue sub vtraque, in specie veniat etiam Halßgericht / Herrligkeit / probatur ex attestationibus de Anno 1468. ab initio deß Altorffischen Saalbuchs insertis, vbi patet, quod Dux Iohannes, Item Otto pater & filius Palatini im Newenmarck ( quorum gubernatio cœpit post mortem patris & aui ipsorum Ruperti Cæsaris, qui obiit Anno 1410. & sic comprehenditur vtrumque tempus, tam ante, quam post venditionem ) pro vicinis agnouerint in inferiori tractu citra syluas solos M. quoad Herrligkeit vnd Halßgericht. Hoc enim verbo promiscue vtuntur pro eodem, nisi ex adiuncta specie restringatur. His expressis speciebus, quibus suo modo inest exercitium criminalium, vt Landgericht vnnd Glaid/ additur generalis extensio, vnd andere deß Burggrafftthumbs Herrligkeit. Præter hanc autem Palatinorum declarationem adhibendę sunt Vrphedæ de Anno 1412. & 1415. quæ comprehendũt loca F. S. E. Reichsstrassen bey S. Item Schadlosbrieff de Anno 1443. qui comprehendit K. W. vñ H. Ex qua collatione apparet M. & ante & post venditionem fuisse in quasi possessione der Herrligkeit/ etiam quoad Halßgericht/ eamque per dd. Clausulas reseruatorias retinuisse. Magis videretur in altero capite venditi officij Sculteti venire persecutio facinorosorum extra vrbem: Verum id solum procedit, quantum ad extraordinariam illam singularem persecutionem ex priuilegio Caroli IV. attinet. Et quia hoc ipsum priuilegium præsupponit territorium alienum esse, proxime extra vrbem bey vnd vnb N patet quatenus venditum fuit ius illud speciale adhærens officio, eo ipso implicite conseruatum esse ordinarium merum Imperium, quod præsupponitur in eodē priuilegio aliis dominis competere, hoc est in locis vicinis vrbi ipsi Burggrauio, vti ostensum ex reseruatoria Caroli IV. lit. E. iuncta translatione Palatini Friderici de Anno 1386. Ordinaria autē Sculteti iurisdictio terminos vrbis egressa non fuit, vti probatur ex documento lit R. R. R. in his verbis, deß Reichs Schultheissen Ampt mit dem Pahn zu N Sic etiam consulum & Scabinorum N. potestas ordinaria muros egressa non fuit, ne quidem Caroli IV. tempore, quo maxime tamen illis præ omnibus priuilegia concessa videntur. Ostenditur illud ex lit. LLL. in verbis illis. Quicquid etiam consules & scabini N. sub iuramento præstito pro pace & moderamine rerum venaliũ intra ciuitatem eandem statuerint, tam ab extraneis quam ciuibus obseruetur. Quapropter sicut vna cum Sculteti officio, in quo vrbana tantum iurisdictio continetur, non veniunt Iurisdictionalia extra vrbem: Ita multo minus cum aliis particularibus bonis natura sua & toto genere à territorio separatis. De altera venditione Castri & pagorum, quæ ampliorem & latiorem continet reseruationē, non opus est plura dicere, excepto eo, quod ibi in inferiori tractu cōstat Marchionē & ante, & post venditionem in quasi possessione reseruati sui meri imperii fuisse in S E. auff der Reichsstrassen zu S. bey Waßenbar zu H. vnnd K. Item zu F. & in circumiacentibus locis per Vrphedas & Schadloßbrieff/ supra allegatas: Ita multo magis de superiori tractu circa N. ( in quo pagi venditi sunt siti ) liquere potest quid sub verbo Burggrafftthumbs Herrligkeit reseruatum sit. Totum enim miliare circa Furth erat in dominio siue Herrschafft Burggrauiorum, vt superius probatum ex donatione Conradi iuncta Kampffgerichtsordnung, præsertim cōsiderato actu illo cuiusdam in duello occisi zu F. de Anno 1421. Vbi à iure præsumitur, ea interuenisse, quæ præscribit Kampffgerichtsordnung / fieri debere cum qualitate der Herrschafft deß Burggrafftthumbs. Addito etiam casu primo, qui habetur in Replicis 123. sub pago W. & vsque ad translationem Palatini Ludouici retenta fuere zu G. der Burggraffen Stock/Band/ vnd Eysen. sic concluso siue apparet, quæ vendita sunt in vtraque venditione, concernere iura particularia, pagos, bona & census in Burggrauiatus territorio sitos: Ipsum vero Territoriũ expressis iuribus illis superioritatis Lehen/ Glaid/Wildban / & adiecta generali clausula ampliatiua, vnd andere Burggrafftthumbs Herrligkeit plenissime reseruatum, de cuius clausulæ effectu supra quoq; egimus. Dubiũ omne eximit transactio Ludouici Palatini, quę disponit de criminalibus in G. & iuribus syluaticis tanquā disparatis, & proximo quidē illo vrbi pago concedendo aliquid Noricis ex reseruatis Burggrauiatus. Quod ad Syluas vero referendo se ad priuilegia Ludouici & Caroli Imp. & ipsam venditionē Syluarum, quæ inter se collata apertissime ostendunt Syluarum separatā & diuersam causam esse ab ordinario

rio & territorij Iure, in quo sitæ sunt. Dum vero etiam transactio Friderici Palatini de Anno 1386. confirmat punctum deß Zolls vnd Glaids, manifeste territorium D. M. extra vrbem in sua integritate cõseruat, iuncta reuocatoria Caroli IV. de An. 1366. Denique punctus eiusdẽ transactionis quoad Landgericht, & transactio Harrensis cum omnibus superioribus collata clausulas nostras reseruatorias explicat & cõfirmat. Nec prætereũda geminatio illa verborũ: Behalten vnser Herrschafft die herrligkeit deß Burggrafftthũbs. Addãtur, q̃ dicta sũt in verbo Hochgericht. Et bene circa hũc titulum emptionis notanda singularis Reorũ variatio & inconstantia (de quo etiam supra in trãsactione decreti fœderis monitum) vt qui litigiosum hoc ius meri Imperij eiusq; possessionem vel quasi longe ante hasce venditiones ex titulo præsidiatus siue Landuogthey se ab antiquo habuisse prætendunt. Quod si ita esset, vt doceri non potest qua fronte, qua ignorantia aut errore, etiam erga Romanũ Imperiũ vel tum, vel in hodiernũ se excusabunt. Nihil enim tale à Burggrauiis, vt qui domini non fuissent, emere vel etiam illi tribuere potuissent, quod nunquã habuissent. *L. nemo plus iuris. de reg. iur.* tanquam contraria igitur allegantes, non sunt audiendi: Cum sic in totum cõfundatur eorũ intentio & fundamentũ. Siquidem non † est possibile possidere duobus titulis 79
